Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius

Scholae Isaianae Pars II. in Disputationibus Academicis publicatur

P. 2 : in qua Primicerius Prophetarum Isaiah, ut Manifesta Dei Bellica multiplicans, Messiam velut pulcherrimum in Sione angularem, & inter Deum ac peccatores Mediatorem, repraesentans, Ecclesiam tam militantem Evangelicam, quam triumfantem magnifice commendans, Deum Zbaoth velut summum Regum tremendorum Imperatorem, vitae ac principatus Prolongatorem, celebrans Jam inde a cap. 13 ad cap. 40 in Disputationibus Academicis publicatur

Rostock: Richelius, 1660

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72972834X

Band (Druck) Freier Zugang

PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72972834X/phys_0001
DFG

51. c. 6.

662

F. C = 1422.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72972834X/phys_0002
DFG

SCHOLÆ ISAIANÆ
PARS II.
in qvâ Primicerius Prophetarum
ISAIAH,
ut
MANIFESTA DEI BELLICA
multiplicans,
MESSIAM velut pulcherrimum in
Sione angularem, & inter DEUM ac peccatores Mediatorem,
repræsentans,
Ecclesiam tàm militantem Evangelicam, qvàm triumfantem magnificè commendans,
DEUM ZBAOTH velut summum Regum
tremendorum Imperatorem, vitæ ac principatus
Prolongatorem, celebrans
Jam inde à cap. 13 ad cap. 40. in Disputationibus Academicis publicatur,
Autore & Præside
AUGUSTO VARENIO, SS. Theol. D.
Hebraicorum & Catecheseos Christ. Ducali
Professore publico.
ROSTOCHI
Typis Johannis Richelii, Senat. Typ.
ANNO clɔ Iɔc LX.

CHRISTIANO,

DEI GRATIA

SERENISSIMO MEKLEBURGICORUM

DUCI,

VENEDORUM, SVERINENS. & RACEBURG.

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI,

SVERINI CELSISSIMO COMITI,

ROSTOCHII & STARGARDIÆ DOMINO

PRÆPOTENTI

PRINCIPI,

Literatissimo

Laboriosissimo

Ingeniosissimo.

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

PATRONO eminentissimo

Amplificatori benignissimo

CANCELLARIO MAGNIFICENTISSIMO,

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

Longitudinem dierum

&

Principatus gloriam.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72972834X/phys_0007
DFG

Qvem Divo Parenti tuo, SERENISSIME DOMINE, ante annos 17. vocationis meæ ad hanc spartam Academicã post Deum omnipotentem Autori, & deinceps in illa Nutritori magnificentissimo, humilimâ MOSIS dedicatione jam olim testatus sum cultum devotissimum, illum, postqvam terris exemtum illum divino beatitudinis æternæ munere, cœlestis bonitas donavit, Tibi HÆREDI PRIMOGENITO & in avito ac Regali Patrimonio jure nascendi Successori PRINCIPI, pari & qvantâ possum subjectione testaturus, ac eundem, qvi BEATISSIMI PARENTIS DOMINI MUNIFICENTISSIMI pér annos 15. fuit, & qvem ille glor. memor. Princeps præunte honorificâ Collegii Professorum Ducalium nomi-

natione

natione ac præsentatione, iteratâ ad Spartam in Facultate Theologicâ vocatione & confirmatione (de qvâ testabuntur prolixè Acta Collegii Ducalis) gratiosissimè obsignavit, exoraturus clementiæ affectum, offero illâ, qvæ purpuram vestram decet, humilimâ pectoris devotione haut minorem MOSE inter Prophetas Evangelistam, &, ad cujus in Synagoga Nazarenâ lectionem reverenter assurrexit ipse JESUS NAZARENUS, palmarium tanto Vati argumentum. Tu Sereniſſime Principum, admitte ISAIAM incomparabilem purpurâ Prophetam, illâ, qvam Sereniſſima pietas & clementia tua publicè pollicetur, pectoris & vultus Serenitate, & hoc ipso qvoqve ostende Te tàm religioni, qvàm Paci belloq; natum & ad utrumq; paratum Heroa atavis

Regibus editum. Ego devotionẽ ſubjectiſſimã teſtaturus DEUM precor, ut SERENISSIMÆ CELSITUDINI TUÆ, qvæcunq; vel glorioſum Regimen, vel Domus auguſtiſſimæ concordem majeſtatem vel populorum ſubditorum tranqvillitatem promovere & attollere poſſunt, & cœlitus abundantiſſimè contingant, & ut tu igneæ & incomparabilis indolis Princeps ſuperes ad ſeros Neſtoris annos, ac cœlo terræqve gratus vivas, vigeſcas, floreas in animis hominum, in præclaris omnium recordationibus & lingvis, bono publico natus Princeps pius, religioſus, clemens, verè Auguſtus & (qvod caput eſt) CHRISTIANUS!

Ita voveo

Serenitatem & Celſitud. Veſtram

Humilimâ animi ſubmiſſ. colens

AUGUSTUS VARENIUS, D.

INDICULUS,

Reverend. Clarissimorum &
Eximiorum

Dominum RESPONDENTIUM,

eô ordine,

& statu tituloq; expressorum, qvem

obtinuerunt, qvando in Parte II. Scholæ
Isaianæ publicæ responderunt.

M. JACOBUS TYDÆUS, Memel. Borussus, d. 8. Aug. an. 1657.
JOHANNES RöLINGIUS, Lüttenb. Holsat: d. 5. Decemb.
NICOLAUS Schoff/ Lubecens: d. 19. Decembr:
M. CAROLUS SCHRöDERUS, Isleb: Bärson: in Livon: Ecclesiastes, d. ult. Decembr.
M. JACOBUS Bertram/ Lunæb: d. 16. Januar: anno 1658.
M. HENRICUS Zeidler/ Lubecens: eodem die.
HENRICUS Schlmann/ Rigens: d. 6. Martii,
JOHANNES KNUTELIUS, Buxteh: Bremens: d. 13. Martii,
M. JOHANNES HENRICUS DOMESIUS, Lunæb: d. 20. Martii,
DANIEL PARSCHITIUS, Pirovicio Pannonius, d. 27. Martii,
ZACHARIAS GRAPE, Teterov: Mekleb: d. 3. April.
ANDREAS DANIEL Habichthorst/ Bützov: Mekl: d. 24. April.
M. GEORGIUS Riehenck/ Lunæburg: d. 8. Maji.
FRANCISCUS PRÆTORIUS, Ulzens: Lunæb: d. 12. Maji.
CHRISTOPHORUS Brummenstede/ Stad: Bremens: d. 29. Maji.
ANDREAS Schröder/ Butzovien: d. 26. Junii.
CHRISTIANUS Fromm/ Butzovien: d. 17. Julii.
FELIX FIDLERUS, Rostochiensis, d. 17. Julii.
JOHANNES Löw/ Holsatus, d. 16. Octobr.
MARTINUS BABATIUS, Regiomont: d. 23. Octobr.

ANDREAS

ANDREAS Jäger/ Lubecenſ: d. 4. Decemb.
PETRUS Becker/ Heilgenbeil: Boruſſ: d. 11. Decemb.
OTTO Großkreutz/ Stetinenſ: Pom: d. 22. Decemb:
JACOBUS LIPPIUS, Lubecenſ: d. 18. Januarii anno 1659.
M. GEORGIUS Damm/ Roſtoch: d 15. Januarii.
URBANUS Kranich/ Welov: Boruſs: d. 22. Januarii.
FRIDERICUS LILLIUS, Flensburg: Holſat: d. 12. Martii.
HERMANNUS VOLSCHOVIUS, Ribnitzenſ. Mekl. d. 19. Mart.
JOACHIMUS Schwartzkopff/ Eccleſ: Lindov: in Marchiâ Paſtor ac Inſpector, d. 16. Aprilis.
GEORGIUS Bauer/ Gedanenſis, d. 18. Junii.
HENRICUS HÖRNIUS, Regiomont: Boruſs: d. 9. Julii.
SAMUEL Land/ Elbing: Boruſs: d. 20. Auguſti.
JOHANNES Linck/ Elbing: Boruſs: d. 27. Auguſt.
HARTMANNUS Möring/ Roſtoch: Philoſ: Candid: d. 10. Sept.
JOACHIMUS Meincke/ Wiſmar: Phil: Cand: d. 17. Septemb.
SEBASTIANUS Marpurg/ Lunæburg: d. 21. Januarii anno 1660.
ADOLPHUS FRIDER: Schrödter/ Dannenbergenſ: d. 28. Jan:
HIERONYMUS Reuter/ Lunæburg: d. 4. Februar.
MATTHIAS Reiche/ Sternebergenſis, die MATTHIÆ.
MATTHÆUS PRÆTORIUS, Memelâ Boruſſus, d. 7. April.
CLAUDIUS JACOBI WILSCHÖTT, Anconâ Danus, d. 2. Junii.
Idem: M. CLAUDIUS WILSCHÖTT, Scanus, d. 3. Novembr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72972834X/phys_0012
DFG

PARTIS II. ISAIANÆ
ORATIO I.

Concl. 1.

INcipit hæc à c. 13. 1. משא בבל אשר חזה ישעיהו בן אמוץ qvæ sectiuncula Summarium esse potest tùm *Autoris primarij* & *Characteris Prophetici* sub signo אשר חזה, tùm *Autoris organici* sub signo *Isaiæ filij Amoz*, tùm *Argumenti universalis* sub titulo משא abstracti, tùm *argumenti particularis*, sub titulo membri primi seu משא modificati, vel משא בבל qvod argumentum est Orationis primæ in Parte 2. Isaianâ. Scilicet qvicqvid habet Pars 2. Isaiana hoc principaliter est משא (pertinet autem ad hanc partem intervallum à c. 13. ad c. 40.) qvicqvid in illâ parte 2. habet Oratio prima est משא בבל, ad qvam referendum caput 13. & 14. atqve ita breviarium & magnæ partis secundæ & Orationis in illâ parte primæ habes in primo statim versu, qvem noster Lutherus Interpres incomparabilis his verbis expressit: Diß ist die Last über Babel/ die Jesaias der Sohn Amos sahe. Vidit sc. pro ratione Speculi Prophetici, de qvo in Parte 1. ad c. 6. Isaiæ ampliora monuimus.

Concl. 2. Scilicet sicut magnæ partis primæ הכוונה הכללה uti loqvuntur Hebræi, fuit, *regni spiritualis MESSIÆ super thronum Davidis instauratio gloriosissima:* Ita Partis secundæ Scopus generalis est *regnorum corporalium, MESSIÆ regno adversariorum vel rebellione & infidelitate illi obnoxiorum devastatio potentissima* (salvo tamen privilegio *reliquiarum* & *veri Israelis*) qvam signat Symbolum perpetuum in hâc parte משא MASSA, & cum inter regna

Sioni infensa, vel maxumè fuerit BABEL, eademq; Regina regnorum vid. v. 19. proinde ab illâ Principium, atqve adeò summa Orationis primæ est משא בבל MASSA BABEL i. e. *Onerosa Prophetia Babylonis s. regni Babyloniorum lamentabilis.*

Concl. 3. Illud enim supponimus velut confessum 1. משא à rad. נשא Prophetiam in his titulis *insignem & solemnem notare triplicis levationis respectu:* levabant sc. & magnificè illam nomine יהוה efferebant ad populum ipsi PROPHETÆ: habebat in ore illam & adeò levabat ac efferebat ipsum Auditorium Prophetarum: intimabat autem illa pœnas cœlestes, atqve adeò elevabat Auditores ad domum judicii cœlestis, in qvâ decernebatur illud משא & *signativè*, qvatenus erat Prophetia, & *objectivè*, qvatenus ipsum notabatur *Onus pœnale*, qvod regnis populisq; debebat *incubare*, imponente JHOVAH sanctissimo Judice. Conferatur c. 14 4 In ampliatione sc. etiam illud משא Babylonicum poterat dici משא qvatenus erat *dictum solemniter & frequenter elevandum seu enunciandum:* sed vel maxumè confer. 2. Reg 9. 25. & ubi ex professo agitur de MASSA hoc Prophetico Jer. 23. à. v. 32. adusqve finem capitis: sed & vid. ibid. v. 26.

Concl. 4. Supponimus 2. משא omne Propheticum consignificat *passivè, legaliter, pœnaliter*, seu *Onus durum, triste, supplicium ex decreto cœlesti immittendum illi regno vel populo, cui denunciatur* משא, qvi proinde populus habet instar *bajuli s. mancipij onerosè portantis* (qvæ portationis significatio est in נשא Numer. 1. 50. Ezech. 36. 8. ut pessimè illud ex hæreticâ hypothesi negent Sociniani occasione locorum Isaiæ 53. 4. Joh. 1. 29. 1. Pet. 2. 24.) Omnis adeò Prophetia, cujus titulus משא est signativè *onerosa*, seu *judicij divini & oneris vehementissimi intimativa.* Patet hinc qvare Interpretes nunc per *Onus*, nunc per *onerosam Prophetiam* interpretentur. Patet qvare vetustus Paraphrasta expresserit per מטרא כס, רי לוט לאשקאה i. e. *Onus calicis maledictionis divinæ ad propinandum (Regnis* sc. & *Regibus* e. c. hoc loco *Regibus & regno Babyloniæ)* uti sc. datur כוס ישועות Psal. 116. 13. ita datur כוס פ רעניות s. *Poculum iræ divinæ* vid. Psal. 75. 9. Esaiæ 51. 17. qvod ubi propinatur

terræ

terræ Regibus ab irato DEO, jam succedunt tristissima Regum Regnorumq; funera. Habet adeò MASSA hoc *Calicis instar judicialis*: habet instar MANIFESTI & *Juris fecialis divini*, per qvod hostibus *Regibus regnisq; terræ* à JHOVAH, cui soli vindicta, *bellum & terribile excidium, in thesauris cœlestibus hactenus obsignatum* vid. Deut. 32. 34. 35. publicè & efficacitèr denunciatur. Patet soli DEO tale MASSA competere, & si id sibi sumant Reges terræ tàm peccare, qvàm illos Pseudoprophetas, qvorum Symbolum semper erat *Massa*: sed qvod nullo defendere poterant Senatusconsulto cœlesti vid. loc. Jerem. sup allegatus.

Concl. 5. Ex illo MASSA generali facilè constabit, qvid sit *Massa Babel* c. 13. 1. *Manifestum* sc. *bellicum, qvo JHOVAH ZBAOTH bellum & horrendum excidium denunciat regno* qvondam augustissimo & œcumenicâ majestate fulgidissimo *Babyloniorum*, idq; illo ordine ut ponat 1. *Persarum & Medorum velut in excidio Babylonico futurorum irati DEI instrumentorum, apparatum bellicum* adusqve v. 6. 2 *Babylonis ob instantem diem DOMINI miserabilem ejulatum* per Rhetoricam Propheticam παρηλλαγμένως ad v. 10. 3 *Ipsum excidij & supplicij horrendi diem atrocem* à v. 10. ad v. 19. 4 *Babylonis lamentabilis* & qvondam *floridæ*, & nunc *excisæ comparatum statum* à v. 19. adusqve finem capitis.

Concl. 6. In ipso statim *apparatu* occurrit inter tres Imperativos primus talis in v. 2. שאו נס על הר נשא Expressit noster Lutherus: Werffet Panier auff auff hohen Bergen. Habet Lutherus pro se derivata nominalia illius radicis sc. שפי, qvæ vox semel reperitur Num. 23. 3. in significatione non *confractionis vel anxietatis*: sed *clivi & loci eminentioris*, uti & plurale שפיים in qvo significatio æqvè *locorum eminentiorum* vid. Jerem. 3. 2 21. cap. 4. 11. c. 14. 6. Habet autoritatem R. Kimchii, qvi vocem נשפי qvæ non nisi hoc uno in loco datur, expressit per נשא & גבוה i. e. *elevatum, excelsum*: habet consonantiam textus & non repugnantiam sensus. Qvid נס sit, abundè explicuimus ad c. 11. v. 10. Isaiæ occasione RADICIS ISAI stantis in נס s. *Signum populorum*. Notatur *Pertica militaris cum volante in illius summitate vexillo, belli signo,*

qvod ex editâ arce vel *summo monte explicabatur, ut constaret omnibus bellum decretum*, & *ad illud conflueret turma bellatorum*, sive *conscribendorum*, sive *lustrandorum*, sive *jam cum hoste committendorum*: & omninò ad exercitum instruendum, ad prælium committendum magis aptus *mons planus*, qvam undiqve abruptus & gibbosus. Ut tamen hoc loco reddas: *Super montem planum*, nulla cogit necessitas: neqve enim opus, ut in illo loco unde effertur belli signum, exercitus instruatur vel prælium committatur: sed & ipsa intimatio belli per signum militare hoc loco contradistingvitur apparatui exercitus lustrandi & prælii committendi, de qvo demum v. 3. ubi notetur *numerus montium pluralis*, cum h. l. sit singularis עַל הַר נִשָּׂא. Repræsentatur adeò hoc versu *ipsa belli publicatio* s. *solemnis & publica intimatio* caq; 1. *per explicationem signi militaris* עַל הַר נִשָּׂא שָׁאוּ נֵס. 2. *Per Vocem Præconis* הָרִימוּ קוֹל לָהֶם. 3. *Per elevationem manus advocantis* הָנִיפוּ יָד finis illius convocationis וְיָבֹאוּ פִּתְחֵי נְדִיבִים, Ut sc. *per portas Principum seu Procerum invadant expugnatam Babylonem.* Illius exercitus Persarum & Medorum conscripti *autoritas* refertur ad ipsum יְהוָה in v. 3. *Ego* (verba sunt JHOVAH) *ut Imperator Generalissimus hujus belli*, ego ipse *conscripsi militiam ipse ad hoc bellum Babylonicum Persas & Medos specialiter destinavi & segregavi*, ipse illis meis *sanctioribus turmis* (לִמְקֻדָּשַׁי) specialia belli *mandata & ordinationes Castrenses dedi* (צִוִּיתִי לִמְקֻדָּשַׁי) *ego ipse advocavi* illos *robustos meos* (militiæ meæ in puniendâ Babylone ministros) *exsultaturos excellentiâ meâ*, excellenti scil. & glorioso, qvod de Babylone sumpturus sum, *judicio vel supplicio*. Videmus, qvomodo feliciter bella indicantur vel gerantur, & cujus autoritatis sit per Manifestum bellicum pœnas publicas Regibus & regnis intimare, illius sc. qvi dicit: אֲנִי צִוִּיתִי לִמְקֻדָּשַׁי. Sed ad rem. Omnia hæc faciunt pro Luthero.

Concl. 7. Vulgatus expressit: *Super montem caliginosum levate signum:* neqve desunt qvi reddunt: *Contra montem caliginosum elevate vexillum.* Primò illud עַל per *contra* non probatur.

Mons

Mons magis loco signi efferendi, qvèm loco contra qvem effertur, convenit. Deinde הר נשפה non est ipsa Babel, qvia Imperativi illi tres in fine demum habent *Babelem:* convocantur sc. *Signo explicato, Voce Præconum, agitatione manus*, ut *intrent Babylonem, per portas Principum* s. Civium Babylonicorum opibus & potentiâ in terras gentium aliarum, hactenus Principum. Sed & improbatur *Mons caliginosus.* Qvid enim נשפה cum *caliginoso?* Et qvomodo Babylon *Mons?* qvomodo *caliginosus?* an à tempore expugnationis ita dicetur qvia sc. *nocte expugnata.* At hæc durissima est Tropologia. Falsum præterea, *in nocte illâ*, qvæ novissima Belsazeri his in terris fuit, feralibus epulis & prodigiosâ Scriptione, famosa, *captam à Persis & Medis* sive Duce Dario, sive Cyro *Babylonem.* Altum de hoc silentium in historiâ sacrâ, qvæ meminit qvidem בר בליטי קטיל בלשאצר מלכא כשדיא Danielis c. 5. ult. s. Belsazerem nocte interfectum: at de Urbe captâ penitus tacet: neqve aliter *de Dario gente Medo, domo Babylonio* Successore Belsazeris loqvitur, qvam ut ostendat *non jure belli & captæ urbis regiæ:* sed *Senatus Consulto Procerum Babyloniæ Imperium Babylonis oblatum accepisse.* Hinc illud דריוש מדיא קבל מלכותא cap. 6. 1. & c. 9. 1. המלך על מלכות כשדיים Accepit sc. *& regnare factus*, s. *solemni Senatus Consulto Rex est constitutus:* qvin propter noctem illam *Medi* potius *expugnantes, obscuri*, qvàm Babel expugnata *obscura* dici deberet. An verò propter hortos pensiles à Nbucadnezare super arcem insigni naturæ miraculo dispositos, & variis arboribus consitos, propter qvos procul venientibus Babel apparuerit velut Mons qvidam caliginosus? Fatemur ita Babylonem dici potuisse: sed הר נשפה nec Montem caliginosum dicit (notetur in נשפה punctum esse in dextro cornu ש) nec hoc loco Babylonem exprimit, etsi posterius hoc etiam Jonathan intendit, qvi cum in נשפה eminentiam vel elevationem significari rectè observasset (hactenus consonans Luthero) neqve tamen Babyloni in planitie sitæ, qvam mediam Euphrates interfluit, eam Topicè convenire vidit, Ethicè illam Babyloni attribuit,

tribuit, reddens: על כרכא דיתבא שליוא זקיפו אתא i. e. *contra Urbem, quæ sedet vel habitat secura, elevate signum.* Fuisse talem *Babylonem*, cujus *urbis moribus nihil corruptius, nihil ad irritandas illiciendas immodicas voluptates instructius*, meminit Curtius, dubium nullum. At hoc loco tale qvid non memoratur. Laudandi Batavi, qvi expresserunt: heft op een Baniere / op eenen hooghen Bergh.

Concl. 8. Cum Chaldæo tamen facit Raschi ita reddens: Elevate vexillum להקבץ *ut congregentur gentes contra Babylonem* velut *montem habitantem* בשופי, *in qviete, & libidinibus suis ac flagitiis securè perfruentem:* & ubi jam congregati sunt vel conscripti milites, הרימו קול לנקבצים i. e *elevate vocem illis conscriptis, advocate illos voce contra Babylonem*, vel si sit distantia tanta, ut vox non sit audibilis, *date manu illis signum* ויראו אות הנפת היד ut ad illud visum de longinqvo *adsint & intrent portas Principum.* Si ad *Babylonem* illud הר נשפה referendum esset, nec Chaldæus improbandus esset, nec Vulgatus nec alius de *arce Babylonis editiori*, vel illis *ipsis hortis pensilibus* Interpres culpandus, qvicqvid sit de significatione *caliginosi.* Meretur de illis *pensilibus hortis* audiri *Cedrenus* comp. histor. p. 95. ita loqvens de horum architecto *Nabuchodonosore:* ἔγγιστα τῆς πόλεως ὤρυξε κιστέρναν καὶ περιετείχισεν ἀξιολόγως. ὕπερθεν δὲ αὐτῆς κατεφύτευσε δένδρα παντοδαπὰ, ὡς παρομοιοῦσθαι δασυτάτοις ὄρεσι· ὃ καὶ κρεμαστὸν παράδεισον ὠνόμασεν. ἐν αὐτῷ μετὰ τῶν γυναικῶν αὐτοῦ περιπολῶν, καὶ τοῦ κάτω καθορῶν ἐξ ἀπόπτου, ὑπ' οὐδενὸς τῶν κάτωθεν ὡρᾶτο: i. e. Xylandro Interprete: *Proxumè urbem cisternam fodit, muroq; eam præclarè circumdedit. Supra hanc plantavit omnis generis arbores, ita ut* MONTI *densis arboribus obsito hortus similis videretur: appellavit ipse* HORTUM PENSILEM. *In eo cum mulieribus suis degebat, desuper omnia cernens ipse omnium conspectui exemtus.* Addit *Cedrenus* in hac *arce* s. *Paradiso pensili* obambulantem Nabuchodonosorem erupisse in insolentem illam vocem, cui respondit vox de cœlo. Historia est Dan. 4. 26. 27. 28. Neqve tacuit in Babylone Curtius, cujus hæc sunt

sunt verba: *Super arce (quam ambitu viginti stadia complexam habent) Vulgatum Græcorum fabulis miraculum, pensiles horti sunt, summam murorum altitudinem (quæ C. cubitorum eminet spatio) æquantes, multarumq; arborum umbrâ & proceritate amœni. Saxeæ pilæ, quæ totum onus sustinent, instructæ sunt super pilas. Lapide quadrato solum stratum est, patiens terræ, quam altam injiciunt, & humoris, quo rigant: adeoq; validas arborum sustinent moles, ut stipites earum octo cubitorum spatium crassitudine æquent, in 50. pedum altitudinem emineant, & frugiferæ æquè sint, ac si terrâ suâ alerentur. Et cum vetustas non opera solùm manu facta: sed etiam ipsam naturam paulatim exedendo perimat, hæc moles, quæ tot arborum radicibus premitur, tantiq; nemoris pondere onerata est, inviolata durat: quippe 20. lati parietes sustinent, undecim pedum intervallo distantes, ut procul videntibus* SYLVÆ MONTIBUS *suis imminere videantur.* Satis de הר נשפה, qvomodo Babylonem dici potuisse ut concedamus, sive tamen alibi sive hoc loco illam intelligi, negamus. Ordo 3. Imperativorum 1. *Vexillum elevate.* 2. *Elatâ voce acclamate.* 3. *Manum agitate*, patebit ex superioribus. Scilicet, qvi clamore advocatur, si ob distantiam non audiat, signo manus agitatæ accersitur. *Intervallum ex quo hominis altè clamantis vox audiri potest in planitie & aere qvieto*, censetur *300. passuum Geometricorum*, qvam mensuram itinerariam, *Sinenses* vocare LI, atqve exinde ampliùs unius diei iter mensurari per PU, & UCHAN docent Geographi.

Concl. 9. Post belli signum seqvitur repræsentatus ipse apparatus hostium v. 4. &5. ubi illud קול המון & קול שאון absolutè reddendum. Scil. sicut alibi Gen 4. 10. reddo: Es ist eine Stimme des Blutes deines Brudern (absolutè) sicut Jes. 40. 3. Es ist eine Stimme eines Ruffers: ibid. v. 9. Es ist eine Stimme dessen der da saget: Predige: Sicut in Cantico Salom. c 2. 8. absolutè redditur: Es ist eine Stimme meines Freundes. Conf. c. 5. ita hoc loco reddendum: Es ist ein Geschrey einer rauschenden Menge auff den Bergen (Montes intelliguntur Medorum, in qvibus conscribitur & lustratur exercitus) wie eines grossen Volckes: Ja es ist ein Geschrey eines Getümmels der Königreiche der Heiden / so da (auß allen Reichen zusammen gelauffen/

geharnischten/und) versamlet sind: Der HERR ZBAOTH (als der obriste Feld Herr) selbst mustert das Krieges Heer. Sie kommen von fernen Landen/ vom Ende des Himmels (auß Persien/ und andern weitabgelegenen Landen) ja der HERR selbst und der Zeug seines Zorns (die feindlich gewapnete Persen/ Meden sampt ihren Kriegs-Instrumenten) zu verderben das gantze Land (Babylonische Monarchei/ und Land)

Conol. 10. Succedit Imperativus ejuleus, Signorum calamitatis Babylonicæ expressivus à v. 6 ad 10. Thesis hujus sectiunculæ est Imperativus Regio Sakephgadol statim discretus הילילו EJULATE v. 6. Ratio est appropinqvans DIES DOMINICUS s. *Visitationis pœnalis & vindictæ terribilis* dies specialissimus, magni illius & *novissimi diei* DOMINICI, in qvo Judicium erit τῆ ὀικαιοκρισίας diei ὀργῆς καὶ δικαιοκρισίας vid. 1. Thes. 5 3. 2. Thes. 2. 2. 2. Pet 3. 10. Act. 17 31. Joh. 11. 24. cap. 12. 48. typus illustrissimus: qvi ipse *venturus* dicitur à SCHADDAI sicut SCHOD allusione egregiâ. Benè noster Lutherus: Er kompt wie eine Verwüstunge vom Allmächtigen Signa infandi doloris ponuntur *Manus remissæ, Cor resolutum, perturbatio vehementissima* v. 7. 8. ubi notetur vox primæ ובכרלו *absolutè posita* & per *Schalscheleth* nobilem in accentuatione Israelis Regem distincta. Lutherus noster ac si nomen esset, & sine Rege insigni copulavit: Schrecken/ Angst/ und Schmertzen wird sie ankommen. Verùm Verbi absolutè positi & insignitèr distincti ac abrupti emphasis est accommodata rei: *Repentè conturbabuntur.* Hîc repentè abrumpendum, & deindè nectendum illud צירים יאחזון וחבלים. Pasta sc. in חבלים in sensu signando *Rege Schalscheleth* minor est, atqve adeò in illo Pasta non facienda distinctio major: sed minor. Porrò signa sunt *Clamor doloroſus ad instar parturientium, stupor reciprocus, facies flammantes* mixto sc. pudore, dolore, furore. *Facies* autem *flammarum* hoc loco non Persis & Medis: sed Babyloniis vendicantur, uti probat seqvela. Atqve uti à יום יהוה incipit, ita in illo desinit, tertiæq; capitis parti propositionem novam facit Sectiuncula capitis secunda in v. 9. Benè noster Lutherus: Sihe/ des HERRN Tag kommet grawsam/ zornig/

zörnig/grimmig/daſſelbe Land zu verſtören/und die Sünder darauß zu vertilgen.

Concl. 1. Seqvitur *dies ater Babyloni.* Militat contra illam *æther & exercitus cœlorum* ſubtrahens illis *Lumen*, adeò ut *Sol egreſſurus ſ. oriturus*, illis *atratus* compareat, *Luna* etiam illis ſit Ecliptica, ſ. *non fulgere faciens lumen ſuum* v. 10. Ita qvidam: nec injuriâ. Irato DEO & iræ vaſa poſt prolixam μακροθυμίαν punituro terribilibus ſuppliciis, iraſcuntur Angeli, Stellæ, & hoſtibus DEI hoſtes ſunt, ac judicii divini Executores: neqve tamen id Stellæ ſemper faciunt contra naturam patiendo. Ortus eſt Sol æqvè ſuper Sodomam illo die, qvem noviſſimum oriri Sodoma vidit, qvàm qvi illum fatalem anteceſſit Gen. 19. 23. 24. In mari rubro Angeli, æther & aer militarunt contra Ægyptios. Malumus tamen hoc loco per *Stellas non amplius illuminantes*, per *Solem & Lunam* ecliptice ſe habentes, *in typo* Babylonis velut *miraculi Regnorum &* Theatri mundani (vide v. 19.) reſpectum noviſſimum inculcari ad futurum caſum τῆς οἰκουμένης catholicæ, ubi qvia οἱ ἀρχαιοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, illa propriiſſimè implebuntur, qvæ hîc in Typo, velut ſignum κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν Babyloniorum ponuntur. Vid. *de typo illo* Ezech. 32. 7. Joel 2. 31. c. 3. 15. Amos 8. 9. *De antitypo autem ultimato* 2. Petr. 3. 7. 10. Matth. 24. 29. Marc. 13. 24. Luc. 21. 25.

Concl. 12. Talis ſcil. ſtellarum cœli & כסילים (Raſchi per מזלותיהם reddens ſive ad *Planetas* ſive ad *Signa 12. Zodiaci* retulit, Rabbi Jonah, citante Kimchio *de magno aliqvo ſydere Ambibus dicto* סואל qvod unà cum אריון המתחברים ככבים ſ. Choro ſyderum eidem conjunctorum dicatur כסיל vel כסילים interpretatur, alii *de exercitu Stellarum:* ſed hunc non excludit *Stellarum* vocabulum qvod præceſſit: noſter Lutherus de *Orione aqvoſo* reddidit: Sein Orion ſcheinet nicht helle. vid. Job. 9. 9. c. 38. 31. Amos 5 8.) *Solis* item & *Lunæ obſcuratio*, ſummæ anguſtiæ Symbolum tùm *cauſaliter* tùm *ſignativè*, qvia & condemnatus ad tenebricoſum carcerem exinde anguſtiam ſummam patitur, & affectus ſummis anguſtiis præfert

obscuritatem & tenebras Lucis delitiis, ac abjicit seipsum in solitudinem & tristia loca. Priorem tamen respectum hîc insinuari docet explicatio illius *Ecliptica syderalis* in v. 11. per *Visitationem pœnalem*, cujus objecta qv. *realia* sunt עון & רעה, objecta *personalia* sunt 1. תבל generali vocabulo. 2. רשעים. 3. זדים. 4. עריצים. Reddendum: Ich wil gar gewiß die Bosheit heimsuchen an der Erden: und an den Gottlosen die Missethat: Ich wil des Hochmuths der Stoltzen ein Ende machen/ und die Hoffarth der Gewaltigen demütigen. Signum *Visitationis* allegatur *Paucitas supermansurorum Babyloniorum* pretiosiorum adeò longè præ פז s. *auro selectissimo* & *maxumè solido* & כתם אופיר s. *auro Ophirino excellentissimo*, de qvo pluscula diximus peculiari Disput. Ophitinâ.

Concl. 13. Catalogo *pœnarum specialium* præmittit Propheta sub titulo *Oratoris D E F* Symbolum *gravitatis & eminentissimæ majestatis* v. 13. sc *potentissimam commotionem cœli terræq; cum fragore vel fremitu*, ita ut *potentèr concutiatur & qvasi de loco suo moveatur*. Repræsentatur *admirandum Judicij divini spectaculum*, adeò ut *cœlum & terra cum fragore interire* vel certè *commoveri* & *trepidare* ad inusitatam illam *majestatem* JHOVAH ZBAOTH irati & ardentis Zelo Judicis vid. memb. 2. videantur: Patet qvid *Commotio cœli & terræ* in talibus locis signet, sc. *exercitium Justitiæ Vindicatricis gloriosum & Majestate terribili plenum* vid. Mich. c. 1. 2. 3. Aliâs illa *commotio* sub titulo רעש non semper Iræ: sed *gratiæ cœlestis* in admirando aliqvo Opere divino exercitum Symbolum esse potest. Exemplum sit Hagg 2. 6. Porrò de יום חרון אף יהוה qvi secundum excellentiam *novissimi diei* titulus est 2. Thess. 1. 7. 8. 9. 10. vid. Job. 20. 28. c. 24. 1. Prov. 6 34. c. 11. 4. Thr. 2. 21. Ezech. 22. 24. Zeph. 1. 15. Rom. 2. 5.

Concl. 14. Pœna specialis prima est in v. 14. ubi non reddendum: *Impulsus erit sicut hinnulus*, qvia sic Pasta reqvireretur in *Hinnuli* vocabulo: sed: *Erit, sicut hinnulus impulsus, & sicut oves, qvibus non est colligens* (qvas dispersas & hinc inde palantes, nemo congregat). Qvorsum autem illud

illud והיה an ad הארץ in v. præced.? Neg. Suppositio est impersonalis: *Erit* (hic & ille *Babylonius* vel *ex Babylone* profugus) **man wird seyn.** Sensus facilis, & qvem nostrum facilè ostendit seculum. Ubi invadit terras hostis barbarus, cæditq; promiscuè & sævit barbarè, qvisqve de fugâ prospicit, & licet cædantur etiam multi palantes, alii tamen sive serius in grassatoris manus veniunt, sive planè letho se eripiunt, dum hinc inde palantes discurrunt: Atqve tales se habent *sicut hinnulus impulsus & sicut Oves, qvas dispersas nemo congregat*, **wie ein zerschaucht Reh / und wie ein Herde ohne Hirten.** Applicetur hoc ad Babylonios oppugnatos à Medis: neqve verò omnes qvi vivebant Babylone, erant gente Babylonii: sed domo saltem ad tempus aliqvod tales fuerant. Tales igitur, ubi palantes semel facti v. 14. memb. 2. dicuntur non retrò Babylonem versuri, vel de reditu Babylonico cogitaturi: sed איש אל עמו יפנו ואיש אל ארצו ינוסו i. e. *Unusqvisqve ad populum suum respiciet: & unusqvisqve ad terram suam* (sibi natalem) *fugiet.* Ratio illius consilii exprimitur in pœnâ speciali secundâ v. 15. *qvia* (sc. *in Babyloniâ qvisqvis supererit sive gente Babylonius, sive proselytus* (כל הנמצא) *perfodietur, gladio Medorum trucidabitur.* Nexum illum benè expressit noster Lutherus: **Darumb / daß welcher sich da finden lässet / erstochen wird / und welcher dabey ist / durchs Schwerdt fallen wird.** Pœna tertia est in ipsos nescios fari pueros & parvulos Babyloniorum: **Ihre zarte kleine Kinder sollen vor ihren Augen zerschmettert werden.** Apparet inde, eodem *Spiritu*, qvo inspirante Isaias hîc scripsit, *cecinisse* illum ad *Babelis aqvas* Vatem qvando ita claudit hymnum: **Wol dem / der dine junge Kinder nimpt / und zerschmettert sie an den Stein.**

Vid. Psal. 137. 8. 9. Succedit *pœna quarta*, die Plünderung/ direptio violenta domorum: sed & pœna 5. *Stupratio mulierum* נשיהם תשגלנה Ihre Häuser sollen geplündert/ und ihre Weiber geschendet werden. Commentario hîc opus non est. Suppeditant illum si qvæ alia, præsentia tempora. Neqve immorabimur illi, qvod pro scripto תשגלנה Lectum Marginale habeat תשכבנה σαμνόπεσν vocabulum. Parum hîc interest, utrum legas. Alibi non ita. *Punctatio enim in scripto, si vel nullos vel sibi inapplicabiles inveniat consonantes, assumit Consonantes ex Lecto.* Exemplum prioris 2. Reg. 18. 27. Posterioris c. 19. 31. 37. Imò & ubi non obstabat consonantia punctorum consonantium in scripto, prævalet in. consonantia Lecti, unde ex Prov. 4. 3. & illo scripto לפני אמי non probatur MESSIAS ut ἀμάτωρ *existens ante Matrem:* ineptè autem planè dicitur, inapplicabile lectum לבני אמי ex hypothesi Salomonis. Qvare? qvia Salomon non habuit ex eadem matre fratres. At id falsum. Habuit certè. Consule annales sacros 1. Chr. 3. 5. & alibi.

Concl. 15. Nominat nunc illos bellatores, qvorum hactenus à v. 2. Characteres expressit. Qvinam sc. illi *elatores militaris signi, ad bellum Babylonicum conclamaturi, à DEO summo belli Magistro specialitèr lustrati, & ad hoc bellum segregati* v. 2. 3. 4. (Confer ita seqvelam textus ad v. 17.) Respondet DEUS *Ecce ego excitaturus sum Medos contra illos* (Babylonios) *atqve adeò nominatur* מדי non excluso פרס seu *Persâ*, uti ex Scripturâ Daniele Interprete c. 5. 18. 26. 27. constat. Negat illos de argento & auro Babyloniorum fore solicitos (negativa autem illa est comparativa, uti contra comparativa negativè prolata, aliqvando est absolutè negativa)

negativa) qvia sc. *crudeliori supplicio in Babylonios sævient, præ qvo auri argentiq; spolium vix æstimandum est supplicium.* Imò si λύτρον offeratur illis aurum vel argentum, non æstimabunt: sed Sangvine Babyloniorum crudelitèr parentabunt. vid. v. 17. 18. Sie werden die Jünglinge mit Bogen erschiessen/ja so gar der Früchte des Leibes sich nicht erbarmen/ noch der Kinder schonen.

Concl. 16. Seqvitur nunc Babylonis floridæ & desolatæ status comparatus à v. 19. adusqve finem capitis. *Floridæ* titulus geminus 1. צבי ממלכות 2. תפארת גאון כשדים. Luth. noster expressit: Babel das schönste unter den Königreichen/ die herrliche Pracht der Chaldeer. Desolatæ status generalis comparatus *Sodomæ & Amoræ subversis* per מהפכת אלהים s. JHOVAH *pluere facientis Sulphur & ignem ab ipso* יהוה vid. Gen. 19. 24. Signa Status Babylonis eversæ partim ponuntur *negativa* v. 20. sc. לא תשב & לא תשכן Terminus ponitur & לנצח עד דור ודור sc. *Urbs hactenus potentissima & velut invicta ac inhabitatoribus frequentissima, posthac adusqve finem seculi non sedebit, non habitabit nullam instaurationem solidam obtinebit:* qvia ipsa non erit nec שכנים וישבים בה s. *incolas habebit*, neqve *commoraturis sessionem præbere poterit*: imò tanta erit Babylonis desolatio, ut nec *ipsi Arabes, Vagum* hominum genus & incertis sedibus & fixis hinc inde Tentoriis per omnem vitam palans, *ibi, nec Pastores illuc gregibus suis mapalia sint fixuri*, vel eosdem ibi *cubare facturi* וירבצו שם: Erit sc. terra maledicta ne ipsis qvidem *Vagis Arabibus*, & *Pastorum mapalibus* stationem præbitura.

Concl. 17. *Signa positiva* notantur à v. 21. Nexus est

inter *cubationum de ovibus negatam*, v. 20. *feris autem maximè noxiis affirmatam* v. 21. sc. *Oves nulla ibi pascua invenient* (qvod signum adhuc esse poterat benedictionis) neqve adeò ibi *cubabunt*; *Cubabunt autem feræ bestiæ*, & qvidem 1. ציים. Chald. ישרון תמז תמון qvod Raschi interpretatur de *Martibus* animalculo ex genere mustellino columbis & gallinis maximè infesto notissimo ex pellibus: neqve negat Kimchi *Rabbinos Antecessores ita explicuisse* ut sc. ציים sint נמורין *Martes*: idem tamen generalius interpretatur per חיורין השכנורין במקומם ציה i. e. *Bestias viventes in locis maximè aridis & regionibus siti desertis*: neqve תמוא Chaldæi necessario est *Martis*; sed vi radicis explicare illud qvoqve licebit per *Animal stupendum, ferum, sylvestre*, qvod Batavi secuti. 2. אחים, *Implebunt domos eorum* OCHIM, qvam vocem retinet & Chaldæus & noster Lutherus. Batavi: Schryckelicke schadelyckt Ghedierten. Manebimus etiam nos in generali, neqve pudebit nos fateri, qvod confessus jam ante Raschi: לא ידעתי מה מין חיה הם i. e. *Nescio qvæ species bestiarum sint illi Ochim*. 3. בנות יענה. Luth. noster: Straussen. Rectè. Juxta literam die Töchter der Straussen. Vid. Lev. 11. 16. Job. 30. 25. 4. שעירים qvibus *Saltationes in desolatâ Babylone* adscribuntur. Luth. noster: Die Feld-Geister werden da hüpffen. Convenit Chald. reddens per שידין i. e. Dæmonas. Ita & Raschi: Sed & Kimchi cujus hæc est nota; *Seirim sunt Dæmones ita dicti, qvod Cultoribus suis in pilosâ vel hircorum etiam figurâ sæpius appareant.* Allegat Kimchi textum qvi est Lev. 17. 7. ubi noster Lutherus: Die Kinder sollen mit nichten hinfort ihre Opffer den Feldteuffeln opffern / mit denen sie huren. Scilicet *Diis agrestibus sylvestribus sub Dio in*

agris

agris offerre, ex idololatriâ gentilium invaserat Israelem: cui obviam itur illâ lege: qvicqvid sc. ita offerebatur Diis gentilium sylvestribus in sylvis, vel agris, Dæmonibus offerebatur vid. ibid. v. 5. sive *ab horrore*, sive *à pilosâ Satyrorum illorum figurâ*, sive *ab hirci formâ*, vel in illâ, Diabolorum Faunorum apparentiâ שעירים dicantur, perinde nobis: convenit ubiqve radix & apparitionum apud Magas inprimis & veneficas historia. Apertè Batavi: De Duyvelen sullen dar hüppelen. vid. 2. Chr. 11. 15. Apoc. 18. 2. Sed & ponuntur 5. איים de qvibus prædicatur ענה באלמנתיו. Chald. expressit: *Cati mussitabunt in palatiis eorum*, wilde Katzen. Luth noster: Die Eulen werden in ihren Pallästen singen. Omninò pro Luthero magis facit Musica Ulularum in locis desertis & domibus non habitatis. Kimchi: *Iim*, inqvit, *sunt species ferarum deserti*. Sed hoc generale. Nomini *Insulæ* inest significatio, unde Batavi expresserunt: Wilde Dieren der Eylanden Addunt: Maer wat het eygentlich vor Dieren gewest syn is onseker.

Concl. 18. Omninò tn. pro Luthero facit verbum ענה, sive reddas in sensu *habitandi* s. *commorandi* (qvorsum tendit Raschi allegans *duo loca*. Unum ex *Hos*. 2. 15. Alterum ex *Nach*. 2. 12. Erratum in *utroqve*. In *primo* enim significatio est *Musicæ Symphoniæ*. לכן ibi in 14. ad Visitationem pœnalem antecedentem respicit, & sensus à v. 14. est: *Tunc* ubi sc. illos Israelitas gravissimè afflixero, tunc ipsos satis afflictos *iterum alliciam, pelliciam*: *& ducam illos in desertum illud*, *non* τοπικῶς: sed ἀναμνηστικῶς, memorialitèr, *planè ac si essent in illo statu*, qvo Israel liberatus ex mari rubro: *ibi loqvar secundum cor ejus. Reddam ei Vineas suas exinde, & faciam, ut Vallis miseriarum illis sit janua spei. Ibi ergò illa* (Ecclesia Israelis)

ענתה

ענתה (non *habitabit*: sed) *solemniter jubileâ voce per choros cantabit, sicut* (qvondam) *in diebus adolescentiæ suæ, sicut die qvo adscendit ex terrâ Ægypto.* Respectus evidens ad historiam Musicam Exod. 15. v. 1. & 21. Laudandus Lutherus: **Daselbst wird sie singen / wie zur Zeit ihrer Jugend.** Alter autem locus Raschii est à rad. עין unde מעון *habitaculum.*) sive in sensu עניית קול sive הגבהת קול אבל *s. elevationis vocis miserabilis*, uti Kimchi. Omnia pro Luthero. Porrò illud באלמנותיו *in Palatiis desertis, viduatis*, non eget magnâ Crisi, respectu habito & ad אלם & ad ארמון. Pronuntur deniqve & 6. ענג בהיכלי חנים. Satis benè Lutherus: **Die Drachen werden singen in ihren (weiland) lustigen Schlössern.** Atqve licet tempus executionis plenissimæ satis adhuc remotum, initium tamen harum plagarum non adeò remotum erat, unde addit Propheta: *Propinqvum est ut veniat tempus ejus* (Babylonis visitandæ & ita puniendæ) *& dies ejus non protrahentur (differentur)* Qvær. an idem notetur per *tempus Babylonis*, & *dies Babylonis* in v. ult? R. Neg. עתה s. tempus ejus de qvo prædicatur qvod sit קרוב לבא est tempus pœnæ futuræ, **die Zeit der ins stehenden Zornheimsuchung.** *Dies* autem *ejus s.* ימיה sunt *dies præsentis floridæ Babylonis Gloriæ*, qvos illa æternos fore sperabat: at opponit illi Propheta illud: לא ימשכו *neqvaqvam in illo statu perennabit*, non proferentur, extendentur: sed decurtabuntur illi dies. De Arabibus qvorum mentio supra ad v. 20. grassatoribus & prædonibus potiùs, qvàm Latronibus etiamnum Asiæ famosis, vid. inter alios *Martinus à* **Baumgarten** / in **Braitenbach** *Eqves Germanus*, in peregrinat. inprimis ad Monaster. s. Cathar. in monte Sinai p. 64, 65.

PARTIS II. ISAIANÆ
ORATIO I.

Concl. 1.

NExus Capitis 14 cum 13. est in nexu תשועת ישראל & חרגן בבל seu in *Casu Babylonis* de qvo cap. 13. v. 19. 20. 21. 22. & *triumfo liberandi Israelis*, & futurâ ad illum casum seqvela liberationis de qvâ c. 14. Ut liberaretur & lætiùs carceribus Babylonicis exiret *Israel*, cadere debuit *Babel*, & qvando hæc cecidit, *Babylon* qvidem Libertatem Ecclesiæ Israelis impedire ampliùs haut potuit, ipsa qvippe non jam amplius Domina: *Cyrus* autem *Dominus Babylonis* impedire *nec debuit*, qvia ita prædictum: *nec voluit*, qvia propter Ecclesiam, cui salutaris fuit *Casus Babylonis*, se prædestinatum Triumfatorem Babylonicum, & Liberatorem Israelis nominatum priùs qvàm natum, ex hujus ipsius Prophetæ, qvem à Judæis Babyloniis sine dubio accepit, vaticiniis hoc ipso cap. 44. v. ult. & c. 45. 1. 2. & seqq. ignorare haut potuit. Atqve adeò, si qværatur, qvare קרוב לבא עתה ? terminus Babylonici excidii maturabit? qvare dies Status præsentis tranqvilli & floridi tantùm abest, ut sint prolatandi, ut potius sint abbreviandi? Respondet Propheta: *Propter electos* s. *Israelem* ex *misericordiâ speciali* electum, cujus liberatio promissa est fore ad casum Babylonis. Typus insignis, si sublimius explicetur ex Matth. 24. 22. Marc. 13. 20. Luc. 21. 28. Rom. 8. 19. 20. 21. 22. Qværitur hîc statim *de Complemento Babylonis excisæ, & qvidem per* MEDOS v. 16. 17. de stupendo illo *vastitatis gradu*, ut ne *Arabi qvidem* vaganti, *ne Pastori qvidem*,

vel *gregi commodam cubationem sit præbitura*: sed *bestiis feris noxiis & terribilibus velut terra maledicta obnoxia futura* v. 21. 22. Qværitur inprimis, qvomodo conveniat qvod habetur in ultimo capitis 13. & versu & membro: קרוב לבוא עתה וימיה לא ימשכו qvomodo *tempus desolationis Babylonicæ propinqvum fuit tempore Isaiæ?* qvomodo *dies ejus non proferendi, nec prolati*, si adhuc ALEXANDRI Magni temporibus fuit talis, qvalis *à Semiramide* vel *Belo condita 385. stadia ambitu murorum complexa, Urbs munita, tantaq; ejus pulchritudo ac venustas, ut non Regis modò: sed omnium etiam oculos in semet haut immeritò converterit, eundemq; diutius qvàm ulla unqvam urbs detinuit, si æqvè tunc corrupta, ac in vinum & qvæ ebrietatem sequuntur effusa*, qvàm ætate Danielis? vid. Curt. l. 5. histor. num. 1.

Concl. 2. Supponendum hoc MASSA BABEL & ad *Regum* & ad *Regni Babyloniæ* futura funera vel excidia respicere, neqve uno temporis articulo plenarium complementum accepisse. Articulos *tres* ponimus. *Primum* in Balsasaro interfecto, nocte illâ blasphemè convivali vid. Dan. c. 5. & ibidem versus inprimis ultimus. Licet enim nec à Cyro, nec aliqvo Mediæ Rege expugnatam statuamus eâ nocte Babylonem, & mutatam penitus Monarchiam (qvi sc. cum mille proceribus tàm otiosè epulabatur, eum necesse est in urbe securâ non obsessâ fuisse, & securum, non ab externo hoste: sed à suis & domesticis ipsis interfectum esse) omninò tamen ibi *fractura regni Babylonici* exemplum primum, *sive* spectes ipsam *Balsasari* ex *Nbucadnezaris lineâ* Regis ultimi & abominabilis Surculi interfectionem, & in illâ tùm *Vaticinij Jirmiani* ex c. 27. 7. in qvo Imperatores Monarchici Babylonici ponuntur nonnisi *Nbucadnezar, Filius ejus & Nepos ejus* tùm inprimis illorum qvæ dicuntur Isaiæ c. 15. v. 19. 20. 22. consumationem, *sive* spectes *Darij domo Medi* Beroso dicti *Nabonidi*, Filii *Achasveri* vel *Oxyaris* ex Megistanibus s. Proceribus Mediæ Babylonii transfugæ successionem, & adeò regni Babyloniæ à Sangvine Nabopollasaris & Nbucadnezaris ad exteros, hominem sc. Medi Sangvinis translationem, *sive* Legum *Persarum & Medorum* in magnam regni partem introductio-

troductionem, qvæ totiens allegatur Dan. c. 6. Licet enim exinde non probetur *Darius* ille jam antea *Rex* fuisse *Mediæ*, & penitus immutasse formam *Monarchiæ Babylonicæ*, qvia tamen *Medus* erat *Sangvine*, sive ipse in præfecturas plurimas Legem Persarum & Medorum introduxit, sive ipsi Proceres Imperii, autores illius Senatus-Consulti, Regi Sangvine Medo blandituri, confirmari illud Lege Persicâ & Medicâ petierunt, ut omninò in successione Darii Medi qvi velut conjuratorum in Balsasarum nepotem Nbucadnezaris signifer in ejus locum est suffectus, immutata qvodammodo sit forma Babylonica, unde est qvod nonnisi post illum *Lex Persarum & Medorum* nominetur in Danielis historiâ: neqve qvi ibi poposcerunt confirmationem, ex solâ *Susianâ Persicâ Megistanes* fuerunt: qvin qvod Dan. 5 38. habet interpretatio Scripturæ admirabilis qvà vocem פרסין vel פרס adimpletum ex parte in hoc *Dario*, planè in *Cyro*: *fractum* sc. primò omnium *est regnum* qvando ad exteros translatum: hoc autem factum, qvando *datum* est MEDO in *Dario* homine *Medi Sangvinis*, & *datum Persæ* in *Cyro*: itaqve rectè dicitur: ἐκλάσθη ἡ βασιλεία σου καὶ ἐδόθη τῇ Μηδίᾳ καὶ τῇ Περσίδι.

Concl. 3. Articulus 2. ponendus in *Cyro Monarchæ*, Victore *Darij* illius *Medi*, expugnatore Babylonis, & uncto Liberatore Israelis, qvi Darium illum anno ipsius 17. prælio victum in arcem Borsippenam compulit, biennio post Babylonem pariter & Borsippum expugnavit, Nabonido tamen & vitam & provinciam donavit, inde in Indias profectus, & cum triumfo Babylonem reversus jam Diploma illud *Israelis reddendi suæ patriæ*, qvod continetur Esræ c. 1. v. 2. 3. publicavit, ipse triennio post, anno sc. Imperii Persici 31. labente, Babylonici & adeò Monarchici 3. Joachimi deportati anno 72. obiit. Omninò *in hoc secundo Babylonis casu* adimpleta magna hujus Prophetiæ pars, illa præprimis, qvæ c. 13. v. 16. & 17. dicuntur. In exercitu certè Cyri oppugnantis Babylonem, prævaluére Medi jam per tot annos sub regno Cyri: neqve dubium qvin tales fuerint Babyloniis Urbi sc. & regno qvales illos fore prævidit Propheta: sed & certum ad hunc casum velut Babylonis

exscindendæ secundam tubam respexisse Prophetam in novissimis cap. 13. verbis, *de appropinqvante tempore & non protrahendis diebus illius.* Facit pro illo septuagenarius annorum captivitatis Israelis in hac Erâ Cyri absolutus, ad qvem sine dubio respectus Prophetæ in c. 14. 1. Illa tamen qvæ habet v. 19. 20. 21. 22. neqvaqvam sive tunc adimpleta, sive intra 200. annos proximos, ad ætatem usqve Alexandri, qvi intravit Babylonem suo adhuc seculari Schemate admirandam, & ita intravit, ut non tàm corrumperet, qvàm corruptior ipse exiret: testis *Curtius* jam supra allegatus. Dandus igitur post *Cyrum*, imò post *Alexandrum Magnum tertius* Babylonis cadentis *articulus*, qvem terminis suis exprimere accuratissimè haut licet, sive qvod in illo latente casus tempore mysterium sit, sive inde illud, qvod specialissimè θεήλατος ille casus fuerit. Illud certum, qvod post Alexandri fata ceciderit: certum, qvod lento gradu & sensim in ruinas iverit: certum, qvod jam *Vespasianorum* tempore nil præter Beli Jovis templum ostendere potuerit: certum qvod & hoc & omnia adeò ejus monumenta in tam horridam vastitatem desierint, ut difficile fuerit posteris seculis invenire locum veteris illius Babylonis: Certum, qvod qvæ nunc Babylon dicitur, nova urbs sit, & alio loco sita, in imaginationem veteris Babylonis à Mansuro anno Hegiræ 145. qvi nobis est 766. condita: certum, qvod vetus illa longè præsenti & major & amplior penitus desolata ac in *Spelæa serpentum*, basiliscorum, viperarum dudum sit redacta, qvâ de re vid. R. Benjam. Tudelens. in Itinerario, qvi planè ostendit adimpletum illud Prophetæ v. 19. 20. 21. vaticinium: sed & ad hos articulos referendum id qvod habetur c. 14. 23. 24. Satisfactum qvæstioni.

Concl 4. Ita autem hic procedit ut proponat 1. *ipsam Israelis Liberationem* v. 1. 2. 2. *Israelis liberati Soterion & Epinicion parabolicum.* à v. 3. ad v. 22. 3. *Futurum Babylonis* v. 22. 23. & in illius fidem instantissimum *Assyrij excidium super montes Israelis* v. 24. 25. Obsignatur totum hoc *Massa Babel* seu Programma feciale DEI in Babylonios, qvod uti in capite superiori tractatur magis pœnaliter: ita hîc magis describitur criminalitèr vid. v. 3. 4. 6. 7. 12. 13. 14. 16. 17. 20. Si-

17. 20. Sigillo cœlestis consilii, & manu JHOVAH ZBAOTH v. 26. 27. Porrò Liberationis Israelis *principium* vel *causa impulsiva* προηγουμένη explicatur in territorio v. 1. Sakephkatonato & in actibus suis qvos continet subordinando, sc. *nationalis Jacobi* seu *Israelis* ex *ineffabili misericordiâ* יהוה *electio*, unde jam fluit in territorio 2. *ipsa Liberatio* seu Israelis ex Babel *in patriam* Immanuelis *reductio:* Concomitantia & conseqventia liberationis ponuntur 1. *Ecclesiæ Israelis per* Proselytos *Gentiles insignis amplificatio* v. 1. m. 2. 2. Ejusdem *Ecclesiæ honorifica in terram sibi patriam per Gentiles immissio* s. *introductio*. v. 2. m. 1. territ. 1. qvod desinit in Segolta. 3. *Gentilium illorum* sub Ecclesiâ Israelis *inversa conditio* in territorio 2. unde jam fluit id qvod dicitur in m. 2. de *Israele Domino* illos sc. nunc habente servos, qvos antea in Babel experiebatur hostes Dominos; qvæ succincta primæ partis in c. 14. anatomia est.

Concl. 5. Qværitur hîc 1. an rectè Rabbini propositiones duas territorii primi v. 1. explicent *de distinctis liberationibus*, Babylonicâ sc. per *Cyrum*, & Catholicâ futurâ aliqvando per MESSIAM promissum. Ita Raschi ad proposilionem primam s. *Misericordiæ*, qvæ est ידחם יהוה את יעקוב Der HERR wird sich über Jacob erbarmen/ addit: לשמר להם אבטחת גאלתם מיד בבל i. e. Miserabitur illorum *adeò ut adimpleturus sit illis promissionem liberationis ex Babel:* ad alteram autem *Electionis* propositionem, qvæ est יהוה בחר עוד בישראל; seu, der HERR wird Israel noch weiter erwehlen/ addit לעתיד וגאלם גאולה שלימה i. e. *Eliget in futurum, & redimet eos redemtione perfectâ* (sc. per Messiam). Ita Kimchi: הנכון בעיני בזה כי זה הפסוק יתפרש לשני פנים i. e. *Certum est in oculis meis, qvod hic versus habeat duos respectus, juxta qvos est explicandus.* Addit: *Propositionem illam primam respectum habere ad Babelem & Cyrum*, h. m. עתה בגלות בבל ידחם עליהם ויוציאם מגלותם i. e. *Jam nunc in ipsa captivitate Babylonicâ miserebitur illorum & educet illos ex captivitate:* Secundam autem *ad redemtionem futuram & Meßiam* h. m. ובחר עוד בישראל בימי המשיח i. e. *JHOVAH electurus*

adhuc est Israelem, in diebus CHRISTI (Messiæ promissi) Qvicqvid adeò stat post *Rvia* in voce *Jacobh* v. 1. illud in v. 1. & 2. exclusivè referunt Rabbini ad tempora Messiæ, revelandi, & qvam sub illo sperant liberationem.

Concl. 6. Qværitur an rectè? Negatur. Ratio 1. qvia רחמי יהוה s. σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ referuntur ad actum בחורה per sequelam positus formalis, qvi reqvirit *subordinationem Regis Rvia & formalem & materialem*, ad sequentis *Sakephkaton* thronum, uti hic subordinatur formaliter & materialiter sequenti Regi *Atnach:* atqve adeò actus *miserationis* referendus *ad actum electionis, & actus electionis* ad *actum terrestris restitutionis.* DEUS *miserebitur* Jacobi (vel Israelis) & *ex indebitâ misericordiâ eliget* amplius Israelem, atqve ita *ex merâ misericordiâ restituet in possessionem terræ Israelis.* Totum sc. illud *ad Liberationem ex Babel præteritam,* sub Cyri imperio adimpletum. 2. Respectus v. 3. & 4. ad 1. & 2. Usurpatio item illius משרה debebat posterior esse *actu illius collocationis Israelis* s. reducendi in terram suam, qvi notatur v. 1. & 2. Probatur ex collatione illius הניחם על ארמתם v. 1. cum illo ביום הניח יהוה v. 3. At illo משרה debebant uti Israelitæ sub Cyro & Persarum imperio. E. 3. Nexus capitum jam supra notatus obstat illi distractioni textus: neqve convenit satis juxta Rabbinos illos sc. *Babylonis casus* imminet, *& mox Babel cadet, abbreviabuntur dies floridæ superbæq; Babylonis.* Ita Propheta c. 13. v. ult. Qvare id? Respondet Rabbinus: *Qvia* sc. *tunc qvidem DEUS miserebitur ex parte Israelis: sed post bis mille annos & ultra demum DEUS eliget Israelem & perfectè illum liberabit, ac in terrâ veteri de novo per populos subigendos collocabit.*

Concl. 7. Juxta Rabbinos talis esset sequela versus 1. *Miserebitur JHOVAH Jacobi* (seu duarum tribuum, qvas proinde sub Cyro liberabit ex Babylone) *cæterum post illam liberationem & reductionem in terram Israelis, ubi illam per 600. annos possederint, denuò Captivitatem Romanorum subibunt & desolatis planè metropoli ac templo dispersi per orbem terrarum ultra 1600. annos exules erunt:* nihilominus *JHOVAH eliget iterum Israelem, mittet MESSIAM Redemptorem,*

demptorem, per qvem reducet Israelem in qvondam patriam: & tunc adhærebunt illis peregrini, tunc subigentur ab Israele Ductores populi vid. v. 2. Apparet facilè saltus ingens, intervallum grande inter *illam Misericordiam exercitam, & electionem Israelis gratiosam.* Qvare *misericordia* separatur ab actibus subordinatis, per qvos exeritur? Qvare *electio* & *reductio in terram,* MESSIÆ, *miseratio* יהוה Cyri liberationi vendicatur? qvare reductio ex Babylone in terram sanctam, qvare Captivitas sub Romanis, & longum exinde exilium tacetur? Ubi autem alibi *post finem Urbis S. & Templi 2.* & utriusqve שמטות eo modo qvo prædixit *Gabriel,* Dan. c. 9, à v. 25. post LXX. Gabrielis hebdomadas, post Bethlehem excisam, manifestandus primò omnium memoratur MESSIAS, idq; tanto seculorum intervallo? Ubi designatur ab ullo Prophetarum MESSIAS nasciturus sub exilio Israelis, nec saltem non sub templo 2. sed nec post illud in patriâ veteris Israelis? Ubi MESSIAS idem post anathema novissimum, & 1600. annorum exilium futurus congregator Judæorum Catholicus? & ubi ipsa talis congregatio topica, & nova Architectonica corporalis Hierosolymitana? Non negamus in hac electione Israelis, includi nativitatis Messiæ Bethlehemiticæ excellentiam, propter qvam non nisi in Isai Davidisq; patriâ expediendam DEUS virtute MESSIÆ Mediatoris procuravit Israeli deportato reversionem illam ex Babel in Prophetarum patriam: nec negamus in CHRISTO CHRISTUM s. in Cyro Messiam Redemtorem, in liberatione, cujus terminus à qvo Babel, liberationem futuram per Messiam eminenter contineri, & ad illam tùm in *misericordiæ,* tùm *electionis* vocabulo respectum connotari: neqve negamus complementum illorum qvæ dicuntur in m. 2. & v. 2. spirituale sub Messiâ & nostro JESU Nazareno posse ostendi: negamus autem de liberatione & electione credentis Israelis spirituali proprio hoc loco formaliter agi, multò magis negamus hic *futuram aliqvam universalem omnium Judæorumè toto orbe congregationem, & in terram Canaan corporalem reductionem,* qvàm tacent Prophetæ, inculcari.

Concl.

Concl. 8. Ubi ne qvis objiciat *Judæus* loca numerosa, notamus 1. *à literâ rerum hujus seculi ad significatas sensu literali res hujus seculi in* Prophetis non V. C. Sæpè sc. per res externas hujus seculi describunt res æternas futuri seculi. 2. Non omnia *Prophetarum vaticinia in eadem Ecclesiâ, in qvâ inchoantur*, etiam *consumantur*, imò *nec in eadem vitâ:* sed qvædam qvoad plenarium complementum futuræ vitæ reservantur. 3. *Duplex Messiæ Adventus dandus est:* unus *Bethlehemiticæ egressionis*, ex humili statu *superexaltationis*, *ac triumfi Evangelici* in regno gratiæ, alter judiciariæ *majestatis* ac *Angelici Celeusmatis* in die revelatæ plenissimè cœlestis gloriæ. 4. *Promissiones de reditu in terram Canaan in Mose, & Prophetis de septuagenario annorum Babylonico agentibus* vel ad illum respicientibus, *intelligendæ sunt de corporali Babylonicâ jam adimpletâ liberatione:* in *reliqvis Propheticis* locis intelligendæ sunt *de multorum Judæorum jam olim factâ.* vid. Act 21. 20. *& continuatâ per omnia secula ad Ecclesiam conversione* (qvicqvid sit de *universali illâ Judaicæ gentis ante diem novissimum conversione*, qvam ex Hoseæ c. 3. & ex *Paulino mysterio* Rom. 12. 25. 26. qvidam probant) 5. Prophetiæ *de amplificatione & gloriâ Evangelicâ Sionis* seu *N. T. Ecclesiæ non sunt restringendæ ad angustiam Judaicæ Synagogæ.*

Concl. 9. Ex his observatis ruunt objecta plurima e. c. objicit h. l. Kimchi prophetiam Sachar. c. 2. 15. *de gentium multarum Sioni adjungendarum conversione:* eundemq; locum præsenti v. 1. m. 2. ubi dicitur הגר נלוה s. *peregrinus adjungendus*, item נספח *adhæsurus domui Jacobi*, parallelum statuit: Respondetur ex observatione 1. 4 & 5. ostenditur sc. Complementum præsentis Prophetiæ Isaianæ in ipsis Monarchis Gentium Esr. c. 1. 2. c. 6. 10. 12. &c nedum in inferioribus conversis & veri DEI confessoribus factis, etsi non topicè Domui Israelis adjunctis: neqve enim illis verbis notatur adjunctura corporalis Topica: sed sufficit religiosa *in Proselytis*, qvi magno numero *ex Babylone* Persiâ, Mediâ, & *omni populo sub cœlo* sese post reversionem Judæorum ex Babylone in patriam, *Ecclesiæ Israelis sponte adjunxerunt* seculis succedentibus, & ipso nostri JESU tempore: sed & in illis, qvos uti qvondam illi

Ægypto

Ægypto exeunte Israele Exod 12.38 ita videntes exeuntem gloriosè captâ Babylone Israelem, agnovisse Babylonis casum à DEO Israelis & iis sese adjunxisse, multis argumentis colligitur ex libris Esræ & Nechemiæ: sed & ex ipsa liberationis admirabilitate: neqve enim *particularis adversaria Samaritana*, qvam objicit Kimchî ex locis Esræ 4.5.17.23.24 qvippe imperiali splendore Diplomatum sublata, & in adjutorium conversa vid. c.6.6.7.13. c.7.11.12. &c. negat hujus Prophetiæ, sive jam tunc, sive in proprioribus seculis complementum. Ostenditur illa Sachariana impleta in nostro Messia JESU Nazareno, tùm *ex prædictione* Joh. 10.16. & c.11.5 tùm *ex Apostolicâ instructione* Matth. 28.19. Marc. 16.15. Luc. 24.47. tùm *ex mandati Apostolici executione & eventus fœcundi successione* Marci 16. ult. Rom 10.18. Act. c.2.40. c.10.45 c.13.46.47.

Concl. 10. *Objicit* idem *Kimchi* ad v.2. c.14. illud *de populis accepturis & reducturis Israelem in terram patriam*, non adimpletum: sed futurum demum tempore Messiæ. Resp. ex notâ 1.2.4. Complementum in Israele Babylonem egresso evidentissimum vide Esr. c.1.3.4.5.6 8. c.5.14 15. c.6.6.7.8.9.10.11.12.13. c.7.13.14.15.16. 17.21. & qvi benè notentur v.25.26.27. sed & Neckem. c.2.7.8.9. adimpletum prærerea in Proselytis Judæorum spontaneâ servitute, & religiosâ contributione ac subjectione Ecclesiæ Israelis obligatis, & hâc occasione ad Messiam conversis, per qvos amplissima Gentium qvondam Dominarum spolia Ecclesiæ Israelis sunt consecrata: Sed & occasione hujus loci urget Kimchi locum Isa.66. 20. & seqq. Respondetur ex observ.2.4.5. Eadem solutio aliorum locorum de qvibus Kimchi: כמה פסוקים מורים ער זה העניז ביאת המשיח ברברי הנביאים i.e. *Tot versus Biblici docent hoc & similibus modis adventum Messiæ in libris Prophetarum*: item כמה פסוקים מורים ער זה i.e. *Tot versus Biblici docent hâc de re.* Fatemur docent de Messiâ: sed non *venturo demum bis mille post ablatum Sceptrum* annis, tot seculis, post abrogatum unà cum *templo desolato & terrâ Israelis maledictâ*, Sacrificium. Fatemur loqvuntur dicta de *amplitudine conversionis Gentium*, de *reductione Judæorum*: sed nec de illâ sub *futuro demum adhuc Messiâ*, *nec de hâc*

futurâ Topicè & corporali modo : qvæ omnia somnia sunt Judæorum.

Concl. 11. Qværitur 2. qvid h. l. per Jacob & Israel? Resp. Δωδεκάφυλον, qvod prroinde dandum sub templo 2. qvicqvid sit de Διασπορᾷ plurimorum τῶν Δωδεκαφύλων, & negatâ rectè reversione singulorum ἐν Δωδεκαφύλῳ. Qværitur 3. qvæ ratio verbi הניחם in v. 1.? Resp. Distingvendæ radices הנח in v. 1. & v. 3. ratio discretionis ex punctatione. Ibi radix est ינח in Hiphil usitata הֵנִיחַ vid. Jud. 3. 1. Jerem. 43. 6. Hîc radix est נוח. Ibi significatio *collocandi, statuendi,* & *in certo statu relinqvendi*, vid. 1. Reg. 8. 9. Num. 19. 9. hîc *qviescendi.* Qværitur 4. Qvæ ratio voces נספחו in v. 1.? Resp. Subjectum est הַגֵּר seu alienigena: notatur pluralitas Gentilium, de qvâ dicitur 1. נלוה עלי ישראל i. e. *Adjungetur Ecclesiæ Israelis* vid. de rad לוה qvæ præter unum locum Eccl. 8. 15. in sensu *adjungendi* non-nisi in forma Niphal occurrit vid. Num. 18. 4. Dan. 11. 34. Esth. 9. 27. uti in sensu *adhæsionis creduti & debiti* non nisi in Kal & Hiphil vid. Ps. 37. 21, Ps. 112. 5. Es. 24. 2. 2. נספחו על בית יעקוב i. e. *Associabuntur & associati tenacitèr adhærebunt domui Jacob.* Radix verbalis occurrit in 5. conjugationibus, & qvidem semel in singulis sic in Kal. occurrit. 1. Sam. 2. 36. ubi repræsentatur Supplicatio mendicabuli Sacerdotalis pro impetrandâ sc. conditione Ecclesiasticâ propter farinam, planè ex seculo etiam nostro : ספחני נא אל אחת הכהונות Promove me (fac *adhærere me, adjunge me*) ad unam aliqvam illorum *(vacantium)* Sacerdotiorum *(ad Spartam aliqvam Sacerdotalem* s. *Ecclesiasticam)* Batavi expresserunt: **Neemt my doch aen tot eenig Priesterlycke Bedieninge/ dat ick een beten Brot mögheeten.** vid. de reliqvis Chab. 2. 15. Job. 30. 7. 1. Sam. 26. 19. qvi novissimus locus bene hîc notetur & applicetur. Qværitur 5. qvæ ratio analyseos, in v. 2. Resp. Analysis est πολύδεσμος. In territorio 1. *Populi Gentiles* sunt subjectum : *Israel* in prædicato Objectum : in territ. 2 contra *domus Israel* subjectum, *Populi* illi objectum : ibi *Israel* se habet passivè : *Populi* activè. Hîc contra. Benè adeò

adeò notetur affixum ם in לקחוכם in הביאום & in התנחרום in qvibus objectum diversum ὁποσθέσμον. Notetur pro Conclusione: Cyrus Christus Es. 45. 1. non potuit Babeli captivum Israelem eripere, & hunc liberare, nisi expugnatâ prius & subactâ Babylone. Salvator CHRISTUS, qvâ ratione hìc repræsentetur vide Matt. 12. 29 Marc 3. 27,

Concl. 12. Seqvitur ipsum משל *S. Triumfus Israelis de Babylone parabolicus*, qvi à v. 3. incipit cum titulo, exprimente *circumstantiam temporis.* Scilicet qvamdiu fuit Israel in *servitute Babylonis*, tamdiu fuit 1. in statu עצב *s. dolorosæ & molestissimæ captivitatis.* 2. In statu רגז *s. vehementissimæ commotionis & indignationis*, cujus exemplum vide Psal. 137. 1. 3. 7. 3. In statu העברה הקשה *servitutis illius, durissimæ illius* (additur אשר עבר בך, ubi sive verbum masculinum resolvas impersonalitèr, *qvâ* sc. *servitute Despoticè imperatum est in te*, sive ut sit referendum ad עברה, atqve adeò sic עֲבֹדָה עֲבַד Idiotismus complexi, qvi signat superlativè, perinde nobis) Ubi igitur illa omnia desinunt, ibi jam est יום הניח יהוה לישראל ab illo 1. עֹצֶב, 2. רגז, 3. עבדה קשה atqve adeò ibi jam יום נשיאת חמשל s. dies *eloqvendi illud Maschal Babylonicum.* 4. Rectè autem Kimchi ad v. 3. הוא יום חרבן בבל i. e. *Hic est dies desolationis Babylonicæ.*

Concl. 3. Qværitur circa illud 1. qvæ ratio משל? Resp. משל *est sermo profundi sensus arcanâ majestate, ipsâ etiam dictionis sive brevitate, sive insolentiori singularitate notabilis, & Scrutinij proinde eminentioris.* R. D. Kimchi: Maschal, inqvit, est דבור שאינו מובן כמשמעו i. e. *Tale dictum, qvod non intelligendum secundum literam.* Excelluit hoc in genere Salomo, cui proinde *3. mille talium subtiliorum sensu dictorum* s. משל tribuuntur 1. Reg. 4. 32. de qvibus qvæsiti an omnia supersint an nulla? Respondemus: *nec omnia, nec nulla.* Sed πλεῖον Σολομῶνος ὧδε. Uti in JESU nostro omnes *Thesauri Sapientiæ & γνώσεως θεοῦ ἀπόκρυφοι* Col. 2. 3. ita *fons* משל in JESU Doctore Parabolico, ex qvo fonte promanarunt tot in Evangeliis annotata משלי ישוע qvorum exempla vide Matth. 13. 34. 35. & iib-

35 & ibidem allegatio Psal. 78. 2. Sed & hic notetur tum in membro 1. *Apertio oris* qvæ in sacris signum est dicti eminentioris vid. Matth. 5. 2. Act. 10. 34. tum in membro 2. distinctio in Græco danda talis: Ἀπὸ καταβολῆς κάτμαι ἐρεύξομαι τὰ κεκρυμμένα, uti & ibidem verbum אביע & in Græco ἐρεύξομαι: Benè Batavi: **Ick sal uytwerpen gelyck een Fonteine haer Water: ick sal overflödighlick uytstorten.** Conferatur exemplum משל præsenti parallelum; sed brevius Chbacuc 2. 6.

Concl. 14. Qværitur 2. Qvæ ratio illius מרהבה in v. 4. Resp. 1. Est origine Chaldaica; pro ratione משל Babyloniis Babylonicâ voce acclamatur. Etymo רהב *auri* inest significatum: unde מרהבה, qvod sive cum Kimchio pro *Nomine Adjectivo* habeas שם התאר exprimente *Babylonem auream* בערת זהב *auri insatiabilem Dominam*, vel *splendore & dignitate auream* planè sicut in Colosso *Caput aureum* ריש די דהב טב *Babylon* vid. Dan. 2. 33. sive pro *ipsis opibus & gazis auri, ac potentiâ seculari*, qvomodo Chaldæus reddidit per סף תקוף חיבא, sive *de tributo, qvod sumebatur in auro, & contributionibus Israel impositis*, qvorsum respicit R.S. Jarchi dicens, qvod sit לשון מרבית גאוה ומשא כבד, perinde est & illa facilè subordinantur. 2. Illud notandum, *Mashal* hoc repræsentari per *ostentionem interrogantis & respondentis*. Illa continetur in v. 4. m. 2. per modum *admirationis*: Qvomodo *cessat nunc Exactor?* (qvomodo) *cessat aurea* (Babel) Admiratur sc. illo potentiæ fastigio deturbari potuisse Babylonem, ut non amplius exigere posset tributum ab Israele. Luth. **Wie ists mit dem Treiber so gar auß / und der (güldene) Zins hat ein Ende?** Neqve malè Batavi: **Ho houdt de Dryver op? ho houdt de Gaudene op?** Huic jam opponitur Respondens in v. 5. (Non mirum est, cecidisse Babylonem) *Ipse* JHOVAH *fregit baculum & virgam impiæ Babylonis*. Pulchrè Chaldæus per שולטן חיבין & תקוף רשיעין expressit vocibus Imperio Orientalium barbarorum congruis.

Concl. 15. Qværitur 3. Qvæ ratio illius *territorij ultimi* in v. 6. מֻרְדָּף בְּלִי חָשְׂךְ. Certum, qvod vox מרדף hîc sit *Hophal passivè* explicanda, ita ut notet non τὸ διώκειν vel θλίβειν; sed δεδιωγμένον

διωκόμενον vel παθλιμμένον, non qvi perseqvitur: sed qvi persecutionem patitur. Ergone culpandus noster Lutherus qvi reddit: und verfolgete ohn Barmhertzigkeit: sc. *Baculus Assyrius perseqvebatur sine cohibitione?* Non putamus. Referri sc. poterat ad גוים immediatè antecedens hoc sensu: *Tanta ira dominabatur gentibus*, ut ab illo גוי גוי s. *unaqvæqve gens esset* מרדף בלי חשך s. *ab illo persecutionem pateretur sine cohibente.* Melius sanè, qvàm si ita reddas: *Si qvis populus esset* מרדף, *ille non cohibebat:* sed *persecutiones gentium lubens audiebat.* Rectissimè tamen in his verbis *prædicatum pœnale* statuitur, uti in omnibus hoc versu præcedentibus *subjectum criminale*, idq; ex *commensuratione* hoc modo: *Babylonius fuit Percussor & persecutor gentium plagâ, qvam nec ipse nec alius cohibebit, & impunè dominatus est gentibus.* At nunc ille ipse *Percussor percutietur*, ille ipse *persecutor persecutionem patietur & qvidem ita ut nemo sit cohibiturus*, vel impedire plagas illas valiturus. Ita hic versus non habet se ut syncategorematicum prædicati versus præcedentis: sed est propositio perfecta peculiaris.

Concl 16. Qværitur 4. Qvis sensus illius, qvod in v. 7. dicitur פצחו רנה? Resp. 1. Tritum illud פצח non esse vocabulum *gaudij*, qvà talis: sed *qvatenus illud cum jubileo aliqvo sonitu, strepitu erumpit*, ita ut sit φωνὴ βοῶντος μετ' εὐφροσύνης, & audiatur *fragor jubileus.* Ita & apud *Syrum* obtinere docet exemplum Gal 4. 27. ubi est אתפצחי. Vidit hoc Lutherus reddens: (Nu ruhet doch alle Welt/ und ist stille/ und) jauchzet frölich. Notetur 2. duplex hic describitur Musica in funere Babylonis: una jubilea *Viventium*, altera horrida Tartari sc. & *Mortuorum:* illa tùm œcumenica, s. *totius illius terræ*, antea bellicis tumultibus afflictæ & exagitatæ, nunc *qviescentis & tranqvillæ*, atqve exinde erumpentis in jubilum v. 7. tùm inprimis *abietum & Cedrorum Libani* (v. 8.) ubi si seqvaris τὸ χάσμα inculcatur pausa magnificæ architectonicæ *palatiorum & apparatuum bellicorum*, qvibus immensum studebat Babylonius, adeò ut Cedris & Abietibus post illius funus novum qvasi vitæ privilegium cesserit, cum ante illud, excidium prope instaret toti Libano: Si autem *Cedros* & *Arietes* intelliges *Reges & Principes* Babylonis im-

perio duriori obnoxios satisq; hactenus accisos, nunc autem funere illius in jubila effusos facilè constabit sensus. Altera autem *Tartari Musica* describitur à v. 9. ubi notetur statim Rvia in voce 1. שאל ostendens & discrimen Musicarum & horrorem *infernalis Musicæ*. Notetur illud מתחת non copulandum cum שאל: sed referendum ad רגזה. Sensus est. *Babylonium ad inferos descendentem, & tremendâ illâ majestate nunc excidentem movisse suo adventu totum Infernum & qvidem hunc cum fremitu ab inferiori suo commotum in occursum tanti nunc inferorum hospitis, excitasse obviam ituros tanto funeri mortuos infideles*, inprimis autem *Principes terræ* & *Reges gentium*, qvi de *thronis funeralibus*, qs. *assurrexerint* potentiori qvondam Regi, etsi nunc conditione æqvali, idq; *horr sono* qvodam *Cantu*, qvod describitur à v. 10. testatos & admiratos.

Concl. 17. Qvær. 5. ad v. 12. Qvid הילל & qvis ille הילל בן שחר qvi cœlo excidisse dicitur. R. 1. הילל tàm à ילל cui *ejulandi* inest significatio, qvàm ab הלל in significatione *sive laudandi, sive splendendi*. 2. De *Phosphoro* interpretes juxta literam: & de Babylonio, fulgidissimo hactenus toto orbe sydere, excidente nunc omni illà sublimi & fulgidâ majestate, & facto funere lamentabili juxta sensum literalem: utrumqve rectè: pro illo facit בן שחר s Filius Auroræ. pro hoc חולש על גוים titulus Tyranni in m. 2. Nihil hîc de Lapsu Angelorum Principis, & judicio primi lapsus de qvo nec Luc. 10. 18 qvia Scopus repugnat; sed ex professo 2. Pet. 2. 4. & Ep. Jud. 6. Laudandus h. l. Chaldæus reddens: איכדין אתרכנת מן רומא דהוית זיותן בגו בני אנשא כככב נוגהא בין כוכביא אתרטשתא לארעא דהוית קטול בעממיא: i. e. *Qvomodo dejectus es ab altitudine, qvi eras splendidus inter filios hominum, sicut stella splendidissima* (Phosphorus) *inter alias Stellas: Dimissus es in terram, qvi eras homicida in populis*. Batavi Hebraismum expressuri reddiderunt: **Hoe zyt ghi uyt den Hemel gevallen/o Morgensterne ghy Sone des Dageraets?** Elegantissimè Lutherus: **Wie bistu vom Himmel gefallen/du schöner Morgenstern? Wie bistu zur Erden gefället/ der du die Heiden schwächetest.**

Concl 18. Qv. 6. qvid per ככבי אל in applicatione literali?

v. 13. Resp.

v. 13. Resp. Chaldæus: עַל מן עמיה דארהא אשוי כורסי מלכותי i. e. Supra Populum DEI collocabo thronum regni mei. Qvær. 7. Qvid per הר מועד ירכתי צפון & ibidem? Resp *Mons solemnis conventus*, & *latera aqvilonis*, ad *Sionem* & *Moriah* locum *Sanctuarij*, ipsamq; *Urbem* S. respiciunt. Notatur conceptus blasphemè superbus Babylonii, qvi expugnatis Hierosolymis Civitate DEI, jam DEO æqvalis haberi non dubitabat: Conf. de vocibus Psalm. 48. 3. sed & Ezech. 38. 6. & notetur in v. 14. illud אֲדַמֶּה in Hithpael, non Niphal; conferatur jam eventus consilii in v. 15. Babylonius מהרמה s. *assimilans seipsum DEO excelso, & hoc consilio ascensurus in cœlum, dejicitur in infernum: collocaturus se ad latera aqvilonis supra Sanctum Sanctorum, deturbatur ad latera foveæ infernalis.*

Concl. 19. Qv. 8. qvid sibi velit positus in v. 18. אסירין לא פתח ביתה? R. 1. Supponendum, repræsentari hîc *Theatrum funerale Babylonij, & tanti funeris Spectatores ac admiratores* (benè notetur v. 16. & ibidem illud אליך יתבננו & אליך ישגיחו i. e. *attoniti pertinaciter ad Te taumq; illum casum mente respicient, & animadvertent*) qvorum conceptus & oratio memoratur à v. 16. Dicent sc. *Hiccine est vir ille perturbans paulò antè terram, potentèr commovens regna, disponens habitatum orbem in desertum, devastans urbes ejus.* v. 17. m. 1. Seqvitur nunc superior positus, in qvo proinde subjectum idem est, qvod in superioribus sc. Babylonius. 2. Hieron. & Pagninus: Vinctis suis non aperuit Carcerem. Ita jam ante Chaldæus: לאסירהי לא פתח תרעא i. e. *Vinctis suis non aperuit portam.* Pulchrè noster Lutherus: Er gab seine Gefangene nicht loß. Planè ad formam: 1. illud פתח includit subordinatum, *aperuit, solvit* i. e. *solutos Vinculis dimisit.* 2. ביתה cum ה locali includit terminum ad qvem illius dimissionis, sc. *reversionem in patriam.* 3. אסירין sine ל magis Accusativo convenit: atqve adeò rectè redditur; Babylonius bellator eâ lege atqve omine Captivos abduxit, ut nunqvam in *patriam* s. *domum illos libertate donatos remiserit:* qvoscunqve belli jure captivos semel abduxit, tenuit, nunqvam libertati illos & patriæ redditurus: & proinde ad liberandum Israelem, opus erat casu Babylonis, extra qvem si fuisset, nunqvam illa *Captivos* Israelitas *solutâ* captivitate *dimisisset domum.* Videmus idem in seculi nostri bellis abductis hinc

inde captivis, qvibus vix unqvam sperandus in patriam reditus, de qvibus idem dicere licebat אסיריו לא פתח בתיה.

Concl. 20. Qvær. 9. Qvinam sint in v. 19. מטעני חרב? Resp. *Confossi gladio*, so mit dem Schwerdt erstochen seyn/ qvæ species occisionis ponitur post titulum הֲרֻגִים: & probatur per לבש s. *vestimentum interfecti* cruentum, abominabile. טען in sacris non ultra, nisi Gen. 45. 17. Significatio illi, *infigendi, impingendi, firmitèr affigendi*, unde est significatio *firmitèr imponendi*, eo modo, qvo jumento onus portandum imponitur, vel hinc inde *ligamentis affigitur*: atqve ita in loco allegato. In præsenti a. *infixi gladio*, sunt qvi hostili gladio validissimè & vel capulotenus & ultra infixo, adeò ut vix regressus detur gladio, transverberantur: atq; adeò non opus est vel ex Chaldaismo, in qvo obtinet signicatio & *onerandi* & *transfigendi* (vid. Dn. Buxt. in Lex. Talmud.) vel ex *Arabismo* Lucem Hebrææ radici solicitè petere. Conferatur exemplum trucidati *Absalomi* 2. Sam. 18. 14. 15. *Abneri* 2. Sam. 3. 27. & præprimis exemplum exemplorum in *Eglone* Moabitarum Rege trucidato *ab Ehud Judice Israelis* Jud. 3. 21. 22. & facile apparebit, qvinã sint מטעני חרב qvomodo uno saltem puncto mutato etiam habet Chaldæus. Habet & Arabs & Chaldæ⁹ hoc ex Hebræo.

Concl. 21. Qv. 9. qvorsum qvæ dicuntur v. 19. 20. *de denegata sepulturâ* Regiâ vel honoratâ? R. vid. supra concl. 2. Omninò *Balsasar⁹* nocte per tumultũ interfect⁹, tumultuariè etiam sine ceremoniâ, nedum Regiâ pompâ, videtur sepult⁹ vid. Dan. 5. ult. Qv. 11. Qvid in v. 22. notetur per ערים: R. Notavit Masora זקיפי/ קמצי/ ז/ ליש/ דבבו. Ita se habet. Cum plurima sint per ערים, omnia tn. *Urbes* significant, septem exceptis, ubi notantur *Inimici*. Loca sunt Ps. 9. 7. Ps. 139. 20. Dan. 4. 17. Mich. 5. 10 14. 1. Sam. 28. 16. ubi tn. numerus singularis *in responso atri Samuelis*. Omninò E. juxta Masoram præsens Isaianus locus addendus ut impleatur septenarius. Sensus. Interficiendas à Medis & Persis omnes Babylonici Sangvinis reliqvias, etiam imbelliores & annis minores, non qvod jam noceant: sed ne adultiores facti nocere possint, & *subacto* per novam Tyrannidem *orbe terrarum, impleant facies terræ* ערים s. *inimicis & persecutoribus Ecclesiæ*. De cœtero hujus Orationis cum liqvida sint omnia, claudim⁹ hic primũ ISAIANUM MASSA illo Sigillo qvo obsignatur:

יהוה צבאות יעץ ומי יפר וידו הנטויה ומי ישיבנה:

PARTIS II. ISAIANÆ ORATIO II.

Concl. I.

POst MASSA BABEL, incedit MASSA PHILISTINORUM seu משא פרשת i. e. MANIFESTUM DEI BELLICUM adversus Philistinos, peculiari sectiunculâ, qvam à priore discernit Versus primus sc. בשנת מות המלך אחז היה המשא הזה. Ad Philistinorum autem nationem applicandum hoc משא docet versus statim secundus: אל תשמחי פלשת כלך. Sectiuncula hæc in ordine capitum rectius separatur à c. 14. qvàm cum illo copulatur, qvod proinde recte observatum à Luthero: vulgò tamen ad caput 14. velut appendix aliqva propter brevitatem suam refertur, in qvo proinde qvinqve versus posteriores faciunt hanc sectiunculam, cui titulum ex reipsâ dedimus: MASSA Philistinorum. Qvæ ratio seqvelæ post Babel, facilè expeditum. Israel inter Babylonios (qvo nomine includimus Assyrios, qvippe Babelis qvondam & Dominos & subditos) & Philistinos medius, non intensiores & robustiores facilè experiebatur hostes, qvàm hos collaterales. De Babele res alibi expedita. De Philistinis testes libri Judicum, & Samuelis, Regum, Chronicorum, in qvibus & active & passivè exempla cladium Philistinarum magno numero. Origo gentis Genes. 10. 14 Sanctiorem olim & cultiorem fuisse Patriarcharum peregrinationibus & historiâ Mosis Gen. c 20 c. 21. à v. 22. c. 26. 1. & seqq. item ibid. v. 26. & seqq. Validam bello & Castellis, situ ipso inter Ægyptum, Mare rubrum & Mare mediterraneum, qvod proinde in Geographiâ terræ sanctæ vocatur Mare Philistinorum

Exod. 23. 31. & Consilio itinerarii Israelis Exodici docemur Exod. 13. 17. 18.

Conel. 2. Inter Populos אשר הניח יהוה לנסות בם את ישראל primo loco ponuntur Philistinorum qvinqve Satrapæ חמשת סרני פלשתים vid. Jud. 3. 1. 2. 3. Luth. noster expressit finem illius qvietæ & non turbatæ hactenus possessionis in v. 2. **Daß die Geschlechte der Kinder Israel wüsten und lerneten streiten / die vorhin nichts drumb wüsten.** Videtur in disciplinâ bellicâ ab his gentibus hauriendâ posteris ætatibus Israelis finem secundarium ponere. Sensus fontium & seqvela talis: 1. JHOVAH הניח *manere fecit certas qvasdam gentes* (qvarum modificatio datur in m. 2. v. 1. ubi notetur particula את Regio accentu distincta & duplicata, ita ut una notet accusativum personalem, altera realem: sc. את כל אשר לא ידעו i. e. *Omnes illos ignorantes* s. *illam ipsam universitatem ignorantium* את כל מלחמות כנען *Universitatem bellorum Canaan*) de bellis illis Israelis in Cananæos sub Ducibus Mose, Josuaq; gestis, non adeò accuratè informatas 2. Finis illius inturbatæ qvarundam gentium possessionis ponitur לנסות בם את ישראל *ad explorandum per illas gentes Israelem* v. 1. m. 1. 3. *Licet autem illæ gentes ignorarent* vel *posthâc ignoraturæ essent Jus DEI in illis bellis Cananæis* (qvod immediatè præcedit v. 1. m. 2.) *tamen Israel etiam futurus ad seram usqve posteritatem ignorare non debebat, atqve adeò, ut generationes futuræ Israelis cognoscerent, ut illos etiam qvi qvondam non experti erant Cananæos & cum illâ gente bella Israelis antiqva, DEUS illa doceret bella, reliqvit illas gentes*: qvi proinde finis secundarius per modum parentheseos, occasione illius לא ידעו seu intellectionis bellorum Domini de Cananæis negatæ v. 1. m. 2. statim subjungitur toto v. 2. Atqve hic nobis est parentheticus & membro 2. v. 1. oppositus: qvia sc. dixerat v. 1. m. 2 *Gentes illas non agnituras judicia DEI in illis bellis Cananæis*, non curaturas, qvid olim Mose & Josuâ Ducibus factum sit, hâc occasione parenthesis ponitur oppositæ conditionis דרות בני ישראל s. *posterorum ætatum Israelis*. Omninò *Israel intelligere debebat historiam illorum bellorum*,

bellorum, & Jus DEI in illis, ut seri nepotes Israelis scirent, qvid olim factum sit circa gentem Cananæam: & propter hanc דעת seu *notitiam & disciplinam futuri Israelis, de bellis his dominicis DEUS qvoqve supermanere illas gentes voluit.* Notetur in v. 2. positus & proportio accentuationis in רק למען דעת דרות בני־ישראל sc. *Rvia, Pasta duplicatus & Itiv* in immediato concursu, rarissimus positus. Notetur Rvia in רק qvod hoc loco est signum sensus oppositi, vel argumenti disparati: sc. *Gentes illas ignorare universitatem illam bellorum Canaan DEUS justo judicio permisit,* imò ipse illos induravit, in mentem reprobam tradidit: *at non ita debuit se habere Israel, natio electa, & excellentiis illustribus donata.* Igitur licet דרות illarum gentium ignorarent, tamen Israelis generationes futuræ hautqvaqvam ignorare debebant: sed notitiam accuratam horum bellorum habere, eamq; in Ecclesiâ perennem conservare: unde illud רק Rviatum statim sistit sensum, & docet jus Israelis oppositum. Qvæ occasione loci hujus intricati à Commentatoribus & Interpretibus nunc dicere sufficiat.

Concl. 3. Redimus ad nostros Philistinos, irato Israeli DEO, sæpè Israelis Dominos, unde illud Jud. 10. 13. ויחר אף יהוה בישראל; additur statim: וימכרם ביד פלשתים; Cæterum illud bellum ab Ammonitis Israeli indictum, à Iiphtacho & jure Usucapionis ac 300. annorum præscriptionis c. 11. 26. & armis certante feliciter confectum, vid. ib v. 33. Durior illa servitus Israelis sub Philistinis Dominis, qvia durabilior, 40. sc. annorum Jud. c. 11. 1. cujus occasione datus Liberator Israeli *Nasiræus Simson* (intimante illius nativitatem fœderis Angelo Jud. 13. 3. 16. 18 19. 22.) qvi admIrandus Philistinorum, vitâ & morte triumfator ac victor omninò occasione hujus MASSA Philistinorum tacendus non erat vid. de illo Jud. c. 15. à v. 3. adusqve finem cap. 16. & inprimis ibid. v. 30.

Concl. 4. In libro Judicum nulla ampliùs post mortem sancti Herois Simsonis Philistinorum memoria: sed qvicqvid habet seqvens historia à c. 17. ad Danitas sacrorum Michah Spoliatores vid. c. 17. & c. 18. 4. 5. 6. 17. 18. & terrarum tribui suæ futurarum hæredita-

reditariarum in LAISCH ſubactores c. 18. 7. 9. 27. ad Binjaminitas tùm horrendi facinoris perpetratores, tùm illo nomine tandem infeliciſſimos præliatores c. 19. 20. 21. pertinet. Meretur, qvem hîc apponamus, textus Jud. 18. 7. qvia circa illum inſignitèr erratum videmus ab ipſo qvoqve Ludovico de Dieu, qvi poſt tot Interpretes, opinatus eſt ſe penetraturum loci difficilioris accuratum ſenſum. Verba in fontibus ita habent: וילכו חמשת האנשים ויבאו לישה ויראו את־העם אשר־בקרבה יושבת לבטח כמשפט צידנים שקט ובטח ואין־מכלים דבר בארץ יורש עצר ורחקים המה מצידנים ודבר אין־להם עם־אדם׃ Reddidit Ludovicus: *Et abierunt illi qvinqve Viri, & venerunt in Laiſch, & conſpexerunt populum in eâ. Hæc* (urbs Laiſch) *ſita erat ſecurè juxta morem Sidoniorum: Ille* (populus Laiſch) *qvietus erat & ſecurus: Nec erat qvi pudefaceret qvicqvam in terrâ.* (Populus ille ſecurus & qvietus) *hæreditate habebat Imperium.* Merebatur veniam interpretatio, niſi voluiſſet videri accuratiſſima omnium, qvæ anteceſſerunt. At vix ulla, in qva tanta erratorum comitia: 1. in Munach vocis בקרבה diſtinctio magna facta, eademq; vox diviſa à ſeqventibus, in qvo non ſemel erratum. 2. Vox לבטח habens ᵖ ſubordinata ſeqventi voci צידנים in qvâ Gereſch, atq; adeò Rex major habitus minor. 3. ᵖ habitus pro miniſtro. 4. in שקט ובטח data peculiaris enunciatio, & ſuppleta ellipſis ſubjecti. 5. In Paſta geminato vocis בארץ datus eſt ſenſus plenus, à ſeqventi territoriali Sakephkaton diſparatus. 6. In ירש עצר nova ellipſis ſubjecti ſuppoſita: atqve adeò exinde iterum nova enunciatio facta: qvod profectò eſt: στρεβλοῦν τὰς γραφὰς, vel חמסו התורה cum in fontibus juxta limites S. Spiritus obſervatos omnia plana & nullâ ellipſi laborantia ſint: ſc. Da giengen die fünff Männer hin / und kamen gen Lais: Vnd ſie ſahen das Volck / das drinnen war / ſicher wohnen / ſtille und ſicher auff die Weiſe der Zidonier: und war niemand / der im geringſten im ſelben Lande ſtraffete den Erbherrn des Fürſtenthumbs: auch waren ſie

ferne

ferne von den Zidoniern/und hatten nichts mit andern Leuten zu thun. Ubi dantur synonyma diversorum generũ e. c. in vocabulis collectivis *Populi*, *cœtus* &c. ibi prædicatum nunc masculino, nunc fœminino genere exprimi, notius est, qvàm ut probatione opus habeat: neqve ergò mirum : העם s. populum Laisch hîc nunc cum fœminino, nunc cum masculino genere in prædicato enunciari: licet etiam reddere possis territorium Rviatum in m. 2. ita: *Et viderunt populum illum, qui erat in interiori ejus urbis habitantis securè, ad modum Zidoniorum securum & confidentem* (s. confidentèr habitantem)

Concl. 5. At *in Samuelis libris* famosi maxumè hostes Israelis, & bellatores PHILISTINI. Apparet post Simsonem, qvi pallida mors illis fuerat, illos resumsisse sensim veteres dominandi Spiritus in Israelem, certè hunc non habuisse Dominum, unde illa vox audita in bello 1. Sam. c. 4. 9. sed & hâc occasione circa initia Samuelis & novissima HELI Judicis grande illud bellum Israelis cum Philistinis, in qvo hi bis Victores, cæsis 34. millibus bellatorum Israelis vid. c. 4. 2. 10. ablatâ fœderis arcâ, paulò ante cum ingentibus Israelis jubilis, & Philistinorum conclamationibus in castra relatâ vid. ibid. v. 5. 6. 7. 8. 11 trucidatis filiis Heli, ipsoq; Heli occasione famæ de captâ arcâ, casu graviore gulam frangente vid. ibid. v. 18. Cæterum, vindicante sese arcâ, & ingentibus triumfantium Philistinorum cladibus expiante suam captivitatem vid. 1. Sam. 5. & 6. in Consilio Sacerdotum & facto Philistinorum, redeunt illi, qvos supra memoravimus חמשרני סרני פלשתים juxta qvem præscribebatur numerus אפלי זהב vid. c. 6. 4. 5. 11. uti numerus *Principum Philistinorum*, ipsorumq; principatuum exprimitur ibid. v. 17. & numerus עכברי זהב juxta *Metropoles qvinqve illorum Principum* v. 19. Occupasse autem Philistinos sive superiori illo prælio sive jam olim magnas terræ Israelis partes, & primarias urbes, ac, ne redirent ad libertatem status, Comitia Israelis invidisse, facilè apparet ex 1. Sam. c. 7. unde, simul sub Samuele conventus indicitur Oratorius, Manifestum bellicum interpretati Philistinorum Principes adsunt armati : sed, Virtute Sacrificii, militante pro Israelitis æthere, sive cæduntur, sive palantur, & limitibus Israelis

ejiciuntur, qvi proinde cum Urbibus redduntur Israeli jam liberato vid. 1. Sam. 7. 7. 8 9 14 15. Manſit illa libertas Israeli ſub Saule: nec ſine illuſtribus & admirandis trophæis de Philiſtinis, qvorum ſpecimina vide 1. Sam. c. 13. v. 3 5. & confer diverſitatem apparatus & militiæ Israelis ac Philiſtinorum ex c. 13 5. 19. 20 c. 14. 1. 2. 7. 8. 9. 10. 11. 15. 23. 31. 32. ſed & c. 17. 4. 5 6. 7. 23. 24. 40. 42. 43. 51. 52. at noviſſima Saulis, triumfalia fuerunt Philiſtinis, qvorum teſtes montes Gilboa (vid. 1. Sam. 31. 2. 3. 4. & ſeqq.) ibidemq; cadentes Heroes כנשרים קרו מאריות גברו 2. Sam. 1. 21. 22. Sub Davide, etſi aliqvando apud Philiſtinos exule vid. 1. Sam. 27. 5. 6. triumfatos ſæpiùs Philiſtinos, regno Jhudah fuiſſe tributarios ex 2. Sam. 8. 1. 12. & ſilentio rebellionis facilè probatur, licet æqvè mirum, contineri bellicoſam gentem ſub Davide Rege etiam tunc potuiſſe, qvando Filius terribile bellum Patri movebat, qvando adeò vilis erat Regia Majeſtas, & ejusdem comitatus, ut & in hunc & in illam lapides loqveretur unus ſcelere ante alios immanior, omnes Schimi מקלל ומסקל vid. 2. Sam, 16. 5. 6. 7. 14. qvàm Israelem Victorem fuiſſe Philiſtinorum, tunc, *cum nullus faber ferrarius eſſet in Iſrael*, & acuendi Israelis gladii, ſi qvi eſſent, apud Philiſtinos 1. Sam. 13 19 20. 21. Expertos de cœtero non ſine magnis ſuis cladibus eſſe Philiſtinos, qvos bello Heroas David haberet, conſtat ex 2. Sam. 23. 8 9. 10. 11. & vel *ex duello Abiſai Herois Davidici* cum *Gigante Philiſtino, nepote Raphæo*, cujus conſilium de trucidando Davide exprimitur his verbis ויאמר להכות את דוד, i. e. *Intendebat percutere* (occidere) *ipſum Davidem*, unde illud juratum Senatus Conſultum bellicum in caſtris Davidis: *Tu Rex non amplius egredieris nobiscum in prælium, ne extinguas Lumen Iſraelis.* vid. 2. Sam. 21. 17. 18. Conſtabit ampliùs de triumfis Davidis Philiſtinis tùm prioribus ex 2 Sam. 5. 17 adusqve f. cap. tùm poſterioribus ex 2. Sam. 21. 15 16. 17. adeò ut illis DEI hoſtibus, qvibus præ cœteris ſolitum fuiſſe inſultare victo Israeli, ejusdemq; calamitates jubileâ voce decantare, conſtat ex illâ formulâ in magnis Threnis expreſſa Prophetis 2. Sam. 1. 20. Mich. 1. 10. iterum triumfali voce acclamare Dayid potuerit: על פלשת התרועעי, Provocat ſc. illos

jubileos

jubileos insultatores, ut, si audeant, *super se qvoqve Clamorem jubileum attollant*, ac si diceret: Hast du das Hertz/ so jauchze nu auch über mir/ wie du vorhin zuthun gewohnet wareſt. Scilicet sub Davide illi magni Spiritus victis totiens Philistinis ademti intercluserant talia jubila, ut non illi super Davide: sed hic super Philistinis attollere clamores triumfales posset, & dicere: עלי פלשתים אתרועע Ich kan jauchzen und ein Jubelgeschrey fähren über die Philister: non contra: Conf. jam Psal. 60. 10. & Psal. 108. 10. Ita ipso DEO hostium suorum Philistinorum debellatore (vid sup. 2. Sam. 5. v. 17. & seqq. adusqve f.) per Davidem non triumfati saltem: sed & victi Philistini, longo tempore haut ausi irritare Israelem.

Concl. 6. Sub *Joramo* tamen, *Josaphati*, qvia *primogenitus* erat, in regno Jhudah Successore vid. 2. Chron. 21. 2. iratus DEUS & puniturus regnum Jhudah, Regis inprimis Jhorami rebellionem, executores pœnarum suarum armavit *Philistinos ac Arabas*, de cujus belli progressibus videndus 2. Chron. cap. 21. 15. 16. 17. Atqve exinde Philistini de novo formidabiles Israeli, huic fuerunt dura fundi calamitas, adusqve Usiæ Regis Jhudah triumfalia tempora. Ille igitur Usia Rex religione & armis inclutus, hoc solo culpandus, qvod ex insolenti sacrificatore prodidit leprosus, sustulit illam, qvam Judæa hactenus ab illis Arabibus & Philistinis passa erat infamiam, ipsisq; Philistinis letalem freqventer intulit plagam: *Egressus* sc. *bellator* & præliator in Philistinos, non saltem illos finibus Jhudah ejecit; sed & hostium terras invasit, *dirupit muros metropolium Philistinarum & Castellorum primariorum Gath, Jabne & Asdodi*, in ipsis hostium terris *fortalitia* exstruxit, unde nocere posset Philistinis, illorumq; potentiam frangere: videatur 2. Chron. 26 6. qvod totum bellum illum confeciſſe *ex specialissimo* Generalissimi Imperatoris JHOVAH *adjutorio*, docet versus 7. ibidemq; notetur copula *Philistinorum & Arabum*, & in illis judicium DEI πολύσπορον, punientis per *Philistinos* regnum Jhudah, & per hoc iterum Philistinos: de cujus judicii ratione vid. exemplum insigne 2. Chron. 28. v. 9. 10. 13. Successit *Usiæ* Jotham Rex & bello magnus nec pietate minor, sub qvo memores adhuc acceptæ cladis in-

dis intra limites ab Usiâ fixos, eadem obligatione sese continuerunt Philistini, nihil novarum rerum ausi moliri, cum tot cernerent *Jothami* bellatoris Regis potentissimi glorioſos triumfos, & exemplum malè ſuccedentis rebellionis in *Ammonitis*, qvos victos duriori tributo & vectigalibus regno Jhudah obligavit vid. 2. Chr. 27. 5 6. Ita ergò *Jothamus* Rex invictus, cujus cauſa exprimitur ibid. v. 6. התחזק יותם כי הכין דרכיו לפני יהוה אלהיו nullam ſive majorem *Philiſtinis* cladem intulit: ſive à Philiſtinis illatam accepit, hoc uno Philiſtinis præ Usiâ lætus, qvod non ampliùs percuſſerit. Sed huic Jothamo ſucceſſit ſcelere ante alios immanior omnes, adeò ut ipſe Sanctus Spiritus infamem Regem præ cœteris qvaſi intentis digitis notare voluerit, 2. Chron. 28. 22. הוא המלך אחז Ein ſolcher Gottloſer Mann war der König Achas: præcedit ſc. in membro 1. ובעת הצר לו ויוסף למעול ביהוה i. e. *Tale monſtrum Regis fuiſſe Achaſum*, ut nullis flagellis edomari potuerit, qvin tantum abfuiſſe, ut per illa emendaretur, ut potius ſceleratior egerit, & *inter afflictiones* & flagella grandiùs *prævaricator extiterit*: ſeqvitur nunc illud epiphonema ſuperius in m. 2. *Iſte*, qvi ita corruptè agebat, erat *Rex iſte, Achas*: Iſte (erat, hoc modo ſe habebat) iſte Rex Achaſus. Lutherus noſter ſine tali emphaſi & ratione diſtingventis accentus copulavit antecedentèr reddens: Dazu in ſeiner Noth machte der König Achas des vergreiffens am HErrn noch mehr. Pejus Vulgatus: *Inſuper & tempore anguſtiæ ſuæ auxit contemtum in Dominum ipſe per ſe Rex Achas*: peſſimè autem Lyranus & alii referunt illud Epiphonema ad verſum ſeqventem: *Ipſe per ſe Rex Achas immolavit Diis Damaſci* (Notetur in fontibus דרמשק uti alibi נבוכד ראצר) Obſtat illis Ordinatio & diſtinctio qvæ eſt in fontibus. Notat Kimchi in Pſalm. 105. חמש ה׳ לטובה & חמשה הוא לרעה ſ. qvinqvies הוא perſonaliter poni in bonam partem qvinqvies in malam. Illa numerat 1. in Geneſ. הוא אברהם. 2. Exod. 6. 27. 3. Eſra 7. 6. 4. 2. Chr. 32. 30. Addit: והאלהים נמנה עם צדיקים i. e. *DEUS connumeratur Juſtis*, & addit locum Pſal. 105. 7. ubi ſtat ſubjectivè הוא יהוה אלהינו

אתה הוא Tu es הוא ארחינו uti Pſ. 102. 28. in qvalitate prædicati: i. e. *ille qvi abſolutè eſt immutabilis*, additur Commentarius in m. 2. ושנותיך לא יתמו. Pulchrè Apoſtolus Ep. ad Hebr. 1. 12. σὺ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. Porrò, perſonæ qvæ in infamiam ſuam notantur per הוא ſubjectivè, numerantur Gen. 36. v. ult. c. 10. 5. Num. 16. 9. Eſt. 1. & hic ipſe Achas 2. Chron. 28. 22.

Concl. 7. Redimus ad ACHASUM, cujus impietatem & ſcelera qvæ videantur 2. Reg. 16. à v. 1. ad 5. 2. Chron. 28. 2. 3. 4. 23. 24. 25. publicis pœnis proſecuturus DEUS, præter *Syriæ* ſeu דרמשק & *Iſraelis* ſ. *Samariæ* Reges, qvi & deportatione & cæde (unus qvippe Iſraelis Rex uno in prælio, unoq; die 120000. *fortiſſimorum bellatorum* in caſtris Achaſi Regis Jhudah trucidaſſe memoratur 2. Chron. 28. 6. 7. 8.) Achaſo parentarunt, vid. locis allegatis & Eſa. c. 7. 1. & ſeqq. ſed & 2. Reg. 16. 6. 7. *excitavit Tiglath Philaſarem Aſſyrium*, qvi licet initio, magnis templi, ærariiq; theſauris oblatis ab ipſo Achaſo contra hoſtes *Syrum & Iſraelis Reges* evocatus eſſet, neqve id ſine magnis illorum Regum regnorumq; cladibus & funeribus, de qvibus legere licet 2. Reg. 16. 7. 8. 9. 2. Chron. 28. 15. illis tamen ſpoliis haut contentus bellum haut obſcurè indixit Achaſo ויבא אליו i. e. *Et venit contra eum Achaſum* ſc. ויצר לו: additur ולא חזקו i. e. *anguſtiâ illum majori affecit*, qvàm *contra hoſtes confirmavit* 2. Chr. 28. 20. Explicatur utrumqve ſc. illud ויצר לו in v. ſeq. Scilicet Theſauros omnes Sanctæ Regiæq; domus diſtribuit inter Aſſyrios, falſos opitulatores & ſatisfactionis bellicæ rigoroſos poſtulatores: ולא חזקו explicatur ibidem: ולא לעזרה לו ſc. *neqvaqvam in adjutorium illi* (Achaſo ſc.) ceſſit illa militis barbari advocatio. Seqvitur nunc Conſilium idololatricum Achaſi, qvod exaggeratur exinde, *qvod illo ipſo anguſtiæ ſuæ extremæ tempore de novâ Idololatriâ & Damaſceno altari ſolicitus, idololatricum cultum Uriæ præſcripſerit & imperaverit* vid. v. 23. 24. & ſeqq. Præter illos qvos ſupra nominavimus hoſtes & ipſos *Edomæos* de qvibus vid. 2. Chr. 28. 16. in Theatrum pœnale publicum reduxit DEUS *Philiſtinos*, qvanto id cum progreſſu, præter Iſaiam, qvi hîc non tacet

vid. c. 9. 12. ex annalibus sanctis 2. Chron. 28. 17. constat, sc. פשטו *Irruerunt* (Spoliatores futuri) *in Urbes planitiei (sitas in depressioribus locis) & in urbes meridionales Judææ: Expugnarunt Urbes primarias, Bethshemes, Aialon, plurimasq; alias cum minoribus*, qvarum ad illas *metropoles* erat *filialis respectus:* atqve adeò non saltem sub Achaso qvondam amissa recuperarunt: sed &, DEO propter prævaricatorem seu Apostatam Regem, qvi erat מפריע ארח יהורה s. *nudum, ignominiosumq; faciens populum*, מכניע s. *deprimente ipsum Jhudah*, captas regni Jhudah Urbes, & illarũ regiones ipsi jussis migrare colonis *inhabitarũt* פשטו וירכדו וישבו שם *irruperunt vi bellicâ, expugnarunt*, & *insederunt*. Inter hæc fœda criminum & horrenda Suppliciorum certamina, triumfantibus jam in ipsis metropolibus Jhudah Philistinis, Rex Achasus moritur, & *tumulo qvidem Regio Israelis haut infertur*, in ipsâ tamen *metropoli Hierosolymitanâ* conditur, anno ætatis 36. labente, regni 16. 2. Reg. 16. 20. 2. Chr. 28. 26. 27. Successit, uti antea PIO FELICI impius, infelix: ita nunc impio & infelici Patri *Pius, Religiosus* & post Davidem sine exemplo Rex, filius, Philistinorum triumfator domitorq; Magnificus, CHISKIAH 2. Reg. 18. 8.

Concl. 8. Atqve hîc commodè ad nostrum MASSA PHILISTINUM, propter qvod illam προφοχικὴν historicam præmisimus, transimus. Titulus MASSA cum Charactere Chronologico continetur vers. 1. ubi si objectum nationale ex v. 2. addas, jam Titulus erit: MASSA PHELESCHETHI i. e. MANIFESTUM DEI BELLICUM *in Philistinos DEI & Israelis hostes* publicatum: Atqve hoc vult Versiculus 1. בשנת מות המלך אחז היתה המשא הזה i. e. *Anno qvo mortuus est Rex ille* (καὶ ἐξοχικὴν impius, & infelix bellis) ACHAS, *facta est* (revelata est à DEO Prophetæ, & ab ipso Prophetâ iterum publicata) *hæc ipsa onerosa Prophetia* s. *Manifestum DEI bellicum in Philistinos.* Qvàm accuratè conveniat *temporis* ratio *intimationi* hujus MASSA, patebit ex superioribus. Scilicet, cum ACHAS non saltem, Philistinos jugum, qvod illis Avus Bellator imposuerat, Pater autem terror Philistinorum formidine

midine bellicâ consolidaverat, excutere penitus videret, terris Philistinorum, qvas in Avo regnum Jhudah jure belli acceperat, excideret, in præliis Philistinorum victus semper succumberet, Philistinis Victoribus & jam Dominis amplissimas de sanctiore regno portiones & metropoles coactus cederet: sed & in tantâ Sceptri Jhudah calamitate & bellicâ infelicitate supremum inter mortales diem clauderet, *ibi jam confractam Regum Jhudah* ipsiusq; *regni potestatem*, qvoad se, opinata Palæstina in *solemniora illa jubila & triumfos* prohibitos erumpere: cum jam immediatè, CHISKIA ex radice USIA succederet, hoc MASSA Propheta publicare poterat. Patet adeò: MASSA hoc commodè nec intimari potuisse *sub Usiâ*, nec sub *Jothamo*, nec in initiis Achasi, qvia tunc nondum de ACHASI successibus constare illis poterat: nec in medio cursu Achasi, vel propter *ipsos Judæos*, qvos tunc maximè punitos volebat DEUS iratus, neqve adeò conveniebat *revelatio Prophetiæ de corporali qvoqve liberatione, futuræ Judæis Jubilæ & Evangelicæ* vid. 2. Chron. 28. 19. Commodissimè autem *Anno*, qvo *moriebatur Rex Achas*, & succedebat *sanctus Liberator Israelis Chiskias*, ut adeò ille tristibus clauderet: hic à lætis auspicaretur. Scilicet *ratio temporis* hujus MASSA non tàm versatur in *ejulco Israelis* præterito, qvàm *instanti nunc Jubilèo*, seu non tam intimatio facta respectu habito ad נשבר שבט מכה s. *baculum percussoris Serpentis confractum* (unde jubilus Philistinorum) qvàm *ad Saraph volantem* unde *jubilus Sionis*, ejulantibus Philistinis: & propter hunc instantem demum anno funerali Achasi revelatur, qvod intimari aliàs dudum potuisset. Porrò Manifestum hoc bellicum absolvitur *intimatione excidij ejulei Philistinis*, & *triumfi jubilei Sionis*, qvo-rum duorum argumentorum datur *alternatio duplex*, uti *ex inspectione textus Prophetici* constat.

Concl. 9. Propositio negativa est in v. 2. territor. 1. eaq; talis: אל תשמחי פלשת כלך i. e. *Non gaudeto ô Philistina*, *tu* (inqvam) *universa* (Philistina) hactenus sc. in jubila ob clades Israelis & victorias tuas profusa. Ratio subjicitur gemina, una *gaudij inductiva* in territor. 2 qvæ est כי נשבר שבט מכך s. *Virga percutientis*

tientis Philistinos confracta, unde his jubilorum dabatur ansa: altera *gaudij interdictiva* in territor. 3. & 4. qvia licet in arbore Israelis imperiali, fractus sit *ramus*, s. *virga*, qvæ in inferendis tibi noxis ut *Serpens* sese habuit, tamen eadem adhuc *radix regalis* supereſt, & *ex illâ* nunc non *Serpens*: sed *Basiliscus volans* prodibit, grandioribus noxis & cladibus tuis insignis futurus: atqve adeò Propositio concreta est in m. 1. Ratio illius in m. 2. *Tu, ô Philistina universitas, etsi ob fractam Virgam regalem Jhudah gaudere poteras, & gavisa etiam es, tamen haut amplius tibi gaudendum vel jubilandum erit.* Ratio: *qvia loco serpentis succedet nunc Draco volans.* Præclarè hactenus qvoad sensum literalem noster Lutherus: Auß der Wurtzel der Schlangen wird ein Basilisch kommen/und ihre Frucht wird ein fewriger fliegender Drache seyn. Effectus illius nascituri ex serpentis radice Draconis volantis oppositus est in v. 3. idemq; tùm resp. Ecclesiæ Israelis jubileus in m. 2. tum resp Universitatis Philistinæ ejuleus in membr. 2. Benè iterum noster Lutherus: Die Erstgebohrne der Dürfftigen werden sich weiden/ und die Armen sicher ruhen. Ita resp. Sanctorum Israelis. Qvæ autem Philistinorum Conditio? an eadem gaudebunt *abundanti traqvillitate?* Non ita: Sed *fame, gladioq;* ad ipsam usqve *radicem* & *reliqvias* infestabuntur. Aber deine Wurtzel wil ich mit Hunger tödten/ und deine übrigen wird er erwürgen.

Concl. 10. Qværitur 1. qvæ ratio nexus hujus MASSA cum antecedenti? Resp. Evidens illa *ex casu Assuris Angelicâ cæde penacto in montibus Israelis*, qvi immediatè præcedit *c. 14. v. 24. 25. 26. 27.* Qvando illud? Certè sub *Hiskia* anno sc. regni 14. vid. 2. Reg. 18. 13. At qvis *ille Draco volans*, pestis Philistina futurus? Certè *Hiskias idem* vid. ibid. v. 8. commodissimè ergò à *Massâ Assyriaco* ad *Massa Philistinum* transit, qvod utrumqve sub uno illo *Dracone Hiskiâ* erat expediendum. Qværitur 2. qvare *Massa hoc Philistinum* temporis Charactere prius *illo Massa Assyrij* & *rebus gestis* sub Hiskiâ Rege, postponatur? Resp. 1. Qvod est קורם קדימה זמנית s. *prioritate temporis antecedens*, resp. ipsius operis, illud *non semper est antecedens resp. revelationis, elocutionis, Propheticæ scriptionis.*

Ordo

Ordo Propheticus, Methodi legibus non est Historicus, etsi nec hic ad rigorem temporis obligatur. 2. Massa Philistinum, etsi habet in titulo ACHASI funeralem annum, tamen non ad ACHASUM: sed ad HISKIAM pertinet. 3. *Massa Assyrij particulare* copulabatur commodè *cum Massa Babylonis*, qvia Assyria omnis futura erat subdita Babyloniis, & cum his particeps futura fati Babylonici. Qvær. 3. qvæ ratio illius כרך distincti à Phlescher? Resp. Emphaticè notatur Universitas Philistina: *totius nationis gaudium* fuit casus serpentis. Illa universalia gaudia miratur Propheta: *Non est*, inqvit, *qvod tu universa Philistina natio de Serpentis casu gaudeas:* qvia *succedet Basiliscus*. Qvær. 4. An gaudium Philistinæ demum contigerit anno mortis Achasi? Resp. Ut Interdictum jubilorum anno Achaso funerali, probat jubilorum statum: Ita *Casus Percussoris*, principium gaudii nationalis, probat, in *Achasi morte* initium illorum non extitisse. Notatur gradus gaudii superlativus. Errant, qvi sive gaudium Philistinum, sive inductivum illius gaudii, sive utrumqve, referunt ad *funus Usiæ*, exclusivè resp. ACHASI *funerlis anni*, ita ut in hoc unicè interdicatur qvod 32 annis antecesserat Philistinorum gaudium. Fuerit in Chronologiâ hujus Massa respectus principalis *ad Basiliscum* in præsenti: non tamen excludit sive *Gaudium* sive *fractum Sceptrum* in statu præsenti. Absurdè jubemus *non gaudere*, qvi ante 30. annos gaudere desiit.

Concl. 11. Qværitur 5. Qvid שבט מכה? Resp. 1. Si *Sceptrum percutiens* personaliter, nonnisi *Usia*. Ratio ex superiori historiâ vid. Concl. 6. 7. 8. & 2. Chr. 26. 6. E illo mortuo כשבר שבט מכה s. *fracta Virga percutiens:* unde illud gaudium. Sed sic triumfandum inprimis nationi fuisset ad funus Usiæ. At nec tunc triumfos nationales exercere potuerunt, qvia tenuit illos sub Sceptro par Patri Jothamus: nec anno mortis ACHASI propter solum Usiam olim mortuum triumfarunt, qvia interceserat longè grandius argumentum jubilorum & fracturæ שבט longè eminentius exemplum qvod tacere non debuit Propheta. Omninò, nec cum Usiâ Sceptrum fractum, nec summum illud demonstratur gaudium: nec eò restringere permittit interdictum de præsenti: NE GAU-

DETO PHILISTINA. Omninò ergò & anno mortis Achasi dandum Philistinæ gaudiũ & præter Usiã, שבט מכה פרשת sive tunc sive paulò ante fractum. Rectiùs de *Sceptro imperiali Jhudah*, & ipsâ *potestate Regiâ* שבט explicatur, ut sit שבט מכך non *Virga percutiens:* sed *Virga percussoris* Usiæ sc. Hoc mortuo, fractus qvidem est מכה s. *percussor ille:* sed שבט ejus non fractum, experti sunt sub Jothamo Philistini. At sub Achaso jam ipsum שבט Usiæ in Philistinos fractum: atqve hinc illa nationis universæ jubila, ob fractum penitus Sceptrum Percussoris, cum ob percussorem fractum minora fuissent Philistinorum gaudia. Ergone *Sceptrum Jhudah fractum sub Achaso?* Resp. Sceptrum Usiæ particulare & nationale in Philistinos: id dominium, prout in Usia acqvisitum, in Achaso fractum. Probatur ex שבט מכך *Sceptrum percussoris tui.* Sensus. *Nolite post Percussorem veterem* (Usiam) *ejusdemq; Sceptrum in Vos* (sub Achaso) *fractum, adeò triumfare & solidam nunc libertatem vobis persvadere.*

Concl. 2. Qværitur 6. Qvis per נחש? Resp. Positus parallelus שבט מכה & שרש נחש. Ille ergò percussor Serpens, & contra nonnisi Usiah. vid. Gen. 49. 17. 18. In re ipsâ Oppositio notetur: *Virga* illa unius *Percussoris* qvidem est fracta: sed radix est salva: imò ex eadem procedet novi Sceptri in Philistinos instaurator Hiskiah. Qvær. 7. Qvis per צפע? Resp. Licebit Achasum intelligere. Inst. Ille non erat Serpens Philistinis. Resp. Erat Serpens diminutus, imbellis. Aliud est צפע aliud צפעני. Inst. erat jam natus. E. non de radice egressurus. Resp. Etiam Chiskias jam tunc 25. annos erat natus. Oratio figurata exprimit decretum cœleste. Qværitur 8. Qvis ille *Samph volans*, & cujus ille *fructus?* Resp. 1. Dubium nullum qvin notetur *Hiskias.* 2. Affixum in פריו immediatè ad צפע non ad שרש נחש. 3. Notetur ergò 1. נחש *Serpens magnus*, 2. צפע *Vipera parva & invalida.* 3. שרף מעופף *Draco volans, Basiliscus magnus.* Applicatio ad *Usiam* (non excluso Jothamo) *Achasum, Hiskiam.* Licet ex Usiâ & Jothamo serpente magno egressurus fuerit Achasus, coluber imbellis, tamen fructus hujus iterum erit *Draco volans maximus:* erit צפעני

צפעני. 4. *Saraph* nomen *creaturæ flammantis*, & primariò *Angelorum*, qvippe qvi sunt אש להט vid. Psalm. 104. v. 5. atqve adeò *Seraphim:* inde *Serpentis inflammantis* nomen, feurige Schlangen / qvales illi, qvi olim morsu occiderunt Israelem Num. 21. 6. 7. 8. etsi talis שרף vel צפעני etiam occidit intuitu ימיר האדם הבטה שלו, uti Hebræi loqvuntur. Fortè ab illo per Serpentem Oratore Paradisi, Seraphino Apostata, Serpenti illi & nomen *Saraph*, &, Veteris illius inflammationis Hevæ, per adspectum & blandiloqvium, signum, flamma oculusq; nocens. Omninò subest hic, & in *illo Saraph elevato in pertica* contra illos *Seraphim occidentes* amplius mysterium. 5. R. Abarb. קראו שרף לפי שהוא כמלאך הארקים i. e. *Vocat Hiskiam* Saraph, *eò qvod futurus esset sicut ANGELUS DEI s. unus ex Seraphinis* Jes. 6. 3. *Volantem* autem illum *vocat, propter excellentiam præ omnibus aliis terræ Regibus, & qvod, uti magnus basiliscus, vel Draco igneus, solo adspectu sine labore bellico esset pestis Philistinorum futurus.* 6. Chaldæus membrum 2. Sensu eleganti de MESSIA expressit: מבני בנוהי דישי יפוק משיחא ויהון עוברוהי בכון כחיוי מפריח. Scilicet: Triumfabant Philistini de fracto Sceptro Jhudah: Contra, juxta Targumistam, imperaverit Propheta non amplius triumfare: לא תיחדון פלשתאי כולכון ארי אתבר שולטן דהוה מפרח בכון. Egregiè, & planè ad sensum, qvem supra in voce שבט defendimus Majestatis sc. *realis*, non primariò *personalis*. Ita ille: *Ne lætemini Philistæi universi vos, qvia contritum est dominium, cui serviebatis:* qvæ ratio? *qvia ex filiis filiorum ISAI egredietur* (nascetur aliqvando) *CHRISTUS, & erunt Opera ejus in vobis, qvasi Serpens volans.* 7. Vulgatus illud ופריו שרף מעופף expressit: *Et semen ejus erit absorbens volucrem.* שרף *absorbere* ubi? מעופף autem Casus rectus cum Saraph. Hebræi exponunt per מרלג ממקום למקום i. e. subsilientem de loco in locum. Omninò tamen etiam pinnatos, alatos dari serpentes, testis arida serpentum nutri, Africa.

Concl.

Concl. 13. Qværitur 9. Qvinam in v 3. illi *primogeniti pauperum?* An die allerarmesten / geringesten / Judæi *pauperrimi & inter omnes afflictos afflictissimi?* Ita sanè Chaldæus עמא השיכי יתפרנסון? an הגדרים שברים i. e. *primarij inter tenues*, die Vornembste unter den Geringen/uti Job. 18 13. *primogenitus mortis*, mors potentissima, sæva, horrenda, qvæ ita eminet inter alias mortes, ut *primogenitus inter fratres*, vel ipse Diabolus *habens potestatem mortis?* Resp. 1. Notantur צדיקים מישראל i. e. *Justi veri Israelitæ*, Ecclesia Sanctorum, qvæ sub titulo דלים & אביונים venit, qvod ut plurimùm tàm sit abjecta & vilis coram mundo, qvàm est gloriosa DEO & Angelis: & qvod revera sancti sint in suis Oculis viles, tenues, qvod sint pauperes Spiritu, mansveti, humiles, qvomodo Chald per ענותנא s. mansvetos reddidit. 2. Titulus *primogenitorum* hic non est deprimens: sed attollens. 3. Explicatur ille *ex duplici oppositione tàm subjectorum, qvàm prædicatorum*, & correspondentiâ territoriorum: sc. 1. sub Sceptro CHISKIÆ manet *radix Sanctorum*, cujus signum qvod adhuc in Israele, etsi attenuato, sint *primogeniti tenuium*, ex illâ *radice nascituri*, & illi ipsi *pascent*, seu lætis animæ corporisq; pascuis gaudebunt: at *radix Philistina necatur Fame*, ut ex illa nulli nascituri sint *pascituri*, nulli *primogeniti*. 2. Tenues in Israele *cubabunt* tranqvillè, fiducialitèr, nullo gladii metu turbandi: at *residuum Philistinæ* neqvaqvam: sed illos turbabit & *occidet gladius*. Ita *radix Philistina primogenitis tenuium*, & *residuum Philistinorum* cœteris *pauperibus Israelis*, ex subjectis: *occidi fame*, *saturationi*: turbari & *necari gladio*, *Cubationi fiduciali* opponitur in prædicatis, ut sit oppositio

בכרי דלים		1.	1.
שרש פרשת		*Primogẽiti tenuiũ*	*Pascuntur*
		Radix Philistina.	*Fame necatur.*
		2. *Cœteri in Israele*	2. *Pace fruuntur*
אביוני ישרי		*pauperes*	
שארית פרשת		*Residui Philistini.*	*Gladio turbantur*
רעו			
הומת ברעב			
לבטח ירבצו			
יהרוג			

Concl.

Concl. 14. Fuit thesis negativa (vid. sup. Concl. 9.) sequitur affirmativa, sc. אל תשמחי conf. v. 1. potius הלילי v. 4. Tantum abest ut *jubilandum* tibi sit, *ô Universitas Philistina*, ut potius universim בכלך ופרט summis & infimis tuis *ejulandum* sit. Igitur 1. הלילי שער *Ejula porta Philistina* (Vos Seniores, Vos Principes, vos Judices, sedentes in portis urbium vid. Thren. 5. 14.) Neqve vos saltem: sed & 2. זעקי עיר *Vociferare Urbs* i. e. ההמון וכל יושבי *ipsa incolarum turba:* neqve una vel altera saltem Urbs: sed & נמוג פלשת כלך ubi si נמוג pro præterito habeas, reddendum emphaticè: *Dissoluta est* (dissoluta, inqvam, es) tu *universa Philistina* qvomodo Lutherus expressit: Ganz Philisterland ist feig/ etsi non expressâ emphasi personæ mutatæ, sed ac si esset כרה pro כלך: uti Batavi: ghy zyt van Schrick ende Vreese gesmolten/ ghy gantsch Palestyna. Sed & hâc occasione Lud. de Dieu qværit, an *præteritum ullibi capiatur pro Imperativo in Lingvâ Sanctâ?* & adeò an hic qvoqve reddi possit: *Dissolvite Peleschetb tota tu?* Respondet ad 1. *id qvidem fieri: sed nonnisi in iisdem personis.* Nunqvam autem *3. præteriti* usurpari pro *2. Imperativi.* Igitur ad 2. resp. Neg. cum נמוג sit 3. pers. præter. Ipse tamen præfert *Imperativum:* sed ut נמוג sit *Benoni in Niphal*, & in illo ellipsis vel איש vel כ hoc modo: *Tu tota Palæstina sis Vir dissolutus* i. e. *sis id qvod dissolutus aliqvis esse solet, cujus & vires & animus ceciderunt*, vel: sis כנמוג *sicut aliqvis dissolutus.* Verum qvod de personis dixerat, hoc loco nihil ad rem. Nota est regula Kimchi מנהג המקראות דבר לנכח ושלא לנוכח עבר נשא אחר. Id si in præterito explicari poterat, etiam in Imperativo. Cæterum *Præteritum absolutum* (alia enim ratio est, si per ו *conversivum* obtineat vim futuri) pro *Imperativo* poni & contra naturam est (præteritum enim non imperat: sed indicat) & sine exemplo (neqve enim locus Jerem. 49. 8. cogit, cum ibidem voces הָפְנוּ & הֶעְמִיקוּ pro Imperativis sumere nulla ratio jubeat: sed commodè reddatur. *Fugite: retroversi sunt in profundo locationem paraverunt habitatores Dedan.* Neqve Syrus patrocinatur, apud qvem

הוי præter in 2. perſ. ſæpè pro Imperutivo e. c. אף אנת תכנא
זלי בשלמא הוית עבד *Etiam tu ita eſto faciens* Luc. 10. 37. Sic
וחויתי חלימא מן מחותכי i. e. *Abi in pace, & eſto ſanata à flagello tuo* Marci 5. 34. Ita 1. Cor. 4. 1. הכנא חוין חשיבין לכון i. e. *Sic ſimus reputati vobis :* Seqvitur איך משמשנא דמשיחא &c) Et cui bono illæ ellipſes? Qvid notius, qvâm collectiva fœminina, qvorum dantur Synonyma maſculina, cum verbis maſculinis copulari? ſic hoc loco פלשת כלך, *Tu ô univerſa natio Philiſtina* נמוג *eſt diſſoluta, diſſolvere !* Ita nihil coactum. Probamus autem *Benoni*, & *ſenſum imperativum* ex ſeqvelâ: *Ejula, vociferare, diſſolvere,* & ſubjecto enunciato in Perſ. 2. *O univerſa Palæſtina.*

Concl. 15. Ratio nationalis ejulei in m. 2. v. 4. ſc. עשן בא מצפון i. e. *fumus veniens de Aqvilone*, von Mitternacht kompt ein Rauch. Errant qvi per fumum Nebucadnezarem, per Aqvilonem, intelligunt Babylonem, eo modo qvo Jer. 1. 1. 14. ubi noſter Lutherus: Von Mitternacht wird das Unglück außbrechen über alle die im Lande wohnen. Rectè Kimchi & Abrabinel: מארץ ישראל הצפנית לפלשת יבוא המציק שהוא חזקיהו ושחית כעשן לכלות עיניהם ולהאריב את נפשם: i. e, *Ex terrâ Iſraelis, qvæ Palæſtinæ ſeptentrionalis eſt, veniet anguſtator Chiskiah, qvi erit Philiſtinis ſicut fumus, perditurus ſc. oculos & cruciaturus animas illorum.* Omninò *fumus* aliqvando in ſigno *leviſſimæ diſpulſionis* impotentiam notat hoſtis fugandi vid. Pſal. 68. 2. hoc autem loco denſum & *validiſſimè penetrantem nubem fumeam & incendium bellicum*, ſignum maxumæ & penetrantiſſimæ cladis inferendæ ad ipſo irato Philiſtinis DEO notatur. Conf. Pſal. 18. 8. 9. Annon autem & pulverulentam nubem, qvam facit exercitus magno numero & fervore procedens æſtivo tempore? Sanè ita apud Poetam

Volvitur ad muros *caligine* turbidus *atrâ* - pulvis

Ita alibi:

Hîc ſubitam nigro glomerari pulvere *nubem*,
Proſpiciunt Teveri & *tenebras* inſurgere campis:

I. 9. Æn.

l. 9. Æn. qvomodo l. 11.

Fumantes pulvere campos.

idem meminit. Præferimus prius.

Concl. 16. Qvo apparatu venturus sit ille ex *Aqvilone* Israelitico Palæstinæ domitor Chiskiah, docet in v. 4. territorium ultimum: ואין ברר במועדיו, de qvorum verborum sensu qværitur. Simplicissima apud Hebræos Paraphrasis talis est: בשהיה מיער חזקיהו לבא להלחם לא ימצא בכל אנשיו איש ברר ורל שיפרש עצמו ויתפרד וימנע מלכת המלחמה כי כולם יבאו יחד i. e. *Ubi Chiskias intimabit bellum contra Philistinos, nullus ex subditis ejus invenietur solitarius* s. *sese subducturus â Conventu vel Castris Chiskiæ: sed aderunt cuncti.* Notaretur sc. tota Judæa armata, magno consensu totius populi indictum Philistinis bellum: & מועדיו essent ipsa *castra certo tempore & loco indicta, conventus bellici, cœtus castrenses* Chiskiæ, respectu qvodammodo *ad dies festos, â JHOVAH indictos*, ut notetur illum *diem* qs. *festum fore*, & *diem DOMINI in Philistinos.* Aliter autem Abrabinel, ut sit ברר in sensu *mentiendi*, qvomodo בדים mendacia Job. 11. 3. Jer. 48. 30. atqve adeò enunciatio talis: *Chiskias* לא ישקר במועדיו, i. e. *Non mentietur in indictione belli adversus Philistinos*, ubi sc. semel *Votum belli Anti-Philistini* fecit, illud non, ductus pœnitentiâ, retractabit, non *falsus erit*, nec *fallet*: sed seqvetur Votum DEO factum. Qværitur an rectè? Neg. Obstat 1. ברר in sensu mendaciorum nunqvam. Semper autem notat solum, vel solitarium. Obstat 2. *tale privilegium divinum* ex 1. Sam. 15. 29. malè applicatum ad Chiskiam contra vid. 2. Reg. 18. 7. 14. Obstat 3. Negativum אין, qvod negat absolutè, eo modo qvo negatur existentia per modum Est secundi adjacentis: non autem negat aliqvid de certo subjecto per modum Est tertii adjacentis. Atqve adeò si dicere velis: Chiskias non erit falsus, dicere haut licebat ואין ברר; Sed ולא ברר. Nunc cum sit אין ברר negatur absolutè existentia ברר, sine respectu certi subjecti vel individui, atqve adeò reddendum: *Planè non est* (nec erit) ברר *in conventibus ejus*, seu *Castris statò tempore in-*

dictis. Es wird gantz und gar kein ברר kein Einsahmer seyn in seinen Gezelten / uti rectiùs noster Lutherus expressit.

Concl. 17. Inde *epinicion Israelis & triumfus fundatæ Sionis* in v. ult. Cœterum hîc dubium 1. de membro 1. ומה יענה מראכי גוי: sed & dubium 2. de membro 2. an illud stet sub formâ sive *Responsi* sive *Dicti Legatorum?* an *absolutè*, ut *ratio membri 1. virtualitèr negati?* Dubium primum, an Legati gentis, stent *subjectivè*, ut Oratores & Confessores fundatæ Sionis; an *objectivè* resp. illius responsi, ita ut non illi Legati ita sint responsuri, seu confessuri: sed illis ita sit respondendum. Si prius, versio talis: Was werden alsdann die Botschafften der Heiden hin und wieder sagen? (was solten sie anders sagen / als) daß der HERR hat Zion gegründet / und daselbst werden die Elenden seines Volckes Zuversicht haben. In hunc sensum ivit noster Lutherus: At posteriori modo Batavi: Wat sal men dan antwoorden den Boden des Volcks? (verstaet hier de Ambassadeurs der Philistynen / qvi scil. poposcerint Chiskiam arma deponere, vel egerint cum Chiskiâ de jure illius belli &c.) Responsum autem illis dandum esse in m. 2. Dat de HEER Sion gegrondet hefft. Pro posteriori facit *Legatorum* nomen plurale, *respondendi* verbum singulare, ut sit: Qvid respondebit (impersonalitèr, *respondebitur*, vel ut referatur ad Chiskiam, de qvo immediatè in vers. præced. Qvid Chiskias *respondebit) Legatis gentis?* Pro priori facit absentia particulæ ante Legatos: & positus talis *distributivus* familiaris: *Qvid respondebit Legati*, i. e. *hic vel ille, unusqvisqve Legatorum?* Illud sc qvod seqvitur in membro 2. Dubium secundum supponit qvidem *Legatos* illos stare *subjectivè:* sed ita resolvit. *Qvid respondebunt Angeli gentis?* i. e. *Nihil* planè respondere vel efficere pro suâ gente poterunt: qvæ ratio illius impotentiæ? *qvia ipse JHOVAH fundavit Zionem &c.* Atqve hoc posterius Abrabinelis novum interpretamentum est. Ad dubium primum respond. affirmando prius. *Casus personalis post verbum respondendi non particulatus semper est Subjectivus & Nominativus:* Ita 1. Sam. 8. 18 1. Sam. 26. 14. Jer. 42. 4. In dubio secundo improbandus Abrabinel. Juxtu illum reqvireretur *positus particulatus* sive *ante* sive *post respondendi* vocabulum

bulum e. c. ומה ענו מלאכי גוי, Neqve V. C. *Legati gentis respondebunt.* E. *Respondebunt pro suâ gente*, idq; *responsione practicâ*, ut & pro illâ *bonum loqvantur & eidem opitulentur.* Hypothesis præterea erronea, ut jamjam patebit. Omninò ergò responsum Angelorum est in m.z. atqve adeò ענין למענה בפרשה.

Concl. 18. Sed circa ipsam *gentem* & *ejus Legatos* iterum dubium geminum. Unum *de gente.* Qværitur sc. qvis ille גוי *singularis?* Omninò in fontibus non sunt Legati *gentium:* sed, *gentis:* non גוים: sed גוי: nec dicitur מלאכי גוי גוי i. e. *Legati* & *gentis* hujus, & illius, qvo modo Lutherus: Was werden die Boten der Heyden hin und wieder sagen? Neqve satisfacit adeò qvi ita παραφράζει: מה ישיבו לכם דבר כל אחר משלוחיכם הבאים לרגל ארץ ישראל ומעשה חזקיהו אין בשורה מוצאת בפיהם כי הם ישיבו אותם כי יסד ציון וגו i. e. *Qvid respondebunt vobis, ô gentes, nuncij vestri ad explorandam terram Israelis & actiones Chiskiæ emissi? Non sanè læta vobis nuncia reportabunt: sed, qvod triste vobis erit, fundatam Sionem &c. annunciabunt.* Neqve convenit, explicare *de Legatis Regum gratulantium Chiskiæ victos Philistinos,* qvale Exemplum in illo מרודך בלאדן פה, etsi non jam amplius Babylonis: sed Assyriæ qvoqve partis Domino, revera tamen non Assyrio: sed Babylonio: nec adeò vel *Salmanassaro* vel *Asarhadone:* sed *Beladanis* vel *Nabonassaris* Filio, Merodacho, qvi Babylone imperare cœpit anno VI. Chiskiæ Regis Jhudah, qvo tempore capta à Salmanassaro *Samaria*, & post Sennacheribi Assyrii, velut æqvè hostis sibi, Angelicam Cladem *in montibus sanctis*, & prolongatum Chiskiæ vitæ terminum, misit *cum muneribus & literis* Legatos, gratulatum Chiskiæ vid. Isaiæ 39. 1. Nec convenit illud responsum nisi veris Confessoribus: atqve adeò nec *Babyloniis nec Assyriis*, qvi tunc temporis non erant in statu talis confessionis, nedum *Philistinis*, uti vult *Abrabinel*, & post illum glossa Belgica vid. sup. Concl. 17. Malumus per גוי gentem sanctam ipsam sc. Israeliticam intelligere, qvam hoc nomine in sacris freqventer venire, etiam absolute positam per tot loca dubitare non licebit:

Unde jam pandetur responsum ad dubium secundum de ipsis מלאכים s. *Legatis*, *Nuncijs*, qvinam illi? Sennacheribi illi יעצי בליעל, neqvissimi & blasphemi Oratores, qvos inter sanè eminuit Rabsace Isaiæ 36. 1. & seqq.? Repugnat illorum contra Sionem blasphema Oratio, neqve ad talem Confessionem illos venisse sive jam antea sive tunc, probatur ex sacris: sed potius *obstinatio illorum blasphema* adusqve mortem. Neqve *ipsi Legati Philistinorum:* qvia nec qvicqvam de tali legatione constat, neqve convenit *Cladi Philistinæ* solemnis pompa *Legatorum:* neqve vel his vel aliis infidelibus talis Confessio. Placet, qvod videmus veteribus in Judæorum Scholâ placuisse, ut intelligatur sc. de מלאכי ישראל, *Mississe* sc. CHISKIAM *Legatos & nuncios in omnes Israelis terminos*, & illarum tribuum reliqvias ad *verum* DEI in Sione celebrandi *cultum invitasse*, idq; Oratione sanctissimâ, qvin etiam, licet non defuerint magni illusores, multos tamen ex aliis tribubus iilius Legationis virtute Sioni adjunctos fuisse, expressè habetur in Scripturis vid. 2. Chr. 30. 1. 6. 7. 10. 11. 17. 25. c. 31. 1. & seqq. atqve illam *Legationem* priorem fuisse expeditione *Sancheribi* & *Philistinæ victoriæ* proximè succesisse ex 2. Chron. c. 32. 1. & 2. Reg. c. 18. v. 8. colligitur. Scilicet 10. tribus deportantur. Jhudah autem sub Chiskia nova sumit incrementa, victis Philistinis. Hinc triumfus Sionis, qvam fundatam testantur missi à Chiskiâ ad reliqvias X. tribuum legati: inde augentur Sionis Filii.

Concl. 19. Pro Conclusione notamus novum interpretamentum Rabbini Abrabinelis circa illos Legatos. Qværitur qvinam illi? Respondet: ipsi ANGELI, qvorum illud secundùm excellentiam nomen. Scilicet יש לכל עם ועם שר בשמים כשם שר מלכות יון ופרס והם מריצים טובה על ארצותם לגוייהם ואמר הנביא עליהם שאף שיעבו טום על פלשת לא יועיל להם ורל המלאך וחשר של זרת הגוי פלשת אשר בשמים מה יענה ומה ישפיע עליהם כיון שהי יסך ציון

i. e. Unaqvamqve nationem terrestrem suos habere peculiares Angelos cœlestes, qvales illi in Daniele Princeps regni Græciæ, & Princeps

Princeps regni Persiæ : illos pro suis singulos gentibus earumq; terris intercessores apud DEUM, & tàm Consilii, qvàm roboris influxu Opitulatores nationum suarum esse. Sensum adeò h. l. esse: Licet Angeli Philistinæ & confœderatorum illis populorum, ipse inprimis PRINCEPS Palæstinæ. ANGELUS, in cœlo summè annitantur, λόγῳ καὶ ἔργῳ succurrere nationi Philistinæ, tamen frustra illas interpositiones fore : nihil scilicet suâ illâ mediatione & intercessoriâ responsione effecturos salutare Philistinæ : qvia sc. stat Consilium DEI de fundandâ Sione. Ita Rabbinus. Prolixâ hic Crisi opus haut est. ANGELI *illi Principes nationales*, non satis probantur. *Michael Princeps Israelis* Dan. 10. v. ult. idemq; *Unus ex Principibus primariis* vid. ibid. v. 13. non probat ANGELOS PRINCIPES NATIONALES. *Princeps regni Græciæ & Persiæ* ibid. & v. 20. hoc ipso, qvod & *Michaeli & Danieli & DEO ipsi* adversantur, ostendunt se ex infernatibus (vid. ibid.) auctis viribus ex Judæorum delictis. BELLUM nationale Angelorum, post Confirmationis Sacramentum, inter se non fert natura Charitatis ignibus flagrantissima : opponere se DEO pro hostibus DEI, non admittit humilis & ministerialis reverentia : adversari Sanctorum lacrymis & precibus, uti ille *Princeps Persiæ per 21 dies* Danieli lacrymanti, vel Angelus Philistinæ *Sioni fundandæ* vid. Dan. 10. 2. 12. 13. & h. l. *Abrabinel* non convenit illorum λειτουργίαι : qva sc. πάντες sunt λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομῆσαι σωτηρίαν Ep. ad Hebr. c. 1. ult. ANGELUS *Sacharianus* Intercessor Hierosolymitanus c. 1. 12. 13. 14. & c. 2. 7. Supernatis increati fœderis ANGELI Characteres habet : Sed cap. 2. 7. benè discernatur ANGELUS DESPOTA ab ANGELO MINISTRO.

Concl. 20. Meminimus paulò ante *Angelos intercessores nationales* non probari : multò minus *Oratoriam illam Angelicam* qvæ versatur in contradictoria : nec adeò legitimari illum *Philistinæ nationis* Angelum Principem per textum præsentem. Gaudium esse dicitur ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ ὅτι ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι Luc. 15. 10. Intercedere per supplices preces sive pro *Uno*, sive pro

Natio-

Nationibus haut memorantur, multò minus, ita ut & contradictorii sint peccatores, & opere ipso per populos suos, bellatores, adeò ut DEUS puniturus Palæstinos priùs opus habeat ANGELUM Palæstinæ Protectorem debellare, & robore suo exuere. Non memoratur *talis Angelus nationalis 1. Reg. 22. 18.* sed puniturus DEUS Achabum per Syros occasione expeditionis bellicæ *in Ramoth-gilad* repræsentatur ut *in throno sedens & omnem Exercitum cœlorum à dextrâ & sinistrâ* assistentem habens, expromtum ad ministeria sibi demandanda vid l. alleg. Sed & hàc occasione allegatus locus Jobi ex c 33. v. 23 unde ANGELUM *Mediatorem, Intercessorem* probat Papismus. Verba in fontibus sunt: אם יש עליו מלאך מליץ אחד מני אלף להגיד לאדם ישרו׃ ויחננו ויאמר פדהו מרדת שחת מצתי כפר Seqvitur Expressit Vulgatus: *Si fuerit pro eo Angelus unus ex millibus loqvens, ut annunciet hominis æqvitatem, miserebitur ejus, & dicet: libera eum, ut non descendat in corruptionem, invenio in qvo ei propitietur.* Atqve hinc Angelum advocatum pro homine apud DEUM commendantem sui clientis justitiam, ut ab irato DEO extorqveat misericordiam, & porrò talis Angeli invocationem religiosam deducit Pontificius. Cœterum, qvicqvid sit *de Angelo Prophetæ* Tremellii, qvem suo more secutus expressit Piscator: Wann aber ein Bote bey ihm ist (der ihm GOTTes Willen erkläre) einer auß tausenden (i. e. welcher Boten gar wenig sind) der dem Menschen verkündige seine Richtigkeit (seine Bekehrung und Glauben) so wird (GOTT) ihm gnädig seyn und sagen (zu denselben Boten) errette ihn / daß er nicht hinunter fahre in die Grube / denn ich habe Versühnung (das Opffer des Mittlers CHristi) funden / Omninò 1. *Angelus* מליץ *unus ex millibus* non probatur ex textu: 2. Ubi dicitur עליו מליץ ? Rvia in מליץ spectat consequenter, non distingvit antecedentèr, qvia superior præcessit. Frustra objiciat aliqvis versum seqventem, ubi *ter Rvia simplex*, & *tertius* major *primo:* ratio enim evidens ibidem, sc. *Vicariatus tertij Atnachatus*, cujus luculentum signum accent° Tiphcha prodromus. Uti e ibi tertius major, qvia ille *Vicarius Atnachatus:* ita extra talem Vicariatum secundi, hîc major primus. 4. ל in לאדם nota Genitivi, absurdissimum h. l. facit positus & accentus. Neqve adeò *Angelus* ille ponitur *Orator* apud *DEUM:* sed *hominem*.

PARTIS II. ISAIANÆ ORATIO III.

Concl. 1.

Succedit Oratio tertia, cujus titulus in c. 15. m. 1. משא מואב s. *Manifestum DEI bellicum adversus Moabitas.* Exprimitur *Jus DEI feciale in Moabitas*, qvibus proinde *bellum novissimum, & funus nationale*, in arcano JHOVAH sibi revelatum intimat Propheta. Explicatur titulus per משפט מואב seu *Judicium irati DEI* (facturi sc. שפטים במאב Ezech. 25. 11.) *super universam nationem Moabitarum venturum, & à summo Rege, cui nomen est JHOVAH ZBAOTH eidem denunciatum* Jer. 48. 15. 22. 47. vel per נבואת שנת פקדה העתידה i. e. *Prophetiam de anno visitationis pœnalis Moabiticæ instanti* Jer. c. 48. 44. Uti enim materialis: ita formalis, qvoad MASSA MOAB, inter *Jeremiam* & *Isaiam* passim paralleliſmus est. Satis patebit, qvid sit MASSA MOAB in titulo hoc particulari, modò in tabellâ adumbretur ipsius MOABI historia. Gentis initia ex titulo patebunt. Vocantur FILII LOTHI Deut. 2 9. æqvè ut AMMONITÆ ibidem v. 20. Respectus ad Spelæum, & infandas in illo noctes, unde duæ Sorores duos pepererunt sibi fratres vid. Gen. 19. 30 33. 35. Nati anno eodem qvo Isaacus, mundi sc. 2048. Per. Jul. 2812. Abrah. 100. Noster *Moab, Lothi* ex *primogenitâ, Consultrice concubitus incesti*, filius *primogenitus*, Caput gentis, vel אבי מואב ער היום *Conditor Populi Moab ad hunc usqve diem*, in Mose l. alleg. v. 31. 37. nominatur. Intercesserunt autem à natali capitis adusqve populi sub Mose morituro tempora 445. anni, intra qvos & acqvisitum Sceptrum regium, & ex parte fractum. Insedêre natali solo, atqve uti *Esavitæ*

 expulsis

expulsis *Horæis*, Ammonitæ *Raphæis Tsamtsummæis*: ita Moabitæ terribilibus minaci statu *Emæis* (האימים vocabantur in ipsâ *Linguâ Moabiticâ*) jam antea in *bello Pentapolitano* fractis, & post illa excisis, DEO ita Antecessores incolas puniente, & *Edomum*, *Ammonem*, *Moabum* in suis nationibus surrogante, ac specialitèr immittente, successerunt: Vid. Gen. 14. 5. 6 Deut. 2. 10. 11. 12 20. Prima illis ad Jordanem & mare mortuum, per campos exustæ Tetrapoli, cujus nomina v. Deut. 29 23. & terræ illi maledictæ vicinos, sedes, unde qvicqvid inter *Jordanem* ab Aqvilone, *Arabiam Petrosam*, *Jabboc fluvium*, & Ammonitas vicinos ab *Oriente*, inter *Mare mortuum* ab *Occidente*, *Edomeorum regnum* à *Meridie*, terrarum interjacebat, *Veterem Geographiam Moabiticam* designabat, & regni antiqvi vetustos limites.

Concl. 2. Omninò discretam hic *Moabi Geographiam ante-Israeliticam* & *post Israeliticam* notavit S. Spiritus, & interest ad illius accuratam discretionem. Procedente jam post Exodum, ad suos triumfos Israele, futuro gentium debellatore, specialissimo cœlestis (liceat ita nominare) salvæ gvardiæ privilegio securi gaudebant *Edomitæ*, *Moabitæ*, *Ammonitæ*. De illorum terris עד־ מדרך כף רגל i. e. *ne tantillum qvidem, qvod calcatur plantâ pedis*, Israeli tunc cedere, qvi *filiis Esavi* & *Lothi* illa patrimonia specialia assignaverat, & cum illis bellum belliq; signa interdixerat, DEUS volebat: cumq; itinerarium castrorum Israelis sine tactis Ammonitarum terris sibi constare posset, non item intactis *Edomæorum* & *Moabitarum* regnis (per qvæ magno compendio iviſſet Israel) petere qvidem ab his licuit *innoxios transitus*, & *Salgama*, pretio qvo veniunt sub velabro: sed nec hæc extorqvere, nec illos, etiam ubi petitoribus essent negati, ferro licuit aperire, per interdictum expressum Deut. 2. 4. 5. 6. 8 9 10. 17. 18. Neqve aliter Mosche. Misit ille, qvi transitum superiori Lege peterent, non ad *Idumæorum* saltem, qvod docet textus Num. 20. à v 14. ad 21. sed & ad *Moabitarum* Regem, uti evidenti loco Jud. 11. 17. constat: factum utrumq; anno ab exodo 40. & ex Kadesch annosâ Israelis in deserto statione vid. Num 33. 37. 38. c. 20. 14. Jud. 11. 17. cum uterqve negaret, circumiviſſe memoratur, uti Edomeæ: ita Moabiticæ nationis horridos montanosq;

montanosq; terminos & nullâ acerbitate executus injuriam repulsæ Num. 20. 22. c. 21. 4. 10 19. c. 33. 37 Deut. 2. 13. 18. Ammonitas autem transitum haut popoſcit, etſi מול בני עמון ſ. *è regione Ammonitarum pertranſivit*, vid. Deut. 2. 19. At qvomodo non aperti per Moabitarum terras tranſitus, & qvomodo non illi Moabitis noxii, ſi per *Arnonis* itum fluenta, *ad vallem in agro Moabi:* ſi expugnata *Hesbon* & qvicqvid inter *Jabbokum* & *Arnonem*, bello ſubactum vid. Num. 21. 12. 13. 20. Deut. 2. 36.? Reſpondendum: pertinuiſſe qvidem illa ad *Geographiam Moabiticam veterem:* ſed non ad præſentem, cujus reſpectu ſaltem obligavit *interdictum Violenti tranſitus*, qvem proinde aperire licebat per terras, qvæ nunc ampliùs Moabitarum non erant, etſi paulò ante adhuc fuerant: neqve enim illis cœlo data in his bellis Iſraelis illa, qvam ſupra meminimus, Salvagvardia. DEUS in ordinem redacturus inſolentiorem Moabum, habito Lothi reſpectu, noluit per Iſraelem hactenus punire conſangvineam nationem, & ad illum immediatè transferre terras datas Lothi filiis: armavit Hemorrhæum Sichonem in Moabitas, qvi magnas illis terræ partes eriperet, ut ipſe, ferocior inde futurus, puniendus paulò poſt Iſraeli bellatori cum fœnore redderet. Neqve ergò tunc, cum Iſrael in terras gentium poſt 40. in deſerto annos tandem immigraturus eſſet, iidem Moabi ab Oriente & Septentrionibus limites, *Jordanes* ſc. *Jabbok* & *Ammonitæ:* ſed poſt *mare mortuum* ab *occidente aqvilonari*, terminus Aqvilonaris orientalis ſuccedebat *Arnon*, inter qvem & Jabbok laticesq; Jordanis qvicqvid interjacebat, ipſamq; adeò cum filiabus Metropolin Regiam *Hheſchbonem*, & regionem, cui à metropoli, *Ar Moabi*, nomen, primo *Moabitarum Regi* paulò antè Iſraelis adventum, celebratiſſimo in libro bellorum JHOVAH prælio, abſtulerat *Sichon Emorrhæus* jamjam poſt triumfatum victumq; Moabitam, iterum mactandus. Videatur de illo *Sichonis in Moabitas* bello Num. 21. 26. ibidemq; ſcriptum *ſacrum Poema* ſ. *epinicion Iſraelis* carmine celebrantis illud *bellum Sichonis activum & paſſivum*, ac in utroqve decantantis DEI judicium v. 27. 28 29. 30. Sed & de *Arnon*, nominatiſſimo in Geographiâ Moabi Iſraeliticâ (ſ. qvalis erat illo Iſraelis advenientis

tempore) termino vid. transsumtum ex libro bellorum DOMINI Num 21.13.14.15.24.26. Jud.c.11.18. Circumivit Israel per *Abarima juga*, & *deserta Moabitis ab Oriente finitima* Num.21.11. inde ad *vada Arnonis*, & *vallem terminalem agrorum Moabiticorum* à latere הישימון s. *deserti Kademotharum*. Ibi substitit. Inde ad *Emorrhæum* Oratores pro transitu misit: Sichon transitum prohibiturus in illud desertum armatus Israeli occurrit: ubi Victor Israel occupavit terras, etsi qvondam Moabitarum: tunc tamen non nisi *Sichonis Emorrhæi*: vid. Num. 21. 13. 20. sc. jam tunc חשבון וכל בנותיה i. e. *Hesbon* & *illius metropoleos Urbes minores filiæ* erant ערי האמרי s. *Urbes Hemorrhæi*, ipsaq; *Hesbon* עיר סיחון מרך האמרי i. e. *sedes Regia Sihonis Regis Emorræi*, qvi *primo Moabitarum Regi* & *illam* & *terram omnem* à *Jabboc* fluento, *ad Arnon usqve*, bello ereptam securus tunc possidebat vid. ibid. v. 23. 24. 25 26. Deut. 2. 17. 24.

Concl. 3. Patet inde *Jus Legationis & responsionis Iiphtachi*: sed & *jus belli illius defensivi* contra Ammonitas. Allegabant hi causam belli, *terras illas interamnes ab Israele qvondam occupatas*, *suoq; adeò regno sublatas*, & restitutionem in integrum postulabant bellum minati, ni redderentur Jud. 11. 13. Respondet Iiphtach per Oratores secundæ legationis 1. Falsum historicum esse, *Israelem ex Ægypto in terras promissas commeantem*, *qvicqvam terrarum Moabiticarum & Ammoniticarum occupasse*, vel etiam *terminos Moabi superasse* s. *invasisse*. cum *ad denegatos sibi* (uti ab Idumæo ita & à) *Moabitarum Rege transitus ex Kadesch in deserta movens*, uti *Idumæam*: *ita Moabitarum terras molestissimo itinere ad Arnonis fluenta* circumiverit, ibidemq; ad terminos Moabi orientales substiterit: Ammonitarum autem terminos ne qvidem hactenus tetigerit v. 15. 16. 17. 18. Resp. 2. Israelem qvidem, omnes illas interamnes terras מארנון ועד היבק ומן המדבר ועד הירדן occupasse, & hactenus possidere: sed qvas Emorrhæo transitus innoxios neganti, exercitu armato sibi occurrenti, jure belli eripuerit, & ex speciali summæ majestatis s. יהוה אלהי ישראל autoritate adeò hactenus possederit. vid. v. 20. 21. 22. 23. 24. Resp. 3. Ad minimum illud juris JHOVAH DEO ISRAELIS

ELIS concedendum, qvod *Camoscho Idolo* vendicent *Ammonitæ:* atqve adeò, si illi sub titulo sui כמוש suas defendere possint possessiones, multò magis autoritate sui DEI, JHOVAH, se defendere posse Israelem v. 24. Resp. 4. Si ne tunc qvidem *Balak, Rex Moabitarum* sub qvo Israel terras illas qvondam *Moabiticas* extorsit *Sichoni*, jus in illas terras suæ gentis agnovit, nec pro illarum restitutione bellum unqvam indixit, absurdissimus sanè nunc postulator est Rex Ammonitarum, sub titulo restitutionis illarum indicens Israeli bellum. Ratio consequentiæ, qvia regio Patrimonio Moabi paulò ante à Sichone terræ illæ erant ademtæ, atqve adeò hic pro revocandâ illâ sui regni parte, anteqvam præscriberetur, superiori prætextu juris indicere bellum potuisset, sive Sichoni, sive qvi, illo debellato, successit, Israeli: at ille nullum tale jus agnovit, nec eo nomine unqvam bellum cum Israele gessit vid. v. 25. E. 2. inter Balakum s. Israelem illo regnante, terras illas interamnes jure bellorum DOMINI ocupantem, & præsentem Regem Ammonitarum restitutionis postulatorem, 300. ad minimum annos, per qvos in qvietâ possessione Israel fuerit, intercessisse, atqve adeò Usucapionis titulo sese Israelem nunc defendere posse, contra ipsos qvoqve Moabitas, si postliminio repeterent, multò magis autem contra Ammonitas, qvorũ limites nec Sichon invaserit, & de qvibus adeò per triumfatum Sichonem ad Israelem pervenire nil qvicqvam potuerit: qvin si pro Moabitis Consangvineis militare voluissent Ammonitæ, tunc ante 300. annos illis vigilandum fuisse, & indicendum bellum vid. v. 25. 26. & nota qvare Num. 21. 24. addatur כי עז גבול בני עמון i. e. *Nam munitus erat terminus Hammonitarum.* Dicitur id respectu immediato habito ad *Emorræum*, mediato ad *Israelem*, qvem aliàs עז גבול cohibere non potuisset. Patet, qvàm solidè ex historiâ & utraqve Geographiâ Moabiticâ confutaverit *Ammonitarum Regem* Iiphtachus, qvi de cœtero per Epiphonema ישפט יהוה השפט היום appellavit ad summum tribunal, ubi *pro Israele* decisum, testis triumfus vid. ibid. v. 27. 32. 33.

Concl. 4. Atqve hîc nobile dubium. Moses ex *desertis Cadimothæis* per Oratores ad Sichonem Regem Emorrhæum, pede-

stres adusqve *Jordanem* transitus & annonam castrensem, etsi hanc nonnisi pretio postulans Deut. 2. 27. 28. allegavit exemplum *Edomæorum & Moabitarum* v. 29. *Sicut fecerunt mihi filij Esau, habitantes in Seir, & Moabitæ habitantes in Ar.* At qvomodo hoc, si לא שמע מלך אדום & לא אבה מלך מואב i. e. Si uterqve denegavit Jud. 11. 17. & propterea Israel molestissimè *utriusqve regni* fines circumivit vid. ibid. v. 18. imò, si *Idumæus* Israeli metata innoxia commeatumq; petenti *gladium* minat°, &, ne hic aditus sibi vi patefaceret, occurrit armatus, adeò ut migrandum huic ab Idumææ finibus fuerit? Deut. 2. 18 20. 21. Respondemus 1. *Transitum per terras intra fines* uterqve denegavit. 2. In ipsis terminis per *montana deserta*, ubi sine noxâ erat futurus, uterqve concessit. 3. Idumæus etiam in finibus victorium castris pretio redimendum liberale ministravit. 4. At *Moabita* hoc qvoqve denegavit, imò ad maledicendum castris Israelis *Bileamum Mesopotamenum* solemni legatione advocavit. Primum per textus Num. 20, 20. Deut. 2. 18. 20. 21. Jud. 11. 17. 18. Secundum ex Deuter. 2. 29. Tertium ex l. all. v. 28. 29. Qvartum ex Deut. 23 3. 7. 8. solidè probatur, ubi notandum privilegium Edomæi præ Moabitâ. Scilicet à munere publico ne probrosa fieret ejus administratio, in Θeocratiâ Israelis excludebantur 1. *Vulneruti teste*, 2. *Spadones* 3. *Spurij, velut infames & Spuriorum filij.* (Exemplum *Iiphtachi*, velut extra ordinem à DEO vocati heterogeneum est) His ibidem adduntur *Moabitæ* item *Hammonitæ* & in infinitum excluduntur. Ratio exclusionis ibidem in textu gemina: una *denegatum Israeli exuli* poscenti, *panis & aqvæ victorium*, altera *conductus sumptuosè ad maledicendum Israeli, Orator Bileamus*, etsi eventu irrito vid. l. all. v. 4. 5. addatur tertia ex Num. 24. 14. & c. 25. 1. At *eximuntur Idomæi & Ægyptij*, & in *tertiâ generatione filiorum admittuntur* v. 7. 9.

Concl. 5. Licet autem tempore Israelis immigrantis in terram Canaan magnis terris per Sichonem Emorrhæum exciderit *Sceptrum* Moab, non tamen autoritatem insignem regno defuisse, & *Midianitas* post occisum inprimis Sichonem sive Socios sive Subditos habuisse (Reges vel Toparchus Midianitis non defuisse, eosdemq;

demq; antea Sichonis beneficiarios seu Vasallos fuisse, per textus Num. 31. 8 & Jhos. 13. 21. satis probatur) ex Comitiis Mobiticis anti-Israeliticis à Balako, Moabitarum Rege indictis, in qvibus apparuerunt Senatores Midianitarum, ex Senatus-Consulto illorum comitiorum, ex autoritate legationis ad Bileamum, ex eminentiâ Legatorum Principum constat vid. Num. 22 2 4. 5. 7. 16. 17. 36 c. 23. 11. 21. c. 24. 11. Ita stetit Sceptrum Moab, etiam cum abuteretur cœlesti privilegio, (unde superior illa tùm à *munere*, tùm à *fœdere Israelis* exclusio) ultra Josuam, adusqve Judicum tempora, ubi ipsos Israelitas, DEO ut hos maleficos puniret, Moabitas armante, sibi obnoxios vidit Eglon Rex Moabitarum, qvi ingenti exercitu, *Amalekitarum & Ammonitarum* supplementis aucto, Israelem percussit, Jerichuntem expugnavit, & per 18. annos tributarios Israelitas habuit, usqve dum per occasionem tributi, *gladio bipenni Ehudi* (cum ad arcanorum divinorum audientiam, ipsis barbaris æstimatâ VERBI DIVINI majestate, ut illud non nisi stantes audirent vid. Num. 23. 22. Jud 3. 20. Rex è solio surgeret) *ultra capulum invadente ventrem obesatum*, caderet Eglon & post illum gladiis Israelis *Myrias Moabitarum* vid. Jud 3. 12. 14. 15. 16. 21. 22. 29.

Concl. 6 Incidit in ימי שפט השפטים seu Judicum, & uti colligere licet, Deboræ tempora 200 & ultra ante Samuelem Judicem annis, illustris *Ruth Moabitidis* historia, eademq; magna Moabitarum gloria. Illa religione Proselyta, atqve adeò sanctiori, qvàm *fratria* apostatica, consilio socium secuta, æqvè ut Israelis, filia Consilio legitimo (etsi species poterat inverecunda videri) imò per Boasum in portâ agebat ex jure גאולה (per qvod obligabatur ὁ ἀγχιστεύων s. proximus mortuo consangvineus *ad redimendam hæreditatem & excitandum defuncto semen* vid. Lev. 25. 25. 49. Deut. 25. 5) in proximum vindicem: neq; hic, cum jus vindiciarum qvidem admitteret, annexam autem nuptiarum RUTH Moabitidis conditionem repudiaret, sive pro excludendâ Ruth ab hæreditate, & hàc ad se velut immediatum Vindicem, sine nuptiarum gravamine, ex Lege Num. 27. 8 9. 10. 11. derivandâ, sive pro declinandis nuptiis tutari se potuit argumento illegitimarum nuptiarum

ptiarum RUTH velut natione Moabitidis, qvò minùs fieret *Ordinis fratrum discalceatorum* seu audiret חלוץ הנעל vid. Deut. 25. 10. sed cum ille metu amittendæ hæreditatis propriæ solemni abdicationis signo *extracto* sc. *in portâ calceo, jus vindiciarum* Boaso Rachabis Cananææ filio cederet, hic, post solemnem *in portâ* protestationem, inter vota publica accepit RUTH *Moabitidem*, & ex illâ genuit *Obedum Patrem Jischai, avum Davidis*, vid. Ruth. c. 1. 4. 15. 16. c. 2. 20. c. 3. 4. 13. c. 4. 1. 6. 10. 14. 21. 22. atqve adeò *Primogenitorem* qvoqve illius, qvi יצא חטר מגזע ישי propter qvem NEZER ISAI *Isaianum* vid. Is. c. 11. 1. ejusdemq; Genealogiam Matth. c. 1. 5. Liber *Ruth* in Canone Biblico extare debuit, ut ita accuratissimè Messias probaretur *in lineâ Davidicâ* γενεαλογέμενον. Neqve caret mysterio, in Genealogiâ JESU mediatâ memoriam fœmininam non esse nisi 1. *Rahab Cananææ*. 2. *Ruth Moabitidis*. 3. τῆς τοῦ Οὐρίου *adulteræ* sc. Matth. 1. 5. 6.

Concl 7. Apparet amplissimo illo inter EHUD *Judicem* & *Davidem Israelis Regem*, intervallo, *Moabitam* Israelis nec Dominum fuisse, nec servum: sed Sceptrum domi floridâ tranqvillitate magnificum obtinuisse. Saulem sanè hostem bellatorem experti, & ab illo lacessiti memorantur 1. Sam. 14. 48. sed nec triumfati, nec victi, cujus signum securum Davidis apud *Regem Moabitarum* exilium & impetratus ab illo pro Patre & Matre salvus conductus 1. Sam. 22. 3. 4. At sub Davide plenissimè jam post Saulis funera Rege juxta *funiculos vitæ & mortis* distributi, qvi à *mensurâ mortis* excepti, & in vitâ adeò servati, *Davidis facti* sunt *tributarij*, ipsumq; regnum feudum Jhudah 2. Sam. 8. 2. Mansit eodem superioris Sceptri respectu sub Salomone 1. Reg. 4. 21. 24. & post Apostasiam X. tribuum (ubi, uti Edomæi ob continentiam terrarum Sceptro Jhudah: ita Moabitæ terris X. tribuum proximi, earundem regno cesserunt Vasalli) sub Regibus Israelis, adusqve Achasiam Achabi filium: Ibi defecére Moabitæ Sceptri sui vindices. Autor defectionis *Mescha Rex Moabita* idemq; נקד s. *pecuariâ celebratissimus*, qvi cum Achabo solvisset regni canonem, sc. 100000. כרים s. *agnos, totidemq;* אילים צמר s. *arietes lanatos*, illo morien-

te,

ente, dare recusavit, & ita *defecit Rex Moabitarum à Rege Israelis* 2. Reg. 1. 1. c. 3 4. 5. Bellum inde à Jhoramo fratre decretum in Moabitas. Solicitatus in fœdus sociale bellicum Jhosaphat Rex Jhudah: ex hujus Consilio formatum castrensis itinerarii consilium: appellatus belli socius Rex Edomæorum, ut esset adeò Concilium trium Regum. Dum per desertas siti regiones movent, excitus Jhosaphati sanctiore προσωποληψία, & à perturbationibus ob Idololatrã Regem, ad cœlestes meditationes per fidicinem personantem sanctum epos, elevatus Elisæus, castris, & qvæ castra seqvebantur, procuravit aqvas, qvas cum adversas insolitum per iter, *ex colore orientis primùm Solis* rubentes ad sangvinis instar, Moabitæ armati *stantes in regni terminis* intuiti & cædem Regum sibi hostium interpretati essent, *ad prædam* conclamantes, se falsos sunt experti, occidentes & palantes à facie Israelis, nec sine maximâ *castellorum, oppidorum, agrorum Moabiticorum calamitate*. Obsessa ipsa *Regia metropolis*, qvæ cum videretur haut sustentura bellum atrox, tentata à Rege Moabitarum eruptio cum turmâ 700. bellatorum versus castra Regis Edomæi: & impetus qvidem, ne perrumperet, impeditus: cœterum insolenti & barbaro *filij primogeniti*, holocaustum ut esset, *in murismactati*, spectaculo, in præsens servata Urbs, Regibus in suas sedes dilapsis 2. Reg. 3. 7. 9. 10. 13. 14. 15. 19. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.

Concl. 8. Sed qvis ille *Rex Edom*, si sub *Jhoramo Jhosaphati filio*, demum super se Regem constituebat *Edom?* vid. 2. Reg. 8. 20? Resp. habuit Reges potentes EDOM ante *Davidem*, imò ante *Mosen*. vid. sup. Concl. 2. & Concl. 7. at à Davide Rege, æqvè ut feudum Israelis, Sceptro Jhudah subjectum regnum Edom, qvàm Moab. Diviso Sceptro, uti *Moab* viciniori *X. tribuum regno* Vasallus mansit: ita *Edomæũ* sibi viciniorẽ *regnum Jhudah* eodem *Vasalli jure* retinuit. Defecit uterq; & *Moab* & *Edom*. Ille sub Achasiâ Israelis Rege Achabi filio, vid Concl. 7. hic sub Jhoramo Rege Jhudah, Jhosaphati filio: ex illo non jam ampliùs Sceptro Jhudah subjectus, &, ut pareret, nullis armis adigendus, qvia sc. non nisi ad certum tempus ex vati-

cinii Jacobæi veritate MAJOR SERVIRE DEBEBAT MINORI. vid. Gen. 25. 23. & c. 27. 40. vid. 2 Reg. 8 20. In illo intervallo & *Moab* & *Edom* Reges majestate insignes non habuit, qvia neuter summâ: uterqve delegatâ à superiori DOMINO JHUDA sc. & Israele potestate regnavit. Pro-Reges tamen vel *Vasallos Reges* habuit, qvos sc. superior DOMINUS imposuit: at ex qvo defecit, jam Majestatem Regiam plenissimè vindicavit, nullum recogniturus superiorem DOMINUM. Ille ergò *Rex Edom* in bello *Anti-Moabitico* sive Pro-Rex sive Vasallus Regis Jhosaphati fuerit, unde Consilium itinerarii castrensis per Idumæam ad Moabi terminos non precarium: sed qvale per terras feudales decernere poterat Rex Jhudah: vid. 2. Reg. 3. 8. neqve Edomæus tàm suâ sponte qvàm ad adventum Regis Domini ex obligatione feudali Comes bellator ivit. vid. ibid. v. 9. Egregiè utrumqve 1. Reg 22. 47. exprimitur tali elogio: וּמֶלֶךְ אֵין בֶּאֱדוֹם נִצָּב מֶלֶךְ, Lutherus noster expressit: Und es war kein König in Edom. Scilicet illud נִצָּב מֶלֶךְ transiliit. Batavi: Doe en was gheen Koningh in Edom / maer een Konighs Stadthouder. Sensum probamus. Fuit sc. *Rex*, *non Rex*: *non existente* (tùnc) *Rege* (qvi propriâ potestate Regiâ imperaret) *præfectus* (à Jhosaphato Rege constitutus) *est Rex*. Illud נִצָּב מֶלֶךְ non habere formam regiminis, ac si sit: *Vicarius Regis*, docet *punctatio*: non habere rationem *termini*: sed *totius enuntiati*, docet *positus*.

Concl. 9. Propiùs nunc accedimus ad nostrum MASSA. Post superatum, qvod à tribus Regibus inferebatur bellum (vid. Concl. 7.) jam per ampliſſimum intervallum stabat regno incolumi nomenq; decusq;. Fuerant jam antea pacis superbæ grandia intervalla, tùm *ante Mosen & Israelem*, tùm post hunc immissum, per *tempora Judicum adusqve Davidem*: sed nunc, ubi ad veterem majestatis gloriam redditur, sensim videbatur in fastigio positum *regnum Moab*, amplificatâ etiam Geographiâ, & occasione calamitatis sibi à regno Israelis illatæ bello recuperatis terminis antiqvis & terris illis interamnibus (inter *Arnonem* sc. & *Jordanem*) qvas continebat

tinebat Geographia vetus ſ. prima ante-Moſaica qvalis ſc. *ante Sichonem Emorrhæum* obtinebat (vid. Concl. 2.) unde eſt, qvod *illarum Urbium* mentio fiat in hoc MASSA MOAB Iſaiano, ejusdemq; paralleliſmo Jerem. 48. qvas *media illa Geographia* non habebat, & noviſſimum hoc excidium eodem ex parte decantetur *Epinicio Pambolico*, qvo illud primum ſub Sichone conf. Num. 21. 28. 29. cum Jerem. 48. 46. ut ita *nova* ab hoc cardine *regni Moabitici*, danda ſit Geographia. Atqve illa, qvæ meminimus ſupinæ ſecuritatis intervalla fecerant, ut à Jeremiâ c. 48. 11. diceretur שאנן מאב מנעוריו ſeu *Tranqvillus Moab à pueritiâ ſuâ*, & compararetur Cœcubo repoſto ſc. שקט הוא אל שמריו ולא הורק מכלי אל כלי i. e. *Deſedet ſuper fæces ſuas, & non transfuſus eſt de Vaſe in Vas:* qvod ibidem explicatur per ובגולה לא הלך i. e. *nondum expertus eſt qvid ſit ire in deportationem:* ſed עמד טעמו בו וריחו לא נמר i. e. *Manſit ſapor ejus in eo, & odor ejus non eſt mutatus:* ſed inde fundi Moabitici calamitas, & cauſa MASSA. Ex illâ floridâ ſecuritate & majeſtate, propter qvam Moab מטה עז ומקל תפארה ſ. *baculus robuſtiſſimus, & virga ornatiſſima* dicebatur Jer. 48. 17. factus præfidenter & inſolenter ferox: qvod proinde *ſuperbi faſtus* crimen præ aliis notatur à Prophetis (vid. in *Maſſa Iſaiano* c. 16. 6. ejusdemq; *parallelum verſum* Jerem. 48. 29. & 30.) & exaggeratur exinde qvod *contra ipſum* יהוה *& ejus populum Iſraelem inſolenter egerit, & ſeipſum magnificaverit:* על יהוה הגדיל Jerem. 48. 26. Signum inſolentiæ in Iſraelem, *Immiſericordia* & Ἀπαχαρεκία *Moabitica*, qvâ ſc. non ſiccis ſaltem oculis ſpectabat *Iſraelem deportatum ab Aſſyrio:* ſed & *applaudebat* & *irridebat* miſeros deportatos, extrudens ejusdem ſævitiæ vel domi Occidens, qvos latibuli cauſâ ad ſe profugos fiducia Viciniæ juris & humanitatis fecerat. Exprimit hoc crimen Iſaiah pro modo Rhetoricæ Propheticæ Iſaiæ 16. 4. ſed planiùs poſt factum *illos Sarcaſmos Moabiticos* deſcribit Jeremiah c. 48. v. 27. אם לא השחוק היה לך ישראל i. e. *annon irriſio magna* (ה hoc loco non ſpecificat: ſed ἐμφαλικῶς exaggerat) *fuit tibi*

Israel (deportatus)? *num inter fures inventus est? quod cum dicis de eo, commoveris te* (in risum erumpis & potentissimè cachinnaris) sed & notatur judicium παλίνδρομον. Israel deportatus *irrisioni fuit Moabitæ*, qvi *applauserunt:* Cœterum *inebriandus calice pœnali divino*, qvi proponitur per hoc MASSA MOAB משא מואב *plaudet in vomitu suo* (i. e. ebriorum more cum totius corporis plausu volutabit se in suo vomitu) *& ipse iterum risui erit* vid. Jerem. 48. 26. *Obsignata* præterea *in thesauris divinis*, & altâ mente reposta manserant MAJORUM delicta (vid. sup. Concl. 4. in f.) qvibus accedebat affectata Idololatria: Cultum à gente Idolum, cui CAMOSCH datum nomen (unde & Populus Camosch inter Moabitarum titulos vid. Numer. 21. 29. Jerem 48. 46. sed & Gynæceo Moabitico infectus Schlomo eidem abominabili Idolo, in ipso Hierosolymorum conspectu ad dextram Montis Olivarum facti nunc montis corruptentis s. הר המשחית excelsa ædificaverat, qvæ sanctior *Rex Iosiâ* in reformatione abolevit vid. 2. Reg. 23, 13 ibidemq; notetur *Milcom, Idolum Ammonitarum*, cum aliàs *Camosch* Idolum utriqve nationi commune) excussus ita verus Israelis DEUS, etsi in propinqvâ Sione Magnificus, nec adeò Moabo obscurus. Sed & hîc judicium clarissimum. *Fit exul ipse Camosch: exit in deportationem, cum Sacerdotibus suis & Principibus suis.* Jer. c. 48. 7. Ita DEUS facit judicia (שפטים) in Moab & Deastris ejus.

Concl. 10. Unum in Amos Propheta c. 2. 1. crimen singulare Moabi memoratur, idemq; ut causa hujus MASSA. Scilicet: שרפו עצמות מלך אדום לשיר s. *qvod combusserit Ossa Regis Edomæorum in Calcem*, daß ſie die Gebeine des Königes in Edom haben zu Kalck verbrandt. Ita certè intelligendum. *Regem aliqvem Moabitarum* cum in bello casu aliqvo cepisset *Regem Edomæorum*, combussisse hujus ossa adeò, *ut verteret illa in minutissimam calcem*, qvicunqve tandem *illius Calcis* usus fuerit, sive in incrustandis Palatii sui parietibus, sive ipsis urbis regiæ mœnibus. Crimini illi barbaro in Regem Origine fratrem commisso additur supplicium: *Immittam*

(verba

(verba sunt JHOVAH) *ignem in Moab, qui consumet palatia* הקריות: *Morietur Moab in tumultu, in vociferatione, in sonitu tubæ. Excindam judicem de medio ejus, & omnes Principes ejus interficiam cum eo, dixit JHOVAH* vid. Am. c. 2. 1. 2. 3. quæ parallela sunt MASSA nostro Isaiano, & unius ejusdemq; complementi. Ita de Rege aliquo Edomæo capto, & crudeliter à Moabitarum Rege cremato (Reges à Regibus, imò subditis captos, trucidatos, combustos exemplis Europæ & Americæ vel hoc & propiora testantur secula) interpretatur Chaldæus & Raschi juxta quos historia hujus facti in sacris annalibus esset ἄγραφος: at Kimchi, quem post Jun. & Trem. sequuntur Batavi referunt ad historiam 2 Reg. c. 3. 26. 27. (vid. sup. Concl. 7.) Memoratur sanè ibi *Rex Moabitarum filium primogenitum & in Regno Successorem obtulisse in holocaustum super murum*, attonitis ad tàm crudele spectaculum tribus Regibus Urbem illam Regiam hactenus quatientibus: sed nunc ab obsidione desistentibus. Verùm hâc ratione dubium ingens 1. An ו in l. alleg. reflectendum *ad Regem Edomæum*, an ad *ipsum Regem Moabitam?* Posterius sanè visum Luthero nostro: Da nam er (der Moabiter König) seinen ersten Sohn/ der an seine statt solte König werden und opfferte ihn zum Brandopffer auff der Mauren. 2. An illud קצף intelligendum de *irâ fervidâ Edomæi in* vel *contra Israelem*, eademq; tantùm ob captum primogenitum. 3 An illa *mactatio & sacrificatio* s. ἀνθρωποθυσία contigerit post obsidionem jam solutam. 4. An ad solam captivitatem filii Edomæus à fœdere bellico secesserit, & ita soluta obsidio, in suas terras relabentibus singulis? Malumus hîc cum Chaldæo heterogeneas statuere historias, & illum primogenitum Regium pro Moabita habere. Acceptionem Filii ab ejusdem sacrificatione in muris haut licet separare: utraque copulanda, etsi illa propter hanc, ut sit unus saltem actus: *Sacrificatio arrepti Filij*: & hæc anteponenda illi קצף גדול & habenda ut inductivum solvendæ obsidionis: neque verò tale esse potuisset, *in Oculis Patris mactatus Filius*: quod spectaculum in novissimum furorem armare potuisset Patrem bellatorem: neque satis apparet *Causa iræ Edomæi erga Israelem*: neque Israel hic alitèr sumendus quàm in v. 24. sc. *pro toto exercitu trium*

Regum confœderatorum. Ita patet Causa משא מואב cujus complementum etsi sub Sancheribo inchoatum: sub Nebucadnezare tamen demum ponendum ut consummatum ex superioribus & Jerem. 48. constare potest. De cœtero triplici illud absolvitur classe 1. *judiciali repræsentativâ*, in qvâ excidium regni lamentabilis patheticè repræsentatur, toto c. 15. 2. *Criminali comparativâ*, comparantur sc. DEI in Moabitas beneficia, Moabitarum superborum maleficia, & eorundem supplicia c. 16. ad v. 12. 3. *Pœnali Chronologicâ*, qvâ sc. tempus executioni hujus MASSA destinatum circumscribitur v. 13. & 14.

Concl. 11. Subjicimus nunc qvæsita Biblica ad *Massa Moab* ex consilio fontium expedienda. Qværitur 1. An detur parallelismus territoriorum in v. 1.? 2. Qvæ ratio כי in utroqve membro? 3. An בליל absolutum, an in regimine positum? 4. An שֻׁדַּד præteritum an Infinitum? 5. An ער מאב in m. 1. & קיר מאב in m. 2. sint in sensu nectenda, an divellenda? 6. Qvæ ratio נדמה duplicati? 7. Qvales Urbes Ar & Kir? 8. An בלילה אחד excisam utramqve Urbem Ar & Kir probetur ex textu? 9. Qvodnam subjectum in נדמה? Resp. ad 1. datur accuratissimus tàm formalis qvàm materialis: unde & parallelismus accentuationis

כִּי	בלִיל	שֻׁדַּד עַר מואב	נדמה
כִּי	בלִיל	שֻׁדַּד קִיר־מואב	נדמה

Resp. ad 2. non causale: sed Emphaticum, vel etiam βεβαιωτικὸν qvomodo Batavi: **Sekerlick.** Ratio 1. nulla correlatio causati. 2. ליל stans in formali regimine. Ita Jerem. 46 18. jurat JHOVAH ZBAOTH: *Certè* (כִּי) *ut Tabor, in montes, & sicut Carmel in mare veniet.* Sermo est de Nebucadnezare mittendo à DEO Ægyptiorum debellatore. Pessimè Ludovicus reddidit: *Sicut Tabor inter montes, & sicut Carmel in mari veniet.* Tabor hîc non magis mons dicitur, qvàm *Carmel* (qvi & ipse *Mons altissimus* Amos 1.3.) *Mare:* præterea juxta Ludovicum וככרמל בים accentuatio esset transponenda & *Merca ante Tiphcha.* Resp. ad 3. בליל utrobiq; in regimine

regimine formali, uti מאב שרד קיר ער in materiali. Ratio, punctatio & accentuatio: vid. Isaiæ 30. 29. Errant, qvi vel *Enallagan status*, vel *Ellipsin constructi* s. נכמך hîc supponunt vel etiam *noctis* vocabulum hîc usurpatum dicunt non כפי פשט תכתוב s. *secundùm literam*: sed ut notet: ששניהם שרדו ונחרבו בפתע i. e. *repentinum & maximè improvisum Urbium illarum Regiarum excidium*: etsi enim tale non negatur, principaliter tamen hîc non notatur. Resp. ad 4. שרד rectiùs præteritum. Ratio 1. qvia nec ponitur שֹׁרֵד nec שָׁרַד. 2. Infinitum præprimis in defect. insolens. 3. Idiotismus præteriti s. *Verbi in regimine materiæ nominascentis*, nobilissimus vid. Isa. 29. 1. 4. Vid. Jerem. 48 1. Obj. *Ar* fœmininum. Resp. 1. ex Synonymiâ Grammaticâ. 2. Falsum nomina Urbium semper fœminina. Resp. ad 5. Nectanda esse docet accentuatio & locus Num. 21. 28. Errat ergò qvi separat, & ita resolvit: *in nocte qva vastabitur Ar, succisus erit Moab*, & sic in terr. 2. ubi *vastata erit Kir, succisus erit Moab*. Resp. ad 6. In נרמה *excidium* h. l. notatur, cum seqvelâ τ̃ συνεχῆς ἐν ἀπορίᾳ s. *interioris anxietatis & imaginativæ desperationis*, ita sc. ut notetur ad famam expugnatarum s. vastatarum duarum illarum metropolium & Castellorum munitissimorum Moabiticorum s. *Ar & Kir Moab*, Regem, totiusq; regni incolas, qvorum ad illas validissimas & invictas hactenus totius regni Urbes tutelares respectus erat, justa futuri universalis excidii imaginatione futuros λειποψυμοῦντας & ἀποψύχοντας, *exanimatos, deliqvium cum stupore mentis passuros, attonitos, & in novissimum desperationis silentium redigendos*: sed & respectus est in voce נרמה ad ליל s. *noctem*, ubi est דומה & דממה s. *Silentium*: Scil. an πότνια πότνια νὺξ, qvæ est ὑπνοδότειρα τ̃ φιλοπόνων βροτῶν, fuit etiam talis Moabitis? an illis fuit tranqvillum דומה s. Silentium? Neqvaqvam: sed נרמה s. *terrore excidij in stuporem & horridum silentium est redactus Moab*. Ita danda allusio ad rad. דמם & דום ut tamen non illa: sed רמה statuatur radix: unde in Niph נִרְמָה cum à דמם non in Niphal: sed in Kal futuro possit esse נרמה: Cæterum

rum hîc Dages discernit: aliud sc. est נִרְמָה: *silebimus* Jerem. 8. 14. á רמם: aliud נִרְמָה sine Dages, qvod à רמה. Improbandus Vulgatus, exprimens: *Conticuit.* Convenit Abrabinel explicans נרמה, per נכרת ומות לבו בקרבו ויהי לאבן i. e. *Cor Moabi excindetur & morietur in medio ejus, ita ut sit futurus veluti lapis.* Respectus Rabbini ad exemplum *Nabalis.* Resp. ad 7. *Ar* vel: *Ar Moab* & Metropoleos Moabiticæ & Castelli Limitanei validissimi & ab hoc totius regionis ad Arnonem nomen celebratissimum in sacris vid. Num. 21. 15. 28. Num. 22. 36. 39. Ubi vocatur *Urbs Platearum* קריות חצות Deut. 2. 9. 18. 29. Sic *Kir Moab* (ne sc. confundatur cum Kir Medorum 2. Reg. 16. 9.) alio nomine קיר־חרס i. e. *Heliopolis*, Sonnenstadt/item *Kir hareseth*, Urbs Regia Moabitica, *Obsidione trium Regum qvatientium qvondam frustra muros ejus* 2 Reg. 3. 25. celeberrima (vid. sup. Concl. 7. & 10.) conf. Is. c. 16. 7. 11. Vulgatus erravit reddens per *Murum Moabi.* Resp. ad 8. *Nox una*, non probatur ex textu, nec negatur. *Sive unâ, sive diversis noctibus*, sive media nocte, sive summo mane ante Ortum solem, Urbes illæ, tenebrarum occasione usis hostibus, sint oppugnatæ, perinde est. Notamus obitèr nihil obstare qvô minus hîc in duplicato noctis vocabulo respectus detur ad noctes Spelæi *natales Moabiticæ Nationi*, & simul inculcetur *Peccatum primi ortus Moabitici*, ut ita initiis conveniat finis: sc. בלילה הרח Moab & בלילה שדד s. nocte illâ infandâ Moab cœpit: nocte desinit vid. Gen. 19. 33. 35. Resp. ad 9. perinde sive נרמה sumatur impersonalitèr, da ists ganz und gar auß ibi *Venit summa dies & ineluctabile fatum*, ibi *fuit Moab:* sive ponatur *Moab* subjectum per ὡκοδόμησαν: Positus *Moab* formalis non est *subjectivus*, etsi nihil obstat qvo minus materialiter Moab sit *nominativus*, i. e. *Ubi vastabitur Ar Moab, ibi extisus erit Moab* &c. sed hoc totum ex analysi materiæ, ut in formâ nihilominus *Moab* sit *Genitivus.* Ita in Genes. 9. 6. בצלם אלהים עשה את האדם. An אלהיכם Nominativus subjectivus seqventis prædicati? Resp. in formâ negatur: Obstat accentuatio, qvæ poscit Genitivum, & non permittit, ut reddas: In Imagine, DEUS fecit hominem. In materiâ

materiâ tamen licet ita reddere: *In imagine Elohim, ipse Elohim fecit hominem*, vel: *factus est homo:* Sic Psal. 10. 2. בגאות רשע ידלק עני, an רשע Nominativus, & subjectum sequentis prædicati דלק עני? Resp. In formâ sanè est genitivus: neque tamen obstat, ut idem רשע iteratus in materiâ sit quoque Nominativus, ut sit: *In fastu improbi, ille ipse improbus persequitur pauperem.* Sensus adeò Exordii hujus MASSA liquidus, & quem bella nostri ostendunt seculi: *Ar & Kir Moab* castella regni munitissima. Ubi jam פתע פתאם seu *nocturnò vel matutinò* impetu, obsessis improviso, hostis habet muros, ibi superatis sc. Castellis regni tutelaribus, desperanti Moabo *genua labant*, ibi *vox faucibus hæret*, ibi *ruit alto à culmine Moab*, funeri suo proximus, imò jam exanimatus: נרמה נרמרה.

Concl. 12. Atque hinc illæ lacrymæ & planctus nationalis à v. 2. quâ ratione quæritur 10. An הבית stet in formâ proprii Urbis? Quær. 11. An *Baiith* & *Divon* stent *subjectivè?* an *terminativè* respectu ipsius *adscensionis*. Quær. 12. An הבמות hîc stet in formâ proprii Urbis? Resp. ad 10. Aff. Ratio, copula cum proprio, i. e. Divon. Propria autem urbium articulari, maximè si sint Etymi appellativi, tritum. Resp. ad 11. Aff. prius. Probatur ex accentuationis proportione & defectu copulæ ante הבמות. Omninò ergò heterogenea est relatio *Baith*, *Divon* & *Habbamoth* ad prædicatum ערה; sc. duo priora referuntur subjectivè: tertium terminativè: Resp. ad 12. Neg. Pro appellativo facit & formale & materiale. vid. etiam Num. 21. 28. Reddendum: *Baith & Divon* (incolæ illarum urbium) *adscendet* (ascendent) *ad excelsa*, (idq;) *ut fleant* (illarum sc. metropoleon vicinarum calamitatem & in excelsis illis apud Idola sua deprecentur funus novissimum). Sequitur jam: Non terminandam illarum duarum urbium excidio calamitatem Moabiticam: latius grassaturum hostem, invasurum etjam Media regni, expugnaturum *Nebo & Medbha:* unde novus Moabi dolor, cujus signa *Catholicum Calvitium*, *barba rasa*, *Saccus*, *in plateis & tectis* domorum *miserabilis ejulcus*, *& descensus exinde lachrymosus* v. 2 & 3. Luth. noster ita juxta fontes loqveretur: Bath und Dibon gehen hinauff zun Altaren / daß sie weinen: Moab heulet über

Nebo und Medba. Prout enim aliàs versio habet, illi, violatus suo jure bellum movet *Rex Atnach* & *Pasta* in *Medba*, qvi non permittit necti: *Medba Moab:* sed vult *Moab* esse subjectum seqventis prædicati: יילל i. *ejulabit.* Errravit Junius vertens: *Ascendet Baithum & Divonem & Bamothas cum fletu.* Sed & Pagninus: *Ascendet in ædem* & in *Dibon & ad excelsa in planctum.* Erravit Jonathan reddens: סליקו לבתיא דדיבון i. e. *adscendunt in domos Dibonis.* Sed & Kimchi: *Ascendet in ædem* (בית עבדה זרה i e. Idoleum) *& Dibon* (locum excelsum Idololatriæ sacrum) *& in excelsa* (Idololatricæ). Raschi autem: *Ascendet* (Moab) *in ædem* (Idolis sacram) *& Dibon* (incolæ ejus) *ad excelsa, ut fleant.* Mirum qvid moverit Ludovicum, ut adderet: *eqvidem non malè.* Omninò malè, uti docet accentuatio. Batavi errarunt post Junium. Singularis suo more est Abrabinel, qvi Moabitarum nationi hîc exprobrari statuit *imbelles bellogj, mivùs aptos Spiritus*, qvi *ad famam captarum ab hoste urbium, animos omnes extemplò posuerint, nihil pulchri facinoris pro aris focisq; ultra ausuri: sed sive domi in obscura latibula sese abdituri, sive in fœdos planctus & fœmineos ululatus abjecturi, bellatores lachrymosi.*

Concl. 13. Neqve verò ignobiliorum saltem urbium ille *ejuleus clamor* est: *vociferatur ipsa Hesbon* (urbs antiqva & sedes qvondam regia) *& Elhaleh* (& qvidem validissimum edunt clamorem, adeò) *ut ad Jahas usqve* (remotiorem licet ab illis urbem) *audiatur vox eorum* (neqve obscurum saltem & sine nomine vulgus, vel imbellis turba miserum vociferabitur: qvin) *etiam ipsi bellatores Moabi* (hactenus bello strenui, animosi) *vociferabuntur* (יריעו קולם בתרועת אבל *edent ejuleam vociferationem*, Vulg. *ululabunt*) *anima* (uniuscujusqve) *mala erit ei* (pessimè illum excruciabit, er wird sich sehr übel thun / oder geberden) v. 4. Qværitur 13. qvomodo *Chesbon & Elhaleh* item *Jahaz* ponantur ut *Urbes Moabiticæ*, cum fuerint Israelis? Resp. fuerunt Moabiticæ in Geographiâ 1. & 3. non in 2. ubi ad *Sichonem Emorrhæum*, & ab hoc transiverunt ad Israelem: vid. supra Concl. 2. & 9. ac confer qvoad illarum Urbium celebritatem Num. 21. 23. 25. 27. 30. c. 32. 37. Jhos. 13. 18. c. 21. 36. Jer. 48. 2. & 34. & erit plenissimus hujus loci commentarius.

Concl.

Concl. 14. Tanti doloris & clamoris Moabitici per speculum Propheticum prævisio, ipsi Prophetæ expressit Symphoniam patheticam qvæ est in v. 5. Cœterum hâc occasione qværitur 14. an ibi Propheta sit Orator *in personâ propriâ*, an in repræsentatâ, *Strenuorum* sc. *Moabitarum?* Resp. Aff. 1. contra Jun. in notis ad h. l. Ratio, *Orator clamans, Moabo contradistinctus:* illi ergò strenui Moabitæ continentur in Moabo: non in illo, qvi dicit: לבי למואב יזעק. Vid. similes Propheticas Sympathias c. 16. 18. c. 21. 3 Jer. 48. 5. 31. 34. 38. Sed cum inter difficillimos facilè sit hic textus Propheticus, proinde qværitur 15. Qvis Orationis illius, qvæ est in v. 5. sensus, & qvæ interpretatio illius versus? Resp. 1. Utrumqve dandum ex Consilio fontium, qvod tamen operosius reddit hoc loco ignoratio accuratæ veteris Geographiæ Moabiticæ, qvoad *adscensum Luchith* & *descensum Choronaim*, qvi memoratur tùm h. l. tùm Jer. 48. 5 & 34. Tremell. & Jun. expressêrunt: *Animus meus Moabum inclamabat* (fugientes Moabitas revocabat) *clausuras ejus* (munitiones limitaneas, qvæ sunt tanqvam vectes regni) *Zoharem usqve qvasi vitula trima* (i. e. tàm magnâ voce contendo, ut mea vox ipsos Moabitarum terminos Judæam qvoqve personet, qvæ terminatur Zohare: imò, ut popularium meorum profugientium animos confirmem, velut juvenca triennis jugo insveta & ferocior graviores & valentiores edit boatus, ita ego boo & velut intono) *qvoniam per clivum Luchit cum fletu ascendit, qvoniam via Choronaimorum clamore fragoso boant* (i. e. qvoniam montes & valles ejulatibus ipsorum reboant ab uno termino adusqve alterum). Nec hypothesis Juniana de Oratore probatur: nec patitur Interpretamentum illud accentuatio Sakephgadol, & Tiphcha, qvi in proportione violati, nisi ita reddas: *Animus meus Moabum inclamat: qvod ad clausuras ejus attinet, ad Zohar usqve est qvasi vitula trima* (auditur boatus velut *Vitulæ triennis* seu ita, ut עגלת שלשיה idem sit qvod הצעקה משלשת i. e. *Clamor triplo major in illâ regione, qvàm aliis regionibus & urbibus Moabiticis*) Ita accentuationi hactenus satisfactum: sed & conveniret paralleliſmus Jer. 48 34. *A Zoar ad Horonaim est boatus validissimus.* Lutherus noster expressit: Mein Herz

 schreiet

schreiet zu Moab: ihre Flüchtigen fliehen von der dreijährigen Kuh/biß gen Zoar: denn sie gehen gen Luhith hinan/und weinen. Vnd auff dem Wege zu Horonaim erhebet sich ein jämmerlich Geschrei. Juxta Lutherum esse deberet בריחיה מן עגלת שלשיה עד צער, Batavi: **Moabs Grendelen zyn nae Zoar toe de driejahrige Veerse: Want hy gaet op met ghewen na Luhith** &c.

Concl. 15. Si per *vectes* intelligantur *Optimates Moabitarum*, reddēdum: *Qvod ad Proceres ejus attinet, adusq; Zoar est vitula triennis* (illi qvoqve boant ad instar vitulæ triennis) & sic convenit cum superiori Junianâ à nobis correctâ. Si iplæ *clausuræ regni* s. *castella limitanea, qvibus aditus & exitus præcluduntur tanqvam vectibus*, iterum vel vinceret superior Juniana correcta: vel reddendum esset: *Animus meus ad Moabum vociferatur, cujus vectes* (qvondam fuerunt) *adusqve Zoar vitulam triennem* (s. qvæ Zoar habuit se ut עגלה בת ג׳ שנים s *Vitula 3. annorum*, qvæ est טובה שמנה וחזקה i. e. *specioſa, pingvis, robusta*) ita ut respectus esset ad שלמות ארץ מאב ומעלתה *statum regni incolumis*: & ratio *vociferationis* in m. 2. *flebilis adscensus*.

Concl. 16. Pro positivâ notamus Consilio fontium propius convenire hanc: *Cor meum inclamat Moabum* (inclamat, inqvam) *interfugientes ejus adusqve Zoar Vitulam triennem*: perinde jam, sive regni *Vectes* ad *Zoarem excurrentes*, sive *Optimates*, sive *profugos ad Zoarem usqve* voce בריחים intelligas, & qvocunqve sensu *Zoaris tractus* dicatur *Vitula trima*. Proxumè autem convenit hæc: *Cor meum* (verba sunt Prophetæ) *inclamat Moabum* (inclamat, inqvam, hoc modo) PROFUGI EJUS (fugiunto) ADUSQVE ZOAR *Circuli tertianæ* (seu qvæ Zoar terminus est unus *illius tractus circularis* interamnis s. inter *Jordanem*, *Jabboc* & *Arnonem*, uti alter, *Horonaim*, & sive à Tripoli, qvæ in illâ, sive à tertiâ parte regni Moabitici, sive à tribus fluviis *tertiæ* vel *tertianæ* dicitur: sed & ob stupendam lætorum pascuorum segetumq; excellentiam dici poterat: *Vitula tertij* sc. *anni* eo sensu qvo alibi Ægyptus עגלה יפה פרה dicitur Jer. 46. 20) Hactenus membrum primum, qvod ex accurato fontium, accentuationis inprimis, utriusq; Sakeph, Tiphcha in immediatâ seqvelâ consilio ita interpretati sumus. Seqvitur

nunc membrum 2. in qvo datur ratio Consilii Prophetici *de fugâ Moabitarum in Zoar* (qvare sc. non svadet Propheta *aliud itinerarium palantibus Moabitis?* Respondet in m. 2. qvia exitus reliqvi erunt *præclusi, lachrymosi, cædibus infesti) qvia qvod attinet ad clivum Luchith, cum fletu per illum ascendet* (hic vel ille palans Moabita) *qvia via Choronaim incondito fragore hoabunt.*

Concl. 17. Notetur 1. In בריחים superiori significationi insistimus & potuerunt illi *Profugi* hactenus haberi *Vectes patriæ, Magnates, terrarum Domini.* Omninò *Vectes* s. *Clausuras Topicas* nec accentus, nec positus, nec coactior sensus, nec causalis membri 2. contextus admittit. Aliud est qværere, qvomodo positum illum בריחה עד־צער in *abstractione anteced. & conseq.* licet interpretari: aliud, qvomodo *in tali concretione.* 2. Consilium Prophetæ respectum habet *ad factum Lothi Patris Moabitarum*, & comparat *supplicium instans Moabiticum*, cum *exemplo Sodomitico*, qvod horridum excidium ut effugeret Lothus, asylum impetravit Zoarem, eodemq; trepidus fugit vid. historia Gen. 19. 21. 22. sensus adeò: Es wird ein so erschrecklich Gericht über Moab ergehen / wie vorzeiten über Sodom und Gomorrha: und demnach schreiet mein Hertz dem Moab zu: (Solten etwa annoch etliche wenig zu erretten sein / die fliehen bey zeiten / ja) die da auß Moab entfliehen wollen / die verfügen sich nicht etwa in andere / grosse und feste Städte: sondern (wie ihr Groß-Vater Loht) gerade zu gen Zoar / in das Gräntz-Städtlein des Dreikreises / (und Jüdischen Landes). 3. Præscribitur asylum in Judæâ, cujus ibi terminus, planè ut in c. 16. 4. In *Eglah Schlischiah* primariæ significationi insistimus: *Vitulam trimam* secundariò non repudiamus. Sed primariò nihil hujus conveniebat Neqve *Zoar* hîc, nec *Choronaim* Jer. 48. 34. dicitur עגלת שלשיה in casu recto: sed obliqvo: sc. inter Zoar & Hhoronaim velut terminos danda illa עגלת שלשיה tùm per locũ Jeremiæ, tùm per præsentem, ut ita צער עגלת שלשיה sit Zoar *Urbs terminalis orbitæ illius tertianæ*, & מצער עד חרנים עגלת שלישיה Jer. 48 34. 5. Ascensus *Luchith* & *Descensus* Horonaim (conf. cum hoc loco Jerem. 48. 5.) non ponitur *ut via*

subordinata itineri in Zoar: sed ut *via opposita* & Geographicè qvoqve discreta, ac à Judæâ remotissima: atqve adeò hæc velut *ejuléa & infesta* interdicitur: illa à Prophetâ miseris Exulibus ut tutior præscribitur: Atqve hinc in ratione membri 2. erratum ab Abrabinele, Junio, Batavis. 6. זעקה שבר s. *Clamor fragosus* & barbarus insolenti & κακοφώνῳ vocabulo exprimitur sc. יעערי duplicatâ 1. pro 2.

Concl. 18. Fuit ratio Consilii Prophetici de *fugâ in Zoar* una in v. 5. m. 2. seqvitur altera in v. 16. *qvia* (qvod attinet) *aqvas Nimrim* (confluentes ad oppidum Nimram & fœcundantes hactenus terram Moabiticam, vel ipsum Arnonem שהיו מימיו מתברכים ועולה ומשקה את כל הארץ, uti Hebræi loqvuntur) *desolationes erunt* (arescent, unde jam Moabitis terra maledicta, qvæ notatur in m. 2. sc.) *exarescet herba: deficiet gramen, & desinit viriditas.* Succedit tertia in v. 7. per occupationem. Objicere sc. aliqvis poterat pro Moabitis: illos de commeatu & cibario sibi satis prospexisse s. qvod Moab עשה יתרה & habeat פקדה i. e. *fecerit residuum, & in promtuariis condiderit supremæ necessitati inservitura*, atqve adeò illam fundi calamitatem sustinere possit, item: qvod adhuc habeat annonæ, militiæ, præfectos, פקודים neqve adeò de Moabo statim conclamandum. Resp. Propheta: Esto! *fecerit tale* יתרה: *habeat tale* פקדה s. *Dives promtuarium, reconditos annonæ thesauros* & militiæ annonæq; præfectos: at etiam *illud ipsum* s. *illos thesauros super vallem Arabum* (Arabiæ Moabitis finitimæ: sed Assyrio Regi confœderatæ) *exportabunt* (Assyrii hostes) atqve adeò nullum residuum, nullum depositum Moabitis remanebit: hostis invadens eripiet omnia, & in vicinam Arabiam tùm thesauros Moabi, tùm præfectos ejusd. exportabit. In נחל ערבים nec *torrentem*, nec *salices* admittimus, multò minùs respectum ad *salices Babylonis & suspensas citharas Israelis* vid. Psal. 137. 2. Vicina magis Moabo Arabia, & in hâc post montes עברים, Vallis ערבים s. Arabiæ Petrosæ vid. Numer. 33. 47. ita jubet. Explicatio de *Moabitis exportaturis suos thesauros ad torrentem*

torrentem Arabiæ repugnat & ipsi Massa & contextui: Si dicas, *exportaturos quidem: sed frustra, cum etiam ibi hostem invasorem sint experturi, & ipsi cædendi*, nihil tale habet textus: Signum illius calamitatis Moabiticæ, idemq; ratio qvarta in v. 8 sc. *Clamor miserabilis circumsonans in termino* Moabitico, & *ululatus* Moabi *exaudiendus* 1, עד עגלים i. e. *ad duas confluentes* (Arnonis, infra Aroer) 2, עד באר אלים i. e. *ad puteum potentum*, den Fürstenbrunn/ qvem sc. fodere Principes Israelis Num. 21. 18. unde loco Moabitarum lingvâ commune nomen, paulò infra illam Arnonis confluentem.

Concl. 19. Neqve ab illis saltem terminis instabit excidium Moabitis: sed & à latere Dimonis causa ululatus, unde ratio 5. in v. 9. *qvia aqvæ Dimon* (illius sc. qvi ab Elisæo castris trium Regum qvondam procuratus & præter Ortum à natione cui Edom s. rubri nomen, à rubrarum aqvarum, qvâ olim infectus Moabitas terruit, apparentiâ, & à Sangvine Moabitico, qvo jam nunc cruentandus, Dimonis seu *Sangvinei rivi* nomen sibi jure suo vendicat vid. sup. Concl. 7.) *replebuntur Sangvine* (Moabitarum) *ubi posuero super Dimon additamenta* (צרורת ומכורת *addendas plagas* seu ipsis rivis aqvarum, addam nunc rivos Sangvinis, ut non aqvâ sed cruore Moabitarum nunc fluat.) Hactenus membrum 1. ubi notetur allusio in Dimon & Dam ac si Germanicè diceres: Ich will den Fluß Dimon (den Blut-Strom) nunmehr zu einem rechten Dimon (Blut-Strom) machen/ denn seine Wasser sollen voll seyn vom Bluth der erschlagenen Moabiten. Seqvitur nunc 2. An verò cædes erit universalis & nullus sive extra patriam evadet, vel in terrâ patriâ superstes erit? Resp. DEUS illos evasores & superstites *Dens ferarum laniabit.* sc. *Evasori Moabitæ erit Leo, &* (idem) *residuo terræ.* Exemplum vide 2. Reg. 17. 25. & qvoad pœnam ipsam confer. Lev. 26. 22. Deut. 32. 24. Non probamus qvi de Nebucadnezare Leonem. Neqve enim *ille solis evasoribus & residuo Moabitarum:* sed *toti regno* Moabitarum Leo fuit. Nec, qvi secant versum ita ut distingvant membrum primum ad Sakephkaton: & ut seqventia faciant membrum 2. & ille אריות s. Leo sit exemplum illarum נוספות s.

addita-

additamentorum. Obstat limes. Ivit ulterius noster Lutherus ita reddens: Denn die Wasser zu Dimon sind voll Blutes. Dazu wil ich über Dimon noch mehr kommen lassen/ beyde über die erhalten sind in Moab des Löwen/ und über die übrigen im Lande. Consilium fontium non admittit, ut reddas: In Moab des Löwen/ vel: die da erhalten sind von den Lowen Moabs/ prout intendit in glossâ Lutherus: Die Löwen Moab heisset er die grossen Hansen/ wil sagen/ daß beyde Herren und Unterthanen/ so überbleiben sollen/ noch mehr Unglück haben. Reqvireretur talis positus & accentuatio לפליטת אריה מואב. Idem *Leonis supplicium* designatur à Prophetâ; neqve illud designatur *Dominis & Subditis:* sed *Evasoribus* Moabi (denen die auß dem Land Moab entrinnen/ in Meinung der Straffe zu entlauffen) *& residuis* s. *in illâ terrâ superstitibus* (und denen die im Land übrig bleiben) Poterant tàm in *residuis* his esse *Domini:* qvam in illis Evasoribus s. qvi ut letho se eripiant, diffugiunt, *Servi* vel *Subditi.*

Concl. 20. Qværit hîc R. Abrabinel: איך באו הנבואות על האומות כי רע ומר עלי שינב/ הנב/ על האומות שלא מבני ישר/ נבואות אמתיות ושניבא על ישראל כי אינם משוגחים ממנו יתברך בהשגחה פרטית נפלאה בעמו אשר בחר לשישפט על ענייניהם ויבאם במדה במשקל ומשורה כשעשה בישראל ואם היה שרצה הקב"ה לעשותו מה היה הצורך לשהוריעהו לנביא ושיכתבו על הספר ענייני האומות ההם: Summa est: *Quare Propheta exteris nationibus scripserit Prophetias, cum hoc videatur privilegium solius Israelis?* Respondet: הנבואה הזאת אשר באה על מואב היתה מיוחסת לישראל אם לספר הצלחת חזקיהו ואם להגיד שמרד להם הקב"ה מדה כנגד מדה על שעשו בישראל: i. e. *Massa Moab* non tàm scriptum *propter Moab*, qvàm propter *Israelem*, ut exprimeretur, & Sceptrum Chiskiæ floridum, & sub illo palanti Moabitæ denegandum ex talionis Judicio refugium.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72972834X/phys_0092
DFG

ORATIONIS III.
PARS II. & III.

Concl. 1.

FIat MASSA MOAB (seu manifesti Prophetici minantis excidium populo Moabitico vid. sup. ad c. 13. 1. & 2. Reg. 9. 25.) Pars prima ex cap. 15. eaq; ut meminimus à potiore supra, *ipsius excidij & funeris nationalis expressiva.* Sequitur nunc capite 16. ad v. 13. pars secunda, quam *comparativam* supra diximus, seu talem, quæ, per modum *Rhetoricæ Propheticæ*, comparet DEI *in nationem Moabi beneficia*, & *ipsius Moabi maleficia*, atque adeò ex potiore hæc pars *criminalis* est, sicut prima *pœnalis.* Propositio illa beneficiorum conjuncta est cum *implicitâ contestatione & exprobratione Propheticâ*, & incedit ferè sub formâ Consilii, etiam nunc, Moabitis, si funus regni vel nunc antevertere pœnitentiâ possent, præscripti. Fuerant summa DEI in hanc nationem beneficia. *Audiverant Israelis per mare triumfum, & illud* τὸ νεφέλης καὶ τὸ θαλάσσης *miraculum haut ignorabant* Exod. 15. 15. *Viderant quondam castra Israelis, cum in terras sibi promissas hic immigraret, & prodigiosa illius bella in tot Vicinorum sibi Regum funeribus, habebant in conspectu* vid. Num. 21. 1. 2. 3. 23. 24 Jos. 12 8. 9. 10. sed & *æstimare debebant* πολλῷ μᾶλλον *magnificum* DEI ISRAELIS, & ad ejus religionem moveri, *vel exinde, quod nullâ tunc Israelem acerbitate injurias suas ulciscì voluerit, etiam cum supplicibus innoxium transitum negarent*, cum, *etsi domi trepidi & se bello impares confessi* vid. Num. 22 3. *crudelitèr tamen convictorium venale in ipsis terminis Israeli exuli prohiberent* (Deut. 23. 4.) *cum ad maledicendum Israeli, Bileamum pretiosissimè jam inde ex Mesopotamiâ conscriberent* (vid. ibid. & seqq.

cap.) Interpretari æqvè beneficium poterant, *se aliqvando dignatos Israelis Dominos, & cum tales esse desinerent, per grande sub Judicibus intervallum, mansisse tamen populo DEI Vicinos, ab hoc nullâ offensione turbatos, qvin potius ad fidem DEI Israelis totiès invitatos: sed & beneficium erat salus tertiana Moabitarum (cum ingrati post privilegium vetus, cujus ingens beneficium ingenti ingratitudine exsolverunt, magnis odiorum in Israelem exemplis & superstitione pertinaci, pœnæ suæ maturos se reddidissent) & illorum admissio feudalis ad Corpus regni Judaici* sub obligatione *tributi* à Victore Davide adusqve Achasiam & Joramum Achabi filios vid. 2 Sam. 8. 2. 3. 2. Reg 1. 1. c. 3. 5 Qvin, cum sub his deficerent Regibus, & *suis jam legibus post liminio imperarent, ipsum securum, qvod per 176 annos* (tot enim à morte Achabi adusqve initia Chiskiæ, in qvibus hæc *prophetia publicata*, fluxerunt anni) *extulerunt Sceptrum, magnum lenitatis & patientiæ d vinæ erat argumentum.* Sed *ex tanto apparatu beneficiorum* principaliora saltem *sub formâ*, uti meminimus, *Consilij* commemoranda sibi sumit Propheta.

Concl. 2. Consilium (& sub illo beneficium) primum proponitur in v. 1. c. 16. hâc formâ: שִׁלְחוּ־כֶר מוֹשֵׁל־אֶרֶץ מִסֶּלַע מִדְבָּרָה אֶל־הַר בַּת־צִיּוֹן: Reddimus: *Mittite agnum* (agnos tributarios) *ô Dominator terræ* (hic, ille) *à Petrâ* (termino Moabitico australi) *adusqve desertum* (Jardenis velut terminum septentrionalem: Mittite, inqvam, agnorum tributum) *ad montem filiæ Sionis.* Forma Consilii egregiè respondet superiori, qvod in v. 5 c. 15. interpretati sumus. Ironiam admodum sallam & acerbam nec hic nec in seqventibus agnoscimus. Summa Consilii est: *humilis & subjectissima Venenatio montis filiæ Sionis, veterisq; subjectionis & confœderationis renovatio*, cujus signum præscribitur ex antiqvo Moabi tributo, qvod erat כר s. 100000. כרים *agni* 2 Reg. 3. 4 & totidem *arietes lanati* (utitur autem voce כר tanqvam generaliori, qvæ & *agnos* & *arietes* notat, atqve adeò *ad totum tributum Moabitarum exprimendum* commodior erat voce איל) qvos uti olim *Davidi & Salomoni ad montem filiæ Zionis Hierosolymitanum:* ita post Schisma tribuum pendebant Regibus Israelis adusqve Achabum. Ille Canon ultra seculum intermissus nunc imperatur *renovandus*, & *mittendus non ad regnum Israelis* s. ad Samariam, qvippe ad qvam frustra iret, cum

cum hæc suo jam esset propinqva funeri: *sed ad montem filiæ Sionis* ad *Ecclesiam Hierosolymitanam*, ad *Emendatorem temporum*, *Regem sanctum Hhiskiam*: neqve sensus Consilii tàm est in *Signo*, s. *in missione agnorum*: qvàm *in signato*. Præscribitur asylum, *mons filiæ Sionis*: & Consilium est *qværenda subjectissimè receptio & protectorium sub Hhiskiâ apud DEUM glorioſum in Sione*. Beneficium, qvod hîc implicatur, est receptio Moabitarum vetus, in corpus societatemqꝫ populi Judaici, etsi pro ratione subditorum, cum obligatione Vasallagii: inde enim potentissimus illis dabatur *aditus ad bona Ecclesiæ & cultum DEI glorioſi in Sione*. *Contestatio* simul est veteris obligationis illorum ad regnum Jhudah. *Exprobratio* autem, *perfidiæ veteris & apostasiæ*, qvæ signo notatur denegati sc. illius *agnorum*, *arietumqꝫ*, canonis, cujus defectionis Autor Mescha Rex Moabita, ac *infidelitatis dumbilis*: sed & in præsenti additur exprobratio, repudiati sc. hujus ipsius (uti & seqventium) qvod ad salutem Moabitarum facere potetat, Consilii, atqve adeò neglecti noviſſimi gratioſæ visitationis articuli, unde jam est qvod Moab se sit habiturus 1. כעוף נודד i. e. *sicut vagans avis*. 2. קן משלח i. e. *nidus dimissus* (vel כאפרחים המשולחים מקנם i. e. *sicut pulli plumescentes ejecti nido*) in v. 2. *Sederit, sicut avis fugiens*, (sicut) *nidus dimissus*: *erunt* (ut avis vaga) *filiæ Moab*: (erunt ut nidus à Matre & pullis desertus) *vadæ ad Arnonem* (ubi freqvens antea Moabitarum erat commeatus, transitus, ibi nunc abductis cum matre pullis, erit vacua solitudo).

Concl. 3. Ita se habet primum Consilium, cui nunc qvæsita sacra subjicimus. Qværitur 1. an recte vocem כר explicet Rabbinus Abenesra per *Dromodarios*, Camelorum speciem, cui à celeri cursu nomen, ut sit: Sendet auß-geſchwinde Läuffer von Sela nach dem Berg der Tochter Zion? Neg. Aliud כרי aliud כר: illud *primores*: hoc *agnum*, *arietes*, *pascua* notat. Exempla 2. Reg. 11. 4 19. non probant Dromedarios, neqve ergò ab illis כרים dicuntur Principes עדר שפסיעת של כר גרולה מכל פסע s. propter eminentiam passuum vel incessus. Qværitur 2. An כר hoc loco sit in regimine s. סמוך, qvomodo Vatablus l. & Tremell. *Mittite agnum dominatoris terræ de Petrâ deserti*, & hos secuti Batavi: Sendet de Lammeren des Heerschers des Lands van Sela

aff. An rectè? Neg. Reqvireretur positus שִׁלְחוּ כֹּר מוֹשֵׁל אֶרֶץ. Punctatio Patach etiam status absoluti est, ut in הַר, פַּר ita in כַּר vid. Is. 30. 23. Plurale autem Kamezatum כָּרִים non probat absolutum singulare כָּר; sed כַּר; qvia Kametz est *ex compensatione Dages exclusi ex Resch*, ut in פָּרִים הָרִים. Qværitur 3. an liceat reddere: *Mittite ô Primores* (Moabi) *Dominatorem terræ*: vel: *Mittite ô Primores Terræ Domini de Sela ad montem* &c. Ita ut כר sit casus vocandi? Resp. 1. aliud כַּר aliud כָּרִי vid. sup. 2. Si prius, reqvireretur positus שִׁלְחוּ כַּר מוֹשֵׁל אֶרֶץ: Si posterius שִׁלְחוּ כֹּר מִישֵׁל אֶרֶץ. Si ita: *Mittite ô Primores, illum qvi est Dominator terræ à Sela deserti*, reqvireretur positus: שִׁלְחוּ־כֹר מוֹשֵׁל אֶרֶץ מִסֶּלַע מִדְבָּרָה. Apparet qvomodo præcisis accentuum signis fiat מִקְרָא מְשׁוּתָּף Scriptura V. T. æqvivoca & defendi non possit βεβαιότερος λόγος προφητικός. Sic hujus membri primi, si ministerianos illos sensus tollas, licebit *novem* dare variantes sensus, qvorum nullus absurdus, & ita intellectus Interpretis manet indeterminatus. Signanter dicimus, nullum ex illis 9. absurdum, s. qvi sive vocibus discernendis, sive significatis illarum vim inferat, qvalis ille in Græcâ versione τ LXX. qvæ habet: ἀπόστειλῶ ὡς ἑρπετὰ ἐπὶ τὴν γῆν i. e. *Mittam qvasi reptilia super terram*. Sanè si ita illos LXX. Interpretes expressisse certum esset, barbari & profani fontium tractatores nominari meruissent: vel qvi corruptissimis usi codicibus, nullâ præditi fuerint *Consilij fontium* notitiâ. Dubium nullum qvin ita legerint שלחו כרמש לארץ confusis vocum literis. Ita enim facilè datur illa interpretatio: sed hæc nimis barbara literarum ἀρεθλότης est: qvæ si concederetur, liceret æqvè legere: שִׁלְחוּ כַּרְמוֹ שֶׁל אֶרֶץ sensu meliore. Sed prohibeat Custos Israelis talem barbariem à מִקְוֵה יִשְׂרָאֵל. Fatemur, qvi ita expresserunt, aut Codicem Biblicum punctatione vocalium & accentuum destitutum habuerunt, aut ipsi in magnâ horum ignoratione fuerunt: sed & fatendum, illos ipsos aut *Consonantibus* & vocibus discretis accuratè scripto Codice caruisse, aut si ha-

si habuerunt, circa illos miserè errasse, &, cum illius intelligentiam non caperent, audaci compositionis & divisionis fallaciâ ita voces miscuisse. Si dicas: *Non tunc extitit Codex accentuatus, punctatus. E. nec habuerunt, &, quia habere non potuerunt, errarunt*, licebit æqvè concludere: *non tunc fuisse Codicem Consonantibus, & integris vocibus accuratè discretum:* atqve *inde illos errasse:* & sic vel *nullus* planè tunc fuerit *Codex:* vel, si non obstante Interpretum illorum grandi hallucinatione circa *consonantes & voces*, potuit nihilominus tunc esse & revera fuit *integer Codex Biblicus*, qvoad *Characteres consonantium & discretionem Vocum*, potuit etiam esse & revera fuit *Codex accuratus qvoad punctationem vocalium & accentuum*, licet vel hi non haberent, vel non penetrarant, inepti sanè, *si ita prout hodiè legitur, reddiderunt* Interpretes. Apparet: *Errasse qvidem illos ex neglecto Consilio accentuationis: sed non saltem ex illo: & ex illo errato non probari magis non existentiam accentuum, qvam ipsorum Consonantium* tempore illorum Interpretum.

Concl. 4. Qværitur 4. An מושל ארץ hic stet in casu dandi, an accusandi, an vocandi, supposito jam qvod vox כר stet in casu accusandi ex qvæst. 3. & מושל ארץ non in casu generandi ex qvæst. 2.? Resp. non 1. obstat enim accentuatio & positus: esset e. g. שלחו כר למושל ארץ; sed & terminus missionis expressus in m. 2. *ad montem Filiæ Zion:* Non 2 obstat Maccaph in שלחו כר; licet enim MESSIAM *& Agnum & Dominatorem Ismaelis* ostendere facilè esset, tamen hoc loco מושל ארץ לא יתאר הכר s. *Agni* nomen non appropriatur *Dominatori terræ:* repugnat positus & sensus Manet ergò Vocativus: O מושל ארץ *mitte agnum.* Obj. שלחו *Mittite.* Resp. Subjectum est collectivum vid. inf. v. 4 in תמו רמס; sed & *tributum agnorum* non dabat Rex: sed *subditi* s. *totus populus Moab*, qvem allocuturus appellat ipsum *Regem* s. *Dominum terræ*, qvi collectum à subditis tributum *nomine regni* mittebat vid. Exod. 17. 3. alloqvitur & hunc & illum מושל ארץ sive simul, sive in successione: Qvær. 5. Qvis ille מושל ארץ? Resp. non Hiskias, vel Rex Jhudah: sed *Principes* vel *Dominatores Moabi.* Rex

Moab נקר *f. pecuarius* (vid. 2. Reg. 3. 4.) jubetur *mittere* vetus *tributum*, qvod erat כר *f. Chil as annorum:* neqve Rex Jhudah tunc erat מושל ארץ מואב nec per *ducentos & ultra annos* fuerat. Benè hactenus Lutherus noster: Schicket ihr Landsherrn Lämmer von Sela auß der Wüsten zum Berge der Tochter Zion: (das ist: schicket Opffer gen Jerusalem / ob es helffen wolte) Junius, Trem. Vatablus, Batavi pro Hhiskiâ hîc non probantur. Qvær. 6. Qvid illud מסלע מדברה? Resp. parum intererat, sive reddas *de Petrâ deserti*, uti Vatablus, sive: Van Sela af na de Woestynen henen / uti Batavi Tremellium & Junium secuti. Rabbinus Abr. הוא ראש מלכות ארם i. e. *Selâ caput regni Syriæ.* Sed illud repugnat Geographicè Intelligimus celebertimũ & limitaneum à meridie Moabitis, *Sela* metropolitanum *Edomæorum* vid 2. Reg. 14. 7. & licet hoc *Sela f.* hanc rupem castello insignem respectum habuisse מדברה *f. versus desertum*, evidens sit ex Geographiâ, malumus tamen cum J. & T. hîc desertum à septentrionali termino oppositum, *desertum* sc. *Jhudah* ad capita *Jardenis & Lacum Asphaltitem* intelligere, ut ita pateat Universalitas Consilii & tributi. (vid. supra)

Concl. 5. Sed hîc insignius dubium facit Vulgatus, & pro pro illo Zelotæ: reddidit ille: *Emitte agnum Dominatorem terræ, de Petrâ deserti ad montem Filiæ Sion.* Censura facilis: *Agnus Dominator terræ* ex fontibus non probatur. Sed subvenit Sanctius explicans de *CHRISTO agno illo Dominatore terræ, qui promittatur mittendus ex Petrâ deserti ad montem Filiæ Zion:* Subvenit una antiqva Græca versio, qvæ habet: Ἀποστελῶ ἀμνὸν κυριεύοντα τῆς γῆς. Μὴ πέτρα ἐρήμου ἐστὶ τὸ ὄρος τῆς θυγατρὸς Σιών. Sed vel maxumè robur illi dare poterat vetustus Chaldæus reddens: יהון מסקי מסין למשיחא דישראל דיתקוף על דהוו כמדבר׳ טור כנשתא דציון i. e. *Deferent tributa CHRISTO Israel, qui fortis est super eos qui erant in deserto, ad montem Ecclesiæ Sionis.* Qværitur adeò 7. An hîc talis de MESSIA AGNO Prophetia? Resp. MESSIAS hîc non in *Agno:* non *in Dominatore terræ:* sed *in monte Filiæ Sion* qværendus erat, & in tantum Chaldæus conciliandus. Errant tamen in Dativo. In specie 1. in fontibus, non est *Mitte* vel שלח: nec *Mittam* vel אשלח

insensu

in sensu singulari: 2. כר מושל ארץ non est casus idem, nec objectum idem vid. sup. qvæst. 4. 3. Illi, qvi Imperativo dicuntur *Mittere* sunt certè *Moabitæ:* at illi non miserunt MESSIAM, qvi non fuit gente Moabita: Πεύδηλον γὰρ ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν Hebr. 7. 14. Messias nec conceptus nec natus apud Moabitas nec propter Ruth Moabitidem magis Moabita: qvam propter Rachab gente Cananæus: & proinde 4. frustra objicitur RUTH Moabitis in Genealogiâ Jesu: qvia per illam jam ante multa secula egressus erat Messias Moabi terrâ: & jam concipiendus in lineâ Davidicâ: sed & hâc ratione RUTH fuerit Edomæa, si illa de *Sela.* Falsum præterea *Unum* hîc *singulare* כר notari, eundemqꝫ *mittendum* ex *Sela* exclusivè. Videatur suprà.

Concl. 6. Seqvitur Consilium secundum, idemqꝫ Misericordiæ, erga Israelem paulò post futurum Exulem. Beneficium hîc inculcatur, *elevatio Moabitarum* qvondam Israelis subditorum *in eum statum,* ut *illi potuerint esse Protectores Ismelis exulis* & *Asylum profugis. Contestatio* simul est Obligationis veteris, per qvam populo DEI, à qvo sub Davide in fidem clientelamqꝫ erant recepti, debebant longè majora subjectissimæ humanitatis officia: sed & *exprobratio* latens hîc est *immisericordiæ* & veteris & præsentis & futuræ: Moabitam sc. eodem adhuc inhumanitatis genio in Israelem esse, & in futurâ deportatione Israelis, fore, qvo olim fuit cum immigraret Israel vid. Deut 23. 4. qvæ exprobratio explicitè proponitur à Jerem c 48. 26. 27. iterandus autem ad hoc Consilium qvoqve est v. 2. Scilicet, uti *propter contemtum montis filiæ Zionis* ibidem addebatur: Moabitas fore fugandos deportandos & funesta omnia passuros, *habituros se ut avem vagam, nidum dimissum:* ita hîc idem repetendum sc. *Moabitam immisericordem Israelis exulis tractatorem, & deportati irrisorem, ipsum qvoqve deportandum & irrisioni futurum* (vid loc. Jer all. & conf. supra in *Causis Massa Moab*) Continetur autem hoc Consilium qvoad thesin in v. 3. qvoad hypothesin in v. 4. m. 1. ubi כי יאר הנמשר & clarissimè id qvod in v. 3. dictum erat, explicatur, & applicatur. Benè noster Luther⁹ expressit hoc Consiliū: Samlet Rath (gedencke O Moab auff guten Rath/ wie dem Israel möchte zu helffen seyn) halten Gericht (handele auffrichtig

mit

mit den armen vertrieben u ohne falschen Tück. In fontibus: Samle Rath/halte Gericht/O Moab ita tamen ut Character in כרמיך sit pluralis, & ipsum singulare, qvippe alloqvium nationale, sensu plurale, qvod proinde Lutherus expressit) Mache die Schatten des Mittages (mitten am Mittag in medio meridiei, in ipso Meridiano) wie eine Nacht (wann die grösseste Hitze der Verfolgung über Israel ergehen wird/gleich wie die Sonne im Mittage/in der heissen Sommerzeit/Hitze von sich blaset/und brennet/so mache denen Flüchtigen und so wol des Tages/als der Verfolgungs Hitze halber Verbrandte/eine angenehme Erquickunge, dadurch sie dermassen erfrischet und erquicket werden/wie in der allerheissesten Sommerzeit die Menschen durch den Abend- und Nacht-Schatten erquicket werden) Verbirge die Verjagten/und melde die Flüchtigen nicht (verrahte sie dem Feinde nicht) Explicatio in v. 4 Laß meine Verjagten (die Verjagten meines Volcks) (verba sunt DEI de Populo Israele deportando) bey dir herbergen: Liebes Moab sey du ihr Schirm für dem Verstörer (dem Assyrer) An autem paruit Consilio Moab? Minimè: vid. Jer. 48 27. der gefangene/und weggeführte Israel hat Moabs Gespött seyn müssen/als were er unter den Dieben gefunden/und demnach wirstu Moab auch fort müssen. Qvæstio hîc 8. An שדד hoc loco Assyrius, an Babylonius, & an illi נדחים s. *dispulsi* & נדדים s. *profugi*, securo perfugio & jucundo refrigerio à Moabitis donandi dicantur in resp. ad deportationem X tribuum Assyriacam, & qvæ illam seqvebatur sub Sancheribo: an in resp. ad captivitatem 2 tribuum Babylonicam? Aff. primum: sub Babylonio illo ivit deportatus ipse Moabita Jer. 48 8 46. 47. tunc e. ipsi Moabitæ asylo & latibulo opus erat.

Concl 7. Seqvitur Consilium Propheticum tertium, fides invicti DAVIDIS throni v. 5. Beneficium sub illo est ipsa Moabitarum ad fidē illius throni & sub illo protectoriū, vocatio. Contestatio latens est causæ, ob qvam in fidem clientelamq; Davidis qvondam recepti Moabitæ, ut sc. crederent in MESSIAM Davidis filium, & novi *ejusdem throni* instauratorem futurum. Exprobratio est incredulitatis & hactenus continuatæ & continuandæ. Qværitur 9. Qvis nexus inter Consilium 2. & 3.? Resp. Fides *throni in tentorio Davidis* stabiliendi (cujus imago vel signum luculentum in præsenti esse poterat thronus David sub Chiskiâ gloriosè vindicandus & toto

orbe

orbe illustrandus) & *throni hostilis* exscindendi (cujus exemplum in præsens stupendum, clades castrorum Sancheribi) inducere debebat Moabitas ad *dandum facilè contubernium* miserè palantibus Israelitis: qvia sc. *Hostis thronus exscindetur, Davidis autem stabilietur.* Qvoad *thronum hostem*, à qvo Sion liberanda in v. 4 m. 2. post signum nexus, exprimuntur tria subjecta, & 3 prædicata. In classe subjectorum sunt 1. המץ benè Vatablus: *Expressor* Rab. Abr. מי שהיה מוצץ כל העולם i. e. is qvi *exprimebat* totum orbem, qvi non opes saltem: sed & ipsam vitam sangvinemq; exprimebat vel exsugebat hominibus. 2. שד i. e. *Vastator*, qvi erat ipsa vastatio, vastator & populator gentium universalis. 3. רמס i. e. *Calcator.* Benè Luth. der Unterretter. Malè Vatablus: *Reptilia.* In classe prædicatorum sunt 1. אפס. 2 בלה. 3. תמו aptâ cum subjectis compositione, sc. 1. illi orbis *expressores*, & turgidi censuris populorum אפס *extemplò deficient, esse desinent.* 2. Illi *Vastatores*, qvi sibi *omnia* subjiciunt, כלה *totaliter peribunt.* 3. Illi *Calcatores* tot terrarum, qvas suis subjiciunt pedibus, תמו מן הארץ *consumata supplicio auferentur de Terrâ.* At stabilis erit thronus Davidis, & magis atqve magis confirmandus.

Concl. 8. Qværitur 10. Qvis ille כסא s. *thronus*, de qvo dicitur, qvod sit הוכן בחסד s. *præparatus, stabiliendus, speciali benignitate*, & qvis ille יושב s. *sedens super illum in tabernaculo David*: qvid מהיר צדק in v. 5.? Resp. ad 1 thronus David postqvam lapsurus erat corporalis, spiritualitèr ex gratiâ instaurandus: ad 2. MESSIAS, cui, Interprete Angelo, *Dominus DEUS daturus erat thronum Davidis Patris sui, qvi regnaturus erat super domum Jacob in secula, ita ut nullus sit ejus regni finis* Luc 1. 32 33. Umbram illius in Chiskiâ, & sub illo throni corporalis Davidici gloriâ facilè admittimus: Cœterùm memoratur hîc sessio duratura, non turbanda, non lubrica & paucorum annorum futura, qvia sedebit באמת *constantèr* & qvidem *in tentorio Davidis*, ubi collapsum fuerit, reædificato vid. Amos 9 11. Resp. ad 3. qvi *peritus, & expertus est justitiæ*, & propterea *expromtus* ejusdem Procurator. Rabbinis qvi non nisi de *pietate Chiskiæ*, ejusdemq; *throno corporali* explicant, rectè opponi-

tur Chaldæus ita exprimens : בכן משיחא דישראל יתקן בטוב כורסוהי ויתיב עלוהי בקשוט בקרתא דדוד דאן ותבע דין ועבד קשוט: i. e. *Tunc, quod ad CHRISTUM Ismelis attinet, præparabitur in bono thronus ejus: & sedebit super eum in veritate, in civitate Davidi, judicans & quærens judicium, & faciens veritatem.*

Concl. 9. Sed qvalem se Moab præstitit? an beneficia tanta æstimavit? an sanctioribus consiliis paruit? Neqvaqvam: superbo *fastu* & grandiloqventiâ, sui roboris admirator & throni Davidis contemptor summus, excussit beneficia, repudiavit sancta & suæ saluti destinata consilia. Illud Propheta prævidens, nunc immediate subjungit vaticinio, *de confirmato Davidis throno, Maleficia Moabi*, qvæ cum ex *superbo fastu* profluxerint, proinde crimen hoc vehementèr notat v. 6. *Audivimus superbiam Moabi* (audivimus, inqvam) *fastuosum esse admodum.* Wir haben gehöret von dem Hochmuth Moabs / daß er überauß stoltz seyn soll Hactenus membrum primum. Cujus occasione qværitur 11. qvodnam subjectum verbi pluralis *Audivimus?* an *Pater, Filius, & Spiritus S.* Ita in glossâ Belgicâ. An *Gentes*, qvæ sc. agnituræ sunt, justè Moabum puniri, qvippe arrogantissimum? Ita Vatablus. An *Prophetæ, non exclusâ Ecclesiâ Judæorum & consensu aliarum nationum?* Aff. posterius vid. Matth. 3. 15. Joh. 3. 11. Seqvitur membrum 2. ubi propter duas voces novissimas dubium grande Interpretum. Qværitur adeò 12. qvis illius *sensus literalis?* Batavi vocem ברו habuerunt, ac si diceret *vectes*, & illud כן comparativè. Vatablus: *non erant recta verba ejus.* Trem. *non ita succedent medacia ejus.* Secutus utrqve Kimchium & Abrab. qvi exprimunt per לא אמת כזבו vel דבריו שהיה מרבר בגאוותו לא נתקיימו עתה שבאה אליו הרעה, vel: הדברים אשר מואב בודה מלבו אינם אמת, Conferendus est paralleliſmus Jeremiæ ex c. 48. 29. & qvoad לא כן ברו v. 30. sed & notanda antithesis versuum 5. & 6. In versu 5. ponitur thronus מוכן s. qvi habet כן firmitatem, subsistentiam: at in throno Moabi est לא כן *nulla firmitas, nulla basis.* In throno Davidis ponitur אמת s. *Veritas:* hîc ברים *Mendacia:* ibi ponitur חסר s. *mera DEI gratia*, per qvam confirmatur & extollitur thronus David sub Chiskiâ:

Chiskiâ: hîc ponitur גאון & עברה *f. excandescentia, & insolentia*, qvâ sc. ex immani fastu, tùm in alias nationes sine causâ excandescit, tùm inprimis adversus Israelem plumbeas iras gerit Moabus, & *se-ipsum extollit*. Sensus: *Utut sit fastus ejus, superbia ejus, & excandescentia ejus* (utut sit & insolentissimus & irâ aliqvando furibundus, tamen frustra illud, qvia) non *basis* (subsistentia, est) *verbis* (illis insolentibus) *ejus*. Vana adeò est sine viribus ira. Lutherus & Vulgatus hâc ratione pulchrè conciliantur.

Concl. 10. Seqvitur in hâc classe comparativa, supplicium *Moab* per signa calamitatum, qvale inprimis, miserabilis, qvem edituri passim sint, ejulatus vers. 7. & iterum vers. 11 Causæ tanti planctus nationalis tres recensentur 1. *munitissimarum urbium eversio* v. 7. 2. *agrorum & excellentissimarum vinearum per hostes vastatio* v. 8. 9. 10. 3. *Omnis spei in idolis frustratio* v. 14. Ejulatus, qvem diximus est in v. 6. Cœterum abinde qværitur 13. Qvis nexus vers. 7. cum antecedentibus? Resp. Rab. Abrab. his verbis: אם היו המאבים מרחמים על ישראל כאשר בורחים לארצם מפני מלך אשור היו גם כן בני יהודה מרחמים עליהם כי מאן דרחם מרחמין ליה אבל לפי שלא ריחמו על בני ישראל על כן רחק מהם מרחם ולא ימצא מי שיקנן ויוליל עליהם אלא הם עצמן והוא אומרו לכן יליל, Ex repudiato illo triplici Consilio cœlesti, eoq; excusso per superbum iracundumq; fastum v. 1. 2 3. 4. 5. 6. facilè est hic verum nexum ostendere.

Concl. 11. Erit autem *ejulatus ille universalis* qvia כלו יוליל f. universus ille ejulabit, ubi terminum membri primi ostendit *Atnach*, ne qvis ita nectat כלו יוליל לאשישי קיר חרשת. Illo membro 1. abstracto manet talis positus: לאשישי קיר חרשת תהגו אך נכאים. Atqve hîc qværitur 14. qvis membri 2. sensus. Lutherus noster ita expressit: Aber die Grundfeste der Kir Hareseth/ werden die Verlämbten seufftzen. Constaret, si in fontibus esset יהגו 3. pers. pl. masc. cum sit 2. & si esset talis accentuatio: לאשישי קִיר חרשת יהגו אך נכאים, Sed & sub hâc resolutione fon-

tibus conciliatur illa, si reddas: Ihr werdet seufftzen über die Grundfeste Kir Hareseth ja so gar auch die Lamen werden darüber seufftzen Ita accentuationi satisfactum. Sed adhuc dubium, minus qvidem de נכאים an idem qvod נכים in sensu *Loripedum, claudorum*, uti Ps. 35. 15. an à rad. כאה unde est רוח נכאה Spiritus attritus, dolorosus Prov. 17. 22. c. 18. 14. an à כוה an à כהה? sed majus de illis אשישים, qvinam hîc illi qvi dicuntur אשישי קיר חרשת? Per *fundamenta* reddidit Tremell. Ita & Vatabl. & Luth. sed & Batavi: Malumus hîc sumere in sensu qvo semper alibi, ut notet אשישי ענבים vid. Hos. 3. 1. & conf. Cant. 2. 1. definiunt illas Hebræi, qvod sint כלים היפים של זכוכית מוזהבים שמשימין בהם היין החשוב. Reddendum adeò: *ad* (propter) *lagenas hareseth* (miserabilitèr & cum gemitu) *effabimini: Certè confractæ sunt.* Wann ihr an die köstlichen Weinflaschen gedencken werdet/alsdann werdet ihr kläglich herauß seufftzen/und sagen: Ach/Ach dieselbe sind gantz und gar zerbrochen (zerschlagen) Probamus hunc sensum, tùm ex contextu & ratione hujus eloqvii in v. 8. (qvæ est *desolatio Vinearum excellentissimarum*) & Vitis generosæ, *propaginum, vindemiæ, celevsmatis*, ſ *jubilei cantus in vineis, torcularium, vini, calcatorum*, mentione v. 8 9. 10. conf. etiam Jerem. 48. 11. 12. 18. Vulgatus expressit: *His qvi lætantur super muros cocti lateris loqvimini plagas suas* Erravit in punctis לַאֲשִׁישֵׁי & legit לִמְשִׂישֵׂי.

Concl. 12. Unde illi אשישים נשברים & ob illos ejulatus? Resp. v. 8. כי שדמות חשבון אמלל גפן שבמה. Lutherus noster expressit: Denn Hesbon ist ein wüst Feld worden/der Weinstock zu Sibma ist verdorret. Sed in fontibus est שַׂדְמוֹת forma pluralis in regimine, & præterea nec *Chesbon* distinctũ, nec אמלל minùs conjunctum: sed contra. Resolvendum ita ut אמלל sit prædicatum gemini subjecti: Ratio masculini prædicati, tùm ob גפן, tùm ob שדמה qvod ob complexum significatorum etiam masculinum est in constructione, ut in illo Chab. 3. 16. שדמות לא עשה אכל ubi idem positus. Sensus adeò v. 8. *Qvod attinet Vineas & vites Hesbonis & Sibmæ* (duarum vicinarum inter Jabboc & Arnonem fluvios urbium olim ante & post Israelem Moabiticarum & præter alia, vinearum culturâ & generosissimi Vini natalibus celeberri-

marum שהיו מבריחים מהן יין משובח) *illas*, inqvam, nunc *langvidas*, vel *exciſas*: *Domini gentium* (Principes Exercitus Aſſyriaci & Babylonici, à qvibus excidium imminet Moabo) *exciderunt* (retuderunt, deſolarunt) *lectiſſimas plantas ejus* (Vineæ ſc. Hesbonis & Sibmæ): *pervenerunt adusqve urbem Jaſer* (i. e. ampliſſimas hinc inde per terras Moabitarum vaſtitates facient) *errant per deſertum* (graſſabuntur armati per deſertum, qvod eſt ad Jordanis aqvas vid. c 16. v. 1. & ibid. notata) *propagines ejus evellentur* (ex natali ſolo in alias terras deportabuntur ſc.) *tranſiunt mare*. Sed hîc qværitur 15. Qvid nomine Vinearum, Vitis, propaginum? Reſp. ſub illo Symbolo *Vinearum & generoſæ vitus*, qvâ inclyta erat regio Moabi, comprehenduntur aliæ qvoqve facultates & poſſeſſiones, ipſæ etiam perſonæ Moabitarum excellentiſſimæ, qvæ unà cum abreptis ſibi opibus tranſiverunt mare. Qværitur 16. An vocabulum נגעו idem qvod עשו נגע i. e. *intulerunt plagam*? Reſp. Neg. Verbum eſt in Kal, non Pihel æqvè ut Jer. 48. 32. Exemplum Gen. 12. 17. non eſt parallelum. Qv. 17. Qvale ים ſ. mare? Reſp. *Lacus Jaſer* vid. Jer 48. 32.

Concl. 13. Hinc igitur planctus ille alio ſchemate iteratus v. 9. Poſuerat v. 8. calamitates *Hesbonis*, *Sibmæ*, *Jazer* (urbium inſignium in tractu terreſtri fœcundiſſimo ſitarum) nunc inverſo illo ordine *ſe deplorare* dicit 1. funus *Jaſer*. 2. *in illis lacrymis* vel in eodem fletu *Jaſer*, ſimul *deflere vitem Sibmæ*. 3. ſe *lacryma ſuâ irrigare*, vel acerbiſſimo planctu perſeqvi חרבן שתי מרינות גרולות vel *ruinam duarum eminentiſſimarum urbium Hesbonis* (& Elaleh) Ratio planctus æqvè iterata ponitur in m. 2. *Caſus celeuſmatis de fructibus æſtivis & meſſe Moabi*. Atqve hîc qværitur 18. Qvæ ratio illius territorii primi? Reſp. Juxta literam reddendum: Darumb wenn ich umb Jaeſer weine/ſo beweine ich zugleich den Weinſtock zu Sibma. Conf. evidens paralleliſmus in Jerem. c. 48. 32. *A fletu Jaſer*, *deflebo te*, *ô Vitis Sibmæ*. Qværitur 19. qvæ ratio illius אריך? Reſp. 1. י in אריך rectè ſtatuitur propter Dages, vicarium eſſe 2. rad. ſc. ו uti ו qvod ſeqvitur compenſativum qvaſi eſt 3. radicalis. Raſchi illam vocat תיברח משמשרת כשתי תיברח, Refertur præterea ad *duas metropoles*: Irrigabo *& te Hesbon*, & *te Elhalel lachrymâ meâ. ut notetur torrens lachrymarum*, ſ. *imber qvaſi*

qvi est מרוה הארץ i. e. *irrigans terram*, & adeò sensus: sicut antea fœcundissima pluvia tuam terram irrigabat: ita nunc *ad hostile Celevsma*, qvod super *æstivos tuos fructus* & *messem* s. *tuam vindemiam cecidit*, ego *lachrymis meis te irrigabo*. Benè Lutherus: Ich vergiesse viel Thränen umb Hesbon und Elale: neqve minus Batavi: Ick macke u door nat met myne Tranen. Qværitur 20. Qvale הידד & qvalis נפילה s. *Casus?* Resp. *de Celevsmate Messis s. vindemiantium jubileo* (da man zur Erndte Zeit jauchzet und singet) explicat Junius & Belgica versio: ita ut sit casus *ablativus* s. notet *ablationem talis celevsmatis*, eo modo qvo statim seqvitur in v. 10. הידד השבתי. Batavi: het Vreughden Geschrey over uwe Sommervruchten ende over uwen Oogst is gevallen (heeft een Eynde vid. Jer. 25 30.) at *de Celevsmate bellico hostili Moabitis ejuleo* post Kimchium, Raschium & plurimos alios rectè explicat Lutherus, ita ut casus ille sit *Dativus Celevsmatis*: Es ist ein Gesang (der Feinde Geschrey) in deinem Sommer und in deine Erndte gefallen: Ita Kimchi; הידד, inqvit, hîc non notat קול דורכים s. Vocem calcantium uvas: sed notat קריאת השללים הצעקים שיבאו עלי העיר פתאם ut ita *æstivo messis & vindemiæ tempore*, ubi aliàs exaudire solebat *Celevsma jubileum*, substituatur *Celevsma ejuleum*. Ita & Raschi h. l. reddidit per קול שדרים בוזזים i. e. *Vocem vastantium, spoliantium*: neqve dubitare licet per Interpretem Jeremiam c. 48. 32.

Concl. 14. Reipsâ tamen ad hoc *Celevsma militare*, cecidit illud *Celevsma terrestre jubileum*: sed hoc, velut conseqvens demum ponitur v. 10 sc. ad illam universalem urbium, fundorum, e. c. vinearum calamitatem, conseqvitur id qvod est v. 10. Die Frewde und Wone höret ingesampt auff im Felde (sie wird von dem fruchtbaren Carmel oder Acker gleichsam versamlet und ingesampt hinweg genomen) man singet und jauchzet nicht mehr (wie sonst der gantzen Welt Lauff ist / daß man sich frewe zur Zeit der Erndte / und in der Weinlese jauchze und singe) in den Weinbergen (denn es ist kein Vorrath des Weins mehr) man keltert keinen Wein mehr in den Keltern / ich (der HErr) habe des freudigen Weinles- und Ernd-Geschreis ein Ende gemacht Conf. paralleliſmus Jer. c. 48. 3. & ibidem illud: הידד לא הידד. Sed & hinc iterum planctus intercalaris

calaris in v. 11 ubi proinde qværitur 21. cujus illa oratio? Resp. Ipsius Prophetæ בעים המשרר ומקונן repræsentantis aliqvem Parentatorem & Lamentatorem publicum. Qværitur 22. Qvis Sensus *Citharæ* illius? Resp. Applicatio talis: *Sicut ad contactum nervorum, Cithara pulsata & verberata de interiori suo, validum emittit sonum: ita ego ad illam commotionem Moabitarum afficior intimè illo strepitu, & ex intimis visceribus luctuosum validumq; sonum effer: personant adeò viscera mea tanqvam cithara propter Moabum,* & præprimis *propter* (magnificam qvondam metropolin crudelissimè desolandam, seu propter) *Kir chareseth* (vid. v. 1) Luth. noster: Darumb brummet mein Hertz über Moab wie eine Harffen. Batavi: Daerom rommelt myn ingewandt over Moab/als een Harpe. Hebræus dicit: בכנור מצר תנוערת המיתרים יכנס חקורר בקרבו ומשכיע קולו כך אני מצר תנועת מואב ממהמותיו יכנס בקרבי קול המיתיו. Ita constabit publicè Massa Moab: constabit simul tunc, & erit נראה, *manifestum, ad singula excelsa Moabi, quod* frustra tàm *operosus ad lassitudinem usqve Deorum suorum Cultor & Deprecator fuerit* (qvia sc. de excelsis suis *ipse, fatigatus* tot lamentis & supplicationibus, desperabit) *& licet veniat ad sanctuarium suum deprecatum,* (noviſſima apud Camosch in ejusdem templo solatia & præsidia qvæsiturus, tamen frustra hîc qvoqve solicitator erit, nec amplius hic, qvàm in excelsis impetrare poterit, atqve adeò) *nihil obtinebit* (valebit) Luth. noster levi immutatione expressit: Alsdenn wirds offenbar werden/wie Moab müde ist bey den Altaren (daß er sich sehr bemühet hat ohn allen Nutz) und wie er zu seiner Kirchen gangen sey zu beten/ und doch nichts außgerichtet habe.

Concl. 15. Seqvitur pars 3. eademq; *Sigillum* qs. hujus Massa *Chronologicum.* Absolvitur *gemino verbo* Jhovah, uno *cum* Charactere chronologico generali *præterito:* altero *cum præsenti.* Illud v. 13. per modum appellationis ad *Massa superius:* hoc v. 14. Neq; enim Sigillum hoc additur ad probandum, *hic esse Verbum* Jhovah *in Moab*, qvippe de qvo post titulum Massa Moab nemo dubitare poterat: sed ad discernendum *Verbum dictum* מאז *à Verbo dicto* בעתה sc. מאז ita dixit Deus: עתה v. 14. (notetur ibi *Rvia Oppositionis Symbolum*) i. e. Nunc a. specialius aliqvid addit sc. *triennium mercenarij.* Qv. adeo hic 22. Qvorsum refle-

reflectendum illud מאז? an ad זמן שכירת ברעם רק"ר ſ. *ad tempus Bileami maledictionis mercenarij*, ibi ſc. jam Deus in Moabitas tale qvid & decrevit, & in exemplo ſimili adumbravit vid. Num. 21. 24. 25. 26. & intimavit vid. ib. v. 27. 28. 29 30. & confer Jer. 48. 46. item Deut. 23. 5. 6. Malumus ita, præviis *rationibus; & autoritate veterum Hebræorum* (vide Abrab. Raſch. Kimchium, etſi hic illud ut ררש potius, qvam הפשט admittit) qvàm cum *Junio & Belg. verſ.* ad *annos Davidis* referre. Obſtat præterea *Geographia Moabitica ſub Davide* reſp. *terrarum, qvarum in hoc Maſſa* mentio e. c. *Hesbonis*, & qvæ in illà *Meſopotamiâ Jard. Jabboc, Arnonis*. מאז abſolutum, ut plurimum notat זמן רב vel profundam *antiqvitatem*, ut ſit idem qvod מרפנים *olim* Qv. 23 Qvodnam tempus per ועתה ſ. *Nunc* Rviatum oppoſitum v. 14? R. 1. non negamus poſſe intelligi *annos Chiskiæ ante Samariam exciſam*, & vel *primum*. Locus tamen c. 14. 28 id non probat: imò potuit MASSA MOAB adusq; v. 13 publicari *ante funus Samariæ ſub Salmanaſſare*, & poſt illud addi hoc *Sigillum ſpecialiſſimi Characteris*. Qv. 24. An illud בשרש שנים dicat *triennium computandum à termino* עתה, ut ſit: von nun an über 3. Jahr? A. Jun. & Verſ. Belg. complementum adeò juxta illos *in 4. Chiskiæ anno*, obſidionis Samarit. 1. Obſtant *Conſilium aſyli Exulum ſub Hiskiâ* c. 16. 3. 4. obſtat *paralleliſmus Jeremianus. Affectus Moabi hoſtilis in Iſraelem* movere potuit Salmanaſſarem, ut in illum tunc non moveret, qvo contra Samariam uti potuit, &, juxta *Seder olam, in triennij obſidione* uſus eſt. Si illud ועתה ponatur *infra Samariam exciſam*, probatur nobis Character expreſſus Iſ. 20. 1. idemq; ſignator hujus *primi Judicij Moabitici*, incideret in annum 6. poſt Samariæ funus. Magis tamen placet de *ſtatu triennij pœnalis exactiſſimi*, in dreyen bald folgenden Jahren ſoll das Moabitiſche Reich dermaſſen abnehmen Qv. 25. Qvi ſint שני שכיר, ſ. *anni mercenarij*? R. Optimus annorum *arithmeticus* eſt *mercenarius*, & hujus *Dominus*. Ille nihil patitur *addi*: hic, nihil *minui*. (מרקרק בזמני) Notantur adeò שנים מצמצמות ſ. *anni præciſi, exactiſſimi*. Qv. 26. An hìc notetur *noviſſimum Moabi excidium*? R. 1. In Jeremiâ notatur *Babylonicum*: benè nota Jer. 25. 21. & c. 48. At omninò hìc *paralleliſmus eſt Propheticus*. 2. Ibi e qvæ c. 15. & 16. adv. 14 dicuntur, habuerunt ultimum complementũ.

3. In v. 14. præſcribitur *triennium primæ, ejus demq; inſignis fractura*:

poſt qvam manet adhuc Moab, etſi valdè deminutus,

adusqve Babylonium.

PARTIS II. ISAIANÆ
ORATIO IV.
Concl 1.

SUccedit *Manifestum DEI bellicum adversus Damascenos*, qvod in c. 17. v. 1. designat in membro 1. Atnachato משא דמשק i. e. *Prophetia onerosa Damasci.* Paulisper in ipso titulo seu limine nobis subsistendum: & in MASSA qvidem provocamus ad notata in primo Massa Babylonico ad c. 13. v. 1. sed & qvoad Chaldæum Paraphrastam, qvi constantèr hîc exprimit per מטל כס דלוט לאשקאה i. e. *Onus calicis s. onerosus calix maledictionis ad propinandum* nationibus terræ, e c. h. l. Nationi *Syriacæ*, cujus *Caput Damascus* (ראש ארם דמשק Jes. 7. 8.) poscimus conferri in Jeremia c. 25 25. Appellatur ibi *Prophetia onerosa*, qvæ regnis & nationibus mundi intimat autoritate divinâ, supremum laborem, *Calix vini, furoris*, & jubetur illum Propheta *accipere de manu JHOVAH* קח את כוס הזאת, qvi est כוס היין החמה, & *propinare omnibus gentibus* qvarum subjicitur Syllabus v. 19. 20 21. 22. 23. 24. 25 26. Additur ibidem: ומלך ששך ישתה אחריהם i. e. *Rex Sesach bibet post eos s. ultimo loco*, qvod de Rege Babylonio intelligendum patet ex c. 25. 9. 12 13. 14. & c 27. 7.

Concl. 2. Sic *demensum pœnale Damasci vocatur* משא דמשק c. 17. 1. Atqve hîc statim circa *Damasci* vocem, ipsumq; adeò titulum qværitur 1. An *Massa* hoc sit *solius Damasci*, an totius *Syriæ s. regni?* Resp. Affirm. posterius. Probatur ex v. 3. ubi & *regni* nomen & שאר ארם s. *residui Aram* contradistincti *Damasco.* Denominatio autem nationis ab augustâ metropoli, eademq; sede

regia, *Urbe antiqvissimâ* ad confluentem *Parpharis* & Chrysogoræ fluviorum (qvorum ille invidiosè aliqvando Jordani *ante baptismum* Naami conversi *miraculosum*, antelatus vid 2. Reg. 5. 12.) sita, plateis etiam celebratâ conf. Gen 14 15. 1 Reg 20.34. Is. 7. 8. c. 8. 4. ubi *Samaria* & *Damascus* ponuntur ut *Syriæ* & *Israelis regni* metropoles. Vocatur aliqvando דרמשק & in Syriacâ qvidem illud regulare, uti ex illo Pauli constat: בדרמסק דב חילא דארטום מלכא נטר הוא מדינתא דדרמסקיא למאחדני 2. Cor. 11. 31. interpositâ *rigoris* & *asperitatis literâ*. Fuit enim Damascus, etsi aliqvando capta & *Sceptro Jhudah* subjecta, impositio ipsi Damasco *militum præsidio* & Gubenatore à Davide victore vid. 2. Sam. 8 6. magna sæpè pestis & *pallida mors Israelis*. Signum & majestatis terrestris, in Sceptrum Israelis, & infidelitatis, ex Castris Benhadadi (qvorum magnitudo ex numero cæsorum 100000. peditum) & sociis Regibus 1. Reg. 20 per totum caput, & ibidem notetur comparatio castrorum Damascenorum & Israelis v. 27. etsi non tunc demum Damascus sui juris: sed jam antea circa novissima Salomonis 1. Reg. 11. 25 neqve minus eandem testatur Cædes Achabi vid. 1. Reg c. ult. *Legatio Naamani* & *hujus Encomium* vid. 2. Reg. 5. 1. 6 7. Sub Jeroboamo Israelis Rege obligati de novo vid 2. Reg. 14. 28. excusserunt iterum superioritatem sub successoribus Jeroboami, dum sub his suis Samaria ipsa viribus ruit: imò junctis Israelis regni copiis movit in *Sceptrum Jhudah* Damascus, apparatu & successu prodigioso *sub Achasò*: de qvibus videantur notata ad *c. 7. Isaiæ & c. 8. 4.* & in *Massa Philistinorum* p. 40. 41. Invocatus ab Achaso *Tiglath Philesar Assyrius* intulit Damasco vel Regi potius Damasceno Rzin plagam letalem vid. 2. Reg. 16. 7. 9 Status tamen Syriæ mansit, etsi, uti apparet, Aristocraticè per Proceres ut feudum Assyrii administratus adusqve Salmanassarem, & post Assyrium in sanctis montibus interfectum, ad Babylonium, à qvo passa id, qvod aliæ tùnc nationes: inde nomine & situ supermanente, incolis sæpè mutatis, ivit ad Persas Monarchas, & ab his ad Macedonas, ubi iterum clades & mutatio status imminebat, qvam sub titulo MASSA non tacet Scriptura. De Damasco, ejusdemq; *præfecto*

fecto proditore incomparabilis gazæ cui locus *Damasci* velut in arce tutissimâ sub *Persâ Dario* fuerat, & qvâ ratione Damascus totaq; Cœle Syria in *Alexandri* potestatem venerit, qvi Parmenionem regno præfectum novi imperii titulo dedit videndus Curtius l. 3. §. ult. Inde ad felicissima N. T. tempora stetit *Damascus* mutato saltem Imperii, Romano sc. succedente, titulo, unde in N. T celeberrimum Pauli inprimis conversi *itinerario* Damasci nomen vid. passim Act. c. 9. 22. 26 Gal. 1. 17 Regi Aretæ tunc subditam & ab hoc per Ethnarcham gubernatam illo tempore fuisse ex periculo Pauli constat 2. Cor. 11. 32. etsi Syrus illum רב חילא s. *Magistrum belli* s. *militiæ præfectum* vocat, eo modo qvo nos hodiè qvi præsidiis in castellis præsunt, vocamus **Commendanten/Gubernôrs.** Post illa tempora Christianos *Damascum* incoluisse ex imaginibus 4. Evangelistarum portæ qvondam insculptis, probabile. Inde sub Barbaris Saracenis, Tamerlane Scythâ, qvi muros disjecit & excidit urbem antea munitam & amplam, Mamalucis, Turcis, à qvibus per præfectos Principes est gubernata: sed qvæ post Tamerlanem revixit Damascus, una cum munimentis natales debet *Florentino Mamaluco*, unde & *Florentinæ civitatis* insigne ostendit, de cœtero prunis Damascenis, & Pannis sericis, Venetorum, qvi ibi jam olim suum habuere Consulem s. Residentem, mercaturis celeberrima. Digna sunt ut legantur, qvæ ante 150. annos de Damasco scripsit Mart. à **Baumgarten** in **Braitenbach**) / Eqves Germanus in l. 3. peregr. c. 4 & 5. Fuit breviarium historiæ Damascenæ.

Concl. 3. Qværitur 2. *An hic* sit MASSA *solius Syriæ?* Resp. Triplex *Objectivè* hîc datur MASSA unum *Damasci vel Syriæ* v. 1. & 2. 3. secundum *regni Samariæ* s. *Israelis*, qvod Massa à v. 4. tractatur adusqve v. 12. tertium *universale hostium Ecclesiæ barbarorum*, qvales tunc *Assyrij*, in qvorum castris confusa militabant variarum gentium nomina v. 12. 13. 14. Qværitur 3. ab ipsis Rabbinis: אם היה החלק המעט שבנבואה הזאת על דמשק למה כללה כולה עם דמשק i. e. Qvæ ratio solius *Damasci* in titulo expressæ, cum nonnisi 2. vel 3. versibus agat de Damasco: cœtera omnia על חרבן וגלות

וגלות כלכות ישראל s. *de excidio & deportatione regni Israelis*, vel de *Clade castrorum Assyris?* Resp. 1. Denominatio fit à potiori. Ex professo sc. hîc tractatur *Massa Damasci:* comparative *saltem & occasionaliter* Massa Israelis, habito respectu tùm ad *conjurationem fœderalem* Syriæ & Samariæ in funus Sceptri Jhudah vid. Jes. 7. 1. 8. (qvæ magna hujus excidii causa, ut ita inter qvos nexus fuit in delicto, illi qvoqve nunc copulentur in supplicio, imò ut in titulo ponatur *Damascus*, qvæ illius Consilii bellici fax & tuba fuit, inq; suas partes Regem Israelis attraxit) tùm ad *tempus propinqvum complementi*, & *identitatem hostis Assyrij*, à qvo & *Damascus* & X. tribuum terra passa: illa a. qvæ in ternario novissimo occurrunt finaliter & appendicis instar habent ad Massa, ex occasione Assyrii, à qvo illis duobus regnis funus instabat. Interfuit sc. tùm ad *privilegium Sonis Hierosolymitanæ*, tùm ad fidem reliqviarum & *Ecclesiæ deportatæ* (inter illos enim Sanctos qvoqve fuisse nullum dubium) scire, qvis *finis*, & *exitus* hostium Ecclesiæ, qvæ *sors prædonum illorum* vid. Epiphonema v. ult. De cœtero, certum, Damasci nomen, etsi ipsa Damascus non totum regnum Aramæum, sed ejusdem saltim metropolis, s. Caput & Urbs Principalis, propter illam potentiorem principalitatem pro *regno Aram* seu Syriâ Damascena (in ampliatione enim dantur plures Aramææ s. Syriæ, qvas inter ארם נהרים i. e. *Syria Mesopotamena*) Hebræis qvoqve venire, & ipsum *Aram* commune Syriarum nomen: qvia sc. conditor Syrorum, Aram, hinc אֲרָם Syria: & qvia ille Aram filius Schemi, hinc non saltem universa Syria Arabibus شام, vel propter illam pluralitatem شامات sed & ipsa Damascus شام Semi scilicet nomine venit, planè uti Arabiæ, & Schbha regna meridionalia, & à suis conditoribus distincta habent nomina, ut e. c. dicantur *Sbha* &c. & qvia illorum Pater *Cusch* hinc aliqvando Avi nomine salutantur in Scriptura, atqve adeò dandum כוש non saltem Æthiopicum in Africâ: sed & Arabicum in Asiâ, qvale illud in Geographiâ Paradisi Gen. 2 13. vid. infra ad c. 18. Concl. 8. Sic à Chamo, cujus filius Mizraim, ipsa Ægyptus *terra Chami* dicitur. Sed &, si nomini כוש parallelum nomen Æthiopiæ, æqvè licebat Æthiopas dare in Asiâ, qvam

Leo

Leo Africanus ostendit præter Arabas, & Arabistas, Arabas (barbarizatos) in Africâ.

Concl. 4 Qværitur 4 Qvis Character hujus Massa Chronologicus? Resp. aut qværitur de tempore *Massa hujus intimati*, aut *de tempore complementi*: Intimatio præcedit complementum: unde & in hâc qvæstione nexus est *utriusqve Characteris*. In Tiglath-Philesare contra *duos Syriæ & Samariæ* Reges evocato ab Achabo complementum ponunt passim Rabbini & Dd. Christiani, ut ita *qvoad Damascum*, adimpletum sit hoc vaticinium *in prioribus annis Achasi* per historiam qvæ est 2. Reg. 16 9. At in Salmanassare post Samariam expugnatam & deportatam anno circiter Chiskiæ sexto & septimo tempus complementi ponit Junius, *qvoad Damascum*; unde juxta sententiam priorem *publicatio hujus Massa* adscenderet ad *annum Achasi primum*; juxta Junium a. *ad annos priores Hiskiæ*; cumq; MASSA præcedentia ad annum circiter primum Hiskiæ pertineant, juxta Junium Ordo intimationis maneret, & Hysteron proteron esset: non item juxta sententiam priorem. Sed hoc non satis probat. Ordo Propheticæ Scriptionis non semper est *Chronologicus*, seu habens respectum Temporis sive Massa intimati, sive adimpleti, non *Geographicus*, non *Politicus* ex resp. scil. sive situs continentiæ, sive status nationalis: datur sublimior ordo materialis, Theologicus. Hactenus ergò nihil absurdi haberet sententia prima. Sententia nostra est 1. Respectum ad historiam tàm 2 Reg 15. 29. qvàm 2. Reg 16. 9. S. tàm ad Damasci, qvam Israelis trans Jordanensis plagam sub Tiglath-Philasare non esse excludendum ex hoc *Massa Damasci*: Ratio: qvia fuit illa *magna pars judicij divini in utrumqve regnum*: & ut tale narratur in historiâ. E. & inculcatur in Prophetiâ. 2. Cæterum illis plagis non absolvitur hoc Massa Damasci: sed omninò includit onus aliqvod *regni Damasceni* post Samaritanum, ubicunqve ponatur complementum ultimum: ratio 1. qvia qvæ in hoc Massa dicuntur, non absolvuntur historiâ illâ primâ, ubi tria saltem dicuntur sc. 1. Rzin *Rex Syriæ* ab Assyrio *interfectus*. 2. *Damascus capta*. 3 *Deportati Cives Damasceni*: ut taceamus posse ibi complexum dari discretorum tempore, ut *deportatio illa* Damascenorum futura *in Kr*, copuletur *cum plaga* Regis interfecti à

cti, à qvâ 17. annis fuerit discreta: qvia 2. interfecto Rzin adhuc mansit Aram vel Syrus & qvidem ita, *ut insurgeret in regnum Samaria* & bellator esset *contra Israelem.* vid. Isaiæ c. 9. 11. cujus Prophetiæ complementum dari non potest, nisi post Rzinum interfectum in illo intervallo Tiglath & Salmanassaris s. inter deportationes duas tribuum, illam trans: hanc cis Jordanem. At in hoc Massa v. 3. intimatur Sabbatum *residuo Aram.* Apparet, Regis Rzini capite & qvorundam Damascenorum deportatione, si tamen hæc tunc facta, satisfactum fuisse barbaro: de cætero funus toti Syriæ tunc illatum nullum esse: atqve adeò abiit tunc Assyrius placatus Sangvine Regis. Exemplum & postulatum fere simile superior in Sarmatico bello vidit annus. 3. Comparatio v. 3. postulat sequelam Massa *Damasceni* post funus regni Ephraimi vid. infr. Concl. 7. Qvær. 5. An *Massa Damasci Jeremianum, Amosi & Sachariánum cum Isaiano sit unius ejusdemq; complementi?* Resp. Neg. de Sachariano: concedendo de Isaiâ & Amoso & ex parte Jeremiano: conf. Jerem 49 à v. 23. ad 27. Amos c. 1. 3. 4. 5. Sach. c. 9. 1. Respectus in Isaiano ex parte ad *Assyriacum* (eadem ratio Amosi) in Jeremiâ tantùm ad Babylonicum: in Sachariano ad *Macedonicum* sub Alexandro Magno Damasci (qvæ *Dominis, Incolis & Palatiis, Mœnibusq;* sæpe funerata, nomen & locum veteris *Damasci* etiam, ubi ex ruinis nova surrexit, retinuit) periculum. vid. Concl. sup. 2.

Concl 5. Prima adeò Prophetiæ pars, qvæ *Syris*, qvorum metropolis erat *Damascus*, intimat ex professo *cœleste judicium*, absolvitur in primo Sectiuncularum ternario & proponit ipsum statim excidium cum paroxysmo stuporis vel *summæ admirationis*, principio v. 1. ECCE DAMASCUS (ubi subsistere paulisper jubet *accentus* & mente evolvere illius *antiqvissimæ Urbis regiæ* excellentias, die uhralte / feste / in der gantzen Welt berühmte / frölliche / Königliche Residentz-Stadt: qvid illa? *ruit alto à culmine*, imò) *removebitur, ut non sit urbs: qvia erit acervus ruinæ* (ruderum) sie wird ein zerfallener Steinhauffe seyn. 2. (Neqve solâ metropoleos calamitate absolvetur hoc excidium: sed grassabitur per urbes camposq; Syriæ, cujus exemplum in v. 2) *Civitates Aroer erunt derelictæ* (die Städte der Landschafft Aroer werden wüst/und von Einwohnern verlassen seyn) *gregibus erunt, & hi re-*

hi recubabunt (in illis desolatis civitatibus) *ita ut non sit qui terreat* (urbibus, vineis &c. abigat) 3. Sed (sicut) *cessabit munitio ab Ephraim* (uti regno qvod à tribu potentiore Ephraimi nomen habuit, munimenta, propugnacula, vastabuntur, uti omnes ejus munitæ urbes, ipsa etiam Samaria expugnabitur, solo æqvabitur ita) *etiam* (cessabit) *regnum à Damasco* (cessabit) *reliqua Syriæ: erunt* (inqvam) *sicut gloria filiorum Israelis:* (si ipsi populo meo non parco: sed ab illo executionem incipio, non sanè parcam Damascenis: sed sicut ab illis *auferetur regnum, & munimentum, omnisq; Sceptri gloria:* ita auferetur qvoqve illa à *Damascenis*, confer qvà hoc argumentum locum Jeremianum c. 25. 28.) DICTUM JHOVAH ZBAOTH. Ita Sigillo & subscriptione JHOVAH ZBAOTH pars prima clauditur.

Concl. 6. Qværitur hâc occasione 6. *Qvæ ratio verbi* מוסר in v. 1.? Resp. non est à radice יסר, sed סור atq; adeò Participium Hophal sc. עיר s. Urbs & מעי מפלרת s. *acervus ruinæ* opponuntur: qvando desinit esse עיר, qvando *diruitur, prosternitur* ita ut non sit *Urbs*, tunc fit *Cadaver* s. *acervus ruinæ*. Obj. רמשק fœminin. מוסר masculi. Resp. 1. in praxi Biblicâ nomina urbium sæpè etiam masculina vid. c. 15 1. 2. Complexus subjecti facit indifferentiam constructi. Qvær. 7. An in v. 2. עזובות ערי ערער faciat *unum* saltem *terminum*, an *totum enunciatum?* Resp. Affirm. posterius. Ratio non ex accentu Atnach petenda: neqve enim implicat subjectum & prædicatum membris discerni: sed ex positu. Neqve ergò legendum: *Derelicta Civitates pro gregibus erunt:* sed absolutè: *Civitates Aroer erunt derelictæ* מכלי ירשׁ *incolis omnibus exhaustæ*, cujus consequens est id qvod ponitur in m. 2. sc. illa loca hominibus habitata, occupabunt pecudes, armenta, aliaq; jumenta & securè ibi cubabunt, sine discrimine *stabuli* & *palatij*, vel templi. Qvær. 8. Qvænam *Urbes Aroer*, & ubi dandum *Aroer*, an *in Damascæno*, an *in Samaritano* regno? Celeberrimum fatemur in sacris *Aroer* est id qvod ad *Arnonem* fluvium, olim *Moabitarum*, inde *Sichonis Emorrhæi*, & ab hoc ad *Israelem* in tribu Rubenis: sed & datur *Aroer* olim (in vetustissimâ sc. Geographiâ) *Ammonitarum:* inde autem *Emorrhæorum* & per hos Israelis in tribu Gad Josuæ 13. 25. Cæterum à

Sichone

chone Ammonitis ereptum, nulla litera testatur, ut dubium nullum sit, qvin jam tunc sub Sichone vel seculi & ultra *præscriptione* transiverit in nomen Emorrhæorum neqve adeò ita ereptum Sichoni resp. *Juris Ammonitarum*, prout terræ illæ interamnes ereptæ eidem, qvæ paulò ante fuerant *Juris Moabitarum:* neqve opus, ut postulatum Ammonitarum Regis bellicum apud *Iphtachum* Jud. 11. 13. propter nomen Jordanis, præcisè extendatur ad Aroer, & terras qvas ab *Ammonitis ceperit qvondam Emorrhæus:* & ab hoc Israel. Sic enim dubiè Jordanes fuisset allegatus: omninò *Rex Ammonitarum* tàm falsus fuit in *Jordane*, qvàm in *Arnone* & *Jabboc fluminibus*.

Concl. 7. Sed ad rem redimus. Videbatur commodum satis, de *Aroer* illo ad Arnonem accipere, ita ut *Aroer*, tanqvam *pars magna* supponat *pro toto illo tractu* qvi *Arnonem & Jordanem* continebat, inter duas cum dimidiâ tribus *Rubenis, Gad, Manassis* qvondam distributus, ac per *Tiglath-Philesarum* 20. circitèr annis prius suis exhaustus incolis, qvam deportarentur tribus cœteræ sub Salmanassare vid. 2. Reg. 16 9. Ex hypothesi adeò *publicatæ hujus prophetiæ ante illam* $2\frac{1}{2}$ *tribuum deportationem, & hujus includendæ in hâc prophetiâ velut futuræ*, flueret ordinata seqvela sc. à primâ sub Rzino *Damasci calamitate* vid. 2. Reg. 16. 9. in v. 1. procederet Propheta *ad calamitatem regno Israelis* trans Jordanem seu $2\frac{1}{2}$ tribuum terris, eodem tempore, eadem bellici fœderis occasione, *ab uno eodemq;* vid. 2 Reg. 15. 29. *illatam* v. 2 & porrò ab hâc particulari calamitate transiret *ad residuarum sub regno Ephraimi tribuum cis Jordanem totiusq; adeò regni Israelis universalem* & ultimam sub Salmanassare vid. 2. Reg. 17. 6. 1. Chron. 5. 26. *deportationem* in v. 3. *Cessabit munitio ab Ephraimo*, & porrò ab hâc ad *funus regni Damasceni & residui Syriæ* post Samaritanum: vid. in eodem versu. Ordinata omnia: neq; licebat hactenus sive unum saltem Aroer in terris illarum trans Jordanem tribuum, idq; ad Arnonem statuere, sive illud *tribui Gad* assignare, sive illud *Aroer* Moabitico qvondam contradistinctum *Ammonitarum* regno adscribere, sive præter illud *in tribu Gad*, aliud *Aroer* Ammonitis assignare, sive parvitatem *illius Aroer* ad *Arnonem* objicere *fuisse* sc. *unam saltem urbem, eamq; perexiguam, imò minimam inter urbes Gad, qvæ proinde non sub se habuerit Urbes*, ut dici potuerit *Urbes Aroeris*,

Aroeris, prout est in MASSA nostro, multò minùs designare potuerit *ampl ſſimum illum terrarum trans - Jordanem tractum.* Septies erratum ab Opponente tali: nam & *geminum Aroer*, & illud in discretis tribubus negare & tribui *Gad* ad *Arnonem* hæreditatem assignare, est tribus confundere & tèr apertæ literæ contradicere vid. Jos. 13. 16. 25 neqve locus Jos. 13. 25. aliud *Aroer* dicit, qvàm locus Num. 32. 34. sed & *Aroer* ad *Arnonem*, unum saltem oppidulum, nullis adeò urbibus clarum fuisse, tèr falsum est. Fuit *integra ad ripam Arnonis regio*, cui nomen *Aroer*: habuit illa & metropolin Ar, & multas ad Arnonem sub se urbes filias, æqvè ut Hesbon conf. Deut. 2. 36. c. 3. 12. Num. 21. 25. Jud. 11. 26.

Concl. 8 Concedere tamen possumus Chaldæo & Abrabineli & per ערי ערער intelligere, עיר גדולה לארם כללה עיירות רבות ſ. *primariam aliqvam in Syriæ regno metropolin, sub qvâ plures erant urbes minores filiæ*, sive *ille tractus ad regnum Syriæ antiqvum* pertinuerit, sive amplificatis per bella regum limitibus, accesserit, qvomodo ipsam *Ramoth in Gilead*, amplissimo intervallo distante Damasco, etsi Geographicè regni Israelis erat, *jure* tamen *belli* Syrus & tenebat & contra Reges Jhudah & Israelis defendebat: sed & sine dubio illud *Aroer tribus Gad* tunc Syrus possedit, qvod proinde ab Assyrio ablatum, inter calamitates Syri æqvè poni poterat, uti in Massa Moab, *Hesbon*, & ille *interamnis terræ* Israelitis antehac inhabitatus, tractus *Aroer* ad Arnonem, post Israelitas ad *Moabitas antiqvos Dominos* rediit, & in horum potius Massa tunc allegandum fuit, uti allegat Jeremias: neqve patet adeò, qvomodo in illo calamitatum Israelis intervallo ille *tractus Aroeris* fuerit tunc desertus, *sine ullo exterrente*, bestiis relictus, si vel freqventissimi fuerunt per illum *copiarum Assyriacarum in regnum Israelis transitus*, vel etiam חזרו לירי מואב, prout habet sententia Hebræorum: אמתה זה שכאשר הגלה מלך אשור לר' ולגדי ולחצי שבט המנשי מעבר לירדן באו המאביים שהיו סמוכים להם ולקחו את עריהם i. e. *Post deportatas à Tiglath Philasare 2. cum dimidiâ tribus trans Jordanem, Moabitæ vicini illas urbes & terras velut qvondam suas invaserunt, & iterum insederunt* vid. sup. ad c. 15. & 16. Nec unâ Damasco absolvitur

solvitur hoc Massa, nec unâ illâ sub Rzino clade v. 1. sed & omninò Prophetia hæc formaliter prædicit futuram plagam *tùm Damascenam, tùm Ismelitieam.* Chaldæus de *Urbibus Syriæ* interpretatus vocem ערער pro appellativo habuit à radice ערה unde est Jer. 51. 58. ערֹר תערער i. e. *Nudando nudabitur.* Reddidit autem שביקן קרויהון חרבו i. e. *derelictæ erunt Civitates eorum* (Syrorum) *desolatæ* (erunt).

Concl. 9. Sed hîc qværitur 9 An illa *derelictio* Urbium Aroer in v. 2. ponatur ut supposita *in statu præsenti:* an *ut in actu futuro?* Aff. posterius contra Junii & Belgicæ versionis hypothesin. Ratio 1. positus ille m. 1. facit totum enunciatum, vid. qvæst. 7. Ita se habet in suppositione עזבות in m. 1. uti se habet תהיינה in m. 2. At hoc futurum resp. complementi. E. & per consequens hîc notatur *derelictio terræ & status, qvi demum erat in futuritione.* At illa, cujus causa Tiglath Philasar, non erat tunc ex hypothesi Junianâ in futuritione: sed jam antecesserat. E. hîc non notatur per עזבות ערי ערער; sed id applicandum esset *ad deportationem tribuum sub Salmanassare.* Cœterum nec sub *Salmanassare, Aroeris ad Arnonem* regio, & trans Jordanem olim Israelis terra, Civibus Israelitis est exhausta (qvia jam dudum id factum sub Tiglath Philasare) nec convenit, *Aroer* illud trans Jordanem situm, supponere pro *Samariâ & tribubus cis Jordanem.* E & per consequens vincit *Aroer Damascenum.* Errat adeò Tremell. ita reddens *Civitates Aroer* (jam antea sub Tiglath Philasare) *derelictæ* (posthac) (post Salmanassarem sc. deportantem residuas tribus) *erunt pro gregibus.* Qvær. 10. An illud: *Esse pro gregibus* s. לעדרים item *cubatio illa sine exterrente,* hîc ponatur ut *signum tranqvillæ pacatæq; solitudinis*, in oppositione ad *solitudinem turbatam infesto milite?* Neg. contra Junium qvem sequitur glossa Belgica, juxta qvam talis est resolutio: *Urbes illæ etsi jam Civibus exhaustæ, tamen non ita securam cubationem præstare possunt gregibus, dum adhuc transit hinc inde per has terras cum copiis Assyrius: at, ubi Salmanassar jam exportavit omnes tribus, ibi desinent illi militum transitus, & tunc securè cubabit pecus.* Status ille *gregum* opponitur *statui incolarum s. frequentiæ hominum, Urbes illas qvondam inhabitantium:* atqve adeò signum & effectus est illius עזבות ערי ערער.

Qvin

Qvin illâ Junii explicatione potuissent ante Salmanassarem esse לערים, & post illum non esse לערים. Imò ubi transitus militum, ibi magis in urbibus qværendi greges, qvàm ubi desinunt. Neqve milites transeuntes terrebunt magis armenta in Urbibus, qvàm extra Urbes. Dicas: Cubatio armentorum sine turbatore, signum tranqvillæ securitatis. Resp. 1. Est, *Si tutus bos rura perambulet*, non item, si *Urbes, Palatia, Templa, Curias, Paradisos, Vineas.* Si in eo Palatio, ubi antea sedit Princeps Damascenus, jam procumbat bos, vel asinus: & אין מחריד s. *nemo inde manu signove alio abigat, qvia nemo superest.* Igitur supponendum qvod præmisit Propheta: *Urbes Aroer ejus* (hominibus) *derelictæ.* In *Urbibus* sc. illis (non saltem erunt, *securè cubabunt*, qvod & pace & bello fieri poterat: sed ita) erunt, ut *per domos vacuas, cubilia, palatia & qvondam sacraria* jam obambulent armenta, sine suis Dominis, qvi abigere ad loca pecudi destinata possint. Ubi ita *bos perambulat*, vel eqvus, ibi signum est vel solitudinis, vel hominum, qvi se habent merè passivè, & sustinere coguntur, ut miles barbarus ex sacris sæpè fornicibus, ex Principum palatiis faciat Eqvilia. Optumè hîc consulitur experientia, ætate nostrâ bellicâ. Qvær. 11. qvid in v. 3. per Ephraim? Resp. גלות ישראל s. Israel deportatus. Qvær. 12. qvid per מבצר s. *Munitionem* in v. 3. Resp. Eminentèr qvidem *Samaria, Caput regni* Esa 7. 9. sed non exclusivè resp. aliorum fortalitiorum & urbium munitarum. Intimatur omnibus Castellis *ruina.* Qvær. 13. An rectè reddatur: *regnum cessabit à Damasco & residuo Aramæo?* Resp. Neg. non tantum prædicitur auferendum *regnum ab Aram:* sed & *auferendus ipse Aram, ut non sit populus* ita, prout ante. Reqvireretur aliàs positus: וממלכות מדמשק ושאר ארם. Qvær. 14. An rectè ita nectatur Oratio? *Residui Aram* s. *Syri erunt sicut gloria filiorum Ismelis?* Resp. Neg. Obstaculum evidens Atnach. Sensus: דמשק ושאר ערי ארם יהיו חרבות כשאר ארצות ישראל וכבודם שיחרב; i. e. *Damascus & cæteræ Syriæ Urbes erunt desolatæ, sicut Samaria & cæteræ Urbes terræ Ismelis, & sicut gloria eorum devastata* vid. *de gloriâ illâ* v. seqventi.

Concl. 10. Seqvitur Pars secunda à v. 4. ad 12. Est illa judici-

orum Dei in Israelem expressiva, cum temperamento resp. Privilegii reliqviarum. Memoratur pœna triplex: 1. qvoad propositionem est in v. 4. qvoad modificationem & temperamentum in v. 5. & 6. ubi iterum Sigillum: Dictum JHOVAH DEI ISRAELIS. Pœna ipsa est: *Potentiæ & Majestatis Jacobi* (regni X. tribuum) *stupenda attenuatio*, ita ut *pingve antea* Corpus regni Israelis sit futurum *perfectè phtificum, macrum, emaciatum.* Modificatio etsi illa jam in v. 4. à tabe s. phtisi dari poterat, explicita tamen magis in v. 5. & 6. eaqj temperata triplici simili sc 1. Assyrii ut *messoris* s. *vindemiatoris*, accuratissime Israelitas ac Syros *metentis* & magno numero deportantis (v. 5. m. 1.) 2 Assyrii (reversuri, ut abducat, qvos in feracissimâ messe superiori deportare neglexerat, vel qvi palantes effugerant, atqve adeò habituri se per modum) *Spicarum post messem collectoris*, & 3. vehementissimi *Oleæ excussoris* (v. 5. m. 2. & v. 6. m. 1.) Temperamentum illius pœnæ est in v. 6. Salus qvorundam racemorum & exiguarum numero oleæ baccarum: supererunt sc. nihilominus *racemi* qvidam: supererunt *baccæ qvædã*, etsi numero paucæ, etsi hinc inde, uti *post vindemiam & excussam oleam*, conqvirendæ, dispersæ. Notantur *reliqviæ in Israelis regno* post ultimatam illam sub Salmanassare deportationem reservatæ, qvarum numerus ex Panegyrico Catholico Paschali Chiskiæ constare potest 2. Chr. 30. 5. 6. 10 11. 18. & aliis. Finis intentus à Deo, tùm in deportatarum tribuum calamitate, tùm in corporali reliqviarum salute, est *illarum à falso* & communi hactenus sibi cum deportatis *idolorum cultu* (qvem per *altaria manu facta, lucos & subdiales statuas* s. Solis imagines vid. Lev. 26. 30. signat) *aversio*, & ad SANCTUM ISRAELIS unà cum Judæis sub regno Hiskiæ *conversio* v. 7. 8. complementum vid. 2. Reg. 18. 3. 4. 5. 6. 2. Chron. 29. 4. 5. 10. 21. 25. 29. & seqq. ac toto cap. 30.

Concl. II. Circa hanc sectiunculam qvær. 15. An v. 4 habeat *enunciatum determinatum?* Resp. Aff. contra Jun. & Trem. Accentuatio non fert ellipsin אשר. Notetur obiter oppositio duplex, una *gravitatis & gracilitatis* in כבד & דל: altera *Corporis pingvis & macrentis* s. *emacrati, tabe confecti.* Qvær. 16. An ורזה Rvlatum in v. 5. includat subjectum personale sive *Assyrium*, sive *Israelem?* Resp. Neg. Supponit impersonaliter Es wird alsdann geschehen &c. Qvær. 17. An positus קמה קצר כאסוף sit *subjecti* post *prædicatum*, cum sequelâ

qvelâ objecti, & reddendus: *Sicut colligit messor segetem?* Resp. קצירו hîc nec potest esse Nominativus Grammaticus, nec Logicus: obstat accentuatio: nec adeò significat *Messorem*. Sed ipsam *messem*. Qv. 18. An in v. 5. duo diversa comparata? Resp. Aff. unum *Messoris* & *messis* in m. 1. alterum *spicarum dispersarum hinc inde post messem colle-ctoris*. Applicatio ad Salmanassarem & Sancheribum. vid. supra & 2. Reg 17. 6. c. 18. 9 10. 13. & seqq. Qvær 19. Qvid *Vallis Rphaïm?* Resp. עמק שקצירו רע מועט ורוה i. e. *Vallis, in qvâ ægra, exigua, & magna messis*. Talis certè *Vallis* fuit *Israelis regnum* in illo spicilegio post messem. Qvær. 20. Qvorsum affixum in בסעיפיה? Resp. ad זית s. *Oleam*.

Concl. 12. Qvær. 21. qvæ Interpretatio v 5. & 6.? Resp. Damus ex consilio fontium talem: Es wird alsdann zugehen wie zur Erndte Zeit: gleich wie (dieser oder jener Schnitter) mit der einen Hand die Erndt Halmen (die empor stehende Feld- und Halmen-Früchte) ergreiffet/ und mit seinem (außgereckten) Arm (rechter Hand) die (in der lincken Hand zusammen gefassete) ähren abschneidet: (applicatio ad messem bellicam sub Salmanassare) ja es wird (auch kurtz hernach) zugehen/ wie wann einer im Krancken Thal (nach geschehener Erndte) nachstoppelt (die hie und da auff dem Feld hinterlassene ähren zusammen samlet/) daß dennoch (nach der Weinlese) eine Nachlese übrig gelassen werde (ob gleich so schlecht und gering/ daß sie sey gleich) wie ein (zuletzt) abgeschüttelter Oelbaum (daß sie sey) wie 2. oder 3. Beerlein oben in dem Wipfel (oder wie) vier oder fünff hie und da an einem Zweig des fruchtbaren (Oelbaums) hangende Beerlein: Spricht der HErr der GOtt Israel. Sensus: Superstes manebit (ab hoste Assyrio) exigua qvædam ἀλαστροφὴ Israelis, qvæ habebit instar racemorum hinc inde remanentium post *vindemiam*, & *baccarum paucarum* disparatarum *in diversis frondibus*. Qvær. 22. *Qvinam per racemationem & baccas illas post vindemiam* in v. 6. Resp. Jonathan explicuit ibidem hoc modo: כן ישתארון יחידאין צדיקיא בגו עלמא ביני מלכותא i. e. *Ita relinqventur solitarij justi in medio seculi inter regna*. Sumsit generaliter de *regno Jhudah*, uti alii de *Chukiâ* & populo ejus intellexerunt. Omninò hîc residuum ponitur post *messem* & *spicilegium*, & adeò in sensu literali re-

ctius exponitur de reſiduis ex regno X. tribuum ſeu עד הפריטים מן השבטים שבאו אל מלכות יהודה ונמרטו שמה אחרי גלות שמרון. Qvær. 23. An v. 7. & 8. habeant rationem *Conſilij*, an *Vaticinij?* Reſp. in formâ habent inſtar Vaticinii: â qvo tamen non eſt ſeparandum Conſilium cœleſte. DEUS tale Conſilium intendens, ſimul præſcivit illius tunc infruſtrabilitatem qvoad objecta particularia: atqve ita illud, qvod Conſilium DEI ſemper fuit tunc prædixit futurum. Obj. v. 7. & 8. non eſt *impletus in Iſraelitis deportatis*. Reſp. 1. impletum tamen in reliqviis. 2 In regno Jhudah & Benjam. ſub Chiskiâ vid. ſupra.

Concl. 13. Seqvitur pœna 2. *Munitionum potentiſſimarum deſolatio*, ut adeò qvæ paulò ante erant munita caſtella, ita ut illis velut *invictis munimentis* confiderent, & omne in illis robur collocarent (ערי מעוז) illa jam vix *virgultum* aliqvod vel *ramuſculum* oſtendere poſſint, extra qvæ ſint cuncta שממה ſeu *horrida deſolatio* v. 9. Temperamentum hîc eſt ipſa *Salus Virgulti & Ramuſculi*. Cauſa tantæ pœnæ ſubjicitur v. 10. m. 1. eſtq; nexus cauſalis talis: *Iſrael oblitus eſt DEI ſalutaris ſui, & PETRÆ fortitudinis ſuæ*, ſeu: Er hat GOtt den Fels ſeiner Stärcke verlaſſen/ſo hat er auch (auß gerechtem Gericht GOttes) müſſen ſeine Städte verlaſſen/und auß dem Lande hinauß. Item: Er hätte den wahren GOtt für ſein Maos oder ſtarcke Feſte halten ſollen: weil er aber denſelben verachtet/und ihm die Städte zu einer ſtarcken Feſte erwehlet/ ſo wird er auß den Feſtungen/auß den feſten Städten (המערים הבצורות) und vielmehr auß den kleinen Land-Städten (ערי הפרזות) hinauß geworffen/und dieſelbe verſtöret werden. Chaldæus expreſſit: *Dereliqviſti DEUM Redemtorem tuum, & non es recordata DEI fortis, cujus Verbum tibi fuit Adjutorium:* שבקת אלהא דפורקניך ורחרת תקיפא די מימריה בסעריך לא אדכרת. Qværitur hâc occaſione v. 24. An illud אשר עזבו מפני בני ישראל in v. 9. habeat reſpectum *ad Cananæos & bella Iſraelis ſub Joſuâ in immigratione in terram promiſſam*, ut ſit ſenſus: *Derelinqvêt Iſraelitæ à facie Aſſyrij advenientis, ſuas Urbes, uti qvondam à facie adventientium filiorum Iſraelis Cananæi fugerunt inde in Africam*, relictâ ſaltem imbelli turbâ &c? Ita Kimchi, qvem hîc videtur ſecutus noſter Lutherus, qvi videatur. Reſp. negatur. Deportatio

hîc

hîc jam supponitur, & qvalis *residui relictio* futura sit, exponitur, Nicht was sie werden verlassen: sondern was sie werden hinterlassen. *Urbes roboris ejus erunt sicut derelictio virgulti* i. e. erunt ita jam derelictæ, ut nil relinqvatur nisi virgultum. Falsum præterea sive Israelitam, sive Assyrium vacuatas incolis urbes inveniſſe. Uterqve *cædibus & deportationibus* vacuas fecit, ut relinqveretur non nisi virgultum. Imposuit imprimis positus מפני בני ישראל, qvi videtur esse superioritatis: Cœterum מפני aliqvando simplicem saltem finem & causa importat sine tali resp. *Superioris* vid. Gen. 36. 6. 7. Exod. 9. 11 Job 37. 18. Obj *Finis ille, propter Israelem relinqvere virgultum, non est intentus ab Assyrio.* Resp. est tamen intentus à DEO: Sufficit propter Israelem id factum: neqve in fontibus est subjectum explicitum.

Concl. 14 Pœna tertia, qvæ est: *Operis etiam hactenus benedicti, culturæ terrestris etiam ingeniosissimæ, & laboriosissimæ finalis maledictio*, occasionaliter est in v. 10. m. 2. & v. 11. m. 1. formaliter in v. 11. m 2. in vocibus: נר קציר ביום נחלה וכאב אנוש de qvibus cum incredibilis sit Interpretum controversia, simpliciter interpretamur à m. 2 v. 10. *Propterea* (utut) *plantaturus sis, plantas amœnissimas, utut etiam palmite extraneo* (à peregrinis oris sumtuosè adducto) *conseveris illud: licet illo ipso die, qvo plantasti, jam curaveris* (magnâ arte ac labore) *ut exorescat* (adoleseat) *& feceris ut* (altero) *mane semen tuum efflorescat* (licet hactenus omnia ex voto feliciter successerint, & benedicta visa sint, tamen tandem succedet maledictio: sc. nihilominus) *commotio illius tuæ* (plantationis) *messis, erit in die qvo eris ægra* (extremâ illâ afficieris plagâ) *& dolor lætifer* (desperatus, lethalis) Paulò aliter Kimchi qvi (qvomodo & Chaldæus hoc posterius expressit per: עוברין מקלקלין אפגית i. e. *Multiplicasti opera perversa*) per *plantationem* intelligit cultum veri DEI, & per *palmitem extraneum* cultum idololatricum. Videndum an defendi possit lectio נַחֲלָה cum non desint Codd. qvi legant נַחֲלָה qvomodo Vulg. per *hæreditatem* expressit. Nobis יום נחלה est יום חורבן וגלות s. *dies desolationis & deportationis:* & adeò opponitur dies נַחֲלָה s. *dies hæreditatis, qvo Israel qvondam immissus in hæreditatem*

reditatem, huic יום נחלה qvo jam jubentur veteres migrare coloni & fit dies morbi. De cœtero si qværatur, qvare *plantæ & sementis* mentionem faciat, respondent Hebræi: הצמח צמח בני ארכים מנטיעת ובזריעה i.e. *id qvod à terrâ operâ humanâ progerminat excrescit vel per sementationem, vel per plantationem:* Si qværas, qvare plantandi verbo utatur in genere fœminino, seminandi autem in genere masculino v. 10. Resp Kimchi כן דרך הפסוק כשיורבר לעם פעם ברשון זכר וזו כנגד עם ופעם בלשון נקבה והיא כנגד הכנסת i.e. *Ubi de populo loqvitur Scriptura, utitur liberè gen. masc. & fœminino.*

Concl. 15. Succedit deniqve pars tertia *de Hostibus Ecclesiæ & in specie Assyrio.* Repræsentantur illi hostes 1. *ut habent se activè* ferociter agendo *in Israelem & ei inferendo dolorem illum mortiferum* (de qvo paulò ante dixerat) unde illa *Sympathia Prophetica* in v. 12. qvi non tàm Prophetæ nationi Assyriacæ comminantis, qvàm vices populi sui dolentis, in qvem sc. tanto tumultu nationes hostium irruent: Exclamat ergò Propheta: *Heu personantiam populorum multorum: sicut personant maria, personabunt: Et* (iterum, *Heu*) *tumultum nationum: sicut tumultuantur aqvæ validæ, tumultuabuntur.* Repræsentantur 2. *ut habent se passivè* v. 13. Sc: *Tumultuentur licet nationes, sicut tumultuantur aqvæ multæ:* (at in illo ipso tumultu dum ita perstrepunt) *illum* (Assyrium, Deus) *increpabit ut fugiat qvàm longissimè: imò agitabitur, sicut gluma montium coram vento, & sicut rota coram turbine* (fugâ subitâ ac repentinâ *Angelo JHOVAH etiam fugaces persequente* vid. Ps. 35. 5. Rex Assyrius sese subducet) v. 14. *Tempore vespertino* (misso in nocte qvæ à vesperâ præcedentis diei incipit & in diluculo subseqventis desinit, Angelo Jhovah in castra Assyrii) ECCE TERROR: *cum nondum illuxit manè* (jam sc. cæsis 185000 & aliis fugâ dilapsis) NEMO ADERIT vid. 2. Reg. 19. 35. ubi & noctis & mane illius explicatio. 3. *Ut habent se paradigmaticè* s. qvatenus exemplum exemplorum suppeditant, *Deum ab hostibus Ecclesiæ tandem pœnas sumere, ipsam autem Ecclesiam triumfalitèr vindicare:* Unde jam illud Epinicion Sanctorum & Epiphonema triumphale, in qvo desinit hoc Massa v. 13. m. 2. *Hæc est pars proculcantium nos, & sors diripientium nos.*

Qvoad membrum 2. confer historiam notam ex 2 Reg. 19. 35 2. Chr. 32. 21. Isa 37. & 38.

PARTIS II. ISAIANÆ
ORATIO V.

Concl. 1.



Rationis hujus in c. 18. etsi ob breviarium tùm argumenti Æthiopici, tùm supplicii, & Scopum Vaticinii, qvi est *Sionis vindicandæ* gloria, sed & ob Sigillũ c. 20. non inscriptæ MASSA, argumentum licebit appellare MASSA CUSCH Prophetiam qvæ bellũ denunciat *Æthiopiæ*. Tituli MASSA non præpositi ratio, jam allegata. Sed hic grande statim bellum de Geographiâ *populi illius*, cui hîc dedicatur, & intellectu adeò versus 1. & 2. qvibus expeditis, hactenus PAX. Habetur in fontibus, præcisâ nunc punctatione, ex qvâ nec bellum hic, nec dubio Consilium petitur, ita: 1. הוי ארץ צלצל כנפים אשר מעבר לנהרי כוש׃ 2. השלח בים צירים ובכלי גמא על פני מים לכו מראכים קלים אל גוי ממשך ומרט אל עם נורא מן הוא והלאה גוי קו קו ומבוסה אשר בזאו נהרים ארצו׃ Qvæstio sc. hîc expedienda 1. Qvænam *terra* & *gens illa*, qvæ *versu primo & secundo* adusqve *Regem Segolta* describitur? 2. An *gens* qvæ describitur in v. 2 post Regem Segolta, sc. qvod sit *gens distracta, depilata, populus terribilis* &c sit eadem cum illâ, qvæ notatur v. 1. & 2. per 4. Characteres? an verò sint *illæ discretæ gentes*: unde consequenter expeditur dubium 3. An instructio illa *Legatorum celerum*, qvæ memoratur v. 2. facta ab ipso DEO, (intimante Propheta, & qvocunqve sive belli illis denunciandi, sive Evangelii illis afferendi respectu) *legante ad illam gentem?* an *facta à gente*, qvæ describitur v. 1. & 2. adusqve Regem (*) *ad illam gentem depilatam*, qvæ designatur v. 2. post Segolta?

Concl. 2. Qvæstio prima decidenda ex 4. Characteribus, qvos in v. 1. & secundi versus territorio primo ita expressit noster Lutherus: Weh dem Lande (1) das unter den Segeln im Schatten fähret/

(2) disseits den Wassern des Morenlandes/ (3) das Bottschafften auff dem Meer sendet (4) und in Rohrschiffen auff den Wassern fähret. Addit Glossa: Das Land liegt zwischen Egypten und dem roten Meer/ die man heist Trogloditen/ Egyptier/ Araber/ Ismaeliten/ ein wüst/ wild/ räubisch Volck/ die sich auch rühmen/ daß sie von Räuberei und Frevel sich nehren sollen. Versio Belgica: **Wee den Lande (1) dat schaduwachtig is aen de frontieren (2) dat aen de Zyde der rivieren van Moorenland is (3) dat Gesandten sendt over de Zee/ (4) ende in Schepen van Biesen op de Wateren.** Intelligit Æthiopas, vel, uti habent verba ejus: **de Mooren der Egyptenaerß Nabueren ende Bundt-genooten.** Jun. & Trem. *Væ terræ* (1) *umbrosæ oris*, (2) *quæ est secundum flumina Æthiopiæ*, (3) *quæ mittit per mare Legatos*, (4) *& instrumentis scirpeis per superficiem aqvarum.* Intelligit Æthiopiam sub Ægypto, inclusâ Meroe, in qvâ regnaverit Candace. Vatabli edit. *Væ terræ* (1) *inumbranti alis* (2) *quæ est trans flumina Æthiopiæ*, (3) *quæ mittit per mare Legatos* (4) *& in navibus junceis super faciem aqvarum.* Vulgatus: *Væ terræ* (1) *Cymbalo alarum* (2) *quæ est trans flumina Æthiopiæ:* (3) *quæ mittit in mare Legatos* (4) *& in vasis Papyri super aqvas:* ad qvam versionem Hieronymus: *Significat sive NO, Ægypti Civitatem, quæ nunc Alexandria dicitur: sive Ægyptum ipsam*, & paulò post: *Ipsa est enim terra, quæ est trans flumina Æthiopiæ*, i. e. *trans rivos Nili fluminis, qvem de Æthiopiâ in Ægyptum fluere nemo dubitat.* Drusius, non improbato Vulgato, addit: *Significat*, (videtur qvidem certè) *Ægyptum: nam inter eam & Judæam media erat Arabia Chusæa, qvam Interpretes Æthiopiam vocant, de qvâ Esaias intelligendus.* Græci Interpretes Οὐαὶ γῆς (1) πλοίων πτερύγων (2) ἐπέκεινι ποταμῶν αἰθιοπίας· (3) ὁ ἀποστέλλων ἐν θαλάσσῃ ὅμηρα. (4) καὶ ἐπιστολὰς βιβλίνας ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Naves illas scirpeas vocat *Epistolas Papyraceas*, tùm qvod ipsæ, tùm qvod in illis Legati mitterentur ad expeditiones regni, atqve adeò essent *Naves tabellariæ*, leichte Post Schiffe: dubium tamen, annon epistolas chartaceas intenderit Interpres. Papyrus enim junco contradistingvitur in Massa Ægypti.

Concl. 3. Chaldæus: וי ארעא דאתן לה בספינן מארע רחיקא וקלעיהון פריסן כנשרא דטאם בכנפהי דמעבר־לנהרי הודו·

הודו. Putat Drusius, Chaldæum per *Indiam* reddidisse vocem *Chus*: Cœterum הודו Chaldæi per Æthiopiam expressit Ar. Montanus reddens: *Væ terræ, ad quam veniunt in navibus de terrâ longinquâ, & vela eorum extensa sunt quasi aquila, quæ volat alis suis, quæ est trans flumina Æthiopiæ.* Locus est in Zphaniah c. 3. 10. qvi videtur magnam præsenti Isaiano afferre lucem. Verba Prophetæ sunt: מעבר לנהרי כוש עתרי בת פוצי יובילון מנחתי i. e. *E regionibus, quæ trans flumina Æthiopiæ, Atharai filia* (gens) *Phusai adducent munus mihi:* qvamvis illas qvoqve voces, non *pro propriis gentium in transfluviali Æthiopiæ tractu habitantium:* sed pro *appellativis* habere liceat, ut idem sint qvod: *Supplices mei, filia dispersorum meorum:* imò qvæsitum, an non *Casu accusandi* rectiùs exprimatur, qvàm *nominandi?* sc. *E regionib⁹ qvæ trans flumina Æthiopiæ, supplices meos filiam dispersorum meorum* (i. e. ipsos Judæos dispersos per loca, qvæ sunt trans flumina Æthiopiæ) *adducent munus mihi:* qvod posterius, & nostro qvidem judicio rectè secutus Lutherus expressit: Man wird mir meine Anbeter/nemlich die zerstreweten von jenseit dem Wasser im Morenlande/ herbringen zum Geschencke. Præivit jam olim Jonathan reddens: מעבר לנהרי הודו ברחמין יתובון גלות עמי דאתגליאה ויהון מיתן להון הא כקורבני i. e. *E transfluvialibus partibus Indiæ per miserationes revertentur exules populi mei, qvi deportati fuerant, eosq; adducent velut munera.* Respectus loci ad tempora N. T. & complementum in JESU NAZARENO moriente Ὑπὲρ τοῦ ἔθνους· καὶ οὐχ ὑπὲρ τοῦ ἔθνους μόνον· ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν, Joh. 11. 52. Exemplum Pentecostale insigne Act. 2. 5. 8. 9. c. 21. 20.

Concl. 4. Patet *divortium sententiarum* in qvæstione primâ, & an verè scripserit Rabbinus: הפרשה הזאת פירשוה הנוצרים על מלך מצרים שהיה שלח מלאכים למלך ישראל להבטיחו שיהודה בעזרתו כנגד מלך אשור ולא היה כן אמנם אחרני חכמיהם הודו ולא בושו שהכתובים לא יסבלו הפירוש ההוא ופירשו איתם עשרת השבטים שהגלה סנחריב וג' שהם שלחו מלאכים בזמן בית שני לדעת מה נעשה מבני יהודה וגם זה אין אמרים שיתישבו הכתובים: i. e. CHRISTIANI *exponunt*

ponunt hanc Pharaſcham de Rege Ægypti, qvi Legatos ad regnum Iſraelitarum miſerit, eidemq; belli à ſe Aſſyrio inferendi & adjutorij contra communem hoſtem bellici fidem fecerit: cæterum poſteriores ſapientes illorum, non verentur confiteri expoſitionem illam à textu alienam: qvi proinde malunt exponere de decem tribubus, qvas deportavit Sancheribus, qvi miſerint ſub templo ſecundo nuncios ad percontandum, qvid factum ſit tribui Jhudah ſ. qvæ ejus in antiqvâ terrâ conditio: ſed etiam hunc ſenſum velut parum ſolidum ſ. conſtantem Scripturis fatentur. Reſpectum *Iſraelis ruentis, ad Ægyptum fuiſſe*, certum per 2. Reg. 17. 4. & licet hoc nomine non abſurdus planè ſenſus ſit, tamen nolumus vel illi, vel poſteriori ſententiæ (qvam an bonâ fide allegaverit Rabbinus, nunc non inqvirimus) patrocinari: neqve bellum hîc Chriſtianis objicere opus habebat Rabbinus, qvi domi videbat *grande Schiſma* מבקשי עמו qvos vocat, ſeu *Expoſitorum in ſuo populo*: de qvo alibi.

Concl. 5. Sic qvod ad alteram qvæſtionem attinet, de diverſis gentibus e. c. Æthiopicâ & Aſſyriacâ, vel Æthiopicâ & Iſraeliticâ, & qvidem diſcretis per *modum mittentis nationis, & illius ad qvam mittitur legatio*, ita ut e. c. *Æthiops* ſit Orator ille in v. 2. *mittens per mare Legatos*, eosdemq; conceptis verbis inſtruens: *Ite Angeli veloces* &c. (uti Vulg.) illa autem *gens diſtracta* &c. ſit ſive Aſſyria, cui ab *Æthiope* per Legatos bellum decernatur, ſive Iſrael, cui ſubſidium bellicum ab Æthiope contra Aſſyrium promittatur, explicant *Junius*, *Vatabl.* *Pagninus*, juxta qvos proinde Imperativus ille: *Ite* v. 2. eſt Regis *terræ & gentis illius* qvæ deſcribitur v. 1. atqve adeò *alia gens* ad qvam *legantur nuncij*. De diſcretis qvidem gentibus alii: *ſed ita ut inſtructio Legatorum non fiat à gente ad gentem: ſed à DEO contra gentem* v. 1. e. c. *Æthiopas & Ægyptios, advocante gentem illam deſcriptam* v. 2. ſ. Aſſyrios, ita ut per hos puniat illos, ſive jam illa mutatio fiat in v. 2. demum poſt Segolta, ſive à voce ſtatim primâ, ita ut ille משלח intelligatur ipſe DEUS. Vid. Gloſſ. Belg. verſ. *At de unâ eademq; gente* v. 1. & 2. ita ſc. ut poſt *Segolta*, ſit Orator DEUS *jubens Legatos ire ad eandem gentem*, qvam uterqve verſus deſcripſerat e. c. *ſive* ut nomine DEI *illis Æthiopibus*, bellum jamjam inferendum per Aſſyrium intimarent, *ſive* ut illos ad Eccleſiam & veri

& veri DEI cultum vocarent, intellexit *Lutherus*, *Vulgatus*, idq; contra superiores defendit in Animadvers. Biblicis *Ludovicus de Dieu*.

Concl. 6. Ponimus Conclusiones, unde, qvid, arbitrio nostro, tutissimum, constare possit. 1. *Terra illa & gens* qvæ notatur per הוי ארץ *non determinatur per Characterem primum* s. צלצל כנפים, utcunqve utramqve interpreteris vocem, sive *ex Usu plurali biblico*, per *Cymbalum alarum militarium*, ita ut notetur gentem illam cum sonitu, cum plausu, & tinnitu ad bellum procedere, vel etiam alarum suarum bellicarum confœderatione, magnos strepitus & magnas spes aliis facere, cum tamen revera sint futuræ κύμβαλον ἀλαλάζον, sive per *Obscuritatem alarum militarium* s. castrensium, ita ut subtilis expansis, & in amplum diductis qvasi lateat & obscuretur illa terra, eo modo qvo de terrâ Immanuelis jam supra c. 8. 8. idem fere dixerat, & qvo sensu כנף שקוצים memorat Daniel s. *alas militares Romanorum abominabiles* (Judæis sc.) c. 9. v. penult. conf. Matt. 24. 15. & Luc. 21. 20. Imò sive dicatur *umbrosa* לרב הספינות שבה i. e. *propter multitudinem navium*, uti vult post Chaldæum & Græcum Kimchi: Sed & perinde, sive dicatur *Cymbalum alarum*, in resp. ad vela navium. Solitos enim *Ægyptios* (eadem ratio Æthiopum propter communem fluvium Nilum) *tintinnabula velis appendere, in qvæ alacres spirantes auræ leniter ea concitabant, qvo motu dulce ad modum ac suave auribus modulamen continuè resonabat* notatum ab Eqvite Germano, qvi αὐτόπτης in peregrinatione & navigatione Nili talia vidit. Videatur ille Baumg. l. 1. c. 6. p. 39. sive לצל ההרים הנמצאים בגבולה i. e. *propter montes maximos & opacissimos, qvibus in termino undiqve sit circumclusa* uti post veteres Hebræos vult Junius: sive ita dicatur מצאת האילנות הגבהים s. אשר עד הנהרות *propter sylvosam provectæ proceritatis arborum ad ripas fluviorum multitudinem, unde illæ umbræ*, qvod placet Abrabineli provocanti hic & ad *Portugalliæ experientiam* & ad ספינות הכצרים s. *Naves Christianorum*. Omnia illa in *Indiâ*, *Assyriâ*, *Arabiâ* (alicubi) *Æthiopiâ* licebat invenire: neqve ergò hactenus est *gens* determinata. Ponimus 2. *Characterem 3. & 4. non determinant gentem à priori*. Pro-

batur qvà 1. *Missio Legatorum per mare*, non erat uni soli proprium: Sed multis regnis competere poterat: qvà 2. Datis talibus *epistolis* s. *navibus tabellariis*, sive *papyraceis*, s. *scirpeis*, si inqviratur, qvæ natio proceras habeat & crassiores arundines, certabunt Asiatici & Africani Australes. In *Zeilan* tàm *capaces arundines*, *ut ex iis parent Monoxyla, sicut apud nos è populo: sed & lanceas ex iisdem conficiunt, & in regno Pegu remos & malos Myoparonum, qvod minore miraculo fieri*, notat Scaliger exerc. 176. *cum septenum pedum ambitum æqvare ibi certum sit. In regno Tombut, qvod est Æthiopiæ occidentalis, agreste fœniculum ad eam provehitur magnitudinem, idq; roboris nanciscitur, ut ab incolis ex eo stipite arcus fiant.* Ita scil. l. alleg. sed & de Ægyptiis testis Lucanus: *qvà tenet omnia Nilus. Conseritur bibula Memphitis Cymba Papyro* & Virg. 4. Georg. *Pellæi gens fortunata Canopi, accolit effuso stagnantem flumine Nilum, & circumpictis vehitur sua rura phaselis:* de Æthiopibus verò nullum ex Geographiâ dubium.

Concl. 7. Ponimus 3 *Character secundus Geographicus determinat.* Probatur ex אשר qvæ sc. *terra* est מעבר לנהרי כוש: atqve adeò aliter paulò se hîc habet ille positus מעבר, qvàm vel in superiori *parallelismo Zphaniæ*, vel etiam in positu Num. 32. 19. לא ננחל אתם מעבר לירדן והלאה, imò ne qvidem se habet, velut positus מעבר לירדן יריחו Num. 22. 1. (alia sc. ratio *unius fluvij proprio nomine expressi* & ad *unam urbem* relati, qvàm *fluviorum* & qvidem *attributorum amplissimis regionibus Chusæis*) Errant adeò qvi exclusivè ultra & trans Chusæam ejusq; fluvios ponunt illam terram, ita ut non sit *Chusæa*: sed *trans*, idq; vel resp. *Arabiæ*, ut dicatur *trans Arabiam*, uti vult Drusius, vel *trans Chusæam* i. e. Æthiopiam Africanam qvod voluit Hieronymus, ut ita sit Ægyptus media inter Arabiam & Æthiopiam, & adeò diverso respectu plagarum *trans utramqve*. Ponitur in fontibus *interfluvialis Chusæa*, atqve adeò Chusch includitur: nec Fluvii *illi* ponuntur *terminatores illius terræ*, ita ut post illos demum vel incipiat, vel desinat: sed ubi כוש, ibi & נהרי כוש: ibi & terra illa צרצל כנפים. Datâ ergò Chusæâ, datur illa Geographia, vel *nulla* hîc certa determinatur *terra*, qvia ultra *Arabiam*, non sola *Ægyptus*, nec hæc sola *cis Æthiopiam*. Hoc suppositio, concludimus

cludimus 1. *Cusch h. l. non est Ægyptus, neqve hic agitur de Ægypto.* Ratio 1. כוש & מצרים disparata, distinctarum gentium capita. At *Mizraim* AEgyptus. E. non כוש. Ratio 2. Nunqvam in sacris כוש *Ægyptus.* 3. *Massa Ægypti inscriptum* demum est c. 19. Adde: Nulla ratio talis periphraseos pro Ægypto nominatissima in sacris regione. Concludimus 2. *Nec Cusch, nec terra interfluvialis Chusæa est India, & regio Assyriaca, vel Arabia inter Persicum & rubri maris sinum sita:* sed Æthiopia Africana, Ægypto vicina & meridiana. Probatur 1. כוש in sacris nec India, nec Assyria. 2. nec *Euphrates* nec *Ganges* dicuntur ullibi *fluvij Cusch.* 3. Massa Assyrii antecessit. 4. *Cusch* hic non sumendum sive in ampliatione Arabicâ, Mosaicâ, Gen. 10. 6. qvia illa discernitur nominibus in v. 7. sive in notione Geographicâ Paradisiacâ Gen. 2. 13. ubi denominatio Cusch mediata.

Concl. 8. Qvia sc. *tres Arabiæ* filiorum Cuschi, qvorum veniunt nomine, vid. Gen. 10. 7. hinc, uti superiore disputatione ostendimus Damascum, vel Syriam Damascenam, & *Aram*, & Arabibus qvoqve à Semo, Patre Aram, שאם dici, & à Mose in *Paradisi antiqvissimâ Geographiâ* Arabia generali nomine *Cusch* notari poterat, & sic *Regina Austri* itinerario Hierosolymitano sub *Salomone* celeberrima, licet dicatur Regina *Schbba*, nihilominus כשבא dici poterat 1. Reg. 10. 1. etiamsi *Schbba* ponatur in *Arabiâ* Asiaticâ, etsi præstat illud tunc dare in meridionali Africâ, & dicere, illam fuisse Chusæam Schabæam seu *Æthiopissam*, potiùs, qvàm Asiaticam Arabem, talis sc. qvalis illa, *Candace* cujus Dynasta Confessor Evangelicus celeberrimus in Actis c. 8. 27. & seqq. Ita Uxor Mosis כושית Num. 12. 1, etsi Arabs, & hoc sensu, *Moses* in *Æthiopiâ* Contemplator, Ambrosio & Basilio M. in hexaemeris. Scil. omnis *Schbbæ* dici potest *Cusch*; sed non contra: at Propheta determinaturus *Chusæam*, non intendit vel universam *Arabiam*, vel regionem Arabicam Asiaticam. 5. Ita sumendum כוש in c. 18 Isaiano, prout in c. 20. & *qvæ gens* sub titulo הוי ארץ notatur in c. 18. illa *sub titulo* כוש venit in c. 20. Atqve *Æthiopiæ Africanæ* (an alicubi parte sui nominis transcenderit *Sinum maris rubri*, non inqvirimus) Ægypto vicina & confœderata &c. E. Ratio conseq. Caput 20. est *qvasi Sigillum* in qvo per modum *recapitulationis* copulantur, velut ab uno hoste eodem tempore

pore jamjam puniendi, *Ægyptij* & *Æthiopes*. E. uti Ægyptii ibidem non sunt alii, nisi qvorum *Massa* est in c. 19. ita *Æthiopes*, ibidem non alii, qvàm qvorum *Massa generale* in c. 18. atqve adeò & hîc כוש sunt *Æthiopes*, & *Æthiopia*. 6 Ubi autem *illi fluvij* in Arabiâ desertâ, qvos in Sinum Arabicum sive nullos, sive pauciſſimos & nullâ magnitudine conspicuos influere, Geographorum consensus est: cum contra Æthiopia infra Ægyptum & lacus immanes (qvalis ille ad *Lunæmontes* cui nomen *Zaire* 120. milliarium longitudine, & insularum pluralitate, & fontibus Nili nobilis) & *fluvios ingentes*, qvalis *Nilus*, tàm Æthiopiæ (in qvâ & fontes habet & alveum insignem) qvàm Ægypti fluvius, *Cuama*, *Zaire*, *Niger*, ostendat. 7. Prophetia Isaiana in hâc inprimis parte, qvæ MASSA propinat regnis, qvoad gentes inscriptas & respectum habet ad illas nationes, qvæ sive vanâ confœderationis suæ fiduciâ sive calamitate bello illatâ nocuerunt Israeli, & qvorum memoria in annalibus sacris (qvos libros Regum & Chronica vocant) At illos qvoqve fuisse Æthiopas illos Ægyptiis in Africâ vicinos, dubium nullum, per textus 2. Chron. 2. 3. c. 14 9. sed & qvod plane ad rem facit Isa. 37. 9. 2. Reg. 19. 9.

Concl. 9. Omninò ab *Æthiopibus & Ægyptiis* bellum indictum *Regi Assyrio*, cum hic post 10. tribus jam deportatas, funus pararet Sceptro Jhudah sub Rege Chiskiâ, & ad illos Reges velut potentiores, qvicqvid sit de Hiskiâ, principalem fuisse Judæorum multorum illo tempore, respectum, & placuisse *Confœdemtionis cum illis* contra *communem hostem* Consilium, tum ex locis allegatis, tùm ex Isaiâ c. 20. v. ult. solidè probatur: ut dubium non sit, qvin qvod eodem tempore publicavit, Propheta Massa, idq; sub nomine כוש, ad eundem Æthiopem pertinuerit: conf. etiam Zphanias c. 2 12. c. 3. 11. Concludimus *pro Æthiopiâ*, an autem *Abassinorum?* de cujus ampliſſimi inter Tropicos in Africâ regni, ejusdemq; religione Christianâ (mixtis alicubi ex Judaismo veteri ceremoniis, qvas unà cum religione Judaicâ Reginæ suæ ad Salomonem qvondam pretioſiſſimè peregrinanti 1. Reg 10. 1. uti Christianismum Eunucho *Dynastæ AEthiopi Baptizato à Philippo* vid. Act. 8. 27. imputant) & majestate, videantur Fr. Alvarez in Itinerario c. 80. 81. & seqq. &

Zaga

Zaga Zabo Episcopus Abassinus in Confess. Scalig. lib. 7. de emend. temporum: sed &, qvi hîc non tacet, Atlas? Sanè, & *Cusch* illis temporibus, in Africâ amplissimum, & multarum gentium, multorumq; nominum fuit (ne qvis illam *solâ Æthiopiâ sub Ægypto cognominatâ* limitare audeat) & ipse Æthiopiæ titulus in multas diffunditur nationes. *Æthiopes*, verba sunt Pomponii Melæ l. 1. c. 4. *& reliqva Africæ* (post Nigritas) *& totum latus, qvod meridiem spectat, usqve in Asiæ confinia, possident.* Idem, post Sinum Arabicum l 3 c. 10. *Æthiopes*, inqvit, *ultra sedent.* Meroeni *habent ternam, qvam Nilus primo ambitu amplexus, insulam facit. Apud Æthiopas Automolas plus auri, qvam Persis est: Ideò, qvod minus est, pretiosius censent, ære exornantur, auro vincula sontium fabricant.* Idem: *Ultra simum mons altus, cui nomen Deorum vehiculum: nocte crebri ignes micant, & veluti castra latè jacentia ostenduntur, crepant Cymbala & tympana, audiunturq; tibiæ sonantes majus humanis. Tunc rursus Æthiopes, nec tam dites, ut hi, qvos diximus* &c. Neqve tacendus Polyhistor Sol. c. 34. *Niger, qvo dividuntur Æthiopes, papyro viret, calamo prætexitur:* meminit idem *Æthiopas Garamanticos, Nomadas, Syrbotas, Pamphagos, item Æthiopas Macrobios, qvi justitiam colant, ament æqvitatem, plurimum valeant robore, præcipuâ deceant pulchritudine, ornentur ære, auro vincula faciant noxiorum.* Addit: *Nomen Æthiopum latè patet: In parte Africanâ, qvâ Meroen videt Libya, plurimæ eorum sunt & variæ nationes.*

Concl. 10. Audiendus qvoqve Seneca, qvi in suâ Nilographiâ Æthiopiam non tacet: *In parte Ægypti, qvæ in Æthiopiam vergit, aut nulli imbres sunt, aut rari: Nilus, egressus Æthiopiam arenasq; Philas prælabitur.* Idem: *Æthiopiam ferventissimam esse indicat hominum adustus color, & Troglodytæ, qvibus subterraneæ domus sunt. Saxa velut igne fervescunt, non tantum medio: sed inclinato qvoqve die: ardens pulvis nec humani vestigij patiens: argentum replumbatur.* Ita Seneca, qvorum in hâc materiâ usus, etsi Seneca ex illâ fervorum Æthiopiæ hypothesi, malè, qvoad Nili fontes, oppugnavit Anaxagoram & antiqvos alios. Pronunciamus adeò pro Æthiopiâ & in כוש & in terrâ qvæ dicitur esse non מעבר כוש: sed מעבר לנהרי כוש. Opus tamen haut est, ut hic omnes *Æthiopum nationes Africanæ* in-

 telligantur:

tellígantur: Sufficiunt *Ægyptiis proxumæ:* omninò enim *hi AEthiopes & AEgyptij* tunc confœderati egerunt bello contra communem hoſtem Aſſyrium: neqve ulla ratio, qvare ſtatuantur hîc ſive *AEthiopes Domini AEgyptiorum,* ſive hi, Domini illorum. De AEgypto, caput ſeqvens. Hîc de AEthiopiâ. Rejicimus alias expoſitiones, tùm qvas allegavimus, tùm qvas tacuimus, qvalis illa nonneminis qvi *de Americis & Hiſpanorum in illis expeditionibus ſ. navigationibus* ſub Columbo & aliis Argonautís nuper expoſuit. Nihil hæc expoſitio habet, qvo ſe defendere poſſit.

Concl. 11. Ponimus 4. הוי in titulo hujus Prophetiæ reſp. terræ illius, cui alligatur, non eſt Evangelicum: ſed oneroſum & imminentis ſupplicii monumentum: atqve adeò non eſt ſimplicitèr לשון קריאה ſ. habens ſenſum advocandi: ſed לשון יללה ſeu ejulandi. Probatur ex *inductione illius* הוי in titulis Propheticis vid. c. 28. 29. & ſeqq. & *ſilentio Evangelico* pro illa gente. Errant adeò qvi reſpectu illius ארץ צלצל כנפים hîc *invitationem ponunt Evangelicam vel Apoſtolicam,* tempore N. T. adimpletam. Judaici complementum ponunt *in diebus Meſſiæ.* Ita Kimchi: אחר שזכר הישועה בימי חזקיהו סמך עליה הישועה הגדולה העתידה בימות המשיח i. e. *Poſt mentionem ſalutis illius, qvæ parta Iſraeli temporibus Chiskiæ, procedit Propheta ad mentionem magnæ illius ſalutis, qvæ futura eſt in diebus Meſſiæ.* Ita Raſchi, Kimchi, Ab. על קבוץ גליות i. e. *de noviſſimâ Congregatione captivatarum tribuum,* qvæ fiet בזמן גאולה ſ. בעת הישועה בבא הגאל *in die ſalutis, & advenientis Redemtoris.* De his, qvid ſentiendum, alibi in exam. Char. 9. Ponimus 5. השרח *in v. 2. referendum ad ſubjectum verſus primi,* atqve adeò כוש השלח ſ. *Cuſch, AEthiopia, ejus* ſc. *Rex, eſt qvi mittit Legatos.* Probatur ex ſeqvelâ evidenti ſine mutato ſubjecto. Ponimus 6. Orator *ad Legatos veloces* poſt *Segolta* v. 2. non alius eſt, qvàm qvi *ante Segolta* determinatur, ut *ablegator nunciorum per mare, & fluvios,* atqve adeò alia gens, ad qvam *mittuntur Angeli veloces,* alia *qvæ mittit,* neqve *mittit* niſi gens illa, qvæ in v. 1. ſed nec qvi mittit, mittit ſive intimaturus vel excidium vel bellum, ſive advocaturus ad prælium, ſive vocaturus ad Chriſti regnum, & eo fine ablegans Evangeliſtarum exercitum:

ercitum: sed *genti* & propter antiqvam celebratamq; toto orbe majestatem reverendæ, & propter hostium Assyriorum tyrannidem qvam passa est, vel ex commiseratione juvandæ seu defendendæ, *promissurus fœdus & subsidium sociale bellicum*: qvæ proinde *gens* ad qvam jubentur ire *nuncij*, juxta nos, est *Judaica*, non excluso respectu ad illos, qvi tunc ἐν Διασπορᾷ & tribuum deportatarum reliqviis. Patet qvam adversariam in superioribus tangat hæc Conclusio 6. qvæ fundatur in Orationis & accentuationis seqvelâ, mentione *& mittentium & ipsorum missorum* antecedenter explicitâ (ubi proinde *gens ad qvam* erant ab illis hi *mittendi*, non erat tacenda, nec opus fingere *ablegatorem*) in illius gentis ut satis jam debellatæ & vastatæ descriptione patheticâ, & ad solum Israelem applicatione legitimâ. Qvi sc. in tali erant statu, in qvali illa gens ponitur, in miserabiliori statu erant, qvàm ut illis tantâ Legatorum pompâ bellum indiceretur, & hoc ipso Væ legitimè denunciatum confirmaretur. Ellipsi tamen לאמר hic non opus. *Ablegatio* in voce 1. notata consignificat *formulam*. AEthiops adeò (complementum in Tirhakah *Rege AEthiopum* jam supra notatum) hîc repræsentatur mittere Legatos *ad aliam gentem* sc. Judaicam, confirmaturus illos contra Assyrium & contestaturus in illum hostem commune sibi bellum.

Concl. 12. Instructionis formula est: *Ite nuncij veloces, ad gentem distractam* (magnis tribubus deportatam, reliqviis dispersam) *& depilatam* (per Assyrios exhaustam & miserè afflictam) *ad populum* (ob veterum admirandorum majestatem) *reverendam ex illo loco & ultra* (i. e. qvæ & domi & ultra toto orbe, magnificum tremendum & venerabile nomen sustinet: barbis sanè barbaris & φοβερῷ terribili non absolvitur hic titulus) *gentem lineæ, lineæ* (s. delineationis & Geographicæ & Politicæ qvondam admirandæ & collineationis hostium ferocissimæ, qvi in illam velut ad lineam sibi fixam & conceptaculum confluunt) *& conculcationis* (passivæ) *cujus terram fluvij* (validi hostes Assyrii, Syri &c. vid. Isaiæ c. 8. 7. 8.) *spoliarunt* (diripuerunt) Nihil hîc qvod non in Israele: vid. Isa. 42. 22. 24. & hoc ultimum magnum pro hâc sententiâ argumentum. Uti in Aethiope magnificentiæ, & ostentationis Characterem, qvatenus Protector Sceptri Jhudah, in qvo velut defensore sese efferrent Judæi, videri voluit, agnoscimus

(conf. c. 20. v. 5.) ita Orationem hanc, qvoad titulos gentis, superbam admodum, insolentem, cui odii & contemtus conciliandi gratiâ, talia tribuat Epitheta, dicere nolimus. Legitimatur Oratio tota in statu Israelis, & absolvit Aethiopem.

Concl. 13. Sed *qvid dicent Legati?* Uti Legatis literæ fiduciariæ qvibus suum apud Principem ad qvem mittuntur personam legitiment, dantur à Principe, in qvibus non exprimuntur ipsa legationis argumenta, qvæ pectorali Legatorum committuntur: Ita hîc illud in enthymemate prophetico latet, intelligendum ex collatâ historiâ & prophetiâ. Ludovicus tamen de Dieu, qvi supra ellipsin ראמר metuebat, hîc non metuit: sed *dictum Legatorum* posuit in v. 3. ut fit nexus: Qvid erunt dicturi *illi veloces Legati?* Respondet id qvod est v. 3. *Omnes habitatores orbis, & incolæ terræ, cum elevaverit vexillum in montibus, videte, &, cum clanxerit tubâ, audite.* Fluit illud ex hypothesi falsa, qvæ jam supra est excussa. Inqvirendum præterea, annon rectius reddatur. Ihr werdet es sehen gleich als wann ein Panier auff hohen Bergen auffgeworffen wird; ihr werdet es hören/ gleich als wann mit Drometen geblesen wird. Non opus erat monitura, ut qvis videret, ubi jam *vexillum in summis montibus elatum*, &, ut qvis audiret, ubi jam *vehementi cornua cantu perstrepunt*.

Concl 14. Summa propositionis est: Aethiopas ipsos ab Assyrio jamjam capite diminuendos, atqve adeo neqvaqvam contra Assyrium hostem imminentem Sceptri Jhudah defensores vel opitulatores futuros: sed hoc adusqve stupendum totius orbis Theatrum & auditorium, ad qvod Propheta provocat, à solo JHOVAH contrà Assyrium fore vindicandum. v. 1. 2. 3. Probat illud v. 4. כי כה אמר יהוה אלי אשקטה ואביטה במכוני כחם צח עלי אור כעב טל בחם קציר. Luth. noster expressit: Denn so spricht der HErr zu mir/ ich wil still halten und schawen in meinem Sitz/ wie eine Hitze die den Regen außtrocknet/ und wie ein Mehlthaw in der Hitze der Erndten. Junius & Tremell. *Nam ita ait* JHOVAH *allocutus me: acquiesco: sed intueor in locum meum* (i. e. etsi in præsens supersedeo ab efficiendo judicio, tanqvam otiosus spectator, populo nihilominus meo & sedi meæ prospicio: imò animadverto) *ut æstum serenum super olus, ut densum rorem in æstu messis.* (hunc sc. Assyrium esse populo meo, æqvè sc. illi damnosum, ut torrens æstu oleribus,

oleribus, aut densæ nubes irrorantes messem, cum æstus tempestivus esset) Versio Belgica: **Ick sal stylle zyn / ende sien in myne Wooninge / als de glintzerende Hitte op den Regen / als een Wolcke des Dauws in de Hitte des Oogsts.** Sensus juxta illam: *DEUM, ad instar Regis in palatio tranqvillè sedentis & nihilominus curam totius regni gerentis*, ita Ecclesiæ defensionem, dum judicia exercet in gentibus, non abdicasse: sed vel maxumè tunc illam blandissimè fovere, non secus ac æstus serenus post pluviam, & nubes rorida in æstu messis est jucundissima. Edit. Vatabli: *Sic enim dixit* JHOVAH *ad me: qviescam & considerabo in loco meo, sicut aer serenus propter Solem, sicut nubes rorida in æstu messis.* Ludovicus de Dieu insistens suæ hypothesi rationem hîc statuit indicti â DEO (v. 2. & 3) per nuncios Æthiopibus belli, & Belgicè ita reddendum putat: **want soo heeft de Heere tot my gesproken / hielde ick my stil / ende saghe icker schlechts op in myne Plaetse / het ware / als de dorre Hitte op het Moeskruyt / als een dicke dauwende Wolcke in de Hitte van den Oogst** Sensus: *An qviescerem* (oratio est DEI) *& intuerer in loco meo?* (i.e. an qviescendum mihi? an otiosè speculandum? næ illud Ecclesiæ maximè futurum esset noxium, non minus sanè) *qvàm arens æstus oleri, & densa nubes rorem aut pluviam demittens, messi.* Porrò cur id noxium sit futurum, causam ponit Ludovicus in v. 5. *Qvia ante messem, cum consumata esset gemmatio, & flos ejus fieret omphax maturescens, abscidit flagella falcibus & palmites removit, resecavit* (hostis sc. sive populus ille truculentus) Sensus adeò talis: *Præceps admodum est hic hostis: expectare non potest, donec judicia mea maturuerint: sed non alitèr agit, qvàm si Vinitor messem præveniret, & cum messis in spe est, consumatâ gemmatione atqve omphace maturescente, flagella qvæ cultellis solummodò erant putanda, falcibus abscinderet & ipsos palmites resecaret: proinde neqvaqvam mihi qviescendum vel à loco meo otiosè spectandum: sed bellum in hunc hostem est movendum.*

Concl. 15. Juniana paraphrasis inapplicabilis, sine magnis additamentis, à qvibus interpretationi periculum. Errat præterea in subjecto membri 2. & versu 5. habito pro προτάσει comparativa, cujus ἀπόδοσις in v. 6. sed & *Simulacrum DEI ut Spectatoris otiosi*, nec convenit cum *providentiâ illâ*, qvæ additur, nec cum fontibus: sed & erra-

vit in אור oleribus (fortè qvia אורות 2. Reg. 4. 39. Esaiæ 26.19. Olera) uti Batavus in אור *pluviâ* (locus ab Abrabinele allegatus Job. 37. 11. non probat שאור הוא המטר) qvi nec nexum v. 5 & 6. satis legitimat. Ludov. de Dieu in v. 5. hostem, qvi ibidem passivè repræsentatur, ponendo, velut habentem se activè, in hypotheticâ versuum duorum modificatione non satisfacit: sed nec nexum cum v. 6. satis defendere potest, in qvo juxta illum pœna hostis truculenti: atqve adeò mirus juxta illum argumenti in v. 5 & 6. daretur saltus, vel si ponatur v. 4 & 5. *parentheticus*, nullus relinqveretur in v. 6. conveniens sensus: sed & parenthesin ibi haut admittit argumenti in v. 5. & 6. fluxus. Erratum præter hæc commune in oratione v. 4. membr. 2. cujus duo similia habita ut parallela, ac si utrumqve vel *blandum beneficium*, vel *ingratum* & intempestivum noxiumq; diceret, sive maleficium, sive supplicium: atqve inde *ex nube densiore roris*, facta est sive *Uredo*, Meeltaw/sive *intempestiva pluvia*, qvia messis tempore: Utrumq; sanè intempestivè: allegatum ex sacris Adagiis illud sapientissimi: Wie der Schnee im Sommer/und Regen in der Erndte/also reimet sich dem Narren Ehre nicht Prov. 26. 1. ac si in fontibus esset כעב טל בקציר i. e. *sicut nubes rorida in messe*, cum sit: כעב טל בחם קציר i. e. *sicut nubes roris in æstu messis*. Aliud sc. est *pluvia in messe*: aliud *nubes rorida obumbrans in vehementi æstu messis*: aliud: *nives cadere* in messe: aliud *nives* (ex reservatione brumali) *haberi posse in æstu messis* (seu in refrigerium æstuosiori messis tempore) illud intempestivum: hoc neqvaqvam: cum nihil gratius *Umbrâ & refrigerio* æstuoso tempore, unde ex iisdem Adagiis verius allegare licebat illud: Wie die Kälte des Schnees zur Zeit der Erndte / so ist ein getrewer Bote dem der ihn gesandt hat/und erquicket seines Herrn Seele. Prov. 25. 13. add. Luth. noster: Ein trewer Diener oder Unterhan ist nicht zu bezahlen. conf. Is. 25. 4. Sed & in v. 5. memb. 2. erratum commune.

Concl. 16. Summa propositionis fuerat: *Æthiopem ipsum ab Assyrio debellandum frustra Israeli promittere contra hostem communem sociale fœdus & protectorium, cum sub* JHOVAH *futuro administrando defensore & Assyrij debellatore sine Æthiopico fœdere, tutum satis esse sibiq; constare posse Sceptrum Jhudah.* 1. & 2. cui asserto legitimando Epiphonema patheticum in ipsâ statim addit propositione, provocans ad complementum, paulò post (sc. intra *illud triennium* vid. c. 20. 3 intra qvod &

AEthi ops

AEthiops debellandus ab Assyrio, & hic AEthiopis, AEgypti, Samariæ, Palæstinæq; Victor cum immanibus castris unâ nocte erat ab Angelo trucidandus) futurum, & qvidem propter majestatem famamq; suam notorium totoq; orbe conspicuum v. 3. Thema illud (cujus complexi fidem Epiphonemate jam fecerat) probat *habito respectu ad protectorium Jhudah contra Assyrium sine Opitulatore vel Æthiope vel AEgyptio*, explicatione *mysterij particularis* seu *arcani cœlestis sibi specialitèr revelati* â v. 4. Summa illius est: Deum tumultuanti Assyrio vid. c. 17. 12. 13. non oppositurum alium Tyrannum æqvè tumultuaturum, non uti in *Babele*, *Moabo*, *Philistinis*, per advocatos oppositosq; alios populos tumultuantes, cum tali tumultu exercitus bellici e.c. *Medorum*, *Persarum* (vid. c. 13. v. 2. 3. 4.) debellaturum Assyrium: neqve adeò ad id vel indigere vel adhibiturum esse sive *AEthiopas*, sive *AEgyptios*: sed (respectu modi executionis) tranqvillè, sine armorum strepitu, potenti providentiæ specialis vindicatricis intuitu, illud Sionis protectorium & hostis Assyrii supplicium confecturum: qvod gemino diversoq;, uno *resp. hostium puniendorum*, altero *resp. Judæorum liberandorum* in m. 2. illustrat simili: Fore sc. 1. כחם צח ערי אור *sicut æstus siccus* (ipsâ æstuosâ serenitate exsiccans ac vehementissimè arefaciens) *super lucem* (qvando lux, Solis instantissimè urentis radiis inflammata medio die potentiorem facit æstum) 2. *Sicut condensatio rorida* (nubes rorida) *in æstu messis*. Simile primum respectum habet *ad hostes puniendos* & deducitur plenius v. 5. & 6. Qvomodo sc. erit illis כחם צח? Probat v. 5. nam sicut talis imperiosior æstus accelerat messem, qvæ extra illum si foret, tardior foret, atqve ita sæpe est messis ante messem: Ita Deus messem Assyriorum lethalem proferre nunc amplius noluit: sed ad illam executioni dandam Angelum falcem immittere jussit) *Nam ante messem, consumatâ gemmatione, omphace matureſcente* (plenè jam) *florido existente, tunc* (Deus per Angelum executorem, qvi hic repræsentatur, ut Vinitor amovens sarmenta, inutilesq; falce ramos amputans) *exscindet flagella* (Assyrios, qvos non Viti: sed flagellis luxuriantibus & nocuis stolonibus comparat) *Falcibus, & Sarmenta amovebit* (imò) *resecabit* (amputabit) v. 6. Et (hæc ipsa flagella, sarmenta amputata s. Assyrii exciſi per Angelum Dei vid. 2. Reg 19. 35.) *derelinqventur pariter* (æqvè ut AEthiopes ab Assyrio paulò ante succisi) *volucribus montium*

tium & bestiis terræ (eritq; tanta interfectorũ copia ut annum integrum pascantur cadaveribus occisorum volucres & omnes bestiæ terræ sc.) *æstatẽ transigent cum hoc volucres & omnes bestiæ terræ cum hoc hiemabũt.*

Concl. 17. Simile secundum v. 4. m. 2. respectum habebat *ad Ecclesiam s. Judæos & potentèr protegendos, & ab hoste gloriosè liberandos*, idemq; signatur ab effectu in v. 7. Qvod sc. in *grandi illo æstu messis* fuerit Deus Zioni tale *Umbraculum*, talis *nubes rorida* (עב טל בחם קציר) probatur *ex statu præsenti & incrementis personalibus invictæ Zionis*, qvia adhuc *incolumis stabit locus nominis* JHOVÆH *Zbaoth*, *mons Zion*, imò non saltem domi suos Confessores habebit: sed & *ex ipsis reliqviis X. tribuum, ex ipsis dispersis*, imò *deportatis, adducentur* copiosè sine numero, Confessores, *ad Zionem Hierosolymitanam*, iidemq; erunt *munus* illud, *oblatio* illa *sancta & pretiosa* JHOVAH Zbaoth. Dubium nullum qvin eadem notetur gens in v. 7. qvæ notabatur post Segolta in v. 2. Paralleli sc. hic sunt omnes tituli: in qvibus *truculentorum* nomen fingunt potiùs, qvam probant Interpp. Qvod ergò sive de *AEgyptiis*, sive de *AEthiopibus* exponunt Hieronymus, Lutherus, Drusius, de *Assyriis* Tremellius, illud jam supra excussimus ad v. 2. & ostendimus, uti ibi *Judæis* liberandis: ita hìc *liberatis* omnia convenire. Complementum jam dandum in V. T. sub Chiskiâ etsi in accommodatione Allegoricâ non negamus relationem ad felicissima N.T. tempora. Errarunt præterea, qvi ellipsin hìc statuerunt præpositionis, & ex illâ hypothesi reddiderunt vel ita: *Tempore illo adducetur munus* JHOVAH ZBAOTH *à populo distracto & depilato* &c. ut sit sensus: *Ipsum populum adducturum suæ munera*, uti Vatablus, vel ita: *Tempore illo adducetur munus* JHOVÆ *Exercituum de populo distracto & depilato*, uti vult Trem. ut sensus sit: *alios, Victores sc. de illo populo victo, de spoliis ejus, magnifica munera Deo oblaturos*. Insistendum literæ. Sc. יובל שי s. adducetur munus JHOVAH ZBAOTH Qvodnam autem illud שי? Respondet statim עם *ipse populus distractus & depilatus: Qvidam* (inqvam) *de populo reverendo ex eo loco & ultra.* Porrò in membro 2. illud יובל שי ab Interprete ex membr. 1. reassumendum, & sic stat solidus sensus. conf. Zphaniæ parallelismus supra allegatus, & notetur allusio veterum Rabbinorum in nomine SCHILOH, qvod sc. idem sit qvod SCHAILOH i. e. Cui adducendum munus: subsumatur ex hoc loco: JHOVAH ZBAOTH est ille SCHAILOH vid. v. 7. & 11. dicitur: SCHILOH JHOVAH ZBAOTH.

ORATIO VI.

Concl. 1.

Succedit novum Signum, MASSA MIZRAIM ſ. *Manifeſtum DEI bellicum contra AEgyptum*, toto cap. 19. Ratio ordinationis & Copulæ *AEthiopico-AEgyptiacæ* patet ex cap. 20. v. 3. & 4. tùm reſpectu ipſarum gentium & fœdere contra Aſſyrium conjunctarum, & in ſupplicio per Aſſyrium inferendo, conjungendarum, tùm *reſpectu Iſraelis*. Debebat hic *adſeqvelam DEI* (vid. c. 18. 4) tranqvillo & in ſolum DEUM Protectorem Sceptri Jhudah *fiduciali reſpectu* בחשקט ובהבטח יהוה, contra Aſſyrium, robuſtus eſſe: qvidum ad Æthiopas & AEgyptios inanes opitulatores *reſpectum* habet, de vanitate illius *protectorij* ex hâc & ſuperiori Prophetiâ, *plagarum AEgypti & AEthiopum*, informandus erat, qvod evidenti Symbolo in c. 20. obſignat. Jubetur ſc Propheta *exutâ veſte Propheticâ*, & *exutis calceis*, *discalceatus & nudus incedere*, eademq; *AEgyptiorũ* paritèr & *AEthiopum*, *intra triennium proximum* ignominiosè in fœdam ac miſerabilem ſervitutem ac captivitatem ab Aſſyriis deportandorum, futuram *nuditatem & discalceationem* repræſentare, & ita *adimpletionem hujus & ſuperioris* MASSA ſigno vel ſpectaculo, qvod *Oculis Judæorum obverſabatur*, confirmare (unde ibidem copulantur שבי מצרים וגלות כוש ſ. *captivata AEgyptus & deportata AEthiopia* vid. v. 4. & 5.) Finis illius MASSA ſignati in v. 5. *pudor Judæorum* illorum, qvorum מבטח ſ *tutelaris reſpectus* fuerat כוש, & qvi contra Aſſyrium *gloriati* erant *de Opitulatore AEgyptio*: ſed & religioſa *Vanitatis illius fœderalis* agnitio & *Protectorij ſub DEO Iſraelis tutiſſimi* confeſſio v. 6. Tempus hujus *Maſſa AEgypti* publicati à Propheta, dandum inter *annum 6. & 12. Chiskiæ*: uti tempus illius Sigilli additi, & *noviſſimi triennij* c. 20. *annus Hiskiæ duodecimus* facile probatur ex c. 20. 1. ſed & exinde arithmetica *illius triennij*, &

magnitudo supplicij Assyriaci ostenditur. Assyrius sc. ante septennium, regni *Samaritani* & *Damasceni* deportator: sed & intra novissimum triennium, Philistinorum (vid. c. 20. 1.) *AEthiopum & AEgyptiorum* triumfator (vid. ibid. v. 4. 5) cæditur ab Angelo *unâ nocte* in montibus Israelis vid. c. 17. 13. 14. inde enim adusqve c. 20. nexus specialis fluit. Complementum adeò MASSA MIZRAIM incipit *ab illo triennio* & Assyrii in AEgyptios bello, etsi illo non absolvitur: sed, inprimis, qvoad *clausulam Evangelicam, ad diem triumfi majestatis Evangelicum*, qvi ab exaltatione JESU & *ascensionis* inprimis gradu maximè conspicuus, per multa secula extenditur. Hodiè tamen impletum jam hoc *Massa Mizraim* dubitare non licet: neqve adeò probandus Abrabinel in suâ הכוונה הכללת s. *summariâ intentione hujus Massa*, qvam esse dicit להודיע וליער עד חרבן מצרים שיהיה לעתיד לבא בזמן הגאולה לפי שאז יעלו הנוצרים בני אדום על אדמת הקדש לכובשה ומפני שהיא עתה ממלכות מצרים לכן ילכו הגוים ראשנה להחריב את מצרים ויעשו בה מכה רבה ושאחרי חרבנה מפני שהקבה יהריב וישמיד בני אדום המחריבים אותה להיותם צובאים על ירושלם לכן תכנע מצרים לעבר את השם הנכבר גם כי תקבל מצרים האמונה האלהית כיתר העמים ולכן תחוג מצרים את חג הסכות וכו׳. Vult Rabbinus 1. *hoc Massa AEgypti nullo modo adimpletum: sed adhuc ejus complementum expectandum.* 2. *Idq; futurum tempore futuri Messiæ & liberationis corporalis Judaicæ.* 3. *& qvidem executioni dandum per* CHRISTIANOS EDOMÆOS, *qvi debellaturi terram sanctam, prius oppugnaturi sint AEgyptum, velut illo tempore, Dominam terræ sanctæ: & in illa magnam facturi cædem.* 4. *Illos Christianos Edomæos iterum internecione delendos esse à DEO benedicto, in bello Hierosolymitano.* 5. *Inde futurum, ut* AEgyptus *videns suorum hostium mirabile excidium convertatur ad DEUM Israelis, & hujus admittat religionem.* Apparet ex Themate, qvod Christianis scripsit Rabbinus, qvo adfectu, hostili sc. & cruento in illos fuerit. Sententiam ipsam & superior Ἀλαδοχὴ & hypothesis erronea, & totus textus ad qvem nunc procedimus, falsam convincit.

Concl.

Concl. 2. Massa hoc, æqvè, ut alia in Prophetis, *pœnale* est, & adeò intimat *pœnas* AEgypto. Clausula tamen *Evangelica* est, qvàm si *pro parte Massa* licebit habere, geminâ parte, sc. *judiciali* pœnarum qvibus afficiendi ob crimina sua AEgyptii, adusqve v. 18. & *Evangelicâ*, AE*gyptiorum conversionis* expressivâ à v. 18. adusqve finem capitis, absolvitur. Propositio *judicialis* est in v. 1. m. 2. territor. 1. sc. *majestaticus Judicis DEI* AE*gyptum puniturí apparatus*, qvem, sive propter *futuritionis certitudinem*, sive propter *tremendam majestatem*, præmisso demonstrationis Charactere insignivit: *Ecce* JHOVAH *incedentem super condensationem* (nubem) *levem, & invadentem* AE*gyptum*. Sihe den HERRN / wie Er schon in einer Wolcken einherfähret / und in Egypten kommet Repræsentatur velut *in præsenti* tribunal DEI paulò post futurum. Qværitur hîc 1. Qvid signetur *per incessum* JHOVAH *super nubem levem*. Resp. 1. Incessus DEI Judicis majestaticus, per actum repentini & conspicuî judicii, inducendi à DEO super AEgyptum, propter qvod DEUS repræsentatur ut in illo nubis vehiculo: Esset adeò משל רמהירות החרבן שפתאם תבוא גזרת ה׳ s. *proverbialiter dictum de extidio* AE*gypti, & executione velocissimâ cœlestis super illam decreti.* Cœterum, hoc loco *illa celeritas non tàm in vehiculo nubis* ejusq; densæ, qvàm *in addito vocabulo* קל qværenda. Respectus in hoc loqvendî modo tùm *præteriti*, ad *nubem* Exodicam, in *mari* inprimis *rubro*, ubi AEgyptus experta עב יהוה רכב על Exod. 14. 19. 20. 24. 25. & illo *Itinerario Israelitico* Exod. 13. 21 22. Num. 9. 15 16. 17. tùm futurus ad novissima Epiphania τῦ μεγάλυ θεῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ιησῦ Χριστῦ s. ad ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς. Tit. 2. 12. 2. Tim. 4. 1. ad Apocalypsin illam majestaticam Vindicatricem novissimam 2 Thess. 1. 8. 9. ubi מציון מכלל יפי אלהים הופיע Psal. 50. 2. & qvidem *in fulgidissimæ* & majestatis plenissimæ nubis vehiculo, atqve adeò propriissimè erit יהוה רכב על עב קל Matt. 24. 29. 30. (non versu 27 qvi ad illam *Theophaniam novissimam* literali sensu non referendus: sed ad *Epiphaniam* JESU exaltati *Evangelicam*, eandemq; *Catholicam* s. in toto orbe ante *anathema Hierosoly-*

erosolymitanum futuram vid. ibid. v. 14.) conf. Luc. 21. 27. sed & quoad Idiotismum Psal. 18. 10. & seqq. Psal. 89. 18. Ps. 104. 3. Convenit huic Idiotismo alter, quo ἐπιβασις Majestatis DEI describitur per *incessum super excelsa* (במותי vox hoc usu singularis) sive *Nubium* vel *Cœlorum* Deut. 33, 26. vel *Maris* Job. 9. 8. vel *Terræ* Amos 4 13. Mich. 1. 3. quod quâ ratione prædicetur privilegium *Israelis & Sanctorum* illis sc. ex speciali gratiâ à DEO concessum) tùm ex Deut. 32. 13. & Isaiæ 58 15. sed & ex parte ex Psal. 18. 34. Chbacuc 3. 18. facilè constabit. Paralleliſmus materialis est, qvando JHOVAH *dicitur egredi de loco & descendere ac incedere super excelsa terræ.* vid. Mich. c. 1. 2. Qvalis sc. is *incessus DEI* notetur, utroqve loco *effectus* docent. Sequitur enim statim: ad illam JHOVAH in AEgypto præsentiam *commoventur Idola & homines:* & illa qvidem, dum *collabuntur* (conf. umbra illius in *trunco Dagon, Idoli Philistini,* ad præsentiam arcæ fœderis collapsi 1. Sam. 5. 1. 2. 3.) hi autem dum *cor eorum colliqvescit in medio ipsorum:* atqve adeò *Pœna prima est Consternatio Idolorum & hominum,* qvi animis dejecti labefactantur *ad illam Judicis DEI majestatem.*

Concl. 3. Qværitur 2. An hîc prædicta fuerit *fuga infantis JESU* & Itinerarium illud AEgyptiacum, qvod svasit Josepho *Angelus Omtor,* monitor nocturnus, sed non ater: vid. Matt. 2 13. ita ut JHOVAH *insidens nubi levi & veniens in AEgyptum,* hîc sit Infans JESUS, & per *nubem* sive intelligenda *humana natura JESU,* sive *Virgo Mater Maria?* abstrahendo nunc qvæstionem *de illo Itinerario Infantis JESU,* an sc immmediatè successerit *adventui Magorum* τῶν ἀπὸ ἀνατολῶν (sive hi, qvod Geographia sancta & profana qvoqve non improbat, venerint ex Arabiis, prout defendit *Baronius:* sive jam inde ex Persiâ, qvod contra Baronium propugnat *Casaubonus,* ita tamen, ut neuter neget, illos & insignes *Astronomos* & Urbium suarum *Regulos* esse potuisse) qvod videtur Matthæi c. 2 13. positus: ἀναχωρησάντων αὐτῶν, & illud ἰδοὺ φαίνεται & vel ipsa *ratio Consilij illius* Angelici ibidem postulare: an interceserit inter *adventum Magorum* & fugam JESU, solemnis *præsentatio Messiæ in templo Hierosolymitano,* ita ut historia Magorum Oblationem in templo

templo antecesserit (sicut juxta priorem sententiam, hæc illam) qvod posterius videtur probare Matthæus c. 2.1. Luc.c.2.39 ?Resp. 1. עב קל hîc, etiam ex datâ illâ interpretativa, *de JESU Infante apud* AEgyptios *exule*, non magis *Maria* ἡ θεοτόκος, qvàm Joseph, imò magis hic, qvàm illa, *ob autoritatem* Josephi, & in τὸ παιδίον & in τὴν μητέρα, tùm *in Angelico Consilio* Matt. 2. 13. tùm *in ejusdem complemento* v. 14. 2. Aliud est *humanitatem* ad τὸν λόγον s. *DEI Filium*, sese habuisse ita, ut salvâ eminentiâ mysterii Unionis & ἀλλαστασίας illius ὑποστατικῆς, umbra illius fuerit *Nubes Exodica*, relata ad ipsum מלאך יהוה (Exod. 14. 19. 20. 24) nunc *Statorem* nunc admirabilem *Ductorem in columna* Num. 19. 15. 16. 17 Exod. 13. 21. 22. aliud *in illo itinere Christi* AEgyptiaco, humanitarem ejus habuisse instar עב קל in ordine ad ipsum, ut יהוה & ut *insidentem densæ lev q; nubi*. Prius datur, posterius hîc malè applicatur: & tùm exinanitioni JESU, ad qvam pertinebat tota infantia, tùm Imperativo Angelico παράλαβε Matt. 2. 13. repugnat: accedit qvod ipse positus רכב על עב קל apparatum dicat Majestatis exercitæ, eo modo qvi exaltationi convenit vid. & superiora & confer cum illis Matt. 26. 24. Neqve memoratur in sacris *adventus JESU* in *nube*, nisi *sub statu exaltationis*. 3. Neqve *adventus ille JESU Infantis in* AEgyptum, fuit AEgypto *ipsi pœnalis* s. inductiva effectuum illorum, qvos hîc magno numero subjicit Propheta, & qvos inter primus, *qvod commovebuntur Idola* AEgypti *à conspectu ejus, & cor* AEgyptiorum *colliqvescet in medio ipsorum*. Narrat qvidem Sozomenus & ex illo in annalibus Baronius *ad Christi Infantis adventum in terram* AEgypti, *Perseam arborem proceram se ad adorandum JESUM inclinasse, & statuas omnes concussas esse*. Sed dicuntur illa saltim, non probantur. Non negamus, potuisse hæc & similia tunc in AEgypto contingere, & hactenus frustra objeceris *miraculum transsubstantiationis nuptiale in Cana*, qvod fuerit ἀρχὴ τῶν σημείων Joh 2. 11. & nulla adeò JESU infantis & adolescentis παιδικὰ σημεῖα: Cœterum qvi id factum asseverarunt, certè *qvoad simulacra* AEgypti *concussa*, id ab Isaiâ Prophetâ hoc loco prædictum esse putarunt,

atqve adeò pro certo suppoſuerunt id, qvod eſt κεφάλαιον; ſc. Exordium illud hujus Maſſa: *Ecce* JHOVAH *inſidens nubi levi invaſurus eſt* AEgyptum, de illo Itinerario Infantis JESU AEgyptiaco intelligendum. Benè Caſaubonus exerc. 2. n. 14. *Obſervare licet in veteribus mirum ſtudium aptandi Meſſiæ omnia Prophetarum oracula, ac penè dicta, qvæ res interdum eos compuliſſe videtur, ut ea dicerent, qvæ haut ſcio, qvàm ſint firma.* Altiorem intelligentiam hîc facilè admittimus: cœterum an uti in exemplo Hoſ. 11. 1. de Iſraele & *Puero* JESU ex ÆGYPTO revocando, *typus* ſimùl & *antitypus* eâdem literâ *ad apprehendendum* proponitur, cujus proinde *ſenſus literalis* alter in N T. Scripturâ apertè explicatur (vid. Matt. 2. 15.) ita num ſenſum illum de *JESU Infante fugiente in Ægyptum*, velut ſubordinatum priori literali Spiritus S. *tunc, qvando per Prophetam loqvebatur*, intenderit (*prævidiſſe* enim nullum ex eventu dubium) qvæſtionis eſt. Nos ſupra oſtendimus illud non convenire huic exemplo. De cœtero licet adventum *Infantis* JESU *in Ægyptum*, immediatè ſubjungas *itinerario Magorum*, opus tamen haut eſt, ut cum Epiphanio, qvem ſeqvitur Beza, *poſt biennium* demum à nato Chriſto, *Magos adveniſſe*, & JESUM *in Ægyptum fugiſſe*, ſtatuas. Impoſuit malè intellectus locus Matt. 2. 16. Pejus, dicere, *fugam in Ægyptum priorem fuiſſe adventu Magorum:* & JESUM *ex Ægypto* qvotannis Bethlehemum veniſſe. Affingit illum errorem Epiphanio Maldonatus. Adventum Magorum & Itinerarium JESU Infantis imputamus anno nativitatis, neqve per ſeptennium, uti Baronius: ſed *unum* plus minus *annum* extendimus illud Ægypti exilium. Matt. 2. 19.

Concl 4. Effectus pœnalis 2. eſt bellum inteſtinum, in qvantum id *à Punitore DEO.* DEUS ſc. eſt מסכסך ſ. *commiſcens Ægyptios:* unde jam pugnat *frater contra fratrem, Amicus contra Amicum, Civitas contra Civitatem, Regnum contra Regnum* v. 2. Complementum ex Herod. & Diod. Siculo vid. in Not. Junianis. Effectus ſ. pœna 3. eſt *Evacuatio Spiritus interioris & abſorptio Conſilij.* Notatur Conſilii, Sapientiæ cordatæqj prudentiæ ademtio, deſtructio, ut *ſine Conſilio, ſine Prudentiâ* omnia agat, vel, ut, *qvid Conſilij capere aut qvò ſe vertere debeat*, neſciat, ut *Idola* ſeu *Dæmonia, Præſtigiatores, Pythones & ariolos ſuos conſulat* vid. v. 3. Pœna 4. *Concluſio in peſtatem*

statem Tyrannorum, & *perseveri* ac *rigorosissimi Regis* v. 4. Complementum vulgò in 12. tyrannis qvi Sethoni successerunt, & Psammeticho, qvi illis Ægypto pulsis, solus tandem tyrannidem obtinuit, ponunt Commentatores. Licebat etiam de *Assyrio* & *Babylonio* veriùs intelligere: sed nos in præsens de illo non laboramus. Pœna 5. *Maledictio terrestris Ægypti aliàs ad miraculum usqve benedicta* v. 5. 6 7. qvâ occasione qværitur 3 An in v. 5. in positu ונשתו מים מהים vox prima sit præteritum *Niphal*, an *Pihel?* Resp. Aff posterius, planè ut in Jobo c. 19. 25. נקפו זאת. Rectius ergò Tremell reddidit: *Deperdent aqvas à mari* (ne influant in mare) qvàm Vatablus: *Deperdentur aqvæ de mari.* נ adeò radicale. Radix in Kal non nisi bis Jes. 41. 17. Jer. 51. 30. in Pihel semel hoc loco occurrit: Qvær 4. qvæ ratio והאונירחו in v. 6. Resp. 1. qvalis illius נשיתו, sive suppositio sit *impersonalis*, sive *subjectum* fluat ex v. 4. ut sc. illi ארנים קשה s. *Tyranni* & *Rex durus* ponantur illa fundi Ægyptiaci calamitas. 2. א auget significatum, & est ex *Chaldaismo* accessorium. *Longè abjicient, repellent* 3. נהרות est casus accusandi. Qvær. 5. qvi ibidem יארי מצור. Resp. מצור non est *Ægyptus*, nisi qvadam vocis allusione. Optumè Batavi, qvia in his per exempla domestica Magistri, **de gedamde Stroomen/** & in glossâ, **de Wateren/die met Dammen ofte Dycken besloten/ende dor het Land geleydt wurden.** Qvær. 6. qvæ ratio vocis ערות in v. 7. Resp. De *graminetis* alii: de *celeberrimâ* & fœcundissimâ in palustribus Ægypti locis vel Nili rivis, *Papyro*, qvæ in tenues, latasq; laminas vel plagas s. *cuticulas* deducta & exsiccata, scriptioni adeò fuit accommodata, ut & nostris chartis, etsi non papyraceis, nomen communicaverit post Junium & Tremell. Belgica versio. Facit pro hâc Oppositio *Sativarum* in m. 2. cum *Papyrus* insativa sit: facit radicis applicatio & ער cognatæ vocis significatio. Batavi: **het Papier ghewas: Papier vellekens ofte pellekens** Qvær. 7. qvis sensus in v. 5. 6. 7.? Resp. Ille absqve *Geographiâ Ægypti* haut habetur. Inter fluvios, qvi singulis annis statò tempore adeò augentur, ut extra alveos se proferant, & vicinas terras inundent, celeberrimus, Nilus est. Fit inundatio eo tempore, qvo maximè

est fer-

usta fervoribus terra, undam altius trahit: incipit sc. circa 17 Junii: 40. diebus crescit: totidem recedit: qvo intervallo Urbes Nili, qvæ in collibus pleræqve extructæ, videntur Insulæ, nec ullum in mediterraneis, nisi per navigia commercium, tantò majore gentis lætitiâ, qvô minus terrarum suarum videt. In hoc una spes messis Ægypto, in qvâ *nemo aratorum adspicit cœlum: nec pluvio supplicat herba DEO.* Qvantum crevit Nilus, tantum spei in annum est. Nec arenoso & sitienti solo aqvam solùm inducit: sed & terram, juvans agros, & qvod inundat & qvod oblimat. Qvicqvid non adiit, siccum ac sterile jacet. Causa exundationis Nili antiqvis impenetrabilis, constitit, *ex qvo Nili fontes, in lacu Zaire, ad Lunæ montes ab Æqvatore australes*, qvibus proinde hiems, cum nobis æstas: autumnus incipiens in nostro Aprili. Sed nivis loco pluviæ & imbres per autumnum & hiemem, ac menses inprimis Majum, Junium, Julium, sunt continui, qvi tanqvam validi torrentes in lacum Zaire, ex hoc in Nilum alvei & profundioris & oblongioris fluvium feruntur. Ad pluviam increscit Nilus, inde exundatio, & ea pluvia ac incrementis posterior, qvia anteqvam exundat, debuit increvisse: anteqvam increscat, debuit jam in montibus Lunæ per aliqvod tempus pluisse. Exundatio olim citius: hodiè tardius incip t Causa, qvod, cum turbulentus fluat, magnam in siccis atqve hiantibus locis fæcem relinqvat, unde altior facta terra, alveus autem profundior, extra qvem nunc tardiùs effunditur: & si illa exaggeraretur, hoc autem profundiore Nilus ferretur, exundatio tandem nulla planè foret.

Concl. 5. Sensus adeò est: *Ægyptum fore sterilem & infructuosam.* Huc omnia tendunt. Scilicet 1. (Hic vel ille hostis, vel DEUS etiam puniturut Ægyptum) *deperdet aqvas* מהים *à mari illo:* v. 5. Junius & Tremell. *Mare mediterraneum* intelligunt, in qvod multis capitibus sese insinuat Nilus. Malimus habitâ *articuli* & *particulæ* ratione ex superiori Chorographiâ Ægypti, vocem MARIS accipere de *Nilo exstagnante*, & per ampliſſimos Ægypti campos vallesq; sese extendente, adeò ut illo tempore Ægyptus inundata *Maris* & insularum faciem ostendat. Sanè Seneca optumus Nili descriptor hîc non tacuit: *Nilus*, inqvit, *circa Memphim liber, & per campestria*

campestria vagus, continuatis aqvis in faciem LATI *ac turbidi* MARIS *stagnat: cursum illi violentiamq; eripit latitudo regionum, in qvas extenditur, dextrâ lævaq; totum amplexus Ægyptum.* Meminit idem, *Nilum per septena ostia in mare emitti, qvorum qvodcunqve elegeris,* MARE *sit:* sed *& beluas educare, marinis vel magnitudine vel noxâ pares.* Sensus jam facilis. Concipiantur *aqvæ Nili exhaustæ*, vel *abductæ*, vel *deminutæ*, jam rectè dicitur שתו מים מהים, *s. deperditæ*, ut non sint amplius *mare illud*, vel ut non possint per Ægypti campos *exstagnare*, & fœcundum solum ac vasta ostia reddere: atqve hoc ipsum jam ut sterilitatis, ita calamitatis Ægyptiacæ est argumentum. Perinde nobis jam, qvomodo illa extenuatio aqvarum alvei futura intendatur, & ubi complementum. Dubium nullum, qvin per stagna & lacus profundos paritèr ac amplos ductos, ac circumcirca exaggeratos, exundationi illi magnum periculum. Et parum ab illo abfuit Consilium Prætoris Indici Lusitani Alphonsi Albuqvercii, qvi, *ut Ægyptus redderetur infructuosa Turcis, in animo habuit Nilum ab Ægypto avertere, ducto alveo ex Abassiâ Ægypto contermina* (& per qvam fluit Nilus anteqvam in Ægyptum veniat) *in mare rubrum.* An autem ad tempora XII. Tyrannorum & stagnum Merios, respiciat hæc plaga, committimus. Aliqvando *biennio*, aliqvando *novennio* non ascendisse Nilum, refert gravissimus Autor Seneca Igitur, inde jam *fluvius siccatus & arescens* v. 5. inde jam *rivi* seu *fluenta Nili* (in *plum* enim hunc *scindi flumina, manuq; canalibus factis, ut sit modus in derivantium potestate, per totam discurrere Ægyptum*, Senecæ qvoqve testimonio constat) *aggere munita retrovertuntur, exhauriuntur*, s. *attenuantur* v. 6. Inde *jam arundo & alga* (palustres herbæ in ripâ Nili nascentes) *langvent* v. 6. Inde fluminea biblus, *Papyrus* & omnis *sementis rivorum Nili arescit* ואינכו *ut non existat* amplius v. 7. Ita seqvela accuratissima.

Concl. 6. Seqvitur pœna 6. *Opificiorum, tùm qvæ ad necessitatem, tùm qvæ ad splendorem & ipsius adeò Mercaturæ defectus & jactum* in v. 8. 9. 10. Memorantur duæ *Species* in Ægypto *celeberrimæ* sc. *Piscatura & textura*: utriusqve uti olim incrementa ex Nilo: ita nunc post infructuosum Nilum *decrementa* ex illo: atqve hic nexus est pœnæ præsentis cum antecedenti scil. Dannenhero werden die Fischer

trawren/ es werden beides/ die/ so Angel ins Wasser werffen/ klagen/ als die/ so Netze auffs Wasser außwerffen/ betrübt sein. Item: *Erubescent Opifices lineorum, textores byssinorum*, præ inopia materiæ desinet textura & consequenter mercatura Ægyptiaca, quæ illis inprimis constabat. Quæritur hîc 7. qvid per שריקות in v. 9. Resp. 1. פשתים & שריקות nec stant in nexu, nec שריקות וארגים sunt *duo nominativi conjuncti* in m. 2. 2. שריקות, unde Latinorum *sericum*, est *linum, splendidissimum, selectum*, qvale dabat Ægyptus. Reddendum: *Opifices lineorum pudore afficientur* (in) *ipsis sericis: & textores retium* (seu candidorum reticulatorum) Est. 8. 15. Quæritur 8. qvid in v. 10. sint שתותיה? Resp. שתות & מרכאים stant sub notione *Nominativi & Verbi*, s. *subjecti & prædicati:* neqve שתות reddendum, vel per *proposita*, vel per *Consilia*, uti J. & T. neqve per *retia*, ut Vatablus: sed per disposita. Porrò in eodem versu, m. 2. qværitur 9. qvinam sint עשי שבר & 10. qvænam sint אגמי נפש? Resp. ad 1. Vulg. pro *lacunis*, Lutherus, & Versio Belgica pro *mercede* accipiunt, tùm ex literâ non ס: sed ש tùm ex usu vocis vid. Prov. 11. 19. Resp. ad 2. אגמי נפש juxta literam: *Stagna animæ*, & dici possunt, *qvæ continent animas* s. *Pisces*, ut notentur Vivaria Belg. **Vivers der Fischen**/ & *qvæ delectant animam*, & adeò *Vivaria voluptuaria*. Batavi: **lustighe genoechlicke Vivers.** Reddendum: *Et erunt dispositæ ejus attrita* (atterentur cum illis) *omnes facientes mercede, Vivaria voluptuaria*. Sensus. Conducunt sibi mercede, qvi amœna jucundaq; faciant vivaria: sed *illa aliaq; ab illis dispositæ corruent, collabentur:* & *opifices illorum Vivariorum unà cum illis conterentur.*

Concl. 7. Succedit pœna 7. *Spiritus vertiginis*, immissus in *Principes Ægypti, & Consiliarios*, atqve adeò illorum *Sapientum Grandium, bruta dementatio.* Atqve hîc qværitur 11. Qvinam intelligendi per *Principes Zoan*, & *Noph* v. 11. & 13.? Resp. Benè Chaldæus: ברמס אטפשו רברבי טאנס item: טעו אנש מפיס i.e. *Obbrutueruut, bruti & bardi facti sunt Principes* TANES: *errarunt homines* MEMPHIS. *Zoan* ergò, levi immutatione literarum TANES est, Metropolis ad os Nili septimum, cui inde nomen Ostii Tanitici, Comitiis regni & Collegiis olim Senatorum regni celebratissima: *Noph* autem vel *Moph* (uti est Hos. 9. 6.) eadem immutatione *Memphis* est qvomodo

& in Targum מִצְרַיִם & Arabibus مِصْر, imò his ipsis totius Ægypti nomine مِصْر dicitur, sive qvod Mizraim Conditor illi, ut ita ab illâ toti regno nomen, sive qvod una illa Urbs habuerit instar totiº Ægypti, urbs Regia, æqvè ad Nilum, ubi primò ostendit formam DELTA: Nostro ævo Cairum dicunt, etsi nomen illud unius saltem partis: altera enim *Babylonia*, in memoriam patriæ Babylonis condita à Mesopotamenis qvondam exulibus: ambitº 150. stadiorū fertur, etsi olim major: turribus celsis munita, & multis templorum millibus ornata, etiam qvando sub Mamalucis. Fuit olim inter urbium miracula, & ad Ægyptum intelligendam satis fuit *Memphis*.

Concl. 8. Patet qvæ ratio nominatarum à Prophetâ, *Zoan* & *Noph*, velut *Urbium Comitialium totius regni*, & qvarum una versus *Æthiopiam*, altera versus *mare mediterraneum* respiciebat: die Fürsten zu Zoan sind Thoren / die allerweisesten unter den Räthen Pharao sind im Rath zu Narren worden: Consilium illorum obbrutuit: Item v. 13. die Fürsten zu Zoan sind zu Narren worden / die Fürsten zu Noph sind betrogen. Qvær. 12. qvæ ratio v. 11. & 13. cum videatur idem iterari? Resp. in v. 11. est Elenchus criminalis in v. 13. intimatio pœnalis: qvam designat v. 12. Scilicet v. 11. objicitur Ægyptiis Proceribus, Sapientibus Consiliariis Pharaonis, *Stultitia & brutum Consilium*, cujus insanientis sapientiæ signum explicatur *mendax adulatio*, per *falsas hæreditariæ sapientiæ*, & *infinitarum Dynastiarum*, etiam ante priscos illos populos, qvos Hicsos seu *Pastores* vocabant, imaginationes, qvibus Pharaonibus suis frequenter occinebant, qvod & *Sapientissimorum*, & *antiqvissimorum Regum filij*, ipsiusqꝫ adeò Sapientiæ hæredes essent, unde illis supra mortalem conditionem fastus. Illi crimini redarguendo, Propheta citat illos *Principes Zoan*, & *sapientes Consiliarios Pharaonis*, idqꝫ duplici fine 1. ut si vere sint sapientes, *suggerant in præsenti Consilia salubria Pharaoni*, *prospiciant statui & Regis & Regni* v. 12. m. 1. vel 2. cum id non possint: sed reverà *Stulti & Consilio bruti sint*, citat illos ad *aud endam sententiam* s. *ut cognoscant, qvid Consilij* JHOVAH *ceperit* (seu qvid decreverit) contra Ægyptum v. 12. m. 2. Ipsum autem decretum enunciatur v. 13. 14. & 15. scil. & activè & passivè illos fore Sophistas, *decipiendos* & *deceptores*: qvod, *in qvantum pœna est*

à JHOVAH esse, ut permissione *talium brutorum Consiliorum & judiciariâ excœcatione*, seu *justâ ob antecedentem culpam luminis gratiæ subtractione* puniente illos mendacissimos, constat. Scilicet ipse JHOVAH *misciit in medio Ægypti Spiritum perversitatum, Spiritum perturbatissimum* (propinavit illis qvoddam *medicatum poculum*, qvod exhauriant, unde jam turbatis Consiliis turbatur regnum; qvod proinde apud summos & infimos, publicè privatimq; maximis calamitatibus est infectum, infelix, maledictum in omnibus operibus) Der HErr hat einen Schwindel-Geist unter sie außgossen: hactenus v. 14. m. 2 qvoad partem primam decreti. Sequitur pars 2. in m. 2. v. 14. & toto v. 15. Illi sc. *Principes errantes*, faciunt jam, *ut erret tota Ægyptus in omni opere suo*, sicut *oberrat ebrius in vomitu suo. Neq; adeò existit in Ægypto opus:* (infeliciter omnia cedent summis, infimis, mediis) tàm infeliciter succedet qvod facit *Caput & ramus*, qvàm qvod *cauda & juncus* vid. de modo loqvendi sup. c. 9. 14.

Concl. 9. Deniqve succedit pœna 8. in v. 16. 17. sc. muliebris trepidatio & consternatio. Ita cum *Spiritu vertiginis copulatur Spiritus trepidationis*. DEUS puniturus, mentem primùm aufert, juxta vetus illud Poetæ: Ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ νοῦν &c. Ablatâ mente, jam ubiq; *stultè agitur, & ubiq; trepidatio:* præ qvâ nec Consilii, nec judicii locus est. Inductivum trepidationis explicatur geminum, unum v. 16. sc. תנופת יד יהוה על מצרים s. *agitatio manus* JHOVAH ZBAOTH *judicialis & pœnalis contra ipsam Ægyptum:* altera v. 17. עצת יהוה אשר יעץ על יהודה *executio Consilij s. decreti cœlestis contra ipsam terram Jhudah:* cujus vel fama & recordatio Ægyptiis *consternationem & titubationem* imprimebat: adeo ut כל אשר יזכר אותה אליו יפחד i. e. *unusqvisqve ex Ægyptiis, qvi apud se ipsum recordationem faciet illius* plagæ terræ Jhudah, *contremiscet, pavebit*, idem sc. vel *tristius etiam metuens* ab eodem hoste sibi excidium. Intelligetur hoc amplius ex *complemento historico* vid. 2. Reg. 23. 29. 30. 33. 34. 35. c. 24. 7. 12. 13. 14. c. 25. 5. 6. 7. 8. 26. 2. Chron. 35, 20. 22. 23. 24. c. 36. 3. 4. 17. Jer. 41. 17. c. 42. 9. 10. 14. 15. 16. c. 43. 2. 7. 9. 10. 11 12. c. 44. 1. 11. 13. 30. Non probantur, qvi interpretantur de *metu Ægyptiorum ab ipso Jhudah* vel *Israele*, cujus nullum complementum. Neqve vox חגא talem *timorem religiosum* ortum ex *majestate Israelis* insinuat. Etiam qvando DEUS manifestatur, ut Judex tremendus in tribunali, caussatur חגא, qvalis ille in mari rubro, etiam hostium.

Concl.

Concl. 10. Seqvitur pars altera qvam Evangelicam nominavimus, qvia sc. uti prima de eversione, ita hæc de conversione: signatur hæc 4. Characteribus à v. 18. adusqve finem capitis. Primus Character est *labij & juramenti Pentapoleos* seu *5. Civitatum Ægyptiacarum*, qvarum 4. Anonymæ: qvinta autem עיר החרס nominatur: de his duo dicuntur 1. qvod sint futuræ מדברות שפת כנען s. *loqventes labio Canaan.* 2. ונשבעות ליהוה צבאות i. e. jurantes JHOVAH ZBAOTH. v 18. Sed hîc qværitur 12. *Ubi hujus Prophetiæ Complementum?* Resp. ביום ההוא in v. 18 non absolvitur vel uno die, mense, anno: nec tantùm dicit *tempus sub Novo Testamento:* sed includit statum Ægypti, etiam per aliqvot posteriora secula *V. Testamenti*, in qvibus magna lux Ægypto & in illâ *magnus Confessorum veri Dei Israelis numerus.* Vel sola sub Ptolom. procurata Codicum V. T. translatio ex lingvâ Cananæa in Græcam tunc Monarchicam, *Lumen fuit ad revelationem gentium*, & inprimis *Ægyptiorum.* Consulatur hic Historia. Non negamus tamen respectum potiorem hic ad *tempus triumfi Evangelici* vid. Actor. 2. 10. De Ecclesiis Ægypti Christianis, & qvondam florentissimis, vel sola testari possunt *Martyrologia.* Qvær. 13. *qvæ ratio Pentapoleos, an numerus certus pro incerto*, vel *an certus in decreto divino, ita ut notentur certæ, definitæ?* Resp. uti alibi Is. 6 13. Job. 19. 3 *numerum pro finito* habere licet: ita hîc facile, ex historiâ *numerum numeratum* dare, nisi voluisset Sanctus Spiritus unam saltem nomine exprimere. Ita enim malumus, qvàm hanc unam illis 5. contradistinguere. Sed hîc qvær. 14. Qvid עיר החרס? Resp. 1. in fontibus non est עיר החרס i. e. Urbs Solis: sed עיר החרס i. e. *Urbs destructionis:* notatur *Destructionem* illam corporalem non fore obstaculum conversioni: imò talis *destructio* & demolitio, qvalis inculcatur 2. Cor. 10. 4. 5. cujus finis *est obedire Christo.* Erravit Hieronymus in *Heliopoli* & legit sine dubio חרס qvod Solem notat. Errant, qvi *Civitatem desolationis* interpretantur eo sensu, ut notet sive magnam sive parvam Ægypti partem agnitionis Christi expertem futuram & propterea perituram. J. & Trem *Civitas erepta, educta, servata ex destructione dicetur unicuique.* Qvær. an recte? Neg. qvà posterius. Sed qvær. 15. qvid sit *loqvi labio vel sermone Cananæo?* Resp. notatur consensus religionis & Ecclesiæ Hebræorum, qvi olim incolebant ter-

ram Canaan: ille κοινωνίᾳ τῆς γνώσεως signatur. *Deus verus* in Scripturâ Mosis & Prophetarum revelatus est in lingvâ non nisi *Hebræa* & respectu terrestri *Cananæa*. Illa Ecclesiæ & religioni antiqvissima vernacula. *Canaanis* mentionem facit ob *fraternitatem in capitibus* sub Chamo vid. Gen. 10. 6. Qvær. 16. qvæ ratio *jurisjurandi?* Resp. Religio jurisjurandi, ita ut juret homo ipsi JHOVAH ZBAOTH tanqvam signum & pars pro toto veri Dei cultu interno, *qvo adoratur Pater in Spiritu & veritate*, & qvi constat *fide, spe & charitate*, non excluso externo, qvo Spiritus excitatur & in Deum elevatur, vel cultus internus significatur, & hìc & alibi ponitur. In tali *jurante* supponitur jam *fides in Deum Israelis Omniscientem, Omnipotentem*. vid. Deut. 6. 13.

Concl. 11. Character secundus est *altare* JHOVAH in mediâ Ægypto & *statua* in termino v. 19. Notantur Cultus veri Dei s. fidei & communionis internæ cum Deo & Ecclesiâ, *Signa & monumenta publica*, eademq; simul *Eucharistica*: vel *Ministerium verbi & Sacramentorum*. Abusus hâc Prophetiâ *Onias Pontifex*, certè Pontificis filius, & de altari & statuis ex lapide confectis interpretatus, *in regione Ægypti Heliopolitanâ*, apud castrum, cui nomen agrestis Bubastis *concedentibus facilè Ptolomæo Philometore & Cleopatra* Ægypti Regibus, templum condidit magnificum, qvod per 333. annos, ipsaq; Vespasiani tempora stetit, ubi desolatum: de qvo videndus Josephus Antiq. 13. c. 6. & belli Judaici l. 7. c. 30. Porrò finis formalis *altaris & statuæ*, exprimitur v. 20. 21. sc. ut sit לאות ולעד i. e. *in signum & in testimonium de* JHOVAH ZBAOTH *in terrâ Ægypti*: & sigillum *gloriationis* suæ. Gloriatio illa est brabeum *liberrimæ invocationis* JHOVAH ZBAOTH *in tribulationibus & certissimæ exauditionis, ut* sc. *possint* filialitèr *inclamare* JHOVAH *propter oppressores*, & certi esse *de mittendo sibi Servatore & magno Liberatore* s. מושיע ורב v. 20. Notatur missio CHRISTI promissi, cui soli titulus hic competit, qvod sit *Salvator* & *Princeps missus* specialitèr *à* JHOVAH ZBAOTH *ad liberandum s. eripiendum Oppressos invocantes s. clamantes*. Sic v. 21. eodem respectu formali memoratur *agnitio* JHOVAH, item *Oblatio hostiarum & munerum spiritualium* (qvalia sacrificia labiorum hostiæ beneficentiæ &c.) *Vota* (qvæ voventur JHOVAH tùm alibi, tùm inprimis in Sacramentis) *Et vovebunt votum* DOMINO, & (qvod voverunt) *pendent*. Sie werden dem HERRN nicht allein geloben/sondern auch halten. Porrò Character 3. est *Beneficium precum & per illas impetranda sanatio*

plagis adfectorum: sc. qvondam Deus plagis affecit Ægyptum: sed non sanavit: nunc autem idem JHOVAH, *qvi plagis affecit Ægyptum, sanabit qvoqve* converſos & ſupplicantes Ægyptios, æqvè jam Dei populum. v. 22. Character 4. *Conteſſeratio interna & externa*, dogmatica ſ. Eccleſiaſtica *Ægyptiaca, Aſſyriaca, Iſraelitica*, qvæ 1. ſimilitudine מסלה ſ. *aggeris, Viæ ſublimis & planatæ*, eines erhobenen gebahnten Weges/ figuratur, eo modo qvo nationes confœderatæ communicant, ut ſc. liberrimus detur commeatus. ut ſint liberi innoxii & incuſtoditi gentis ad gentem aditus ſ. tranſitus ſine Cuſtode & pretio: additur finis *aggeris & commeatus ex Aſſyriâ in Ægyptum & contra:* ſc. *ut colant Ægyptij cum Aſſyriis*, v. 23. & שלשיה ſ. *gens tertia* in illo Vinculo Eccleſiaſtico ſit *Iſraelitica* v. 24. 2. Cauſa efficiens illius conteſſerationis deſignatur. Eſt illa BENEDICTIO JHOVAH ZBAOTH *benedicturi Ægyptio*, ut ſuo nunc populo, *Aſſyrio*, ut operi ſuarum manuum, & *Iſraeli*, ut ſuæ poſſeſſioni (v. 25.) & ſuppoſito privilegio Japheti, habitaturi in tentoriis Semi ex Gen. 9. 27. c. 10. 6. 22. in Ægyptio (omnibus Chami) in Aſſyrio & Iſraele (omnibus Semi, Japhetiq; poſteris, atqve adeò) omnibus totius terræ populis in *Servatore* illo *Principe* JESU CHRISTO catholicâ Benedictione perfundendis.

Concl. 12. Seqvitur Sigillum MASSA Æthiopici & Ægyptiaci ſuperioris in c. 20. Reſolutio materialis jam ſupra eſt data (vid. in Maſſa Æthiop. Concl. 7. 8. tùm in hoc Ægypti Concluſ. 1.) Abſolvitur illa *Chronologia* v. 1. & παραμυθολογία à v. 2. Illa eſt *annus Asdodi, Philiſtinæ* qvondam Satrapiæ, Idolo Dagonis celebratæ vid. 1. Sam. 5. 2 ſed & antiqvo diviſionis vid. Joſ. 15. 47. & noviſſimo ſub Chiskiâ belli jure regno Jhudah obligatæ vid 2. Reg. 18 8. *oppugnatæ & expugnatæ à Thartan, Legato Sargonis Regis Aſſyriæ.* Hæc abſolvitur 1. *Signo mandato & commemorato.* 2 *Signo uſurpato.* 3. *Signo accommodato.* Primum & ſecundum eſt in v. 2. Mandat JHOVAH, idq; mandatum Vates ipſe publicat, ut Jeſaiah *poſitâ Veſte & Calceis nudus ac diſcalceatus incedat* qvi paruiſſe ſ. *ita feciſſe dicitur.* Tertium ſ. *accommodatio iſtius ſigni* explicatur à v. 3. adusqve finem capitis, eaq; tùm reſp. *Æthiopis & Ægyptij experimentalis & ejuléa* v. 3. 4. Scilicet: Sicut Propheta, Servus Dei, nudus & incalceatus incedit: ita intra *triennium Ægyptij & Æthiopes pueri & ſenes, nudi, diſcalceati, ſummâ cum ignominia ab Aſſyrio in fœdam ac miſerabilem ſervitutem abducentur:* & adeò ille *inceſſus Pro-*

phetæ nudi & discalceati Signum & ostentum est trietericum s. *tertij ab hâc prophetiâ publicatâ anni*: tùm *à consequente* vel *effectu*, resp. Israelis aliarumq; nationum *exemplaris & dogmatica*, ut sc. exemplo illo convicti desinant gloriari in adjutorio nationali e. c. *AEthiopico* & *AEgyptiaco*, & asylum qværant in solo Israelis Deo. v. 5. & 6. Hâc occasione qværitur 17. *Qvis ille Tartan?* 18. *Qvis ille Sargon* in v. 1.? 19. *Qvomodo locutus Jhovah per Prophetam, qvod erat faciendum à solo Prophetæ* v. 2? 20. *An Prophetæ jussus planè incedere nudus omni veste positâ?* 21. *An mandatum & factum illud saltem sit pro modo visionis, an reverâ?* 22. *An per 3. annos ita incesserit Propheta?* 23. *Qvinam illi perterrefacti & erubescentes* in v. 5. Deniqve qværitur 24. *An* האי *in v. ult. Pel schtæa, an Judæa?* Resp. ad 17. ex 2. Reg. 18. 17. nulla ratio qvare dandus alius. Resp. ad 18. Rex Assyriæ, idemq; sive *Sancheribus* sive *ejus primogenitus*. Malumus autem prius. Primogeniti vivente Patre non tàm in bellum mittebant, qvàm mittebantur. Et Tartan ille ut Officialis Sancheribi & *Commissarius bellicus* describitur l. alleg. Non implicat binonymum fuisse. Resp. ad 19. Jussus est Propheta id publicare, qvod arcano dictamine divino jussus erat facere. Resp. ad 20. ponenda fuit vestis, s. *Pallium Propheticum* vid. de illo *villoso vestimento* Sachar. 13. 4. qvomodo *Christus in cœnaculo Hierosolymitano* dicitur *posuisse* τὰ ἱμάτια, non, qvod nudus laverit pedes Discipulis: sed qvia posuerat *Pallium*, stans de cœtero *togatus* s. *non exutus* illum ἀῤῥάφον χιτῶνα, qvi *ad crucem* sorti commissus, cum *Pallium* factum esset inter *stratiotas* Schismaticum. vid. Joh. c. 13. 4. & c. 19. 23. Unum sc. pallium, velut exterius vestimentum utroqve numero in Evangeliis venire, imò in Davide, Ps. 22. evidens est, ut erraverit Baronius *in Veste* JESU *Cœnatoriâ*, & supra illam *veste aliâ honorariâ*. Resp. ad 21. Aff. post: probatur ex verbis: FECIT ITA &c. v. 2. debebat præterea ille *incessus* Signum & ostentum esse apud Auditores: at signate non poterat, si in merâ Visione. Resp. ad 22. Neg. שנים ג׳ s. *Tres anni* copulantur cum אות ומופת disjunguntur ab incessu. Resp. ad 23. Positus impersonalis. Qvi hactenus suam מבטח & תפארת s. respectum *fiducialem adusqve gloriationem* in illis habuerunt: illi nunc בשו וחתו. Resp ad 24. Aff. poster. Asdod tunc non eripiebatur Philistinis: sed Sceptro Jhudah. A Chiskiâ ad subditos N. V. C. Nomen non repugnat, sive sumatur propriè, sive in aliqvâ translatione.

ORATIO VIII.

Concl. 1.

SEqvitur in Scholâ noſtrâ Iſaianâ Oratio octava, eaq; in c. 21. in qvo propter Prophetiarum, duarum inprimis poſteriorum, brevitatem copulatur triplex MASSA, *unum deſerti maris* à v. 1. ad 11. ſecundum, MASSA DUMA v. 11. 12. tertium MASSA ARABIÆ à v. 13. adusqve finem capitis, atqve adeò non uni genti: ſed pluribus, e.c. *Babylonijs, Edomæis, Arabibus* hîc denunciatur excidium. Sed hîc difficultatem primam pandit ipſe primus titulus, משא מדבר ים i. e. *Prophetia oneroſa deſerti maris.* Qværitur adeò 1. qvid hoc loco per מדבר ים ſ. *Deſertum maris?* Itur Babylonem magno Conſenſu tùm Rabbinorum Judaicorum, tùm Dd. Chriſtianorum. De Judæis dubitare non licebit, poſt veteres, per Abrabinelem, qvi Anteceſſorum ſuorum mentem hîc integrâ fide proponit: הכוונה הכללת בנבואה הזאת כפי דעת המפרשים היא ליער על חרבן בבל על ידי פרס ומדי ושקראה מדבר ים ואמרו שאין לתמוה מאשר ניבא כבר ישעיהו עליה למעלה כי כן ניבא ער אשור פעמים רבות ודרך הנביאים לנבאת על דבר אחד פעמים רבות בסגנונות מתחלפים i. e. *Scopus generalis hujus Prophetiæ juxta mentem Anteceſſorum expoſitorum eſt, deſinire Caſum Babylonis deſolandæ per bella Perſarum & Medorum*, ita ut illa Babel hîc dicatur DESERTUM *Maris, neqve mirum eſſe dicunt, iterari argumentum, qvod jam ſupra ſub titulo* MASSA BABEL *erat intimatum, cum & idem factum ſit de ſupplicio Aſſyrij Angelico, & Via Prophetarum ſit, Prophetias unius ejusdemq; argumenti, mutatis ſignis* (l. tenore Oratorio) *iterare.* Scripſerat jam ante Raſchi: נבואה הזאת על בבל ואם תאמר הרי כבר ניבא

עריה פעמים שהנבואה בארץ בפיו היום בסיגנון אחר ולאחר
זמן בסגנון אחר i. e. *Prophetia hæc est de Babylone: quod si dicas de illâ jam antecessisse Prophetiam, scito familiare id esse, ut Prophetia* (unius argumenti) *veniat in os Prophetæ hodiè tenore hoc, cras alio.* De Christianis æqvè res certa. Apertè Lutherus: Diß iſt die Laſt über die Wüſten am Meer (Addit: i. e. Babel, das gehet wider die Babylonier). Ita tùm ex noſtris, tùm ex Calvin. & Pontif Commentatoribus: ſc. & totum MASSA primum, & illius titulum eſſe *Babylonicum*, illis extra dubium.

Concl. 2. Illo ſuppoſito inqviritur, qvo ſenſu Babylon dicatur *deſertum maris?* Reſpondetur, qvod cum Maris vocabulum paſſim pro *Occidente*, hîc qvoqve ſignificatio ſit *Occidentalis plagæ*, & hoc ſenſu Babylon reſpectu *Perſiæ & Mediæ*, qvippe qvæ ſint illi לצר מזרחית צפונית Nord Oſt zu (vid. Jeſ. 46. 11.) ponatur המערב *à latere occidentali*, ut ita oriens ſolſtitialis opponatur occidenti brumali, & inde Babylon, habens inſtar magni & horridi nationibus deſerti, dicatur *deſertum occidentale*, ut ex mente Anteceſſorum loqvitur *Abrabinel:* vel, qvod dicatur *Deſertum maris* à contactu *magnorum*, tùm verſus Perſiam, tùm verſus Judæam *deſertorum*, & qvod illam *Euphrates* ſinuoſus ac tortuoſus fluvius & in lacus ſat amplos ad Babylonem diffuſus & cingat & transeundo dividat, uti idem in propoſ. ſentent. *Chriſtianorum*, vel qvod ſit reſpectus ad ſtatum, in qvo futura Babylon à Cyro jam obſeſſa, & ingentem illam (qvippe cujus latitudo erat 320. ſtadiorum) paludem ſeptentrionalem, operâ Nitocris Reginæ effectam, qvæ *Maris ampli* ſpeciem objecerit, qvod allegato Plinio l. 5. nat. hiſtor. c. 26. & Herod. in Clio volunt *Junius, Forſterus:* Vel qvod ita dicatur, ſive ab horridâ vaſtitate paſſivâ, qvam jamjam illi illaturi ſint Medi & Perſæ, uti vult *Heshuſ.* & *Piſcat. Herb.* ſive ab activâ, qvam ſc. Babel aliis regnis mundi intulerit, illa ex floridiſſimis & populoſiſſimis *in deſerta* & horridas ſolitudines redigendo (vid. ſupra c. 14. 17.) & adeò ſe habendo hactenus, ut *deſertum maris* i. e. *faciens deſerta & vaſtitatem, ſicut mare inundans*, qvod maluit Lutherus: qvemadmodum, ſi qvis hodiè Turcam vocet deſertum maris, qvod qvacunqve incedit, vaſtitatem

stitatem efficit: vel, qvod *ad instar imperiosioris & tempestuosi maris*, dicatur *desertum* sive respectu *specialis adjutorij gratiæ*, qvo jam tunc fuit *asserta*, sive resp. *inhabitatorum*, à qvibus erat *deserenda*, & qvidem *desertum maris*, i. e. Civitas, ad maris instar hominibus abundantissima, *populosissima, imperiosa, tempestuosa, qvæ semper tempestates, & horrida bella effundit in multas terras, & tantum alias intereminet urbes, qvantum præ aliis aqvis eminet mare*, imò ut *mare* potiùs, qvàm *regnum* videatur, ad qvod collata Judæa *insulæ exiguæ* figuram habeat, undiqve vastis *maribus* s. regnis hostilibus potentibus *circumdata* (vid. sup. c. 20. 6.) uti placuit post Hieronymum *Adamo Sasbout* Profess. Lovanienſi, vel, qvod ita dicatur ob *incomparabilem sævitiam & tyrannidem exercitam in Judæos*, qvibus Babylon fuerit *mare malorum*, imò ut *mare desertum* ac minus navigabile, qvia tempestuosissimum, qvod voluit *Oecolampadius*, vel propter amplitudinem & rerum omnium eò confluentium copiam qvod *sicut omnia flumina se in mare exonerant, ita totius ferè Orbis opes in Babylonem, ubi vel reconditæ fuerint, vel ad luxum usurpatæ: sed nunc per Persas & Medos huic iterum auferendæ, ut non saltem influxus desinat:* sed & *qvæ influxére, exhauriantur*, & ita *exsiccetur magnum illud mare*, fiatq; *desertum maris*, qvod placuit aliis.

Concl. 3. MASSA hoc esse Babylonicum, & ipso titulo *Deserti maris* illud significari argumentum, probant Auctores uno ore, *Speculatoris illius Oratoris* in v. 9 clamore: *Cecidit, cecidit Babylon:* atqve inde concludunt *ad casum Babylonis* sub Cyro Persâ & Dario Medo, *eundemq; notatum in titulo.* Verùm poterat hic esse Massa Babylonicum, ut nihilominus titulus מדבר ים non esset Babylonicus: & contra. Inqvirendum sc. erat an per מדבר ים hîc exprimatur *Objectum Massæ nationale & Terminus ad qvem?* an *Principium Massæ Geographicum & Terminus A qvo?* Si posterius, & explicetur, vel de *illo deserto*, qvod *inter Persiam, Mediam, Babyloniam*, vel *de ipsa Babylone*, ejusq; *Euphrate sinuoso*, & *desertis adjacentibus versus Judæam*, priori modo *Babylon* non erat in titulo, esse tamen poterat in argumento: posteriori modo erat qvidem in titulo: sed non in argumento. Ibi scil Sensus: Excidium illud, qvod in hoc Massa denunciatur & Babylonicum esse supponitur, adventurum *ex deserto*

maris ex Persiâ & Mediâ, per illa qvæ interjacebant deserta: Hîc, adventurum illud Judææ ex Babylone, per adjacentia versus occidentem deserta. Ibi: Diß ist die Last/ so da kommen wird auß der gegen Abend/ und zwar zwischen Persien/ Medien und Assyrien gelegener Wüsten sc. über die Babylonier: hîc: diß ist die Last/ so von Babel her über das Jüdische Land kommen wird/ & sic à Babylone in *titulo*, ad Babylonem in *argumento* & contra non V. C. Sanè pro illo מרבר ים ita hîc sumendo, ut sit terminus à qvo, facit ratio evidens in textu, ubi apertè *adventus hostis* determinatur, qvod sit *ex deserto, ex terrâ terribili* v. 1. facit ex hypothesi Babylonicâ in argumento parallelismus materialis Jerem. 51. 42. 43. si explices: Desertum maris, per *mare faciens desertum, vasta omnia.* Facit *autoritas Chaldæi*, qvi expressit titulum משא משרין דאתין ממדברא כמי ימא i. e. *Onus castrorum qvæ veniunt ex deserto, sicut aqvæ maris*, & sic tollerentur Disputationes superiores *de titulo Babylonis*, unde sc. hæc dicatur *Desertum maris.* Imò, si detur *titulus Babylonicus*, hâc ratione non foret *argumentum* Massa *Babylonicum.* Sanè R. Abrabinel hîc dedit MASSA *Hierosolymitanum sub Nebucadnezare Babylonio adimpletum.* Verba ejus sunt אחשוב אני שלא באה הנבואה הזאת כי אם לספר חרבן ירושלם על ידי נבוכדנצר מלך בבל & tamen in titulo *Deserti maris* intellexit *Babylonem*, ita resolvens: מדבר ים שהוא בבל יבא על ירושלי במהרות גדול i. e. *Desertum maris, qvod est Babel, summâ celeritate Hierosolyma oppugnatum & desolatum aderit, sicut turbo in meridie &c.*

Concl. 4. Cæterum sive illo obtento, sive dato מדבר ים hîc poni *objectivè*, & ita se habere prout *Babel* in Massa Babel c. 13. 1. *Moab* in Massa Moab c. 15. 1. *Damascus, Ægyptus* in Massa Damasci, Ægypti c. 17. 1. c. 18. 1. *Vallis Visionis* in משא גיא חזיון c. 22. *Tyrus* in Massa Zor c. 23. 1. imò prout in illo ipso capite se habent MASSA DUMA & MASSA *Arabiæ* v. 11. 13. (qvo dato & objecto *Babylonis* supposito, eodemq; in *Deserto maris*, explicato, vel juxta modum superiorem 5. & 8. vel ex Jerem. c. 50. 36. 37. 43. nec sententia posterior obstare potest in *Babylonis* titulo, *formaliter*: nec prior *materialiter*, qvia illa jam concessit *Desertum maris* esse *Babylonem*: hæc autem

tem non negavit, objectivè hîc esse *Massa Babylonis* vid. sup. Concl. 3.) inqvirendum, an hîc objectum MASSA adæqvatum sit *Babylonicum*, & proinde in formali titulo, qvi per se amplior Babylone, exclusivè dandum? an *Objectum* sit ampliandum: ita ut argumentum sit primariò Hierosolymitanum, secundario saltem Babylonicum? Pro *Babylonico exclusivè eodemq; in titulo*, qvid inprimis urgeant Auctores meminimus initio Concl. 3. Cæterum non videtur satisfactum. Inferunt ita: Vox audita in hoc Massa est *Casus Babylonis*. E. *totum Massa est Babylonicum*, & porrò. E. *Babylon* notatur per *Maris desertum*. Sed, præterqvam qvod à 2. ad 3. non firmitèr inferri supra & rationibus & autoritate ostendimus, dato nunc *objectivo* titulo, ex primo tamen non seqveretur secundum, neqve adeò ex secundo tertium. Concludere licebat in 2. E hoc Massa saltem *ex parte, finaliter*, etsi non, *qvoad totum*, vel, *qvoad argumentum primarium*, est Babylonicum: & sic potuerit post חרבן ירושלם, immediatè subjungi חרבן בבל, & idem hoc *Massa primariò Hierosolymitanum* esse & (qvia à Nebucadnezare Babylonio clades illa erat Hierosolymitanis inferenda, hâc Occasione nexuq; causali qvi videatur Jeremiæ 50. 17. 18. c. 51. 24. ut constet *judiciũ Babylonis passivum*, hoc & Prophetæ simul revelari, & ab hoc statim subjungi) Massa secundariò Babylonicum 70. annis posterius futurum, ut taceamus, si ex textu hoc abstracto disputetur, dubium moveri posse, an illo duplicato נפלה נפלה in v. 9. exprimatur *Casus Babylonis passivus?* an non activus, eo modo, qvo לצבאים וללוחמים f. *militantibus, bellatoribus*, ubi armati terras invadunt hostium, tribuitur נפילה f. Casus activus, qvo nihil in nostrâ vernaculâ notius: in Lingvâ autem sanctâ idem familiare. Sic *Midianitæ* dicuntur נפלים f. *cadentes*, Germ. Sie waren eingefallen. Jud. 7. 12. Sic Job. 1. 15. ותפל שבא Germ. Die Araber sind eingefallen / qvomodo Luth. da fielen die auß dem reich Arabia herein. Ita h. l. Babel ist eingefallen / Nebucadnezar der König zu Babel hat die Stadt Jerusalem erobert und ihre Jerusalems Götzen-Bilder zerbrochen / zu Boden geschlagen: Ita Abrabinel in h. l. אין הנפילה שתפל בבל מכבודה אלא שנפל בבל על ירושלם לרברה ושהיה זה בסבת העו שיהיה בירושלם i. e. *non notatur hîc Casus*

quo cecidit Babel de majestate suâ: sed quo invasit vel expugnavit Hierosolyma: cujus supplicij causa, Idololatria Hierosolymitana. Sed hoc nostrum non facimus, qui casum Babylonis passivum hîc ipsi defendimus: notare saltem voluimus, ex solo illo positu: *Cecidit Babel* non probari tale *Massa Babylonicum*, sive in titulo, sive in principali argumento.

Concl. 5. Neque *Massa Babylonicum*, satis probat Imperativus in v. 2. *Ascende Persa, obside Mede.* Damus facilè, per illos, etsi non *Helami* seu Persarum: sed *Medorum* titulis in Isaiâ supra c. 13. & Jer. c. 50. 9. 41. c. 51. 28. memorantur, sub Cyro, qui nominatur פרסאי Dan. 5. ult. victam Babylonem: sed à nomenclaturâ *Helam* & *Madai* ut hostium bellatorum non statim conclamandum *ad Massa Babylonicum.* Habuit Assyrius Monarcha sub se magnas *Mediæ* & *Persiæ* partes, quod vel ex deportatione X. tribuum Israelis & Damasci in extimam Assyriam & Mediæ regiones 2. Reg. 16. 9. c. 17. 6. constat. In illis successit *Assyrio* Victor *Babylonius*, sive ante, sive post expugnatam *Ninevem regni metropolin*, quod factum anno *Nabuchodonosoris* 1. *Cyaxaris Medi* 22. *Joacimi Regis* Judæorum 4. & adeò multis annis ante novissimum sub Babylonio urbis excidium: habuit ergò sub se *Medos* Babylonius, imò & *Persas*, uti docet Satrapia Danielis Susiana in qvâ proinde obtinebat *Lex Persica & Medica* vid. Dan. 6. 8. 15. c. 8. 2. & adeò potuit in exercitu Babylonii contra *Hierosolymitanos* æqvè esse & reverâ fuit *Persa* & *Medus*, qvàm vel in illo nominatur *Edomæus* Ps. 137. vel in bello Cyri Babylonico memoratur fuisse *Armenius*, *Ascianiæ* populus vid. Jer. 51. 27. 28. Imò apertè, non saltem sub Aqvilonariũ titulo, illi notantur Massa Hierosolymitano Jeremiano: c. 25. 9. c. 30. 3. 9. sed & in *Massa Hierosolymitano* c. 22. 6. *Persa* & *Medus* copulantur ut *hostes*, qvi proinde tunc sub signis *Nebucadnezaris Babylonij* militarunt contra *Hierosolymitanos.* Verba sunt: Denn Elam (Luther. noster in margine rectè notat: das sind die Perser) fähret daher mit Köcher/ Wagen/ Leuten/ und Reutern/ und Kir (die Meder vid. 2. Reg. 16. 9.) glänzet daher mit Schilden: Sed & in utroqve mentio רכב hominum, & פרשים conf. c. 21. 9. Qvin etiam illo dato: Elam & *Madai* hîc advocari in *bellum passivè Babylonicum*, nondum tamen hîc sive in *titulo* sive in *argumento* probatum MASSA

exclusivè

exclusivè & principaliter Babylonicum: sed licebat hîc primariò Massa Babylonii activum vel *Hierosolymitanum passivum* dare, ut hîc *desertis* infra Babylonem versus occidentem, & illorum finitimarumq; terrarum gentibus e. c. *Celesyriæ*, *Moabitarum*, *Ammonitarum* populis, inprimis autem Judææ, in qvâ facilè est ostendere מדבר ים s. *Desertum Occidentis*, denuncietur *excidium per Vastatorem inferendum*, & cum hoc simùl conjungatur *ipsum Vastatoris Babylonij futurum supplicium*: qvod posterius Isaias c. 13. & 14. & Jer. c. 50. 51. uti prius qvoad Hierosolymitanos Iesaias c. 22. ex professo tractat. Titulus *terræ terribilis* Babyloniæ potius competit: Positus in v. 2. חזות קשה הגד לי dicit *Visionem ipsi Prophetæ duram, onerosam*, unde illa Prophetæ *vehementissima perturbatio & Sympathia*: sed & querela *de crepusculo desideratissimo sibi intrepidationem disposito*, qvam explicat v. 3 & 4. qvorum nihil competit *Judicio* passivè *Babylonico*: qvod jubili potius religiosi materiam dare debebat Prophetæ & tanqvam gloriosum Vindicati Israelis exemplum celebrari in Sione vid. Jer. 50. 28. uti vovebant illi ad Salices Babylonis Psal. 137. 8. 9. imprecatores: nec exemplum talis Sympathiæ, qvalis e. c. in *Massa Moab* c. 15. 5 & c. 16. 9. applicabile *Massa Babylonico*, propter *hujus judicium extraordinarium* & *singularissimum* cum liberatione Sionis conjunctum conf. Jerem. c. 25. 26 c. 50. 15. 18. 19. c. 51. 7. 10. 24. 25. Versus autem illos 3. & 4. adscribere per Prosopopœiam Regi Babylonio ut Oratori repræsentato, est דבר שלישי נוכר בכתוב, atqve adeò ἀπὸ γραφῆς tam facilè refellitur, qvàm ponitur: sic in v. 5. & 6. sive Rex Babylonius, sive Propheta, ut Babylone tempore illius excidii parabolicè repræsentatus, ponatur, כל זה הוא ברוחק רב s. *coacta plurima*: *Leo* etiam & *Speculator* ille qvi ADONAI s. soli DEO suæ *speculationis* rationem reddit v. 8. attendendus.

Concl. 6. Ipsa clausula v. 10. Meine liebe Tenn darauff ich dresche was ich gehört habe vom HErrn Zebaoth dem GOtt Israel das verkündige ich euch / ad Ecclesiam DEI Israelis rectiùs refertur à Junio, qvam ad Babyloniam à Luthero; & illo ipso Epiphonemate tùm mitigari videtur intimatio illius חזות קשה s. *duræ Prophetiæ*, qvippe

JHOVAH

JHOVAH Zbaoth jussit: tùm explicari beneficium DEI Israelis sui per Prophetas Consilia revelantis Israeli. Accedit seqvela MASSÆ *Idumææ & Arabiæ*, qvæ omnia tùm Geographicè, tùm Chronologicè magis favent Massa in superiori explicatione, collato maxume Jerem. c. 49. v. 7. 23. 28. Omninò nec titulus, nec principale argumentum necessariò est Babylonicum: sed potest hîc dari Massa in ampliatione, qvalem insinuat titulus, ita ut nec excludat *Massæ* & vicinarum gentium ab ipsis Babyloniis illatum, & adeò Babylonis activum, in qvo ipsa fuit *Instrumentum DEI pœnale & ex speciali Oeconomia Jhovah* qvasi *Archipincerna* seu *propinator Calicis aurei, & inebriator catholicus* vid. Jer. 51. 7. qvo nomine etiam ibid. v. 20. appellatur Des HErrn Zebaoths Streithammer und Kriegswaffen / qvod explicatur v. 21. 22. 23. (ne qvis hoc de *Judicio Babylonij παλινδρόμῳ & Massa passivo*, qvo ipse iterum erat post alias gentes de Calice pœnali bibiturus vid. c. 25. 15. & de qvo demum v. 24. c. 51.) An autem utrumqve illud Babylonis Judicium signetur illo nobili commate Prophetico, qvod parallelum est in Massa *Idumææ & Jirmejano* c. 49. 19. c. 50. 44. qværitur? Lutherus noster expressit: Sihe er kompt herauff wie ein Löwe vom stoltzen Jordan (Trem. Ecce qvasi Leo ascendit supra altitudinem Jardenis) wider die festen Hütten (Trem. contra habitaculum DEI robustissimi i. e. Judæam) denn ich wil ihn daselbst her eilends lauffen lassen (Trem. sed momento fugabo eum ex hâc terrâ) und wer weiß / wer der Jüngling ist / den ich wider sie rüsten werde? (Trem. Et eum qvi electus est in hâc præficiam) denn wer ist mir gleich? wer wil mich meistern? und wer ist der Hirte / der mir widerstehen kan? (Trem. nam qvis est par mihi? aut qvis contestetur mecum? deniqve qvisnam est Pastor qvi obsistat mihi?) Juxta Lutherum videtur non nisi Massa Babylonis passivum hic esse: ita ut Leo sit Cyrus, Juvenis ille Alex. Magnus. At juxta Tremell. esset hîc & activum *adusqve Segolta*, & *passivum* Massa Babylonii post Segolta, atqve adeò ille *Leo ascendens* supra Jordanem, & magis exundans qvàm Jarden plenissimus tempore messis Jhos. 3. 15. esset in primo Edomæus, in altero loco Babylonius. At Kimchi *de Cyro* propter *excellentiam Jardenis* s. Israelis, *adscendente* contra Babylonem, & *extemplò* captivum Israelem Babylone emittente s. *currere faciente*,

ente, ipsam autem Babylonem per *selectos suos bellatores* devastante explicat. Qvid hîc juris, Consilio reservamus Disputationis.

Concl. 7. Qværitur 2. An *totus versus primus sit titulus, & membrum 2. modificatio primi?* Resp. Neg. contra Trem. Præferendus hîc Lutherus: Wie ein Wetter vom Mittage kompt/ das alles umbkehret/ so kompts auß der Wüsten/ auß einem grausamen Lande. Massa hîc non dicit *Onus nationale*, nisi significativè: at sic non *veniebat è regione formidabili.* Qvær. 3. An *turbines* s. סופות hîc ponantur *meridionales* resp. *diurni temporis*, an resp *Venti meridionalis*, an resp. *plagæ cardinalis?* Resp. Aff. 3. Non dicitur בצהרים vel בתוך צהרים velut c. 16. 3. sed בנגב. Illud *temporis*: hoc *plagæ*. Turbines *in Austro* non necessariò sunt *tempore meridiano*: etsi tunc esse possunt & ibi & alibi, qvomodo *furiosissimus Typhon*, ad Ardebil in Persiâ mensibus Junio & Julio singulis diebus *Sole meridiem occupante* notatus à Geographis. Resp. 2. Uti in *plagâ septentrionali* spirare possunt *australes*: ità in *australi septentrionales*, vel alii sive Cardinales sive Collaterales. *Turbo* præterea in sensu composito non est determinatæ plagæ. *Rotatur vertigine rapidâ circa Horizontem.* Notus *arbiter Adriæ* ex Horatio, & *Æolia* ex Virgilio, in qvâ *unà Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis Africus.* Qvatenus tamen egreditur Austro, Notum, vel NotoZephyrum, item EuroNotum admittimus in eruptione. Qvær. 4. An rectè Tremell. illud בנגב לחלוף expresserit per: *In austrum permeando?* Resp. Obstat positus & accentuatio distingvens. Omninò *Auster* hîc ponitur, ut *plaga natalis turbini*, s. in qvâ turbo oritur & unde magno impetu & rabie circumagitur. Neqve ergò *Auster* probat *Babyloniam* in termino, & *Cyrum* velut *Euroboream* in turbine. Ostendendus erat Cyrus in *Austro*: vel neganda comparatio hostis *Australiaca.* Qvær. 5. An illud לחלוף referendum ad סופות? Resp. Parum intererat sive *in formâ* ad σχῆμα seu *turbinem* referas, qvomodo noster Lutherus, sive ad ἀπόδοσιν s. *hostem venientem à deserto, à terrâ formidabili, sicut turbines in Australi plagâ*, & *ad pervadendum*, ut non opus hîc fuerit Crisi Belgicâ. Hostis *veniens ex deserto* non comparatur cum *turbine*, abstracto illo לחלוף s. *tertio subitaneæ & impetuosæ*

pervasionis: Igitur omninò & hæc danda in מִדְבָּר, ut sit comparatio *hostis* & *turbinis, austri, deserti, circumspirationis, pervasionis:* Illud sc. peculiare Ventis *subitaneis & impetuosis*, qvales *Ecnephias, Typhon, Turbo*, ut *impetu horribili* noctem hyememq; ferant, *domos, celsas turres prosternant, ingentes arbores radicitus evellant, magnas naves ex mari in terram*, vel ad *qvadrantem* miliaris, *propellant*. Ecnephiæ prodigiosi exemplum insigne ad *Caput bonæ spei*. Sed & in Meridionalibus *Arabicis & Æthiopicis* Turbo vel *Ecnephias* celebratur, qvi arenas rubras, qvarum copia in litore maris rubri, in sublime rapit, ita ut è *nubibus* erumpentes iterum *procellæ arenales numerosos sæpè comitatus Asiaticorum Mercatorum* obruant unà cum Camelis: atqve ex illis corporibus arenarum mole involutis, & magno Solis æstu exsiccatis existere volunt *Mumiam Arabum & Ægyptiorum*. Manet לַחֲלוֹף omninò dandum, etiam in מִדְבָּר, s. in *turbinibus Meridionalibus:* neqve illâ voce notatur simplex *transitus*, sed *impetuosus, funeralis & destructivus*, qvod exemplis docuimus.

Concl. 8. Qværitur 6. An in v. 2. legitimari possit talis versio: O ein hartes Gesicht! es ist mir / O Treuloser! (O Babylonischer König!) angezeiget ein Trewloser (der Cyrus, welcher mit dir / eben wie du mit andern / handeln wird) und O Verstörer! es ist mir angezeiget derselbe so dein Verstörer seyn wird? Resp. Erratum in *Tiphcha*, ubi ponendus fuisset *Atnach:* erratum *in Atnach*, cujus vox ab antecedenti termino divulsa, ad seqventem in discreto membro terminum est relata, ac si esset seqventis subjecti prædicatum. Erratum in *terminis articulatis* הַבֹּגֵד וְהַשֹּׁדֵד, qvi habiti pro *Vocativis emphaticis*, repugnante & accentuatione & in hoc posito, *articulo*. Longè antefferendus Lutherus exprimens: Mir ist ein hart Gesicht angezeiget: Ein Verächter kompt wider den andern / ein Verstörer wider den andern Laudandi Batavi, qvod sine attento hîc Censore utrumqve versum expresserint: Ghelyk de Wervel Winden in het Zuyden (met grote Kracht ende Ongestümigheit) henen door-gaen / sal hy uyt de Woestyne komen / uyt een vreesluk Landt 2. Een hardt Ghesichte is my te kennen ghegeven: die trouwloose handelt trouwloos luk / ende die Verstoorder verstoort. Ita profectò est: Unus hic שֹׁדֵד idemq; unus בֹּגֵד: uterqve est Nominativus: sed ille qvi articulatus est, *subjectum* est: alter, *prædi-*

catum: Sensus: *Perfidè agens, perfidè est acturus: Vastator ille* (qvi hactenus *Perfidiâ & Vastatione* alias orbis gentes sibi subjecit) *est vastaturus* (nondum desinet perfidè agere, vastare). Objic. *Repugnat Grammatica constructio.* Resp. non magis, qvàm in ראשית מרון פטר מים Prov. 17. 14. vel מאכר בריאות Chb. 1. penult. תאוות טוב Prov. 11. 23. vel חטאות רבץ לפתח Gen. 4. 7. vel נכבדה מרבר Psal. 87. 3. vel עוללות נשאר Is. 17. 6. Ubi *præter genus, numeri* qvoqve diversitas est. Alia ratio unius termini: alia, totius enunciati. Neutrum præterea genus, tàm *in simplici termino*, qvàm *in enunciato*, nunc *masculino*, nunc *fœminino genere* exprimitur. Ita salva omnia, sine Enallagâ, & sine accentuatione læsa. Accedit *Synonymia Grammatica* ut sit idem qvod חזון קשות הגר לי. Mirum adeò, qvid moverit Auctorem illum, ut huic exemplo adderet: *Qvi accentuum ubiqve parem rationem velit habere, etiam ubi Grammatica Constructio reclamat, cum ratione insaniat necesse est.* Opponimus contra 1. *Nunqvam accentuatio reclamat Grammaticæ constructioni* (loqvimur autem & de hàc & de illâ rectè intellectâ). 2. *Accentuationis ubiqve in interpretativâ sacrâ habenda est ratio, etsi non ubiqve æqvè necessaria.* 3. *Nullibi talis est ratio accentuationis, ut Tipcha & sequens Atnach habeant rationem distingventis & consequentèr nectentis.* 4. *Nullus Atnach est subditus sequentis Sakephkaton.* 5. *Et adeò accentuationis in proportione & subordinatione est ubiqve par ratio.*

Concl. 9. Qvær. 9. An possit positus ille: הבגר בגד והשרד שרד ita exprimi: An perfidus (semper) aget perfidè? an Vastator (indesinenter) erit Vastator? i. e. neqvaqvam: qvin ille ipse jam-jam vastandus erit per Persas & Medos: atqve adeò *ascende Elam, obside Madai?* Resp. ה non est *particulare interrogationis*, sed *articulare specificationis.* Probatur in hoc positu immediato ante non gutturalem, ex puncto Patach. Obj. Patach est etiam sub ה *interrogationis* vid. Hag. 1. 4. Gen. 34. 31. הברכה Gen. 37. 38. Resp. ה *interrogationis & specificationis* non differunt punctatione in abstracto, qvia nulla est punctatio *articuli*, qvam non possit habere *particula interrogationis* s. ה שאלה; sed in concreto s. in certo positu. In exemplis est vel *positus monosyllabi incipientis ab* ע, vel *nominis particulati*

ticulati Schvati: vel sine particulâ non Dagessati, unde ה præpositum non esse potest articulus: qvia *hic nunqvam est ante vocem particulatam:* at in hoc loco neutrum, & adeò ה articulus. Sic uti articulus aliqvando habet (ּ) aliqvando Kametz (ָ) ita & particula vel ה *interrogationis* aliqvando *Kametzatur*, ut in הָאֱמֶנָם Psal. 58. 2. aliqvando *Segolatur* ut in Mich. 2. 6. ubi in הֶאָמוֹר tàm ה *interrogationis*, qvàm in הקצר רוח יהוה ibid. sic Job 21. 4. הֶאָנֹכִי לאדם שיחי sanè ה interrogationis. Erravit in utroqve exemplo *Ludovicus de Dieu* ponens ibi articulum in Emphatico Vocativo. Contra si ה ibi *articulare* esset & in *Casu Vocativo*, fuisset *Kametzandum*, qvia seqvitur א ut adeò esset הָאָמוֹר item הָאָנֹכִי; nunc cum sit utrobiqve (ּ) ante א, evidens est discretio particulæ interrogationis: accedit, qvod nec *Pronomina 1. & 2. personæ articulentur*, nec *signis casuum afficiantur.* Sic nec *articulantur particulæ:* atqve adeò ה ante particulas sive *integras* ut האם Job. 6. 13. item האמנם, sive *præfixas inseparabiles* בכלם, sed & ante pronomina 1. & 2. personæ, uti & ה Segolatum ante א non est *articulare:* sed interrogationis. Sic ה interrogationis Patachatum etiam datur ante non gutturalem Dagessabilem Schvatam: sed qvæ tunc non dagessatur. ה sc. *articulare* dagessat etiam in *radicali:* ה interrogationis non nisi in *præfixâ servili particulari.* Elementaria hæc videntur: sed in qvibus geminum magni in Belgio *Animadversoris* erratum jam notavimus. Addimus exemplum tertium ex Koheleth c. 3. 21. מי יודע רוח בני האדם העלה היא המעלה ורוח הבהמה היורדת היא למטה לארץ: Reddidit noster Lutherus: Wer weiß / ob der Odem der Menschen auffwerts fahre / und der Odem des Viehs unter der Erden fahre? Neqve aliter alii: unde *Atheismus* si non definitus, certè repræsentatus *à Salomone*, est æstimat: sc. argumentatū hîc *Sapientem* juxta חשבון sc. *sermocinationem* & mentem hominis improbi, vel, fuisse illum, in repræsentatione *hominis animalis*, hîc Oratorem: cui Prosopopœiæ legitimandæ qvæsitum præsidium in v. 18. *Dixi ego in Corde meo* על דברת בני אדם sc. Salomonem hic protestari se locuturum vel de externâ hominum vitâ, moribus, eventibus apparentibus, vel nach gemeiner Menschen weise. Erronea omnia. Illud in v. 18. docente eviden-

ter accentuatione non erat referendum antecedentèr ad *Signum dicti:* sed *conſequentèr ad ipſum dictum:* atqve adeò totum Signum dicti eſt: Ich ſprach in meinem Hertzen: Qvid autem dixerit, nunc ſeqvitur, idq; abſolvitur gemino *Conſilio* ſ. *Officio pij hominis:* uno in Ordine ad *DEUM & tribunal divinum*, ſc. ſecundùm Ordinationem filiorum hominis eſt, ut miſſo lubrico hujus ſeculi judicio, ſeligant ipſi DEUM ſ. ut *ſeligant potius judicium DEI futurum, ad illud* appellent, qvàm ad judicium humanum (exemplo Apoſtoli clamantis: ὁ δὲ ἀνακρίνων με κύριός ἐστιν 1. Cor. 4. 4. 5) altero in *Ordine ad ſeipſos*, ut ſc. de cœtero, qvoad hujus vitæ fragilitatem & communem ſortem, agnoſcant & *videant* abſtracto futuræ vitæ & judicii divini privilegio, *ſe beſtias eſſe ſibi, ad inſtar beſtiarum morientes*, qvod poſterius amplificatur v 19. 20. Cœterum an id qvod dicebatur de communi ſorte etiam *ad animam hominis* pii pertinet? Neqvaqvam: qvin potius העולה היא למעלה i. e. *Omninò illa ipſa adſcendit ſurſum:* & ut ad hujus contemplationem excitaret, præmiſit Epiphonema מי יודע רוח בני האדם i. e. *Qvis intelligit Spiritum filiorum hominis?* ſ. Qvàm pauci ſunt qvi animadvertunt discretionem *Spiritus humani & brutalis?* Omninò *deſcendit ille ſurſum: deſcendit hic deorſum, infra terram.* Erratum in ה ante voces *adſcendendi & deſcendendi:* habitum illud pro Interrogativo, cum ſit articulare Emphaticum: erratum præterea in poſitu concreto: ſeqvireretur ille talis: מִי יוֹדֵעַ הָעֹלָה רוּחַ בְּנֵי הָאָדָם לְמַעְלָה & ita in m. z. vel: רוּחַ בְּנֵי אָדָם מִי יוֹדֵעַ הָעֹלָה הִיא לְמַעְלָה.

Concl. 10. Sed ad Eſaiam redimus. Qværitur 10. An in v. 2. poſitum עלי עולם צורי מרי liceat reddere: Adſcende Elam, obſide Medum? Reſp. N. Uterqve in parallelo poſitu eſt Vocativus. Explodenda hîc *triplex Metonymia Piſcatoris.* Sicut & *Conditor* Ægypti & ipſa *Ægyptus* & *Ægyptij* dicuntur *Mizraïm:* ita Elam, *Autoris, terræ, gentis nomen.* Qvær. 11. Qvis nexus horum imperativorum antecedentèr? Reſp. Si de Babylonii Maſſa paſſivo, talis: *Vaſtator ille* (Babylonius) *vaſtaturus* (qvidem) *eſt:* (ſed ipſe poſt breve tempus iterum vaſtandus per Perſas & Medos, atqve adeò) *Adſcende*

scende Elam, obside Mede: Si de Massa activo, jam probatur, qvod Vastator ille sit adhuc vastaturus & ipsi e. c. regno Jhudah calamitatem infandam allaturus, dum ab ipso DEO advocatur ut cum exercitu numeroso, Elamitarum, & Medorum supplementis aucto adscendat versus urbem sanctam, obsideat illam: &c. Qvær. 12. Qvorsum referendum illud: כל אנחתה השבתי in v. 2.? Resp. 1. Notavit Masora *se invenisse hoc exemplum Mappikandum sine Mappik.* At Ludov. de Dieu: *Nolim*, inqvit, *Masorethis tantum fidei tribuere, ut credam propter ipsorum annotationem, ibi affixum esse contra rationem Grammaticam & linguæ genium.* Mavult ergò hîc esse Emphaticum. At nulla ratio, cur non hîc habenda fides? & qvomodo *contra rationem Grammaticam*, si illi notarunt hoc in sensu habendum pro Mappikato? Concludimus: *esse illud* ה כינויית & non ה נוספת seu pronominale affixum: non paragogicum. Imò pro tali facit ratio Grammatica, vox sc. *Mitra.* Neqve ergò sunt formaliter verba Prophetæ hoc sensu: *Hactenus gemui, & adhuc gemo: sed deinceps gemere desinam: qvia jam pœnam Babylonis video.* Obstat præter illud ה omninò titulus: *Duræ visionis*, & ne dicas *duram Babyloni, jucundam Prophetæ*, prohibet v. 3. qvi ejusdem *est Oratoris* qvi dicit v. 2. חזות קשה הגד לי, atqve adeò illa *gemitus Prophetici clausula*, eo sensu non convenit cum contextu: 2. An ergò *Oratio DEI ad Persas* hoc sensu: *Adscende Persa, obside Mede!* (nec est qvod vos Persæ & Medi gematis de hoc meo mandato: *adscendite audactèr*) *Ego omnem gemendi occasionem vobis auferam?* Resp. Neg. Conveniebat magis: כל אנחתך השבתי; neqve probatur talis *gemitus Persarum & Medorum:* non fuerunt *bellatores lachrymosi* & στενάζοντες. 3. An ergò? *Omnem gemitum hujus* (Ecclesiæ sc.) *faciam ut cesset*, uti Tremell.? Resp. non legitimatur *talis relatio affixi:* ubi enim principale? 4. An ergò: Ich wil alle seines Seufftzens ein Ende machen/ ut intelligatur gemitus ille Babylonii non formaliter, sed efficienter, qvatenus alios e. c. *Judæos gemere fecit.* Ita Lutherus. Obstat affixum fœmininum & *Visionis duræ* titulus v. 2. m. 1. & effectus v. 3. Eadem ratio si explices *de gemitu Babylonis sive subjectivo sive objectivo*, qvo vel *ipsa Babylon gemit*, vel *alij ob Babylonem*, ita ut DEUM homines qi non miseraturos Babylonem dicatur. Referimus ad חזות קשה s. *duram visionem*, qvæ non tàm ge-

mitus qvàm *sonoros planctus, ejulatus, clamores dolorosos causabatur*, vel *causari poterat:* vel *qvæ ipsa Prophetas & pios recordatione imminentis horridi supplicij paulò ante gementes fecerat:* nunc autem planè *perturbatos* & *dolorosè clamantes* factura erat: vel, ut notentur *gemitus Prophetici* de σκληροκαρδίᾳ impœnitentis populi. Inqvirendum adeò annon *cessatio gemituum* ponatur ut pœnalis populo *ab irato profecta Deo?* cui & *dura visio* & *seqvela doloris* in v. 3. magis convenit. Sive illo, sive alio modo applicetur, perinde nobis, qvi saltem inqvirimus, qvorsum tutissimè referatur?

Concl. 11. Qvær. 13. Qvis Orator in v. 3.? Resp. *Propheta* sine *repræsentatione* vel *Babelis* vel *Belsazeris Babylonij:* Probatur ex seqvelâ primæ personæ à v. 2. 3, 4. ex nexu causali על כן *Propterea* in v. 3. & ex signo dicti in v. 6. qvod reflectitur ad eundem Oratorem in v. 2. Saltus talis, ut nunc Belsasar Babylonius, nunc alius Orator repræsentetur & iterum Propheta, non probatur. Propheta est, qvi qveritur: *idcirco* s. propter *duram illam visionem, de Vastatore armato ascensuro, de gemitu Prophetico finiendo, lumbos suos ægritudine impletos, torminibus se correptum ad instar parturientis, se contorqveri ex auditu, se conturbatum ex visu* v. 3. *Cor sibi palpitare, se cogitationibus cordis sui oberrare* (qvò se vertere debeat, nescire) *Imò*, inqvit, פלצות בעתתני *tremor horror perterrefecit me* (Græci LXX. exprimentes: ἡ ἀνομία με βαπτίζει merentur hîc scrutinium accuratum qvà utramqve vocem conf. iidem in locis 2 Reg. 22. 5. Ps. 17. 5.) item: *Crepusculum desideratissimum mihi disposuit in trepidationem.* Qvær. adeò 14. Qvid *intelligatur per illud Crepusculum, & cujus illud?* Resp. Crepusculum *auditorij* & *speculi* Prophetici (unde in v. 3. *auditus & visus* mentio) Fuisse noctes Isaianas, ipsaq; in noctibus *somnia, Prophetica*, colloqvio cœlesti & mysteriis revelatis læta & blandissima sæpè, & hoc nomine *desideratissima* Prophetæ fatigato muneris diurni Prophetici laboribus, dici potuisse *Crepuscula*, dubium nullum: sed nunc, dum Massa *durum indicatur*, dum *durum in speculo Prophetico* videndum objicitur vid. v. 2. m. 1. jam *torqvetur ex auditu*, jam *turbatur ex visu* Propheta, (v. 3) & ita *Crepusculum illud desideratum ponitur illi in trepidationem* (v. 4.) Patet, qvàm egregiè sibi constet nexus v. 2. 3. 4 & qvomodo ille non admittat hîc nisi *Prophetam Oratorem de seipso*: sed & simul patet, rectè supra *gemitum* illum

Prophe-

Propheticum à nobis nominatum, ſ. ה in אנחתה ad חזות קשה relatum, & qvo illud ſenſu intelligendum. Sed & exinde judicium, an *Maſſa Babylonicum paſſivum* potuerit Ieſaiæ ita turbare *Crepusculum Propheticum?* an talis Sympathia & paroxyſmus Propheticus competat caſui *Babylonis* ſive in typo, ſive in *Antitypo Apocalyptico?* vid. Apocal. toto c. 18. an verò aliud hic *Maſſa paſſivum* e. c. *Hieroſolymitanum* dandum? Sanè *Speculum* illud, qvod *crepusculum illi poſuit in trepidationem*, non repræſentavit rem jucundam Prophetæ & nationi conſanguineæ, ſed talem qvalem maluiſſet ſibi non revelari. *Nox convivalis* eademq; funeralis *Belſaſaro Babylonio*, Nabuchodonoſoris *Nepoti*, non adeò videtur ferre titulum tam elegantem, deſiderati *Crepuculi*. Fatemur ſatis terribilem illam fuiſſe Babylonio Regi noctem: trepidaviſſe ad miraculum *Scriptionis in palatij Imperialis pariete & interpretationis illius Propheticæ:* neqve minus conſternatum in *ſubitaneo*, qvod parabatur *funere*, vid. Dan. 5. 4. 5. 6. Cœterum Belſaſarus hìc Orator prius legitimandus erat, qvàm illi à materiali qvadam convenientia, adſcriberetur tanta Oratio, vel probanda etiam Balſaſaris hic Dramatica repræſentatio. Exemplum de cœtero *Crepusculi deſiderati in trepidationem poſiti* vid. in Jobo c. 7. 13. Lutherus noſter ſatis accuratè expreſſit: **Wenn ich gedachte mein Bette ſoll mich tröſten / ſo erſchreckeſtu mich mit Träumen/und macheſt mir grauen/ daß meine Seele wünſchet erhangen zu ſeyn und meine Gebeine den Todt.** Sed qvær. 15. Anm. 1. v. 5. habeat Imperativum & Sarcaſmum DEI hoſtilem? R. Neutrum. Obſtat punctatio. Verba omnia ſunt infinita: nullum Imperativæ formæ: **Man richtet den Tiſch zu/man beſtellet die Wache auff der Warte/ man iſſet/ man trincket** *Securitatem & impietatem induratam*, adeò ut etiam adveniente jam hoſte, ex hypotheſi ſuperiori Babylonio, magis obſtinati ſint futuri, non imperat: ſed prout futura erat, ita illam commemorat. Ad famam hoſtis parum movebuntur, agent obſtinati Athei, comeſſabuntur, ſecuri ſui *Speculatoris*, *edent*, *bibent* ac ſi altâ fruerentur pace, dum ab altero latere conclamatur: Hoſtis habet muros. *Surgite ô vos Principes: Ungite* (& unctum polite) *ſcutum*. Complementum ex hypotheſi Maſſa Hieroſolymitani facilè datur: Sufficit paralleliſmus in capite 22. 13. qvod pro ſuperiori hypotheſi iterum magni argumenti inſtar habet.

ORATIONIS IIX.

PARS SECUNDA.

Concl. 1.



Ratio, qvæ sub titulo משא מדברים c. 21. à v. 1. adusqve v. 11. incedit, *duabus* absolvitur *Sectionibus* s. פרשיות unâ qvæ fluit à v. 1. adusqve v 5. & exprimit ipsam substantiam Massa *deserti Maris*: alterâ, qvæ inde adusqve finem per qvinarium versuum secundum fluit, & speciale Consilium D E I circa illud Massa proponit. Versus ultimus partis primæ ita sonabat: ערך השלחן צפית הצפית אכול שתה קומו השרים ומשחו מגן. Ad *noctem* illam *Babylonicam*, & funerale illius convivium, *Belsasari epulatoris blasphemi* sangvine cruentatum, & Scripturâ parietis Angelicâ celebratum referunt & Dd. Judæi & Christiani, ita ut illius noctis novissimæ & Regi & regno Babylonico turbulenta historia, abrupto qvoqve Orationis genere exprimatur, sc. Man bereitet den Tisch (complementum juxta illam hypothesin in Daniele c. 5 1. ubi in æternam Regis infamiam notatum: König Belsazer machte ein herrlich Mahl seinen Gewaltigen / und Hauptleuten / und soff sich voll mit ihnen) Porrò es halte Schildwache wer dazu Lust hat man isset und trincket (complementum ibid. v. 2. 3 4. König Belsazar seine Gewaltigen / seine Weiber und Kebsweiber truncken aus den güldnen Gefäß / die aus dem Hause GOttes zu Jerusalem genommen waren / und bey solchem saufen lobeten sie die gülden/silbern etc. Götter) Seqvitur nunc juxta illos, sive Vox *Speculatoris* ad *Principes Babylonios*, illos sc. intempestivos Convivatores, qvos evocet convivio, ad novissimam defensionem intimato adventu Persarum & Medorum: In dem / vel, mitten unter dem Banquet / höret man eine Stimme von der Schildwache / so da ruffet /

Auff ihr Fürsten / es ist hohe Zeit / hostis habet muros, schmieret den Schild / machet euch fertig zum Streit / den Sturm abzuschlagen / oder den hereinbrechenden Feind abzutreiben: sive *Oratio DEI classicum canentis* & excitantis Obsessores *Medos & Persas* sub Cyro tunc militantes, ut nunc *invadant urbem* vino somnoq; sepultam: Auff ihr Persische und Medische Fürsten / machet euch fertig zum Sturm / Babylon zu erobern (complementum juxta illos in Dan. c. 5. v. 30. In derselben Nacht ward der Chaldeer König Beltsazar getödtet)

Concl. 2. Ita qvoad rem ipsam Rabbini, nisi qvod varient in illo צפה הצפית s. *speculando speculatione*, qvod juxta qvosdam non *de Speculatore in speculâ Babylonis*, causa hostis observandi, & irruptionem ejus intimandi: sed de הדלקת המנורה בהיכל המלך s. *accensione candelarum in candelabro palatij Babylonici* explicant, ut ita exprimat id, qvod in convivio, juxta repræsentationem æqvè blasphemo & nocturno habet Poeta:

Dependent lychni laqvearibus aureis
Incensi & noctem flammis funalia vincunt.

& sanè talem *illius palatij* in convivio ferali faciem fuisse, tum ex ipsius Convivii, in qvo

Postqvam prima qvies epulis, mensæq; remota
Crateras sanctos statuunt & vina coronant.

prolongatione, tum ex Candelabri, *è cujus regione* contigit illa *Scriptura mystica in pariete*, expressâ mentione c. 5. 5. dubium nullum. Sic in illâ voce: *Surgite Principes, ungite clypeum* (scutum) Imperativum illum posteriorem satis eleganter (melius etiam Græcis qvi habent ἀναστάσατε θυρεὸς, dubium, annon legerint משכו) exprimunt, sive משחו המגינים להלחם באיבים i. e. *ungite scuta ad pugnandum cum hoste*, sive: הכינו כלי זיין להלחם i. e. *parate instrumenta bellica ad præliandum:* ita jam olim Jonathan מריקו וצחצחו זינא s. *tergite & nitida reddite arma:* ut ita vocabulum משח includat subordinatum significatum (qvo nihil in Lingvâ S. familiarius) sc. *ungere & ungendo polire*, qvod posterius hîc reqvirit materia, & ab Hebræo habet Arabs, cui مسح & *ungere* est & *tergere*, Sensus adeò: *Illa rubiginosa scuta oleo tergite & ad prælium expedite:*

sed

sed nec desunt qvi interpretantur per: משחו והמליכו מלך i. e. *Ungite* (unctione solemni inaugurate) *Regem*, eo modo, qvo *Reges & Principes*, ob sublime *Protectorij* munus, *Scuti* vel *Clypei* nomine veniunt, ut in illo Psal. 47. ult. DEO SUNT SCUTA TERRÆ. Ita de *Dario Medo* Successore Balsasaris interfecti exponit Rab. Abenesra, ac si sc. repræsententur Proceres Babyloniæ, post Regem trucidatum á populo Babylonico, inclamati hâc voce: SURGITE O PRINCIPES, ELIGITE ALIUM REGEM: vel: *Ungite* Successorem, qvi possit esse *Clypeus* Babylonis s. Imperii Babylonici *Scutum*. Ostendimus jam supra nihil hîc esse, qvod non *Hierosolymitano statui* conveniat: Convivium illud Balsasaris non probat hoc loco de se Prophetiam: non ibi saltem exhaustæ *spumantes pateræ*. Hypothesis præterea de *Cyro obsidente tunc cum Persis & Medis Babylonem & hanc expugnante*, non convenit, neqve ullibi tale qvid notavit Daniel: reclamat potiùs caput qvintum, de qvâ re vid. notata ad c. 13. Orationem hîc Prophetæ agnoscimus: sed non *imperativam*, non *sarcasticam*: neqve satisfacit qvi hîc *alternativam Vocis bellicæ* statuit hoc sensu: Antea audiebatur talis Vox: *Adorna Mensam*: nunc autem audietur vox bellica: *Speculetur Speculator*: antea *Ede, bibe*: nunc: *Surgite Principes, Scutum expedite*. Obstat Sectio Versus. Scripsit Propheta prout in *Speculo Prophetico vidit & audivit*. Vidit statum futurum & descripsit in m. 1. Audivit vocem qvam expressit in m. 2. sive jam illa sit *Speculatoris* ad *obsessos*, sive *DEI* ad *obsidentes*. Confirmatur illud Massa hactenus propositum, & inprimis illud *in speculâ* auditum: *Surgite Principes: inungite scutum* in parte 2. ad qvam nunc procedimus.

Concl. 3. Absolvitur hæc *Theatro figurato* v. 6. 7. 8 9. & *Epiphonemate Prophetico pathetico* v. 10. In Theatro illo proponitur SPECULATOR tùm ut ex *speciali Dicto Dominico* à Prophetâ *ad observandum* (s. videndum, attendendum & referendum) *in speculâ constituendus* v. 6. (ubi nota *finem* illum *officialem Speculatoris* in vocibus אשר יראה יגיד i. e. ut id *qvod sensuali observatione* sive videndo sive audiendo habebit, *indicet*) tùm ut post positum in speculâ & *Contemplator ac Auscultator curiosus* v. 7. (illud m. 1. hoc m. 2.) & suæ *speculationis Referendarius* publicus accuratissimus v. 8. & 9. Atqve

hactenus partim DICTUM DEI de Speculatore: partim *factum* ipsius *Speculatoris contemplantis, auscultantis, enarrantis.* Sequitur nunc Epiphonema, quod formaliter est *Prophetæ*, non, illius *Speculatoris* & *Referendarij Casus Babylonis* v. 9. neque *ad Babylonem:* sed ad *Ecclesiam Judaicam referendum* v. ult. in quo totius superioris Massa *autoritativa* est *legitimatio* seu recapitulatio: & *Sigillum* Prophetiæ divinum: *Id quod audivi à JHOVAH ZBAOTH DEO Israelis, annunciavi vobis.* Ita desinit hoc Massa.

Concl. 4. Ipsa ergò Constitutio *Speculatoris* est in v. 6. Quæritur hîc 1. An v. 6. ADONAI repræsentetur ut *constituens Speculatorem*, & ipse Isaiah ut *Speculator?* Resp. Adonai imperat Prophetæ nostro ut *constituat Speculatorem.* Speculator ergò ille in formâ speculi non est Isaiah: sed ad hanc specialem speculationem ordinatus autoritate divinâ à Prophetâ Isaiah: potuit tamen esse *Propheta* & *fuit:* Character illius est *immediata appellatio de speculâ ad ipsum* Adonai v 8. Non dicit DEUS ad Prophetam לֵךְ עֲמֹד עַל הַמִּצְפֶּה אֲשֶׁר תִּרְאֶה תַגִּיד i. e. *Abi & sta in specula: quicquid videris, indica.* Sed הָעֲמֵד הַמִּצְפֶּה *constitue Speculatorem, qui indicet id quod visurus est.* Rectè in notis Junius: *Prophetam, ut amplius confirmaretur de prænunciato Massa, jussum adhibere testem, alterum nimirum Prophetam aliquem ex discipulis suis, qui res à se visas seu à DEO revelatas ad Prophetam vel ad populum referat.* Quæritur 2. an præceptum hoc de Speculatore intelligendum, prout sonat? Resp. Aff. sed *pro ratione speculæ & speculi Prophetici.* Non omnis specula Topica est, qualis quæ in summitate vel *Portæ*, vel *Muri*, vel *Turris* vid. 2. Sam. 18 24. vid. Ezech. 3. 17. c. 33. 7. unde patebit ratio *Speculæ* Propheticæ. Notetur hoc loco Symphonia Prophetarum in speculâ: sed & Lex *Speculatoris* gemina: una, *ne quid non revelati* vel *in speculâ non accuratè visi* velut certò visum publicare, & *dicere audeat:* altera, *ne quid visi in speculâ taceat* s. *dicere non audeat.* Qui contra, ibi *fures*, hîc *muti canes.* Exemplum primi incomparabile in illo Elencho Prophetarum, qui mentiebantur se *stetisse in arcano Jhovah* vid. Jerem. c. 23 18. (qui, quod benè notetur, non continuat *Dictum Pseudoprophetarum* ex v. 17. sed est *Oppositum illi dictum ipsius Jhovah* & *ratio* v. 16.) & seqq. ad finem cap. Errant iterum qui hîc

insultasse

insultasse dicunt *Prophetam captæ Babyloni* q. d. *Vos Babylonij constituetis Speculatorem: sed nimis serò. Jam enim capta est Babylon. Neque aliud ille nunciabit.* Repræsentasset hâc ratione Propheta Babylonios & in tali Schemate insultasset sibi ipsi.

Concl. 5. Qværitur 3. Qvis intelligendus per illum *Speculatorem*? Resp. 1. Posito, constitutionem hanc non fuisse merum φανταζόμενον, *Prophetam* facilè concedimus ex Charactere *Speculatoris* immediati & *Auscultatoris stantis in arcano* JHOVAH, ac inde *proferentis sibi revelata* vid. v. 6. 7. 8 & confer Jerem. 23. 18 2. Ipsum autem individuum ejusq; nomen postulare, sive determinare, videri nonnemini poterat ἀεροβατοῦσα πλυπραγμοσύνη 3. Non tacent tamen veteres Hebræi, & concludunt pro *Chabacuc Propheta*: neqve negare ausim, veriùs hunc, qvàm, qvod visum aliis, *Danielem* hîc intelligi. Babylonis & *judicium activum* (Judæis passivum) toto c. 1. & *passivum* toto c. 2. tractat Chbacuc, subjunctâ *Litaniâ* pro populo c. 3 ut adeò in hoc Massa *breviarium* sit *Chbacuci*: & parallelismus non materialis saltem: sed & alicubi, e. c. in *Sympathiâ Prophetica* vid. c. 1. 2, 3. 12. c. 3. 14. 16. in *speculâ* & appellatione illâ ad *DEUM* vid. c. 2. 1. 2. & confer in Massa nostro v. 6 7. 8. formalis Qvâ ratione hîc Rabbini Habacuc probarint, tutissimè illorum verbis exprimitur: חכמים זל דרשו כתובים

האלה שאמר הקבה לישעיהו עתיד אחר מהלמיריך לקרא
תגר על מרותי על אורך שלותה של בבל והוא חבקוק שעג
עוגה ועמד בתוכה ואמר על משמרתי אעמדה וג׳ אמר הקבה
לישע׳ העמד המצפה והבטיחהו מאתי שיעמוד על מצפהו ואשר
יראה במפלתה של בבל יגיד ואני אראה לו שם כמין רכב צמד
וג׳ שהם סימן לפרס ומדי והקשיב קשב ושם ישמע בנבואתו רוב
המיות ושאונות מתשוארת וחיילות ויקרא אריה הוא חבקוק
שאריה בגמטריא חבק׳ ונבא אם כן ישעיהו שעתיד חבקוק
להתפלל על זה הלא אלה הם דברי המפרשים בכוונת הנבואה
הזאת וזהו דרך דרש ואתה ראה כמה מהדוחקים יסבלו הכתובים
בשנאמר שהיתה כוונת הנבואה הזאת להגיד חרבן בבל

Summa verborum Rabbini 1. *Antecessores hanc Pharaschan exposuisse de Chbacuc, futuro uno ex discipulis Isaiæ & in speculâ suâ lamentaturo ob prolongatam ita Babylonis tranquillitatem superbam.* 2. *Jussum proinde Isaiam, illum collocare in speculâ & fiduciam facere Babylonis postbàc desolandæ.* 3. DEUM *illi ostendisse in visione, id fore per Persas & Medos.* 4. *Illum Chbacuc audivisse in speculâ Propheticâ strepitus illos bellicos.* 5. *Et fuisse illum Leonem* (de quo dicitur v 8) *Et clamavit Leo.* 6. *Vocabulum sc.* LEONIS *vel* אריה *in Gematriâ totidem valet, quod* חבקוק *sc. habet numerum parallelum* 216. 7. *Isaiam adeò hic vaticinatum esse de adventuro paulò post Prophetâ Chbacuc eodemq; futuro precatore hujus Massa.* 8. *Cæterum illam expositionem esse allegoricam, ab expositoribus tamen in sensu literali hujus Massa passim assumtam.* 9. *Et omninò expositionem illam hujus Massa de Babylone desolandâ multis difficultatibus esse obnoxiam.* Daremus facilè illud ἀλληγορούμενον, neqve negamus illud *Gematriæ* exemplum, qvoad paralleliſmum Arithmeticum in LEONE & *Chbacuc* esse insigne: sed eligendum ἀπολυπραγμόνησον; & redeundum ad textum Propheticum.

Concl. 6. SPECULATOR jam in speculâ positus accuratissimè describitur v. 7. 1. resp. *Visionis* s qvid viderit m. 1. 2. resp. *auscultationis* m. 2. s. qvàm accuratè auscultaverit. Fontes Isaiani habent: וְרָאָה רֶכֶב צֶמֶד פָּרָשִׁים רֶכֶב חֲמוֹר רֶכֶב גָּמָל וְהִקְשִׁיב קֶשֶׁב רַב קָשֶׁב Lutherus noſter expressit: Er ſihet aber Reuter reiten und fahren auff Roſſen / Eſeln und Camelen / und hat mit groſſem Fleiß Achtung drauff. Trem. *Cumq; vidisset currus, duplices equites* (duplices ordines eqvitum, horum supernè, illorum infernè ingredientium Babylonem) *Currus asinorum, currus camelorum & attendisset accuratissimè.* Explicat de *Camelis & Mulis Persicis, qvorum illi, adspectu & odore deterruerint eqvos, hi verò, orientalium Mulorum more, viribus & velocitate præstiterint, qvos proinde Cyrus objecerit Babyloniis eqvitatu prævalentibus.* Dubitat tamen, *annon Mulorum nomen impedimentis tribuat, & apportando commeatui, propter desertam regionem supra Babylonem.* Convenit ferè Piscator: *Et vidit eqvitatum* (multitudinem Eqvitum advenientem ad urbem Babylonem) *duos ordines eqvitum,*

equitum, unum equitantium in asinis, alterum equitantium in Camelis: (non, Currus tractos ab Asinis & Camelis: sed equites incedentes in Asinis & Camelis) & attendit attentè attentissimè. Oecolampadius: Et videbit ascensorem bigæ equitum, ascensorem Asini, ascensorem Cameli. Addit in glossâ: *Biga Equitum Ecclesia est ex Judæis & gentibus congregata. Christus est Ascensor bigæ, qui illam verbo ac Spiritu suo regit, pius bonis, horrendus malis.* Molkerus Wittenberg. Et vidit (de longinquo) *Currum* (equitationem etwas reiten: Mox propius illis accedentibus dicit se vidisse) *par equitum* (postea eosdem propinquiores exactiùs etiam discernens dicit se vidisse) *Currum Asini* (alterum ex equitibus vehi asino) *& currum Cameli* (s. alterum vectum Camelo: & ne quis existimaret judicium oculorum eum fefellisse, additum) *Attendit attentione* (& ut major etiam esset certitudo, additum) *multâ attentione.* Batavi expressere: Ende hy sagh eenen Wagen/een paer Ruyters/een Waghen met Esels/ een Waghen met Kemels: (in glossâ: een Waghen van Esels/ ende een Waghen van Kemelen getrocken) ende hy merckter seer naeuwe op/met groote opmerckinge. Applicatio juxta illos ad *itinerarium Cyri castrense* Babylonicum. Chaldæus: וחזי רתך אנש ועמיה זוג פרשים רכיב עד חמר רכיב על גמלא; i. e. *Et vidit currum hominis, & cum illo par equitum, equitantem super Asinum, & equitantem super Camelum.* Ludov. de Dieu mavult in פרשים *equos bellicos*, quàm *equites* intelligere, & adeo reddendum: *Et vidit currum duorum equorum, currum Asini, currum Cameli* (aut collectivè: *Asinorum, Camelorum*). Rabbinorum hic Paraphrasis talis est: זכר כי המצפה ראה רכב הרבה מחסרים ומגמלים כי כל רכב הוא מארבע בהמות וכן המצפה יקשיב לשמע קול המחנות; i. e. *Meminit Speculatorem vidisse currus multos Asinorum & Camelorum: quia Currus omnis est duplicis bigæ jumentorum: & sic Speculator attendit ad vocem advenientium Castrorum:* & alibi: ראה רכב צמד פרשים אחד רכב חמור ואחד רכב גמל שהם סימן לפרס ומדי; i. e. *Vidit currus, par equitum, unus invectus est Asino, alter Camelo, & hi signant Persas & Medos.* Repræsentavimus Interpretes in applicatione *ad Babylonem* passivè,

& Cy-

& *Cyrum* (ejusq; castra ſ. *Perſarum & Medorum* exercitum) activè ſe habentem ferè convenientes: In ipſo autem *literali ſenſu* vehementèr alicubi diſtantes: qvam diſſonantiam nunc examinabimus, continuatis qvæſitis Propheticis.

Concl. 7. Qværitur adeò 4. An liceat ita vertere poſitum territorii primi: *Et vidit currum duorum Eqvorum* (ſive Eqvitum, de qvo nunc non laborabimus)? Reſp. In formâ Neg. Reqviretur poſitus וראה רכב צמד פרשים. Qværitur 5. An viderit Speculator tria genera curruum, ſc. *ex qvibus unum traxerint Eqvi, ſecundùm Aſini, tertium Cameli?* Reſp. Dubium hoc reſolvitur in poſitum צמד פרשים an dicat *par eqvitum*, an *par eqvorum bellicorum* Kriegspaar? ubi affirmare licet poſterius non tàm propter vocem פרשים qvam non negamus *eqvites* (in pluribus locis) notare, (licet nec forma radicis, nec uſus biblicus repugnet *eqvis* vid. Iſaiæ 28. 28. 1. Sam. 8. 11. 2. Sam. 1. 6. vid in hoc ipſo Maſſa v. 9. & ſeqventi cap. 22. v. 6.) qvàm propter vocem צמד cujus uſus non *in copulâ Perſonarum:* ſed *ſuppoſitorum brutorum:* e. c. *jumentorum:* nunqvam *hominum.* Reddendum adeò: *Vidit Speculator Currum* (vidit, inqvam) *jugum* (vel par, copulam) *eqvorum.* Ita in formâ: licet in reſolutione materiali illud צמד פרשים detur *ante illum viſum.* Qvær. 6. Qvæ ratio רֶכֶב hoc loco & an notentur immediatè *inſidentes Eqvis, Aſinis, Camelis?* Reſp. Neg. Aliud רַכַּב vel רֹכֵב: aliud רֶכֶב: illa ipſum inſeſſorem, ſive ille *Eqvo*, ſive *Aſino*, ſive *Camelo*, ſive *Curru* celeri, *qvem trahunt eqvi*, invehatur, notant: hoc poſterius, *Curruum* ipſum, cui bellatores inſident. Neqve adeò hoc loco רכב פרשים, רכב חמור & רכב גמל magis ponit *Eqvites* in *eqvis, aſinis, camelis:* qvàm *eqvos, aſinos, camelos* in curru ſ. in רכב. Nullus poſitus רכב ita concretus, admittit illam reſolutionem, ut in hâc רכב dicat *inſeſſorem* immediatum ſ. illum qvi *vehitur* & incedit in illo. Tàm abſurdum illud ac ſi in v. 9. interpretari velis רכב איש per *inſidentem Viro* vel *eqvitantem in Viro.* Genitivus ergò ille uti alibi e. c. cum dicitur רכב פרעה item רכב מצרים eſt Currus Regis, nationis, רכב איש Currus inſidentis bellatoris: ita hîc eſt *biga eqvorum, currus aſini, currus cameli*, qvem ſive ducunt, ſive trahunt *eqvi, aſini, cameli.*

Concl.

Concl. 8. Qværitur 7. Qvæ ratio *Curruum?* Resp. Notantur currus militares, in bellis Assyriorum, Ægyptiorum, Persarum, Cananæorum, aliarumq; gentium, per sacram paritèr & profanam historiam celebratissimi. Videatur ex sacris, in bellis *Ægyptiorum* Exod. 14. 7. 9. & de *Curribus ferratis Cananæorum* Jud. 4. 3. 13. *Philistinorum* 1. Sam. 13 5. &c sed & ex profanis, de curribus illis, prout tunc erant in usu Persarum, sub qvibus Babylonii, legendus *Curtius* in bellis Darii cum Alexandro: *Ut major pristino esset equitatus, ingens q; terror hostium, ducentæ falcatæ qvadrigæ secutæ sunt. Ex summo temone hastæ præfixæ ferro eminebant. Utrinqve à jugo ternos direxerant gladios, & inter radios rotarum plurima spicula eminebant in adversum. Aliæ deinde falces summis rotarum orbibus hærebant, & aliæ in terram demissæ, qvicqvid obvium concitatis equis fuisset, amputaturæ. Hoc modo armato exercitu, Darius Babylone movit.* Ita Curtius lib. 4. v. 9. Idem §. 12. *Hos centum falcati currus sequebantur:* §. 13. *Alexander præcipit, ut, si falcatos currus cum fremitu Barbari emitterent, ipsi laxatis ordinibus impetum occurrentium silentio exciperent, haut dubius, sine nexâ transcursuros, si nemo se opponeret. Sin autem, sine fremitu immissi essent, eos ipsi clamore terrerent, pavidos q; equos telis utrinqve suffoderent* §. 15. *Darius ante se falcatos currus habebat, qvos signo dato universos in hostem effudit. Ruebant laxatis habenis aurigæ, qvò plures, nondum satis provisо impetu, obtererent. Alios ergò hastæ multum ultra temonem eminentes, alios ab utroqve latere demissæ falces laceravére.* Ibidem: *Inter hæc, currus, qvi circa prima signa turbaverant aciem, in phalangem invecti erant. Macedones confirmatis animis in medium agmen accipiunt. Vallo similis acies erat: junxerant hastas, & ab utroqve latere temerè incurrentium ilia suffodiebant: Circuire deinde currus, & propugnatores præcipitare cœperunt: ingens ruina equorum aurigarumq; aciem comp leverat. Hi territos regere non poterant: equi crebrâ jactatione cervicum non jugum modò excusserant: sed etiam currus everterant: vulnerati interfectos trahebant; nec consistere territi, nec progredi debiles poterant. Paucæ tamen evasere qvadrigæ in ultimam aciem, iis, qvib⁹ inciderunt, miserabili morte consumtis, qvippe amputata Virorũ membra humi jacebant.*

Concl. 9. Qvær. 8. An *Muli & Cameli* probent Persas & Medos? Resp. Mirum, qvàm hîc dominentur παραδοξίαι. Multa hîc de *Mulis*

Persicis, qvi *velocitate prævaluerint*: at legitimandi erant illi *Muli*, cum in fontibus non sit רכב פרד ſ. *Currus Muli* vel צמר פרדים uti 2. Reg. 5. 17. ſed nomen *Asini*, à qvo ad Mulum, non magis qvàm ab Asino ad Eqvum v. c. imò contradiſtingvitur Sach. 14. 15. 1 Chron. 12. 40. Sed nec, ita Muli ante Camelos. Vincunt certè *Dromades Cameli* eximiâ velocitate. Et num *Muli* Perſarum, *Cameli* Medorum? an contra? Abſurda omnia. Sed præter hæc nihil qvod minus defuit Babyloniis, Chaldæis, Judæis aliisq; inter Euphratem & mare mediterraneum gentibus, qvam Aſini & Cameli: imò & Muli, qvalis ille *Abſalomi* 2. Sam. 18. 10. vid. etiam 2. Sam. 13. 29. *Mula Regia Davidica* פרדת המלך *electoralis die Salomonis* Succeſſoris celebrata 1. Reg. 1. 33. 38. 44. & fuerunt in hujus ſtabulo tàm *Muli*, qvàm *Eqvi* סוסים ופרדים 1. Reg. 10. 25. In *jumentis* Iſraelis ſub Davide, copulantur *Aſini*, *Cameli*, *Muli*, *Boves* 1. Chron. 12. 40. vid. etiam Eſr. 2. 66. Nechem. 7. 65. Sic tàm Perſæ & Medi *eqvis excelluére*, qvàm Babylonii. Nihil ergò hactenus pro *Perſis* & *Mediis*, qvod non applicabile etiam Babyloniis. Et omninò in hoc apparatu, qvem *Speculator* vidit, præſtabat illos *Aſinos & Camelos* inter *vectarios* ponere, & illos *qvi caſtra ſeqvuntur*, *impedimentis* vel *commeatui portando* deſtinatos (qvomodo 2. Reg. 7. 12. eſt רכב סוסים & de caſtris Darii memoratur apud Curtium: *Poſt regias pellices 360. regali cultu ornatuq;, pecuniam Regis 600. Muli & 300. Cameli vehebant, præſidio Sagittariorum proſeqvente*) ut ita currus *bellatorum* detur in territorio 1. & ad illum צמר פרשים; Currus autem impedimentorum & commeatuum, in territorio 2. ſc. *Currus Aſini*, & *Currus Cameli*, vel, Aſini & Cameli, vecturis illis deſtinati. Ita & accentuatio magis convenit, & uſus biblicus, qvi bellatoribus *eqvos* tribuit, vel *currus falcatos*, qvos trahunt *eqvi* feroces, nunqvam *Aſinos* vel *Camelos*. Et vel ſic nihil hactenᵒ proprium pro *Maſſa* paſſivè *Babylonico*. Imò ſic vincent Babylonii, qvos *eqvitatu* valuiſſe plurimum, ex profanis hiſtoriis probat *Junius*: atqve adeò רכב ille, in qvo צמר פרשים ſ. *par eqvorum*, eſſe potuit h. l. Babylonius, neq; hactenus *Maſſa* paſſivè *Babylonicum*. Qvod ſi nunc detur currus *Aſini* & *Cameli* ſignum *Perſarum & Medorum*, nihil aliud viderit *Speculator*, qvàm hoſtem bellatorem Babylonium, cum ſupplementis *Perſarum* & *Medorum* imminere illi

genti

genti vel metropoli pro qvâ stabat *in speculâ*, qvod nihil obstare *Massæ* passivè *Hierosolymitano* jam supra probavimus ex cap. seqventi v. 1. ubi ad obsidionem Hierosolymitanam sub Nebucadnezare advenisse memorantur *Elamitæ* s. *Persæ*, & *Kir* s. *Medi* (qvorum illa metropolis) imo *Currus bellatoris & equi* tàm ibi memorantur, qvàm hoc loco, ut dubium nobis haut sit, *breviarium* hoc loco esse illius argumenti, qvod tractatur ex professo & solitariè cap. seqventi, cum hic *Speculator* non repræsentet *Massa* (in qvo se *Babel* habitura erat *activè*) nisi propter seqvelam Massæ *Babylonici passivi* seu *casuræ* paulò post *Babelis*. Qværitur 9. An illud והקשיב & qvæ seqvuntur in m. 2. v. 7. pertineant ad visionem Speculatoris s. ad ראה? Resp. Neg. Speculatoris officium non absolvitur contemplatione: sed & accuratissimâ attentione. Debet semper esse *auscultator*, &, ubi licet, contemplator. Non saltem fuit Speculator diurnus על מצפה: sed & Excubitor nocturnus על משמרתו. Errant adeò, qvi confundunt ita reddentes: *Ille, cum contemplatus esset contemplatione multâ & diligenti vidit par equitum, qvorum alter Asino, alter Camelo vehebatur.* Rectè Rabbinus: ראה מחנה האיב ופרשיו והקשיב המצפה לקול הסיית האיבים i. e. *vidit Speculator castra hostium & equites ejus, & attendit accuratè ad strepitum hostium.* Notatur sc. officium הצופה הטוב הכוסף לדעת אמתת הענינים s. *boni Speculatoris desiderantis cognoscere veritatem rerum*.

Concl. 10. Post Theatrum & Auditorium *Speculatoris* in v. 7. (vid. sup. Concl. 3. & 6.) seqvitur nunc 3. SPECULATOR ut suæ visionis in speculâ *Referendarius* clamosus in v. 8. וַיִּקְרָא אַרְיֵה עַל־מִצְפֵּה יְהוָה אָנֹכִי עָמֹד תָּמִיד יוֹמָם וְעַל־מִשְׁמַרְתִּי אָנֹכִי נִצָּב כָּל־הַלֵּילוֹת׃ Lutherus noster expressit: Und ein Löwe (Speculator intendens vocem tanqvam Leo clamavit) rieff: HERR ich stehe auff der Warte immerdar des Tages/und stelle mich auff meine Hut alle Nacht. Belgica versio: Ende hy riep: een Leeuw (isser voorhanden/verstaande den Koningh Cyrum komende om Babylon te belegheren) Heere ick stae op den Wachtoren geduerighlyck by Dage/ende op myne Hoede sette ick my gantsche Nachten. Vulgatus:

Et clamavit Leo: super speculam Domini ego sum stans jugiter per diem, & super custodiam meam ego sum stans totis noctibus. Vatablus: *Et* (Speculator) *clamavit: Leo super speculam* (video Leonem stantem in loco eminenti & inhiantem prædæ) *Dominè ego sto jugiter per diem, & super custodiam meam ego sto totis noctibus.* Jun. Trem. Piscator, post Abenesram: (Speculator) *clamavit ut Leo:* (ad instar Leonis validissimè) *in speculâ, Domine, ego consistam jugitèr interdiu, & in observatione meâ totis noctibus.* Rabbini Commentatores vel ita resolvunt: מצפה יקרא בקול גדול אריה על מצפה ר' האריה שהוא פרס ומדי הוא על מצפה מביט אנה ואנה ילך לטרוף i. e. *Speculator clamavit voce magnâ:* LEO SUPER SPECULAM. Sensus: *Leo, qui est Persa & Medus, stans in speculâ, intuetur huc & illuc invasurus ad prædandum* vel: *Video Leonem ascendentem contra speculam Domini* i. e. *contra Hierosolyma, quæ sunt perpetua DEI specula,* vel ita: *Et clamavit Chabacuc* (rugivit in speculâ Propheta Chabacuc Precator vehementissimus ad DEUM pro maturando supplicio Babylonis, cujus causâ dicat:) *super speculam ego consisto die ac nocte* (Precator pro desolandâ Babylone) Chaldæus: אמר נביא קדם משרין דאתין בסיטוניהון כאריא על סכותא קדם יהוה אנא קאם תדירא ביממא ועל מטרתי אנא מעתר כל ליליא i. e. Vox turmarum venientium cum loricis suis sicut Leo: &c.

Concl. II. Hâc ergò ratione qværitur 10. Qvomodo se habeat in membro 1. LEO & positus ille ויקרא אריה? Resp. 1. Ellipsis hîc comparativa non admittenda, neqve adeò probandus hactenus *Tremell. Piscator*, nisi in qvantum *materialitèr* convenit illa versio cum *Vulgato, Luthero*, qvi in formâ præferendi: qvoad rem ipsam enim nihil interest, nisi qvod juxta illos *Leo* referatur ad *prædicatum*, juxta hos ad *subjectum: Leo* (i. e. Speculator habens se ut Leo) *clamavit:* vel: *Speculator clamavit sicut Leo.* Resp. 2. Licet *Leonem* illum ponere Clamoris vel ipsius actus subjectum, non contrarietur accentuationi, malimus tamen illum LEONEM hic accipi velut *Clamantis objectum*, ut ita non *Leo clamet:* sed: *Speculator clamet:* LEO (adest Leo, hostis immanis) Ratio 1. Tiphcha qvidem hic dari poterat necessitatis, qvi per se nec distinctionem nec nexum signat: sed est ex necessi-

necessitate binarii vocum in uno membro, ubi proinde, qvalis qvalis positus sit, sive nexus sive distinctionis, vox prima est Tipchanda, ejusdemq; relatio ad secundam habenda ex sensu materiali vel ratione aliâ formali: cœterum ex illâ hypothesi poterat abesse Atnach ex voce secundâ, & sic Tiphcha ex voce 1. uti contra, si LEO ponatur argumentum clamoris, & ibi Atnach, & hic demonstratur immutabilis positus Regis Tiphcha. 2. Nulla ratio subjecti clamantis expressi titulo LEONIS. *Leo* i. e. *Propheta*: 3. Prædicata *videndi* & *auscultandi* in v. 7. præced. sunt *incomplexa*, vel sine subjecto explicito, & reducuntur ad subjectum explicitum in v. 6. seu ad ipsum המצפה i. e. *Speculatorem*. E. & prædicatum clamandi, ut ita sit accurata sequela, supposito illo המצפה in v. 6. sc. וראה item והקשיב in v. 7. & porrò ויקרא in v. 8. atqve adeo LEO fuit *proclamatus* à Speculatore, non ipse *clamans*. Unde illud, qvod in Leone hic Prophetam CHABACUC statuant veteres Hebræi, jam supra monuimus.

Concl. 12. Qværitur II. An ita reddendum: LEO *est super speculam*, vel, *venit contra Speculam?* Resp. Neg. Obstat evidens limes Atnach, qvem velle transilire & in Munach ministro Prosaico semper consequenter nectente & respiciente, etiam ubi *Psikatus* est, membrum vel sensum membri 1. distingvere, est *Speculatorem* speculâ Propheticâ deturbare, & Babel in fontes Israelis introducere. *Speculæ* hic non LEONIS. Nec *Leo*: sed *Speculator* ponendus in *Speculâ*. Probandus *Lutherus*, *Belg. Versio*, *Trem. Piscator*, *Chaldæus*. Improbandi *Rabbini*, & ex illis hic errans *Vatablus*. Qværitur 12. An *Speculæ* & *Adonai* in nr. 2. habeant positum regiminis, atqve adeò Adonai exprimendum *in casu Genitivo*, ut sit: super *Speculam Domini?* Resp. Neg. Adonai est Vocativus Emphaticus, & מצפה sine regimine. Ratio 1. Punctatio *Segol* in מצפה. 2. *Psik* additus *Ministro Munach*, qvi tollendus esset, si hic *regimen formale*. Errat Abrabinel in censurâ Antecessorum מצפה סמוך לה׳ והם פירשוהו מוכרת i. e. *Vox Speculatoris hic est in regimine ad nomen* ADONAI: *illi autem exposuerunt in formâ absoluta*. Omninò laudandi hi qvod מוכרת defenderint: culpandus ille, qvod culpet. Non errarant ex Rabbinis, qvi scripserant: לא יהיה מלה מצפה סמוכה אל ה׳ אבר תהיה מוכרת ורבר הנביא מעצמו ה׳, Falsi potius qvoqvot reddunt, vel: *Leo su-*

per speculam Domini: vel: *Ego sto super speculam Domini.* Probanda Belg Versio & qvi consonant. Qværitur 12. Qvæ ratio discretionis מצפה & משמרת? Resp. Qvalis *diurni Speculatoris*, cui tribuitur מצפה, & *nocturni Custodis*, cui convenit משמרת, tùm topicè, tùm chronologicè, unde משמורת s. φυλακὴ νυκτὸς celeberrimæ in sacris Matth. 24. 43. Marc. 13. 35.

Concl. 13. Qværitur 14. Qvis ille LEO s. אריה in v. 8.? an פרס ומדי s. *Persa & Medus Duce Cyro?* Ita Rabbini Judæorum & DD. Christiani passim. Contra פרס ומדי לא יקראו אריה בשום מקום i. e. *Persæ & Medi in nullo loco Scripturæ dicuntur* LEO. Passim, imò in his Massa, LEO famosus & perpetuus est *Babylonius* incluso *Assyrio*, qvippe ejusdem Imperii Domino vid. Jes. 15. 14. Jer. 4. 7. c. 49. 19. c. 50. 17. 44. Nach. 2. 12. 13. Speculator clamavit: LEO: s. *videre se de specula, adscendentem* LEONEM *Babylonium*, atqve adeò hactenus nondum fuerit Massa *passivè Babylonicum.* Qvær. 15. Qvis nexus *Speculatoris Oratoris* de statu suo *in specula* m. 2. cum eodem Oratore de *Leone* in m. 1.? Resp. Abrabinel: הגיד הצופה איך ידע זה i. e. *indicavit Speculator, unde sciat adesse Leonem* s. Babylonium? sc. *ex accurata in specula contemplatione.* Alii ex Rabbinis talem dant Paraphrasin: ה' אלקים הלא ידעת שאנכי עמד תמיד כל היום וכל הלילה ומתפלל מתי תבא הרעה על נבל בעבור מה שהרעו לישראל i. e. *O Domine DEUS, annon scis me diu noctuq; stare & precari, ut loco tot malorum, qvibus affecerunt Israelem, iterum puniantur Babylonij.* Status *in specula*, & *relatio juxta visum in specula* jam erat suppositus ex v. 6. 7. neqve adeò opus erat, ut propterea Monitor esset & suæ *speculationis* commendator, cum nemo dubitaret. Pro *Babyloniorum* qvoqve *Massa passivo* haut opus erat *Solicitatore Speculatore*, si jam v. 7. illud repræsentatum vidit Speculator.

Concl. 14. Malumus adeò hanc Orationem habere pro *continuatione status in specula* propter novum *in futuro* visum *vastandi* sc. *Vastatoris* & *casum Babylonis.* Fuit hactenus pars prima revelationis in speculâ de Babylonio LEONE adscensuro sc. & futuro Vastatore (inprimis) Hierosolymitano: ne qvis autem post illud visum ex-

cessisse

cessisse statim speculâ Prophetam, parum solicitum, qvid iterum de Babylone tot gentium debellatrice futurum, statuat, protestatur se non ita deserere *speculam*: stare in illâ, & constiturum *die ac nocte* non fatigandum Speculatorem & Supplicatorem, usqve dum detur in illâ qvoqve *videre & audire, qvis futurus sit Babylonis & illius Leonis*, qvi tot mala luctuosa dedit Israeli, *exitus*, Hoc sensu esse hic orationem מתלונן ומתרעם לפני אלהים concedimus.

Concl. 15. Seqvitur nunc *Visum in specula* secundum de *Massa Babylonis*. Nexum non tacent Rabbini, dum ita ponunt: ובהיותי מפיר תחינתי על זה והנה ראיתי i. e. *dum ita Precator & Speculator fui, ecce vidi currum Viri* &c. v. 9. *Et ecce hoc ipso venit Currus Viri, biga eqvorum: & intonuit dicens: Cecidit, cecidit Babel, & omnia sculptilia Idolorum ejus diffregit* (fracta dejecit) *in terram*. Sed hic qværitur 16. Qvis currus ille Viri & qvorsum illud par sive Eqvitum sive eqvorum bellicorum? Resp. hic *Cyrum & Persarum ac Medorum* exercitum concedimus: qvia ad hunc incessum statim auditur: *Cecidit Babel*. Qvær. 17. An ergò *parallela* hæc *Visio* illi in v. 7.? Resp. Non opus erat illam iterare: *Currus ille* & צמד פרשים in v. 7. jam erant in *visione & adventu præterito*: at hic post intercedentes in speculâ noctes diesqi, velut *novam rem* publicaturus, eamqi in *instanti præsenti*, præponit illud והנה זה *Et* Ecce *hoc ipso momento venit Currus Viri*. Potuit ergò ille in v. 7. esse *Leonis Babylonici*: hic 70. post annis adventurus *Persicus* Viri *Cyri*. Qværitur 18. An hic notetur Babelis *casus activus* (Babel ist ins Jüdische Land eingefallen) an *passivus*, ita ut sensus sit: *ruit alto à culmine Babel?* Resp. Aff. posterius: in אלהיה non notantur Dii *Hierosolymorum*: sed *Babylonis*: & subjectum prædicati שבר s. *confregit*, non est Babylonius: sed (per Cyrum) *ipse DEUS*, etsi præstat *impersonalitatem* verbi hic ponere, Man hat alle ihre Götzen-Bilder zu Boden geschlagen. Babel ergò hic ponitur in *casu passivo* conf. Jerem. 25. 2. c. 51. 8. Apoc. 14. 9. c. 18. 2. Qvær. 19. An Oratio illa: Cecidit Babel &c. sit Speculatoris, an Viri in curru? Aff. prius ex seqvelâ prædicatorum *videndi, audiendi, clamandi* in v. 7. 8. Qværitur 20. *Qva ratio duplicati illius*: Cecidit, cecidit? Ad *duplicem casum* referunt Hebræi, unum sub Cyro: alterum, ad exemplum Sodomæ

mæ paulò post immissum à DEO. Verba illorum sunt: אמר בו
שתי פעמים נפרה נפרה כנגר שתי נפילות שיהיו לה אחת ער
ירי פרס ומרי והשנית מן השמים שאחרי חרבנה שנה אחר
נהפכרת כמהפכרת סדם ועמרה

Concl. 16. Sequitur Conclusio hujus *Massa* in Epiphonemate Prophetico v. 10. *O tritura mea & ô fili areæ meæ.* Belg. versio: **O myne Dorsschinge/ende de tarwe mynes Dorschvloers.** Lutherus noster: Meine liebe Tenne da ich auff dresche Juxta fontes: Meine Dreschung/und O du Sohn meiner Tennen (hactenus membrum 1.) was ich gehöret habe vom HErrn ZBAOTH dem GOtt Israel/ das verkündige ich euch. Atqve circa hanc admirandi affectus clausulam qvær. 21. An idem notetur subjectum in utroqve membro? Aff. Errant ergò qvi membrum 1. referunt ad *Babel:* membrum 2. ad Ecclesiam Judæorum. Ipsi *trituræ & filio areæ* dedicat Propheta audita à JHOVAH ZBAOTH. Sic. Babel illa *tritura*, omninò etiam illi intimatur, & si non illi intimatur, nec est illa *tritura*, & *Filius areæ*. Qv. 22. qvid per *triturum* & *filium areæ*? Resp. non *Babel:* sed *Israel.* Probatur 1. ex formâ passivâ מרושרת: qvæ illum notat populum, qvi per validos hostes sæpè fuit *trituratus* atqve *ventilatus*, ut cum *triturando* è glumâ follibusqj ac utriculis suis triticum educitur. Babylonius potius hactenus se habuit ut *bos triturans.* 2. Usus Biblicus facit pro *Israele.* 3. Et pro eodem titulus: *Filij areæ* s. *editi in areâ meâ*, frumentum sc. vannatum est filius areæ. 4. Sed & rationarium revelationum divinarum in m. 2. Qvær. 23. Qvis nexus v. 10. cum antecedentibus? Resp. antecesserat חזות קשה *Visio dura* (jam inde à v. 2.) qvæ proinde indigebat tali dedicationis Epiphonemate, qvod non qvadrat ad Babylonem: sed illum insignit populum, qvi trituratus à Babylone. Qvær. 24. Qvis ille Orator in *Epiphonemate?* Resp. Non *Vir in Curru*, non *Speculator:* sed ipse *Isaiah.* Apostropha insignis testatur jam desiisse repræsentationem Speculatoris. Qvær. 25. Qvomodo Israel *tritura Prophetæ* & ejusdem *area?* Resp. Non δεσποτικῶς: sed δογματικῶς, λειτουργικῶς, qvatenus illius areæ amplificandæ & permundandæ causâ, Propheta Θεῦ σωτῆρος, jam tunc erat ὑπὲρ χριστοῦ πρεσβεύων, ne veniens Messias, & palearum multum, tritici parum inveniens, anathemate percuteret aream Hierosolymitanam. vid. Matth. 3. 12.

ORATIO IX.

Concl. I.

Sequitur brevissimum MASSA. Habetur illud sub titulo *Massa Duma*, c. 21. v. 11. & 12. Fontes ita legunt מַשָּׂא דּוּמָה אֵלַי קֹרֵא מִשֵּׂעִיר שֹׁמֵר מַה־מִּלַּיְלָה שֹׁמֵר מַה־מִּלַּיְלָה׃ אָמַר שֹׁמֵר אָתָא בֹקֶר וְגַם־לָיְלָה אִם־תִּבְעָיוּן בְּעָיוּ שֻׁבוּ אֵתָיוּ. Et in interpretatione, & in applicatione bellum: qvod, uti sit in conspectu, lubet interspersâ Crisi de utraqve exempla ponere. Videri poterat, in Germanicâ nostrâ versione nihil hîc notandum. Habet ita: Diß ist die Last über Duma. Man rufft zu mir auß Seir: Hüter ist die Nacht schier hin? Hüter ist die Nacht schier hin? Der Hüter aber sprach: Wenn der Morgen schon kommet / so wird es doch Nacht seyn. Wenn ihr schon fraget / so werdet ihr doch wieder kommen und wieder fragen. Belgica Versio: De Last van Duma (Idumea ofte Edom) men roept tot my uyt Seir: Wachter wat isser van de Nacht? Wachter wat isser van de Nacht? De Wachter seyde / de Morgenstondt is gekomen / ende het is noch Nacht: Wilt ghy Lieden vragen / vraeght / keert weder / komt. Pressius & planius expressisse se opinatus est Ludovicus de Dieu, sic Belgicè reddens: De Last over Duma. Tot my roept men uyt Seir: (porrò qvod sequitur v. 11. eodem modo, qvo Versio Belgica, expressit: dubitavit tamen annon rectius reddatur) Wachter wat isser van de Nacht: Wachter wat Sprake isser? (wat seghtmen? vocem sc. מלל habuit pro מִלָּל *dixit*, vel nominaltèr, ut sit *dictum, sermo*) Porrò v. 12. De Wachter heeft geseght: de Morgenstondt is ghekomen / ende noch is het Nacht. Indien ghy het ondersoeken (ondervraghen) wilt /

wilt / ondersoeckt het / komt wederom / komt. Vulgatus expressit: *Onus Dumæ: Ad me clamat ex Seir: Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Dixit Custos: Venit mane & nox: si quæritis, quærite, convertimini, venite.* Tremell. *Prophetia onerosa* (Piscator: *Onus*) *Dumæ: Ad me clamat* (P. aliqvis) *ex Sehire: Vigil qvid de nocte? Vigil qvid loqvitur?* (P. *de nocte?*) *Dicit Vigil: advenit* (qvidem) *manè: sed etiam nox advenit* (P. *veniet*): *si qvæsituri estis, qværite, revertimini, venite.*

Conch. 2. Dumam hîc pro *Edomæis* veriùs, qvàm pro *Ischmaelitis*, *Dumæis*, prout Lutherus noster voluit ex Gen. 25. 14. accipi, tùm ex memorato clamoso Oratore de Seir, qvi titulus hîc *Idumæi* est patientis, non vastantis: tum ex obscuritate illius *Dumæ Ismaeliticæ* in historiâ, tum vel inde, qvod in seqventi demum ponatur Ismaeliticum Massa v. 13. atqve adeò *dari hîc Massa Edomæum* i. e. ipsi *nationi Edomæa* (etsi jam inde à capite suo Esavo, Israeli, post impetratam ab hoc & ברכה & בכרה Gen. 27. 32. 36. ad servitia obligatæ, & post suspensum per secula multa illius obligationis exercitium, concessum q; securitatis grande privilegium Num. 20. 14. 21. Deut. 2. 4. 5. sub Davide revera factæ Jacobo servæ 2. Sam. 8. 14. sub *Jorammo* tamen Rege Jhudah post 150. annos, excusso vasallagii jugo, prout prædictum erat in Isaaci testamento Gen. 27. 40. in libertatem vindicatæ & sub propriis Regibus per multa jam secula liberæ & supinè securæ superbæq; Dominæ vid. 2. Reg 8. 20. & supra in *Massa Moab* p. 64. 65. 66.) onerosum facilè damus, etsi exemplo *Elihu Ammæi* Job. 32. 2. talis aphæresis minimè probatur. Consensus qvoqve optumorum facilè dabit: illum, qvi inclamatur ab *Edomæo* ex montanis Seiri, & qvi *respondet* Oratori clamoso, sub titulo *Custodis*, vel *Vigilis*, Prophetam Isaiam esse: qvo supposito, totum hoc Massa *Dialogus* est & absolvitur *interrogatione Edomæi percontatoris* v. uno, & responsione Prophetica *Custodis* s. *Speculatoris* versu altero. Lutherus noster ex hypothesi superiori Orationem priorem vult esse *Dumæi Ismaelitæ*, &, qvid ad se Dumam ex *Idumæâ* perferatur, testantis, & nomine Obsessorum *Dumæorum* de *futuro die* & *liberatione* percontantis ut sit sensus: *Ad me Dumam tristis clamor ex Seir perfertur: Igitur ô Custos, die qvantum de nocte*

de nocte restat, ut redeat dies? Verùm idem ille, qvi clamat de Seir seu cui competit illud *Signum dicti* in territorio 1. est is, cui competit ipsum *dictum* in territorio 2. & 3. in qvo ita habendum מליל: prout antecedens מלילה. Dandus adeò *parallelismus* & ejusdem dicti immediata anadiplosis. Dictum adeò totum erit illud duplicatum: *Custos qvid de nocte? qvid de nocte?*

Concl. 3. Sed hic panditur qvæstio prima de illo מה & sensu qvæstionis Edomææ: an sc. ille qværat *qvantum noctis*, an *qvid in nocte?* an *qvantitativè*, ita ut illo מה notetur *pars noctis* seu *qvotum tempus noctis?* an *historicè*, ita ut notet ipsum *argumentum* ex nocturnâ *observatione* referendum, sive ipsius noctis *complementum?* Prius intendit noster Lutherus, ut sit sensus: **Wie ists umb die Nacht? umb was Zeit ists von der Nacht? wie viel ist annoch übrig von der Nacht?** Posterius alii, ut sit sensus: **Was ist gutes neuwes von der Nacht?** vel: **Was haben wir zu hoffen oder zu befürchten von der einfallenden Nacht?** vel: ut repræsentetur Edomæus illudens Prophetæ noctem s. excidium illi nationi minato, in qvo falsum hunc opinati fuerint Edomæi, ob durationem status sui floridi jam inde ex qvo desiit Edomæus esse Vasallus Sceptri Jhuda: **Wie wirds werden mit der Nacht (mit dem Unglück) davon du uns und unsern Nachbaren so viel geweissaget oder geprediget hast / da wir so geraume Zeit eitel Morgen / (eitel glückselige Zeit) genossen?**

Concl. 4. Particula מה non repugnat, cujus usus amplior, qvàm qvi vulgò statuitur *interrogationis realis:* eadem ratio מי qvæ particula pronominalis interrogans de בעל שכל, uti loqvitur Rabbinus ad Mich. c. 1. 5. *emphatica* passim est *exclamationis:* sic in Koheleth c. 3. v. 21. מי יודע *O si qvis sciret:* sic Psal. 83. 25. מי לי בשמים *O qvis sit mihi in cœlis?* sic מה Sach. 9. ult. מה טובו ומה יפיו i. e. *qvantum erit bonum ejus, & qvantus erit decor ejus*, ut notetur הפלגת הרבוי s. *gradus rei superlativus*, vid. Psal. 31. 20. Utri. usqve exemplum in Mischlim c. 30. in oratione Agur, unde argumentum pro æterno *DEI filio* contra hæreticos legitimatur. Lutherus noster expressit v. 2. 3. 4. **Denn ich bin der allernärrischt / und Menschen-Verstand ist nicht bey mir: ich hab Weißheit nicht gelernet / und**

was heilig sey/ weiß ich nicht. Non satisfactum Aguri, maximè qvoad *notitiam Sanctorum*, qvam tantùm abest, ut sibi deneget Agur, ut potius *hanc sibi unicè curæ cordiq; fuisse*, & propter hanc aliis profanis studiis & argutis disputationibus abstinuisse, testetur apertè, qva ratione studium Aguris convenit cum *Consilio Pauli* toties inculcato vid. 1. Tim 1. 5. 6. c. 4 8. 15. c. 6. 20. 2. Tim. c. 2. 16. 2. Tim. 3 15. Interpretatio talis ex Consilio fontium: Ego eram *brutus præ Viro & intelligentia humana non erat mihi: namq; non didici sapientiam* (secularem: subtraxi me omnibus aliis studiis secularibus, omnium aliarum rerum cognitioni, & profanæ scientiæ seu studio τ῀ ψευδωνύμου γνώσεως me subtraxi, ut unicè vacarem studio τ῀ εὐσεβείας seu) ut *cognitionem Sanctorum scirem* (ut id cognoscerem qvod cognoscunt Sancti) Germanicè: 2. Ich war tummer / als sonst ein Mann seyn möchte: und hoher Menschen-Verstand (grosse Weltweißheit) war nicht bey mir/ 3. massen ich solche Weißheit nicht gelernet (mich vielmehr derselben und andern Wissenschafften entzogen) auff daß ich das Erkäntnus der Heiligen erlangen möchte (hierauff hab ich mich einzig und allein beflissen/ das andere wissen für Kosh und Dreck hiegegen gehalten). Subjungit nunc specimen, qvo ostendit se verum Theologum s. talem, qvi habeat דעת קדשים 1. *Cognitionem Sanctorum*: 1. *O qvis ascendit in cœlum & descendit?* (qvis ille invisibilis, qvi cum nullis mortalium oculis videatur præeminentiâ & sublimitate majestatis, descendit tamen per Filium unigenitum, qvi est in sinu Patris, & in novissimis temporibus revelabit nobis) 2. *Qvis colligit ventum pugillis suis?* 3. *Qvis colligavit aqvas una alla veste?* 4. *Qvis constituit omnes fines terræ?* sequitur nunc porrò: מה שמו ומה שם בנו כי תדע Luth. noster: Wie heisset er/ und wie heisset sein Sohn/ weist du das? Non absolvitur qvæstio *nomine* aliqvo sive *Patris*, sive *Filij*: sed majestatis admiratione: *Quantum* (qvàm admirandum, glorioſum &c.) *est nomen ejus & nomen Filij ejus? num noveris?* Argumentum insigne pro *fide veterum Sanctorum*, qvi crediderunt æterni Patris æternum filium, cujus & *Patris æqvalis sit gloria & coæterna majestas.* Neqve fidem *de Christo DEI filio* extinctam planè in Judaicâ natione tempore JEsu NAZARENI patientis fuisse, docemur exorcismo Pontificali σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τ῀ Θεο῀ Matth. 26. 63.

Concl.

Concl. 5. Sed revocat nos clamosus ex Idumæâ Orator voce *bis* auditâ: CUSTOS QVID DE NOCTE? Videndum adeò *qvid de illa nocte?* Monemus iterum, ille qvi dicit: אלי קרא משער Man ruffet zu mir auß Seir/ Prophetam esse: neqve adeò sive qvæstionem Idumæi, sive Responsum *Prophetæ Custodis* hîc esse de *nocte* & *tenebris terrestribus*, qvod voluit Ludovicus de Dieu: & hâc ratione ineptè statuitur *Edomæus* qvæsiviſse: *qvid futurum sit de nocte terrestri*, & Propheta respondisse *illam noctem mox transituram*, oriturum mox Solem. Hâc ergò ratione qvi statuit Edomæum qvæsiviſse: *Custos qvid de nocte?* errat. Omninò tamen Propheta repræsentatur non ut *Speculator diurnus*: sed ut *Custos nocturnus* (qvod & titulus שמר & additum *noctis* vocabulum probat, vid. qvæ ad v. 8. præsentis capitis supra notavimus) & qvidem in sensu composito seu qvi jam est in illo custodiæ statu, atqve adeò Nox qvo ve jam danda in statu: Nox autem debebat incubare illis, qvorum hîc Massa, saltem in *Speculo Prophetico*, per qvod proinde vidit Propheta *Dumam* ut jam in illâ nocte (etsi complementum futurum) imò propterea amputato capite illam Dumæ appellavit vocabulo (qvod noctis est) neqve adeò convenit Idumæum repræsentari ut clamosâ voce percontantem, vel: *qvid Propheta de nocte referret? qvo loco & statu res sint? an aliqvid strepitus audiverit? an tuta sint omnia?* vel: *qvid futurum sit de nocte illa totiens inculcata? qvando illa futura?* Absurdè illa æqvè repræsentarentur ac interrogarentur in tali nocte. Omninò repræsentatur Idumæus hîc ut jam in tristi experientiâ illius noctis, percontatº mensuram illius *noctis*. Custodis talis officium partim in *rationario temporum* (ut accuratas habeat rationes horarum, s. vigiliarum) *partim in relatione visorum & auditorum*. Illud hoc loco magis convenit: minimè autem, si ponatur *qvæsitus Custos de tempore futuritionis s. qvandò sit futurum vel adimplendum illud Massa noctis?*

Concl. 6. Ita se habet *interrogatio Edomæi Oratoris*: in qvâ Sarcasmi vel irrisionis & dati per ludibrium tituli, nihil videmus: sequitur nunc *responsio Prophetæ Custodis* (qvam totius Massa *sectionem materialem* esse jam supra notavimus) in v. capitis *duodecimo*, hujus *Massa* secundo & *ultimo*. Oratio hæc *Custodis* absolvitur *Indicativo*

dicativo & Imperativo Prophetico seu *responso* (in qvo qvid futurum, propheticè indicat) & *Consilio hypothetico* (in qvo qvid faciendum *Dumæ*, per 3. Imperativos explicat.) Responsum formale est in vocibus: אתא בקר וגם לילה i. e. *Venit manè, qvin etiam nox.* Atqve hîc qværitur 2. qvæ ratio illius *mane & noctis?* Resp. 1. Errant qvi hîc ψυχήμεσον indicant eo modo, qvo in *Bresith* illud notatur per ערב בקר. Resp. 2. Ludovicus de Dieu talem dat paraphrasin: *Advenit tempus matutinum* (præterierunt tenebræ terrestres) *& etiamnum nox est* (i. e. nondum præterierunt tenebræ afflictionum) *orta nobis est lux Solis, & tamen revera adhuc nox est: certa adest calamitas.* At de *nocte terrestri* non erat qvæsitum: neqve opus adeò de *Solis ortu terrestri* respondere. Non obstabat qvidem Solis ortus illi nocti, qvomodo Sol ortus Sodomæ, noctem supremam, imò æternam huic attulit, qvando JHOVAH à JHOVAH *sulphure & igne pluit* Gen. 19. 24. At hîc in Prophetiâ & literâ figuratâ tale dandum בקר qvale datur לילה ut maneat oppositio.

Concl. 7. Resp. 3. Piscator Herbornensis, qvem seqvitur Belgica Versio in glossâ, ita responsum Custodis προφάζει: *Venit qvidem mane, concedo vobis illuxisse mane, cum jugum Jorami excussistis: sed interim pro certo vobis denuntio, etiam noctem venturam i. e. vos cladibus affectum iri, nempè per Assyrium, Sancheribum.* Neqve alitèr Junius. Non probatur talis divisio בקר & לילה, ut illud *matutinum tempus* ponatur in præterito, illa *Nox* autem in *futuro*. Fontes non ita disjungunt: Si propterea בקר illud resp. complementi præteritum, qvia אתא tempus præteritum, ergò & לילה in complemento tunc præterito, qvia idem verbum אתא tàm ad *noctem*, qvàm ad illud *mane* referendum, ac si sit אתא בקר וגם אתא לילה. Cæterum illud *præteritum propheticum* unum idemq;, eodem modo resolvendum resp. *noctis & mane.* Summa responsi est: *Adventurum mane, & adventuram noctem.* **Es wird ein Morgen kommen / und wird auch eine Nacht kommen.** *Nox* hæc in *tempore futuro* ponitur, atq; adeò etsi generali *calamitatis* conceptu convenit cum illâ, qvæ erat in qvæstione *Edomæi*, non tamen est illa ipsa *nox*, in cujus statu jam erat consultor Edomæus: sed longè gravior illâ nocte, cujus saltem fuit umbra.

umbra. Intelligimus *Mane Sanctorum* cœleſte, & *noctem damnatorum* ſive *ad articulum* Evangelicum (qvippe ab hoc unus *ille magnus & terribilis dies incipit*, qvi diem noviſſimum includit) ſive ad ipſam τὴν ἐσχάτην ἡμέραν qvæ בקר ſalvandis, לילה damnandis dictabit, referas. Ita ut hîc Propheta Edomæis de duratione illius *noctis* ſ. afflictivæ corporalis qværentibus & terminum percontantibus reſpondeat explicatione dignioris myſterii, futuri ſc. & בקר & לילה ſ. *mane glorioſi Sanctorum & noctis doloroſæ damnandorum*, qvi ejicientur εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ubi erit planctus & ſtridor dentium. Fuit hactenus formale Reſponſum in v. 12. m. 1.

Concl. 7. *Conſilium Propheticum* ſeqvitur in m. 2. אם תבעיון בעיו שבו אתיו Ludov. de Dieu expreſſit: *Si inqvirere vultis, inqvirite, revertimini, venite.* Senſus: *ſi inqvirere vultis, diligentèr inqvirite, ite, redite, venite: non aliter, qvàm dixi, rem ſe habere deprehendetis.* Luth. noſter: *Orationem* hîc ſtatuit *extremæ deſperationis & expreſſivam affectus impiorum in periculis, qvi in periculis multa optant, & interrogant: ſed nihil credunt.* Sed hic qværitur 3. qvæ ratio illius *Conſilij?* Reſp. 1. juxta *Ludov. de Dieu* qvid ſtatuendum jam conſtat. Cæterum juxta illum in reſponſo nihil aliud fuerat, qvàm *oriturum Solem*, neqve tamen defuturam Idumæis calamitatem. Non opus autem ad illam videbatur tantâ inqviſitionis monitura & tanto numero Imperativorum: ſed & ſupponitur *Orator Edomæus* dubitaſſe de fide Cuſtodis, propter qvod opus fuerit illum ablegari ad experientiam: at unde conſtat *Edomæum* ita affectum, qvi compromiſerat jam in *reſponſum Cuſtodis?* Neqve pater, qvorſum illud *redite, venite:* ſed & in Imperativo 1. illud *diligentèr* inqvirite. Belgica verſio jam ſupra eſt expreſſa. Senſus juxta illam ex Piſcatore deſumtus in gloſſâ talis: *Si, ô Idumæi, qvid vobis eventurum ſit per me Prophetam ex Domino qværere vultis, qværite ſeriò, non per ludibrium, ut iſte veſter Orator Idumæus fecerat.* Hypotheſis de *Conſultore* illudente ſ. *per ludibrium interrogante* non probatur. Cætera tamen probamus circa *Imperativos* duos poſteriores: *Revertimini* ſc. *à peccatis ad juſtitiam, à viâ malâ in viam rectam. Venite* ſc. ad *nos qvi ſumus populus DEI.*

Concl. 9. Summa Maſſa. Repræſentatur Conſultor Idomæus, de ſuo Maſſa teſtaturus, acclamans Prophetæ velut *Cuſtodi* publico, *qvid*

nndem

tandem ex illa nocte sit futurum? an nox illa ſ. *calamitas* ſuæ nationis ſit deſitura? Reſpondet Propheta ſub *Cuſtodis* titulo, non tàm ad mane corporalis *felicitatis, gloriæ, gaudij* eſſe Edomæis reſpiciendum, qvàm ad futurum *Mane beatum filiorum DEI*, Pſ. 49. 15. vel ad ipſum *matutinum Evangelicum*, ſub qvo & ſalus & judicium intimatur mundo: æſtimandam qvidem *noctem illam pœnalem*, qvæ jam per Aſſyrium à DEO immittebatur nationi: ſed imminere longè terribiliorem *noctem* æternæ damnationis à gloriosâ facie Judicis, atq; adeò non tàm de illâ corporalis calamitatis: qvàm hâc æternæ damnationis nocte declinandâ ſolicitos debere eſſe Edomæos: ſc. *Veniet mane & veniet etiam nox* (horrenda triſtisq; magis) Cœterum qvâ ratione hanc avertere & ad ipſum *mane* glorioſum poſſint adſpirare, nationi conſangvineæ & ſuo tempore *in nomen ſocietatemq; Judæorum* tranſituræ, ſpecialitèr & emphaticè inculcare voluit Propheta: *Si inqviretis*, (hoc ipſum) *inqvirite*: non tàm hujus noctis ſ. corporalis calamitatis, qvàm illius æternæ noctis evitandæ modum inqvirite, & illud Mane Sanctorum expetite: Wollet ihr fragen / ſo fraget hiernach / ſtrebet darnach / daß ihr ſothaner erſchrecklichen Nacht entgehen / und zu dem frölichen Morgen gelangen möget: Convenit hactenus Imperativus cum illo Conſilio Salvatoris ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης Luc. 13. 24. Luc. 21. 34. Joh. 6. 27. Qvâ ratione ille ἀγωνισμὸς inſtitui debeat duobus Imperativis Propheta explicat, qvos ſi diſtinctè enuntiatos velis, alter erit *Converſionis*, alter *Eccleſiaſticæ* jam converſorum *Communionis*: *Convertimini (renunciate veſtræ gentis Idolo*, Coze ipſi nominabant teſte Joſepho l. 15. c. 11. & converſi) *venite* (populo DEI externa qvoqve communione & fidei profeſſione vos adjungite). Si tamen ſubordinare placeat more Hebræorum, prius adverbialitèr explicare licebit, ut ſit: שׁבוּ אתּוּ *revertimini, venite* i. e. *rurſus venite*: ad Eccleſiam (unde jam olim exiviſtis, extra qvam, licet patuerit præ aliis nationibus, vobis velut fratribus, ad illam, aditus ſeu regreſſus, per tot ſecula vixiſtis) in qvâ nunc in nocte poſiti, me *Cuſtodem* anclamatis, redite: qvod poſterius ob familiarem talem in Lingvâ S. analyſin & accentuationem nectentem malimus. Senſus Conſilii ex ſuperioribus conſtabit: ſed & illud inde patebit: Maſſa hìc *Edomæum* tale deſcribi, qvale conveniebat & origine primâ *fratribus* Deut. 2. 8. c. 23. 7. & *futuris* aliqvando Judæorũ *Gentilib*ⁿ, & ejus-

& ejusdem fidei *Confessoribus*. Manet nihilominus *Massa* s. corporalis regni destructio, sive ad *Assyrium*, sive ad *Babylonium*, referas complementum, cujus testis Orator clamosus de Seir: *Custos quid de nocte?*

Concl. 10. Adimpletio hujus Consilii ex uno constare potest Josepho. Meminit ille *Idumæos integro ferè seculo ante regnum Herodis factos esse Judæos* l. 13. c. 17. renunciasse sc. proprio gentis suæ DEO, antiqvasse ritus prioris Idololatriæ, circumcisionem & universum veri DEI cultum admisisse, qvod satis ad ostendendum *Idumæos* censeri potuisse *Judæos*. Idem Antipatrum Herodis Magni Patrem, Origine sanè *Idumæum*, ὁμόφυλον dicit s. *ejusdem gentis cum Judæis* l. 14. c. 14. & c. 19. eadem ratio *Herodis* sub qvo natus Christus, qvem τὸ γένος Ιουδαῖον s. *gente Judæum* agnovere ipsi *Judæi* vid. Joseph. l. 20 c. 7. neqve ille ἀλλοφύλης: sed ὁμοφύλης sibi æstimavit *Judæos* teste Josepho l. 15 c. 14. Uterqve ergò & *Antipater* & *Herodes*, imò & Avus Herodis, Judæi Josepho, qvia sc. natus Herodes *majoribus Judæis*, vel qvi facti *Judæi*, qvando *Idumæa* per *Alexandrum Regem* effecta est pars *Judææ*, etsi privatus ante regnum, qvia nec ex stirpe Davidicâ, qvæ sepultæ instar habebat, nec ex sacerdotali. Vid. Scalig. in *Notis Eusebian* Casaub. *Exerc. 1. ad appar. annal. p. 23. 24.* qvi ibidem allegat *Strabonem* cui & Idumæa pars Judææ, & Herodes Judæorum Ἀμμώνιον, *Ammonium*, juxta qvem *Idumæi* ἐκλήθησαν Ιουδαῖοι i. e. *appellati sunt Judæi*, sed & *Josephum*, apud qvem passim Hierosolyma describuntur, ut Metropolis *Judæorum & Idumæorum*, vel *discreta* olim *gentis*, nunc *unitæ* κοινὴ πόλις: imò non magis vult differre *Idumæum* & *Judæum*, qvàm *Aqvitanum* & *Gallum*. Ita totus populus Idumæus transiit in *Ecclesiam Judæorum*, totiq; adeò nationi conversæ obvenit illud בקר s. *Mane* Evangelicum, etsi multos in natione manebat *nox æterna*.

Concl. 11. Lubet nunc Scholam Judæorum tùm veterum tùm recentiorum circa hoc *breve Massa* repræsentare. Præferendus est Chaldæus antiqvissimus Jonathan, cujus in h.l. tale Targum: מטל כס דלוט לאשקאה ית דומה עלי אכלי מן שמיא נביא פריש להון ית נבואתא נביא פריש להון מה דעתיד למיתי: אמר נביא אית אגר לצדיקיא ואית פורענות לרשיעיא אם תיבין אתון תובו עד אותרן

ראתון יבלין למתב׃ i. e. *Onus Calicis maledictionis ad propinandum Dumæ: ad me intonuit* (DOMINUS) *de cœlis: O Propheta expone eis Prophetiam! O Propheta expone eis id qvod futurum est ut adveniat. Dixit Propheta: Est merces justis, & est ultio impiis. Si reversuri vos estis, revertimini donec adhuc potestis reverti.* Juxta Targumistam, *Orator* ille *clamosus ad Custodem*, esset ipse Jhovah, ut è sublimi procelloso & vel ex ipso tonitru terribili & tempestate cœlesti intonans validâ voce apud Prophetam: unde jam patet, qvid moverit Chaldæum, ut vocem *Seir* per *cœlos* exprimeret. Probamus, qvod in *Custode* Prophetam intellexerit; neqve adeò multum, qvoad rem ipsam interest, sive Orationem illam *clamantis de Seir* habeas ut *Consultoris*, sive, qvod voluit Jonathan, ut *responsum Propheticum* imperantis. Debuit omninò Propheta *clamanti de Seir* respondere, & qvidem, ex *arcano Prophetico* secretum qvoddam revelando, etsi in formali interrogatio est percontatoris: non *Imperativus Domini superioris*: ad qvod opus esset ellipsi. Sc. *O Custos* (exponeillis Propheticè) *qvid* (futurum) *de nocte?* Sanè in מליר non id voluit Jonathan, qvod ex Ludov. & Trem. supra notavimus. Placet de cœtero vehementer, qvod in responso *Custodis* illud בקר vel *Mane* explicuerit de Mane *sanctorum* seu *justorum*, qvorum *copiosa merces in cœlis*, & illud לילה s. *noctis* vocabulum de rigoroso supplicio impiorum ὁ τῆ λίμνη τῆ καιομένη πυρὶ καὶ θείῳ ὅ ἐστι ὁ θάνατος ὁ δεύτερος, uti ex Jonathanis formulâ de מותא תניינא (vid. c. seqventi v. 14.) loqvitur ὁ θεολόγος Apoc. 21. 8. sed & qvod in *Conversionis* vocabulo sublimius respexerit, qvàm vulgus commentatorum.

Concl. 12. Extat בפֻק דתענית seu ad c. 1. Gemaræ in lib. Talmud. Tanioth succincta totius hujus Massâ Paraphrasis, more Talmudico Schemate Dialogico concepta & his verbis expressa:

אר יהושע בן לוי אם יאמר אדם איכן אלהיך אמור לו בכרך
הגדול של רומי ומה טעם אלי קרא משעיר שמר מה מלילה
אמרו לו ישראל לישעיהו הנביא כמה יוציא לנו מן הלילה הזה
אמר להם המתינו לי עד שאשאל ביון שנשאל חזר אצלם אמר
שמר מן מלילה שומר חר העולמים מן מליל אל אמר שמר

אתא

אתא בקר אל וגם לילה אמר להם לא כמו שאתם סבורים אלא
בקר לצדיקים וגם לילה לרשעים בקר לישראל וגם לילה לאומות
העולם אל ואימתי אל אימתי דאתון בעיין הוא בעי דכתיב אם
תבעיון בעיו אל ומי מעכב אל תשובה שנאמר שובו אתיו שומר
מה מלילה מי הוא שומר הנה לא ינום ולא יישן שמר ישראל
וג׳ הוי משמר שלא תכנס אומה באומה ומלכות במלכות כחוט
השערה אלא הגיע זמנה לנפול ביום נופלת ביום בלילה נופלת
בלילה i. e. *Dixit R. Jhosua filius Levi: si dixerit hic vel ille: ubi est DEUS tuus? responde illi:* IN URBE MAGNA ROMÆ: *& quæ est ratio* (talis responsi)? *Id quod dicitur:* Ad me clamat de Seir. *Dixerunt Israelitæ ad Isaiam: Magister noster! quis educet nos ex illâ ipsâ nocte? Respondit illis: Exspectate, donec interrogavero: postquam interrogavit, reversus ad illos dixit illis:* O Custos, *vivens in omnia secula*, quid de nocte? *Dixit illis:* Respondit Custos *Israelis, qui nec dormit, nec dormitat.* Veniet mane: *Dixerunt illi:* sed etiam Nox: *respondit illis: non sicut vos opinamini:* sed VENIET MANE JUSTIS: NOX AUTEM IMPIIS: MANE *veniet Israeli: Nox autem nationibus infidelibus seculi. Dixerunt illi: Ecquando illud Mane dabitur? Respondit: quando vos illud exorabitis:* sicut scriptum est: Si rogabitis, rogate. *Dixerunt ei: quis retardat illius adventum? Respondit: Conversio* (vel pœnitentia) *vestra, sicut dictum est:* Convertimini, venite.

Concl. 13. Apparet *Seir* eo modo *Romam* fuisse Rabbino, quo alias *Romanos* vocant *Edomæos* & exilium suum jam inde à Vespasianis, גלות אדום s. *Captivitatem Edomæam* (quem quidem titulũ odio malo sed: οὐ κατ' ἐπίγνωσιν illos hîc applicare, ex Concl. 9. & 10. poterit constare) juxta idem dictum antiquum: MESSIAS *jam est natus: sedet* ROMÆ: imò MESSIAS est *DEUS Israelitæ*, & quidem ille ipse MESSIAS qui dicitur *sedere Romæ*, quæ Periphrasis illis est *humilis, pauperis, & ligati vinculis* MESSIÆ: & porrò ille *pauper* MESSIAS *filius Joseph* est *unus ille Messias Israeli promissus*, idemq; etiam per Josephum ὡς ἐνομίζετο, *Davidis Filius*, quo nato, DEUS est natus: neq; adeò vel MESSIAS duplicandus, vel ille, quem vocant, MESSIAS filius Joseph *à beneficiis in Israelem*, abstrahendus. Natus autem ille

MESSIAS *filius Joseph*, juxta fidem Judæorum, est *circa novissima temporum templi secundi, & tunc catenis constrictus.* Ita enim apertè Aben-Esra ad c. 53. Isaiæ אמרו קדמנינו זל בי ביום שיחרב בית המקדש נולד המשיח והוא אסור בזקים: i. e. *Dixerunt Antecessores nostri felicis memoriæ, quod tempore desolati sanctuarij natus sit Messias, & quod sit ligatus Catenis.* Neqve negare possunt JESUM nostrum & in fine templi 2. natum & tunc vinctum, imò occisum, qvem proinde totiens vocat Abrabinel: אותו האיש שתרו בירושלם בסוף בית שני i. e. *Virum illum, qvem suspenderunt Hierosolymis in fine templi secundi:* neqve negat Josephus illum *tertio die resurrexisse.* Ostendit qvoqve Scriptura Evangelica *Catenas, vincula & flagella* JESU patientis ac stantis coram tribunali Romano, in qvo dictata illi sententia crucis. Ita MESSIAS passus à Romanis est, etsi non Romæ: sed Hierololymis, paulò ante πανολεθρίαν qvam metropoli Hierosolymitanæ ut jamjam imminentem ipse Vates inter lacrymas prædixerat. Sed de his alibi. Apparet autem, providè agendum, ubi formandus contra Judæos controversiæ status, ne in eo arcem causæ ponas, qvod utraqve manu dabit ultrò Judæus. De cætero, *Custodis* titulo ipsum *DEUM*, de qvo in Psal. 121. 4. & seqq. Der Hüter Israel schläffet noch schlummert nicht: & cui nostri *introitus & exitus custodia* ibidem specialiter vindicatur, intelligi, ita ut Propheta in v. 2. explicet qvid ille SCHOMER seu *Custos Israelis* responsi dederit illi Consultori *de Seir clamanti*, non adeò repugnamus, cum omninò dictum Prophetæ per Θεοπνευστίαν reducatur *in DEUM Custodem Israelis*, sive id per ipsum formale dicti signum signetur, sive ex subordinatione Propheticâ intelligatur. Placet expositio בקר & לילה de *Matutino Sanctorum & Nocte Impiorum* si illud explices, pro ratione regni Messiæ, extra hypothesin terrestris & corporalis regni pro solâ Judæorum natione per Messiam instaurandi. Omninò ad illius בקר communionem & cœleste cum Abrahamo, Isaaco & Jacobo contubernium, venient ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν innumerabiles non gente Judæi, & in tenebras illius noctis exteriores ejicientur sine numero, filii regni. Ita testatus potenti voce Salvator, Matt. 8. 11. 12. Placet qvoqve *Consilium pro eum & pœnitentiæ* notatum

tatum in verbis Prophetæ. Cœterum adventus Messiæ non fuit hypotheticus, seu à precum & pœnitentiæ vel sanctitatis Judæorum hypothesi suspensus. Et si in festo כפורים singulis annis sunt Judæi ἰσάγγελοι & planè conversi, vel tunc poterat venire Messias: vel venire debuisset ad magnum & universalem superiori seculo Judæis annum pœnitentialem: qvod si autem propter ignorantiam שם המפרש nec efficaciter orare, nec adeò converti, nec exaudire possunt ante adventum MESSIAE, frustra datum fuerit Consilium de impetrando Messiam *per preces & pœnitentiam*, & à sanctitate Judæorum suspensus Messiæ adventus Cœterum, qvanti suæ gentis exulis preces æstimaverit ἴδιος αὐλῶν Προφήτης Abenesra vid. in Kohel. ad c. 5. 1 & c. 8. 10.

Concl. 14. Patet qvos Auctores habeat expositio, qvam his verbis proponit Abrabinel: הנבואה הזאת אפשר לפרשה

כפי דרך חול על זה הגלות שאנחנו בו שהוא גלות אדום וקראו
דומה לפי שאנחנו בו דוממים ושותקים כי לא נרע מתי קץ
הפלאות כמו שהיו יודעים בגלות מצרים שהגביל הקב"ה זמנו ר'
מאות שנה וכן גלות בבל שהבטיח ירמיהו למלאות לחרבות
ירושלם ע' שנה וגלותנו לא נתבאר קצו או יהיה דומה מרשון
תקוה ותוחלת כמו דום לה' והתחלל דו לחגיד שאפילו יתמהמה
הגלות נחכה לו וכפי זה הדרך ראוי שיפורש הכתוב כן שהיה
אומר השם שמר ישראל מלילה לא כמה וכמה זמן עבר
מהגלות הנמשל ללילה הגידה לנו שומר ישראל כמה זמן יעבור
עור מזה הגלות שהוא חשוך כריך ומשיב השומר יתבר' אין אני
מודיע לכם קץ הפלאות אבל אודיע אתכם כי אתא בקר ולא תבא
גם פנים הגאולה הנמשלת לבקר אבל וגם לילה ולא עדיין יש
זמן מהגלות לעבור ואם תבקשו לצאת מהגלות קודם זמנו
המוגבר בעיו וג' חפשו דרכיכם ועונותיכם ושובו אל ה'

i. e. *Prophetiam hanc exponere licebit de hâc ipsâ, in qva hodiè vivimus captivitate, qvâ sumus Captivi Edomæorum, & vocat illam Prophetæ Dumam* (silentii vocabulo) *qveniam in illâ prolixè ob ignorationem termini,*

enim, in quo desitura illa, silemus, & aſſ. obdormimus: Scilicet terminus captivitatis Ægyptiacæ ab ipſo DEO fuit præſcriptus quadringentorum annorum duratione: terminus autem captivitatis Babylonicæ definitus 70. annorum: ſed præſentis noſtræ captivitatis terminus nusquam eſt expreſſus. Quod ſi autem titulus Dumæ ſignificationem habet ſpei, ſ. fiducialis expectationis, quomodo in Conſilio Dav. dix. Pſal. 37. 7. Scopus Prophetæ fuit, indicare expectandam eſſe liberationem, licet retardetur, & talis Prophetæ ſenſus, ut repræſentetur aliquis ex illâ captivitate clamans: O DEUS qui es Cuſtos Iſmelis, quam prolixa hujus captivitatis nox eſt? quot effluxére jam ſecula captivis? Et iterum: *O Cuſtos Iſraelis, quid de nocte? i. e. indica nobis, quantum temporis adhuc ſupereſt ſuſtinendum in hâc nocte ſ. captivitate? Reſpondit Cuſtos DEUS benedictus: terminum, quo deſinet illa, vobis haut indicabo: nihilominus illud aſſeverabo: Venturam omninò liberationem, quæ poſt longam noctem habebit inſtar temporis matutini: tunc erit tempus exeundi captivitate: quod ſi deſiderati ante definitum captivitatis terminum liberi exire, inquirite accurato ſcrutinio in vias & iniquitates veſtras & convertimini ad DEUM.* Admittimus Confeſſionem captivitatis, id optantes ut magis & experirentur & agnoſcerent, & meditarentur unde illud anathema & ſibi & ſuæ quondam terræ? Admittimus illam prolixam ſatis, & ſine præſcripto termino, quia nullibi prædicta eſt corporalis, topica & terreſtris Judæorum poſt repudiatum MESSIAM crucifixum factorum exulum liberatio, prout prædicta eſt illa ex Babel & Ægypto. Admittimus expectandam adhuc ἀπολύτρωσιν, & manifeſtandum Meſſiam: ſed nec illam mundanam, carnalem, nec hunc alium, quàm jam pleniſſimè natum & manifeſtatum, JESUM crucifixum & reſuſcitatum, ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθησόμενον, τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις, εἰς σωτηρίαν. Heb. c. 9 ult. Fatemur, reſponſum hoc cuſtodis dari poſſe etiam nunc Judæo percontatori: ſed nec in tali ſtatu Judæus eſt, in quo ſit ſuſtentandus promiſſione futuri בקר, nec, ex quo detur ad hoc aditus; ſed & foret Cuſtos Orator Tautologus ſc. tunc illos liberatum iri, ubi fuerint liberati, de quo dubitare non poterat Conſultor. Detur prius executioni Converſionis conſilium. Credat in Gentilem ſibi NAZARENUM crucifixum natio conſanguinea & JESU & nobis, ſi Idumæi ſumus.

Experietur

Experietur post illud, qvid ille sit facturus de veteris populi Topicâ qvoqve restitutione. Si minus, videbunt qvidem & videre cogentur MESSIAM venturum in nubibus cœli: sed plangent.

Concl. 15. Juxta eandem expositionem, illud duplicatum: *Custos qvid de nocte*, duplicem haberet respectum: primum sc. respiceret ad *qvantum noctis præteritum*, & haberet instar qverelæ: alterum ad *qvantum noctis futurum*, & haberet instar interrogationis: sed & in responso darentur שני גבורי בראת המשיח i. e. *duo termini adventus Messiæ*: unus גבור האפשרות s. *terminus possibilis & hypotheticus pœnitentialis* s. suspensus בתשובת ישראל; alter גבור החיוב כשיתום ממשלת המלכיות s. terminus absolutus, sc. *abolitio dominatus illorum Edomæorum*. Cœterum monitum jam supra, terminum *adventus* Messiæ *primi* non esse hypotheticum & dependentem à pœnitentiâ vel sanctitate Israelis: neqve illum terminum absolutum hîc dari posse, nisi per insignem Tavtologiam vel Circulum. Hoc ipsum enim *ex hypothesi illa* erat in qvæstione: qvando futurum illud בקר Judæorum, & לילה gentium? Responderit jam probando prius ex posteriori, & posterius ex priori.

Concl. 16. Sunt ex Rabbinis alii, qvi illud primum qvæsitum de *nocte* exponunt עד גלות בבל s. de *Captivitate Babylonis*: posterius autem עד גלות ארום s. de *nocte Captivitatis præsentis*, qvam Edomæam vocant: ita ut in *responso Custodis* ad utramqve respectus, sc. *Veniet qvidem* mox *mane* (liberatio) *ex Captivitate Babylonis*: sed post illam *nova & longè durabilior nox* incubabit vestræ genti (sub *regno Edom* s. Romanorum) qvod si *longæ illius noctis abbreviaturam* desideratis בקשו פני ושובו אלי בכל לב *qværite supplices faciem meam, & convertimini ad me totô corde.* Sed præter vitium hypotheseos, & non probatum illud *Seir* in *Babylone*, si *qvæsitor* jam prævidit post *noctem Babylonis*, fore *noctem Idumæam*, prævidit etiam intercedens *Mane*, & sic nihil responderit *Custos*, qvod *Qvæsitor* ignoraverit, frustraqj adeò qvæsitum, frustra responsum. Consilium Conversionis & ipsi svademus & optamus excœcatæ nationi. Sic tolletur κάλυμμα & licebit illis revelatâ facie κατοπτριζεσθαι s. *speculari gloriam* Jesu. Fatemur זוהעצה הנכונה להנצל.

Concl. 17. Neqj tamen desunt qvi עד פי פשוטו hîc MASSA *Isma-*

elitticum concipiunt, ita ut *Dumæ* nomen illam signet nationem, cujus Autor *Duma Ismaelis filius* Gen. 25 14. (de qvo diximus paucula Concl. 2.) *Seir* adeò non esset *Duma*, nec *Orator clamosus de Seir* nationis *Dumææ:* sed *hostis Dumæ*, à qvo huic imminuerit excidium. Ita Rabbini Kimchii: sed applicatio, utcunqve illam instituas, absona: sive ita: *Prophetia, qvæ venit ad me onerosa Duma, clamat de Seir.* Impingit resolutio in accentus *Atnach, Paschta, Sakephkaton*, ipsiusq; tituli משא דומה absolutè positi privilegium. Sive ita: *Ad me clamat:* (i. e. Videor mihi audire vocem sive DEI sive Angeli clamantis:) *Ex Seir* (sc. venient propediem qvi destruent & exscindent Dumam Ismaeliticam) obstat accentuatio, qvæ danda esset: אֵלַי קֹרֵא מִשֵּׂעִיר. Sic qvæsitum clamosi Oratoris explicant hoc modo: *O Custos, indica nobis, qvota est noctis vigilia, qvantum noctis effluxit? qvantum adhuc superest ut invadamus Dumam ad diripiendum illam?* Respondisse Custodem: jamjam qvidem ad futurum Mane: sed iterum secuturam noctem, atq; adeo festinandum vobis ad prædam: *Si inquisituri estis* (thesauros Dumæ ad diripiendum) *inqvirite* (maturate inqvirendo) *& revertimini* (cum spoliis ad locum vestrum) Hypothesis *noctis & mane* jam supra explosa: Et coactæ ellipses ostendunt facilè coactum interpretamentum. Rectè contra Kimchium Rab. alius: וישוב הכתובים כפי זרח הרעה ראו ראיתי אותו

Concl. 18. Juxta illam Kimchianam, *Custos* s. שמר ille fuerit *Idumæus:* at Aben-Esra defendit illum fuisse *Ismaelitam* s. *Dumæum*, qvem percontati sint populares, *qvantum de nocte?* exploraturi *an in custodiâ Vigil* esset *excubitor, an occupatus fortè somno sterteret?* vel experturi, *an sibi ad suos diurnos labores jam surgendum?* Cœterum qvale hoc Massa? Rectè Censor Rabbinus: לפי דעתו לא יהיה הענין לנבואה הזאת

Concl. 19. In *Idumæam* qvidem *nationem* consentiunt alii: sed ita ut *Scopus Massa* s. כוונה כללית בנבואה הזאת non sit *pœnalis Edomo* s. על חרבן ארץ אדום; sed ad *comparandum Edomæorum prudentem fortitudinem bellicam & Israelitarum ignavam trepidamq; militiam.* Cœterum: Massa omne, nationi, cui dedicatur, funerale est: nec in *laudis:* sed *desolationis* occupatur argumento. Qvod si autem *Massa* hoc dicatur dicatum *Dumæ Ismaeliticæ*, malè de *natione dedicatâ* tacuisset Propheta, & alterius *nationis* laudes bellicas celebrasset.

ORATIO X.

Concl. 1.



Succedit novus titulus c. 21 à v. 13. sc. Massa Arabiæ. Cæterum hîc panditur extemplò qvæsitum primum, *qvæ ratio tituli particulati*, cum sit in fontibus משא בערב? Resp. 1. nihil elegantius regimine particulato. 2. *Onerosa Prophetia in ipsas Arabias est*, qvæ *in Arabias, Petræam sc. & Desertam*, intimando illis imminens ab Assyrio supplicium, *sese extendit*. 3. אומרת ערב פעמים יקרא אותה בערב ajunt Rabbini. 4. Neqve adeò opus ut cum aliis hîc statuas: ב/ בערב תשמש במקום על ita ut sit idem qvod משא על בני ערב i. e. *Prophetia super filios Arabiæ*. Manet: Massa hîc esse *Arabum*, gentis & primâ & noviſſimâ & mediâ ætate mundi famoſiſſimæ, unde & in miraculo Pentecostali & auditorio lingvarum Apostolico, ultimo loco nominantur Arabes Act. 2. 11.

Concl. 2. Qværitur 2. Qvænam hîc notetur *Arabia* in titulo Massa? Resp. eminentèr notatur *Cedarena*, (probatur ex v. 4. & 5. hujus Massa, in qvo formaliter exprimitur ut objectum hujus Massa passivum, *Kedar*) & adeò *Arabia Petræa, deserta*: sed hâc occasione qværitur 3 *qvæ discretio illorum nominum*, sine qvibus haut explicabile *Massa* præsens sc. 1. עֲרַב 2. דְּדָנִים in v. 1. 3. ישבי ארץ תֵּימָא v. 2. 4. קֵדָר in v. 4. & 5.? Resp. 1. עֲרַב uti Arabia, generale multarum gentium nomen, 2. Dedanim, juxta Talmudistas, idem qvod דורנים, vel בני דורים vel בני שני אחים essent *ipsi Israelitæ*, qvatenus hi & *Ismaelitæ* erant duorum fratrum filii. Sed hoc non probamus. *Dedanim* non Abrahamidæ Hagareni per Ischmaelem: sed ex Keturâ per Jokschanem Gen. 25. 23. Inqvirendum tamen annon hi *Dedanim Chuſæi*, qvorum originem vide Gen. 10. 7. æqvè

uti *Sabæ* datur sub *Semo ante Abrahamum:* datur *infra Abrahamum* ex Keturâ: datur *in linea Chami Chusæâ* conf. de 1. Gen. 10. 25. 27 28. de 2. Gen. 25. 2. 3. de 3. Gen. 10. 7. qvæ accurate discernenda. Qvicqvid sit, aut Arabibus immixti fuerunt, aut Arabibus vicini: & malumus hoc loco Abrahamidas ex Keturâ.

Concl. 3. Resp. 3. Juxta eosdem Talmudistas, *Themæi* illi s. ישבי ארץ תימא essent ipsissimi *Cedareni Arabes* s. הקדרים בני ערב. Omninò *Tema* & *Kedar* Ismaelitæ immediati Gen. 25. 13 15. discretarum gentium Conditores: potuerunt nihilominus æqvè *Themæi* ac *Cedareni* esse gentes Arabicæ: sed uti capitibus, ita terris discretæ: ut adeò non sint una gens illi in v. 2. & v. 4. & 5. Sanè ad montes felicis Arabiæ *Themanæi*, ibidemq; celebrata urbs *Thema*. Malimus tamen præsentes cum *Dedanæis* illis copulare, qvàm cum *Cedarenis:* qvia copulat Propheta, & contradistingvit *illi Arabiæ* & illis *Kedarenis*, qvorum hîc *Massa formale:* sed & copulat Jeremias c. 25. 23. 24. 25. Verùm ibidem videtur contradistingvere illos triplici *Arabiæ*. Conf. ibid. Tremell. & Vatabli edit. *Concludimus iterum:* Illi Themæi fuerunt populi Arabistæ, non tamen ipsi Arabes Cedareni, qvibus peculiaritèr dedicatum hoc Massa.

Concl. 4 Resp. 4. At omninò *Kedar* sunt Arabes Ismaelitæ, *Arabiæ* non τῆ εὐδαίμονι s. Beatæ: sed illius, qvæ à Petrâ metropoli, Petræa, & *desertæ* (utramqve Sylvæ cautesq; exasperant) incolæ, & antiqviorum Arabum (sive illos per *Joktanem* ponas sub Semo, sive per *Cusch* sub Chamo) proselyti: horum autem Vicini *Themæi* illi vel habitatores terræ *Thema* & *Dedanim* illi in v. 1. & 2. iidemq; & γλώσσᾳ qvoqve & moribus Arabisantes, & Origine Abrahamiticà convenientes. Fuerunt singulæ *Arabiæ* multorum Regum vid. Jer. 25 24. 2. Chron. 9. 14. sed & gentium. In קדר atrum notari, notum in vulgus. Sed & inde tùm vall, ùm per eam decurrenti inter Jerusalem & montem olivarum torrenti, itinerario JESU procedentis ad aram terrestrem nobili, nomen τοῦ Κέδρων unde ipse Salvator post hymnũ egressũ dicitur cum discipulis trans torrentem Cedron Joh. 18. 1. de qvo ex 2. Reg. 23. 4. 6. 2. Chr. 20. 16. Josepho &c. vide plura: qvanqvam cum in loco Johannis, Græci Codd.

Codd. constanter legant πέραν τ χαμάρρε τ κέδρων, non desint, qvi Cedros hîc in ripâ torrentis ponunt, ut dicatur *torrens Cedrorum* eo modo qvo κέδροι παρ' ὕδατα celebrantur Num. 24. 6. Syrus tamen *Cedros* hic non agnovit: sed *torrentem vallis atræ* s. *Kedron*, sive illi à terræ pingvioris nigredine, sive aliunde *atrum* nomen. Expressit sanè per עִבְרָא דְגַלְתָּא דְקִדְרוֹן i. e. *transitum pedis Kedrum*, seu *Vadum torrentis*, ubi torrens Kedron pede pertransiri potest. Cedarenis illis, nomen *atrum*, etsi à Conditore factum gentilitium, convenit accuratè, sive, qvod non procul à *curru nimium propinqvi Solis*, adusti קדרנית atrato adspectu incesserint, sive qvod sub atris aulæis, ipsi feris moribus, & ad exemplum sui capitis Ismaelis, *Sagittarij* munditiarum immemores, Gen. 21. 20. & magnâ parte prædones (veteri & tenaci gentis ad hæc usqve tempora vitio) Jer. 3. 2. Jes. 13. 20. hinc inde palantes vixerint.

Concl. 5. Patet qvo sensu Amica in *Schir hasschirim* cap. 1. 5. ostensura se & *atram* s. שחורה & נאוה s. *pulchram*, similitudinibus illud duabus adumbraverit addens: כאהלי קדר כירִיעוֹת שלמה i. e. *Sicut tentoria Kedarenorum, sicut aulæa Salomonis.* Pulchrè Lutherus noster illam vocem Columbæ: Ich bin schwartz / aber gar lieblich ihr Töchter Jerusalem: (sc. schwartz) wie die Hütten Kedar (gar lieblich) wie die Teppiche Salomo. Dubium enim nullum, qvin discretæ membri 2. similitudines ad discreta in membro 1. & territorio 1. posita *nigroris* &c. & *elegantiæ* pertineant, ita ut rustica & cilicina Arabum Cedarenorum *tentoria* sive *tabernacula* opponantur ita in comparatione nitidis *aulæis Salomonis*, uti ibi illud שחורה contradistingvitur illi נאוה. Meminit eorundem *tentoriorum Cedarenorum* David Psal. 120 5. conqvestus jam tunc sive exul, sive domi, de seculo, adeò ut in contubernio *Arabum Cedarenorum* & justæ pacis osorum, ad injurias expromptorum, ipse Vir Pacis vivere sibi videatur אוי לי כי שכנתי עם אהלי קדר, ubi & vox שכן & ejusdem cum tentoriis copula egregiè convenit, *Scenitis* Arabibus: qvi (teste Polyhistore c. 36) *causas nominis inde ducunt, qvod tentoriis succedunt, nec alias domos habent: ipsa autem tentoria cilicina sunt: ita nuncupant velamenta è caprarum pilis texta.* Sed &

qvæ seqvuntur in c. 1. Schir hasch. v. 6. ad nostros *Kedarenos* respiciunt: Sehet mich nicht (verächtlich) an (verachtet mich nicht) daß ich (eusserlich) so überauß schwartz (und scheußlich) bin (verachtet mich sage ich noch einmahl/nicht) daß mich die Sonne so verbrandt hat. Omninò *Sol adurens* vel *facies adusta Sole* non ponitur ut *causa nigroris*, nec ut ratio interdicti: sed ut causa actus s. inductivum despectus possibile. Geminum sc. inductivum possibile *contemtibilis talis intuitionis* ponitur: Unum *atror ipse*, in voce שחרחרת (ubi & geminatione duarũ radicalium superlativus notatur *nigroris Amicæ* gradus) alterum *Amica Sole adusta* שׁשׁופתני השמש. At neutro nomine se *despectui habendam*, ponit *Amica illo* אל תראוני i. e. Nolite despicere me atram, me sole adustam. Unde autem ille externus adspectus ater, explicat in m. 2. imputans illud *iræ filiorum matris*, & *Vineæ custodiæ* &c.

Concl. 6. Sed redeundum nobis in Arabiam, qvam adeò ampliant Autores, ut ipsam *Moabitarum* terram, *Arabiæ* vocent *partem*, indeq; qvæsitum *annon Bileamus & Balakius fuerint Arabes?* Ubi pro *Balak Arabe* ex superiori hypothesi *Stephani* de *Urbibus* facilè affirmatur: pro *Bileamo* autem per expressos textus Num. 23. 7 Deut. 23. 4. Mesopotameno, negatur. Fuerit in Arabiâ Propheta *de Stellâ procedente ex Jacob & Sceptro surgente ex Ismele* Num. 24. 17. (si Moabia Arabica, uti Geographicè Petrosæ proxuma) at ne sic qvidem fuit Arabs gente: neqve opus erat, ex hypothesi Magorum Arabum, fingere Bileamum gente Arabem: qvâ de re alibi. Meminimus supra Arabum Ismaeliticorum, & illorum Dedaneorum qvorum Autor Jokschan Abrahami ex Keturâ filius Gen. 25 2. 3. Accuratè hic discernendus ab illo Joktan filio Eberi in lineâ Semi supra Abrahamum, qvem Joktan, notat Ludovicus de Dieu, *antiqvissimos & genuinos Arabes Patrem agnoscere, atqve ex eo ortos vocari* العرب العاربة *Arabes Arabisantes* i. e. *puros Arabas: At qvi longè post ex Ismaele sunt orti*, vocari العرب المستعربة *Arabas Arabismum affectantes. Esse de cætero tertium genus Arabum, qvi vocentur* المتجربة s. *Barbarizati, qvi ad barbarismum degenerarint.* De qvibus omnibus videndus porrò *Leo Africanus* hæc notavit.

Concl. 7.

Concl. 7. De nomine Arabiæ ita Polyhistor: *Arabia appellata est, id est Sacra. Hoc enim significari interpretantur. Virgulta hæc non sunt publica: sed in jus posterorum per successiones transeunt familiarum: ergò quicunque dominatum istius tenent nemoris, Arabicè sacri vocantur. Cum lucos istos vel metunt vel incidunt, non funeribus interfunt, non congressionibus fœminarum polluuntur.* In ערבים *Salices & amœnos saltus, Virgulta*, notari, dubium nullum per evidentiam Biblicam. An eò respexerit illa appellatio suo loco committimus, & explicatis nunc, quæ occasione quæstionis 3. explicanda erant, speciali exegesi *Massa Arabici* accingimur.

Concl. 8. Abstracto titulo ipsum Massa Arabicum secatur evidenter in duas sectiunculas quarum *Una* in v. 1. 2. 3. (capitis, 13. 14. 15.) ipsam *Substantiam supplicij Arabici* sub titulo *gladij, arcus, belli gravis, unde cædes, fugæ, fames, sitis, Propheticè describit: Altera* (v. 4. & 5. seu capitis 16. 17.) *certitudinem illius*, tùm *autoritativè* (allegatâ sc. autoritate JHOVAH ZBAOTH DEI Israelis) tùm *chronologicè* (præfixo unius anni termino) quo absoluto per Assyrium *tota Kedaris gloria diminuenda*, ipsiq; *residui potentes robore* (numerus arcus) *Sagittarij defecturi, definit*, quæ totius Pharaschæ *Orthotomia* & Summarium est. De anno Mercenarii dictum jam supra ad c. 16. 23.

Concl. 9. Quæritur adeò 4. ubi dandum in v. 1. Subjectum? Resp. 1. in אֹרְחוֹת דְּדָנִים qvæ exprimenda in Vocativo, eo modo qvo Batavi: **O ghy reisige Geselschappen van Dedanim**/& ex Rabbinis qvidam hactenus non malè, ut sit שיעור הכתוב אורחות

דדנים מכאן והלאה רל לא בעיירות בפונדקאות תלינו

שיירות הדרכים בסחורות לפי שיחרבו הערים: f. *comparatio status Arabiæ prioris & posterioris: ibi Catervis Mercatorum Dedanæorum patebant diversoria in Urbibus Arabum: nunc his desolatis in Sylvis pernoctandum.* In fontibus non est אֹרְחוֹת: sed אֹרְחוֹת qvod signum, non esse vocem ab אָרַח *semitâ*: sed sive ipsum participium nominascens, sive plurale ab אֹרְחָה Gen. 37. 15. ut sit idem qvod שַׁיָּרָה notans *turmam peregrinantium Mercatorum, Carabenam* vocant, noto satis ex Usu vocabulo, propter latrocinantes etiam nunc per Asiam & Ægypt. Arabes.

Concl.

Concl. 10. Qværitur 5. An in v. 2. ponatur *Consilium* seu *Præceptum, an narretur factum?* Resp. Aff. posterius: הָתָיו & קַדְמוּ non sunt לשון צווי s. *Imperativi*, nec *in formâ*, qvia non est אתיו uti paulò ante in *Massa Duma* & c. 56. 9. 12. nec הָתָיו nec קַדְמוּ: Sed הָתָיו conf. Jer. 12. 9. & קַדְמוּ: nec in *suppositione*, qvia præterita non imperant: sed indicant. Neqve ergò probanda Versio in Bibliis Vatabli: *In occursum sitienti venite aqvæ: habitatores terræ Thema cum pane ejus prævenite fugientem.* Neqve disjungendum ita: *Vos Dedanitæ afferte aqvas exulibus Arabibus: qvia idem qvondam vobis fecerunt Arabes* s. *Temanitæ.* Qværitur 6. *Qvodnam subjectum* in v. 2. m. 1. s. *qvinam illi potatores sitientium & palantium Arabum?* Resp. Dandum illud antecedentèr atqve adeò illi sunt Dedanitæ vid. v. 1. Præterita se habent pro ratione speculi Prophetici. Qværitur 7. Cujus ille *Panis* in v. 2.? Resp. est Themæi *dantis* & Cedareni palantis, ut accipientis. Qværitur 8 An Scopus Massa in v. 1. & 2. sit לשבח שלימות המדות שבערב כדי שמשם יצא תוכח ישראל i. e. *Commendare nationem Arabicam* מחריצותם והשתדלותם ונדיבותם וצדקתם s. *ejusdem laboriosam solertiam*, cujus signum *pernoctatio in Sylvis*, לעניני הסחורה והמלחמה *ad opera sive belli sive mercaturæ, & liberalitatem* s. *beneficentiam*, cujus signum *aqva & panis?* Resp. Neg. Massa non est panegyricum nec מבשר טוב s. Evangelicum: nec *laudum:* sed *pœnarum nationis* expressivum. *Arabes* hîc dandi in נדד s. *palante sitiente*, non in *Dedanæo vel Temæo potante.* Idem נדד in v. 2. & נדדים in v. 3. utrobiqve nonnisi *Arabes* & hi ipsissimi *Cedareni* in v. 4. 5. neqve illa *evagatio propter excidia*, & in specie *propter gladium extensum, propter arcum adductum, propter gravitatem belli*, qvæ memoratur in v. 3. antecessit publicationem Massa (ita ut sensus sit *Arabas miseris succurrisse, qvia ipsi qvondam palantes fuerint, & adeò sint, non ignari mali*) sed excepit, ut pars pœnarum, qvæ ad substantiam Massa pertinent. Dicas: *Commendatur tamen cibatio & potatio.* Resp. 1. at illa non fuit Cedarenorum, nisi passivè. 2. Narratur propter Statum. Esse in *Statu exulum, palantium, inopiâ laborantium, sitientium* &c calamitatis signum est.

Concl.

Concl. 11. Qværitur 8. qvæ ratio classium pœnalium in v. 3? Resp. Exprimunt חרבן המלחמה s. מיני המלחמות s. *modos desolationis Arabicæ:* tùm generaliter: *fiet* sc. *per vastitatem bellicam* tùm specialiter & per 3 classes ubi in 1. est *gladius*, in 2. *arcus*, in 3. *gravitas belli* s. *obsidionis, famis, sitis, aliarumq; calamitatum, qvæ bella sequuntur, incubatio.* Inde jam Arabes aut interfecti, aut palantes facti, aut deportati. Extat in *Pirke Elieser* dictum solemne Judæis, qvod in hâc triplicatione robur ponit: ג׳ מלחמות של מהומה עתידין בני ישמעאל לעשות באחרית הימים עם בני אדום אחת בשדה ואחת בכרך גדול שברומי ומשם בן דוד יצמח ויראה באובדן של אלו ואלו ומשם יבא לארץ ישראל שנ׳ מי זה בא מאדום. Summa. *Ismaelitas cum Edomæis in novissimis temporibus tria bella gessuros* (probatur ex v. 3. m. 1.) *unum in mari, unum in agro, unum in urbe magnâ Romæ* (primum per gladium extensum, secundum per arcum adductum, tertium per onera belli notati v. 3. m. 2.) *Inde tunc oriturum Messiam* FILIUM DAVID, & *post utriusqve nationis Ismaeliticæ & Edomææ excidium, ex Edomæâ Romanâ processurum in terram Israelis: & ita venturum ex Edom.* Contra: Nullum hîc Massa Edom: *neqve Ismaelitæ Arabes hîc ut bellatores describuntur: sed ut debellati. Tempus complemento præscribitur* annus à Prophetâ Oratore proximus: non finis mundi. E. & qvomodo legitimatur hîc Mare, ager, Roma? MESSIAS *Zemach Jhovah* & Davidis, natus & clarissimè jam olim revelatus, egressus qvoqve est *Edomæâ Hierosolymitanâ*, qvæ tunc sub Romanis erat Dominis, & Edomæorum qvoqve metropolis, qvando ivit *ad Montem Myrrhæ*, & sacrum Gogolta crucifigendus: à consangvineâ natione repudiatus, anathemate percussit terram Judæorum, destructurus orbem, ubi revertetur in nubibus cœli Judex tremendus. Messiam Romæ & per Romam demum in terrâ Israelis qværere, est τὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης ostendere. Sed & Messias Romanus Judæis esse solet *pauper Messias, filius Joseph.* Ergone idem ille *pauper Messias* filius Joseph filius qvoqve David? Hoc sanè

non

non improbamus, & ostendimus illis JESUM שריראית ברה דדוד eundemq; filium Joseph כמסתבר. Vid. sup. ad Massa Duma.

Concl 12. Qværitur 9. An per *sitientem* & *palantem* in v. 2. intelligendus Israel, ita ut hîc sub formâ Consilii, implicato simul facto contrario, exprobretur Arabibus immisericordia Israeli exuli s. palanti declarata? Resp. Nihil hîc de Israele. *Palantes* illi sunt qvorum hîc Massa. At hi Arabes. Fuerint Arabes ante Ismaelitas Cedarenos, omninò tamen hi Cedareni Arabes, atqve sic Massa hic Arabicum. Patet qvid sentiendum de expositione hujus textus Talmudicâ in c. 1. Bava Kama & Echâ Rabbati. Summa textus est: *80. mille juvenes Sacerdotes* פרחי כהונה *cum totidem clypeis aureis sub Babylonio palantes & exules factos apud Arabas Ismaelitas, qvi confisi originibus sibi cum illis in Abrahamo communibus, & vicinia legi, poposcerint illos haustum aqvæ: Ismaelitas autem noluisse illis potum dare, nisi post cibum sumtum. Dedisse igitur Salsamenta, inde utribus inflatis, ori inditis immisso in visceravento illos excruciasse & sic crudelitèr sub humanitatis specie enecasse.* והם מפרפרים ומתים. Juxta hanc glossam Talmudicam m. 1. v. 2. haberet *formam supplicationis* pro *potandis Israelitis:* membrum a. 2. exprimeret *Contrarium Ismaelitarum factum* & illam אכזריות הגדולה. Voluerunt rationem *subjecti* in m. 1. *omissi* & in 2. *expressi*, item *positi potus ante panem*, & vocis קדמו in qvâ finxere *anticipationem* illam מאכל המלוח s. *Salsamenti* dati, ita ut potum petentibus Israelitis prævenerint pane salso, dare. De cœtero, falsam & salsam illam: sed neqvaqvam salibus Propheticis conditam paraphrasin rejicimus, & cum qvoad *confirmationem Chronologicam* qvæ est v. 4. & 5. omnia ex superiori Concl. 8. liqvida sint, hîc *Massa Arabicum* claudimus processuri deinde ad Massa *Vallis visionis*, cui metropoli, vicina adeò Arabia, ut non saltem à monte Oliveti orientali templo: sed & ex editâ Urbis sanctæ ad murum 3. turri Prephinos dicta prospici oriente Sole potuerit Arabia.

ORATIO XI.

Concl. 1.

POst *Massa Arabiæ* incedit decimum MASSA idq; objectivè JUDÆORUM. Docet hoc titulus, qvi privilegio superiorum usus primum sibi vendicat membrum, משא גיא חזיון & exprimitur: *Prophetia onerosa vallis visionis.* Sed hîc I. statim qvæstio, qvo sensu ille Judææ Hierosolymitanæ competat, suppositâ nunc vocis גיא & variâ scriptione, & significatione & applicatione? Damus rationem tituli, *triplicem σκιώσιν*, unam *gloriosæ* JHOVAH *inter Chrubinos in templo revelationis* (cujus exemplum inaugurale vide 1. Reg. 8. 10. 11. 2. Chr. 7. 1. 2. Reg. 19. 1. 15.) secundam *continuatæ in Judæa ipsâq; Hierosolymitana velut Vidéntium patriâ & sede Propheticâ multiplicis Prophetiæ manifestationis*, & *per illam publicatæ promissionis* (cujus exemplum nobile 2. Sam. 7. 17. ubi proinde titulus החזון insignis) & *Visionis diei* JESU CHRISTI: qvomodo CHRISTUS etiam anteqvam ex Mariâ natus, verè extitit, totumq; Regnum, & ipsa tempora refrigerii s. יומי נחמתא דעתידין למיתי uti Chaldæus loqvitur: sed & יום אחיות מהרא, uti idem ad Hos. 6. 2. jam olim ostendit *in Valle Visionis.* Visus sanè ibi natus, passus, exaltatus, anteqvam natus. Actor. 3. 18. 19. 1. Pet. 1. 11. Actor. 10. 43. Luc. 1. 70. tertiam *futuræ φανερώσεως DEI in carne*, ubi ὁ λόγος σαρξ γινόμενος ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός: neqve unqvam illustrior fuit *Vallis Visionis*, qvàm ubi vidit Magnum Prophetam DEUM ἐν τῇ φάτνῃ, DEUM in Templo, DEUM in Jordane, DEUM Viatorem *fatigatum sedentem ad fontem Jacobi*, DEUM Precatorem in horto, DEUM patientem in prætorio, DEUM cruentum in itinerario crucis Hierosolymitano

mitano, DEUM crucifixum Mediatorem, inter Electum & Reprobum pendentem in ligno, DEUM in Sepulcro, DEUM in glorioſæ reſurrectionis & adſcenſionis triumfo, DEUM in illo 10. illuſtrium apparitionum per 40. dies interimiſticos inter ἀναάστασιν & ἀνάβασιν theatro, qvando fuit ὀπτανόμενος Apoſtolis: ſed & συναλιζόμενος & λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ Act. 1. 3. qvarum φανερώσεων ordo ex Joh. 20. 14. 18. Marc. 16. 9. ex Matth. 28. 9. ex Luc. 24. 34. ex Marc. 16. 12. Luc. 24. 13. ex Marc. 16. 13. 14. 15. Luc. 24. 36. Joh. 20. 19. ex Joh. 20. 27. ex c. 21. 14. ex Matt. 28. 16. 17. ex 1. Cor. 15. 7. ex Luc. 24. 50. conſtabit: ſed & conſpicuam toto orbe *Vallem Viſionis* Hieroſolymitanam fecit miraculum & ſpectaculum pentecoſtale catholicum, à JESU *jam exaltato ad dextram Patris*, effuſi S. Spiritus, ubi viſæ ſunt Apoſtolis διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, & ubi *Adoleſcentibus Sionis filiis* ex Joele c. 3. 1. 2. legitimavit Petrus Vallem Viſionis: *Juvenes veſtri* חזיונות יראו *videbunt* Prophetias *Viſiones* Actor. 2. 17. Sed & jam olim in *apparatu Sacrificij* montanis illis Hieroſolymitanis ab hâc Viſione nomen יהוה יראה qvod Moſis tempore Symbolum dedit Iſraeli tale: בהר יהוה יראה ubi Lutherus exprimens per: Auff dem Berge da der HErr ſihet/corrigendus hauterat per: Auff dem Berge der HERR wird geſehen werden (reclamante uti ibi punctatione: ita hîc accentuatione) ſed: *In monte* JHOVAH *videbitur*, qvod complerum in JESU pro nobis mactato *in monte myrrhæ & colle thuris*, ante portam Hieroſolymitanam conf. Geneſ. 22. 14. Hebr. 13. 11. 12. & de Monte Moriiah 1. Chron. 22. 1. & Targ. in Schir haſſchir. c. 4. 6. הוה שכינת יקרא דיו שריא בבית מוקדשא דהוה מתבני בטור מוריה וכו׳ ומחבליא חוו ערקין מריח קטורת בוסמין מוקיר Paraphraſis nobilis, cujus uſus amplior qvàm uthîc expediatur. Verè ita ſe habuit mons Moriah, tempore JESU maxumè, qvando παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας Epheſ. c. 5. 2.

Concl. 2. Patet qvid ſentiendum de ratione tituli in Echa Rabbati: גי חזיון גי שכל החזים מתנבאים עליה גי שכל החזים עמדים

עמדים ממנה אר׳ יוחנ׳ כל נביא שלא נתפרש שם עירו ירושלמי הוא i.e. *Vallis Visionis, Vallis de qvâ omnes Prophetæ vaticinati sunt. Vallis, è qvâ omnes Prophetæ processerunt. Dicit R. Jochnan: Omnis Propheta, cujus non expressè nominatur patria, est Hierosolymitanus.* Unde Rabbini concludunt: קרא גי חזיון לירושלם לפי שהיה שם מקור הנבואה נמשך ויוצא משפע השכינה אשר בבית המקדש i.e. *Vocatur Jerusalem Vallis Visionis, eò qvod ibi fuerit fons Prophetiæ solemnis, procedens ex influxu cœlesti majestatis DEI præsentis in Sanctuario.* Fatemur regionem Hierosolymitanam, ipsamq; Metropolin gentis, *Vallis* amplissimæ instar habuisse, in qvâ innumerabiles Prophetas Peripateticos cernere licuerit, & inprimis *Magnum illum Prophetam* Luc. 7. 16. ᾧ πάντες οἱ Προφῆται μαρτυροῦσι Actor. 10. 43. cujus *testimonium est Spiritus Prophetiæ* Apoc. 19. 10. Neqve negamus fontem illum Propheticum & cœlestem influxum, grande περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου: uti dedecus, qvod tot Prophetarum fuerint Latrones & Latronum Filii, προδόται & φονεῖς tùm Prophetarum Martyrum de JESU, tùm ipsius ἀνδρὸς προφήτου Luc. 24. 19. Act. 7. 52. Matth. 23. Luc. 31. 34. Deformata illa Vallis Visionis pertumulos Prophetarum, adeò ut, teste Salvatore, *non contigerit Prophetam perire extra Jerusalem* Luc. 13. 33. unde uti in applicatione Politicâ præivit Talmud lib Pesach. fol. 87. 2. in applicatione Propheticâ dicere licebat: אוי לרבנות שמקברת את נביאיה i.e. *Væ potestati qvæ sepelit Prophetas suos:* Intimavit tale Væ Propheta Magnus *Valli Visionis.* Vide Matth. 23. 29. 37.

Concl. 3. Satis de titulo, qvi *Hierosolymitan*⁹ qvidem est: cœterũ, qvoad rem ipsam, unius illius metropolitanæ regionis spatiis haut absolvitur. Superest adhuc *Vallis Visionis* & vel in ipsâ Germaniâ experturâ æqvè durum Massa, si non occupabit pœnitentiâ Vocat illam æqve ut veterem Vallem Visionis DEUS ad planctum & pœnitentiale Cilicium: Cœterum facit illa, qvod factum in veteri Valle Visionis notat Propheta v. 13. unde metuenda eidem pœna eadem vid. v. 14. Addimus paucis: Sectio ipsius MASSA evidens in duas Sectiunculas, qvarum una ad v. 14. nationis Judaicæ:

altera personalis, dedicata Sebnæ degradando adusq; v. 20. & Eliakimo surrogando adusqve f. cap. Atqve, cum utrumqve nomen in Hiskiæ Regis annalibus memoretur 2. Reg. 18. 18. 26. 37. Isaiæ 36. ult. & qvidem Eliakimi ut *Præfecti Domus:* Sebnæ autem *ut Scribæ*, inde *degradationem* illam & *substitutionem*, jam tunc factam, remoto è superiori dignitatis gradu, inq; inferiorem Scribarum ordinem dejecto Sebnà, & surrogato Eliakimo, tempusq; complemento ponendos annos Hiskiæ Regis concludit Junius: qvod ad Jojakimi remotiores annos & sub illo captivitatem primam, deportatis Babylonem Principibus, refert Lutherus: ad casum autem Zedekiæ & sub illo Templi & Urbis Matris per Babylonios excidium, & celebriores Rabbini, juxta qvos ניבא הנביא כאן על חרבן ירושלם בידי נבוכדנצר מלך בבל & Dd. Christiani, qvam tertiam sententiam & nos, non exclusis tamen illis, qvæ proximè sub Jhojakimo antecesserunt, calamitatibus, præferimus, non obstante complemento circa Massa personale Sebnæ: neqve opus est ut utriusqve partis complementum consumatum præcisè ponatur uno tempore. Inqvirendum autem annon novissimum sub Romanis Urbis & Politiæ Judaicæ excidium hîc insinuetur, & qvod in hypothesi Sebnæ dicitur, in thesi ad novissimos populi Moderatores simul extendatur, ita ut qvæ de Eliakimo dicuntur, in CHRISTO complementum habeant? Sanè Character *Clavium Domus David & qvidem super humerum:* autoritas item illa *aperturæ* & *clausuræ* v. 22. (ut taceamus alia) sublimior apparet, qvàm qvi seculari alicui Palatino competat. Et Apocalypsis non nisi πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν & ἄρχοντα τῶν βασιλέων τῆς γῆς appellat sub his titulis, eidem vendicans *Claves Davidicas*, cui *claves mortis & inferni* Apoc. c. 1. 18. & c. 3. 7. ubi Filius hominis ambulans in medio candelabrorum nominatur ὁ ἀληθινὸς ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβὶδ, ὁ ἀνοίγων καὶ οὐδεὶς κλείσει αὐτὴν, ὁ μὴ ὁ ἀνοίγων καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει.

Concl. 4. Sectiuncula generalis, qvæ ex professo Judææ Hierosolymitanæ calamitatem describit, primò *Calamitates Urbi Matri Jerusalem obventuras*, oratione, qvalem reqvirebat πάθος Propheticum,

ticum, proponit adusqve v. 5. Ponitur sc. 1. *Civium metus & turbulenta trepidatio*, cujus signum, qvod non in muros & propugnacula, pro novissimâ patriæ defensione armati: sed *in tecta*, qvæ orientalibus non adeò fastigiata: sed plana erant, sint *conscensuri* v. 1. 2. Civitatis qvondam personantis, sive per famem, pestem, mœrorem seu consternationem mors partim incruenta, partim cruenta v. 2. sive palantium, & deportatorum captivitas ingloria & conditio dura v. 2. 3. unde planctus metropolitanus in sacrâ Rythmi Prophetici formâ repræsentatus v. 4. & causa planctus v. 5. *Dies perturbationis, conculcationis & perplexitatis.*

Concl. 5. Atqve circa hanc propositionem, dubia. Qværitur sc. 2. Qvæ ratio orationis in v. 1. מה לך אפוא כי עלית כלך לגגות? Resp. dubium resolvitur in sensum particulæ אפוא vel אפה qvam aliqvando *Chronologicam* esse: aliqvando *Topicam* s. aliqvando esse הוראה זמנית s. *significativam temporis*, & idem qvod עתה: aliqvando הוראה מקומית s. *loci expressivam*, & idem qvod בכאן, statuunt Grammatici Judæorum, & exinde illam in suppositione priori reddunt hoc loco post Kimchium hoc sensu: Was ist dir liebes Schawthal antezo ankommen / daß du dich ingesampt also auff die Dächer verfügest? Ita Græci: Τὸ ῥῆμα τῆς φάραγγος Σιὼν. Τί ἐγένετό σοι νῦν ὅτι ἀνέβητε πάντες εἰς δώματα. Ubi qvod *Vallem Visionis* s. φάραγγα ὁράσεως, qvomodo h. l. Sym. & Theod. per *Vallem Sionis* expresserunt, inqvirendum an ad rem respexerint, an in voce חזיון erraverint? de cœtero illud אפוא per νῦν redditum, qvomodo edit. Vatabl. *Qvid tibi nunc, qvod ascendisti universa tu in tecta?* Ita & Tremell. *Qvid tibi jam est?* Sed & Belgica Versio: **Wat is u nu / dat ghy alle gaer op de Daken klimt.** At Chaldæus accepit Topicè, ita reddens versum 1. מטל נבואתא על קרתא דיתבא בחילתא דאתנביאו עלה נביאיא מה לכון בדין ארי סלקתון כלכון לאגריא: i. e. *Onus Prophetiæ contra urbem qvæ sita est in valle, super qvam vaticinati sunt Prophetæ* (hactenus titulus m. 1. de qvo supra: seqvitur nunc) *Qvid vobis hic* (qvid, inqvam, vobis) *qvod adscendistis vos omnes in tecta?* Facimus cum

Chaldæo, & in אפוא & hîc & semper inesse putamus sive suppositionem Topicam, s. מדרגת המקום, sive ipsius argumenti s. הענין ut sit: *In hoc negotio, hâc in re* vid. Job. 38. 4. Ruth. 2. 19. Gen. 27. 37. Was soll ich bey so bestalten Sachen / dir / mein Sohn / thun? Prov. 6. 3. Thue bey sothaner Beschaffenheit der Sachen / was ich dir rathen werde. Gen. 43. 11. Facit pro eodem compositio ex אי פה, ut ita parallelum sit exordium hujus *Massæ nationalis* & seqventis *Massæ personalis* à v. 15 sc. uti ibi Propheta tale dat principium 1. מה לך פה Was hastu Sebna allhie im Schawthal / *Quid* juris, vel aviti patrimonii? Nihil. 2. מי לך פה i. e. Wer ist allhie der dich angehet. *Quos* sive vetustos generis tui auctores, Majores, sive Consangvineos hîc habes vel habebis? (Benè notetur duplicata qvæstio, una realis per מה: altera personalis per מי) vid. v. 6. ita ipsam vallem visionis hîc alloqvitur מה לך אפוא Was hast du allhie zu schaffen? Was ist dir (sage ich) ankommen / daß du auff die Dächer gestiegen? Hâc ratione territorium 2. exegeticum est territorii primi, & illius inprimis אפוא. Si sc. qvis videat *Cives omnes in tectis*, poterat qværere מה לך אפוא? Abrabinel in applicatione erravit. Dat talem: מה לכם הגבירה והחריצות והנרבה והצרקה שנעלה זכרנך במקום חוח בתוך האומות האלה שזכרתי שאין לך גבורת אנשים ולא ממרותיהם הטובים: Hypothesis *de laude nationali* in superioribus Massa jam supra est excussa. Ruit ergò ille *Comparativus*. Adscensus ille in tecta per se non fuit *criminalis*, sed *pœnalis* Valli Visionis. Consilium armaturæ novissimæ, pro servandâ metropoli repugnabat decreto cœlesti, qvod erat Vallem Visionis Hierosolymitanam ipsumq; templum à παναλεθρία præservare non, si Babylonio robur pertinaces opponerent: sed si sponte cederent, & Monarchæ armato divinitus supplices obviam irent: neqve potuisset tunc robore Judæorum bellico Mater Urbs defendi, etiam si ab illis maximâ clade Babylonii fuissent affecti. Legatur Consilium Jeremianum ex c. 34. 4. 5. c. 37. 10. c. 38. 17. & Consilium Salvatoris de illo, qvi est ὅπὶ ἐ δώματος Matt. 24. 17. Si qværatur 3. *Qvæ ratio hujus adscensus in tecta?* Resp. Tecta Judæorum plana

plana propter θώρηκον s. *loricationem*, qvâ gaudebant, & propugnacula esse poterant & Suggesta Doctoralia. Vid. Deuter. 22. 8. Matt. 10. 27. At h. l. non propugnaculi: sed sive *planctus*, sive *pavoris & evasionis* causâ tecta conscendisse repræsentantur, sive jam illud Consilium miseris salutare fuerit, sive noxium, & tale, qvale perturbatorum.

Concl. 6. Qværitur 4. Qvorsum illi tituli in v. 2.? Resp. ad textum consequentem: *O tumultuationibus plena! O Civitas strepera! O Urbs exultabunda! Confossi tui non sunt confossi gladio, nec mortui bello.* Qværitur 5. Qvinam illi חללי קריה עליזה *Confossi metropoleos exultabundæ qvondam filij?* Resp. 1. Opponuntur *Confossis gladio*, & 2. *mortuis* s. occumbentibus in prælio: at nec ibi opponuntur mortuis, qvia & dantur חללי רעב de qvibus vide in Thren. c. 4. 9. nec hîc interfectis: neqve ergò saltem notantur qvos sive ולעפות רעב der grewliche Hunger vid. Thr. 5. 10. sive pestis: sed & qvos extra aciem & pugnas mors, qvæ & *fugacem persequitur virum, nec parcit imbellis juventæ poplitibus timidove tergo*, absumsit. Ponuntur adeò 1. extra prælium sive fame sive peste, absumti. 2. *Principes* ex fugâ novissimâ, in qvam illos conjunxit desperatio, retracti, Catenis constricti, & sic ad Babylonium abducti, ab eo mactandi, atqve adeò & fugitivi & ligati, & consumatâ jam victoriâ à Babylonio mactati. Complementum tùm resp. illius נדרו יחד tùm resp. אסרו מקשת vid. Jer. 39. 5-6 c. 52 6. 7. 10. 27. 3. *Superstites rel qui* sive *ab hoste deportati*, sive in vicina regna palantes facti. Confer complem. Jer. 52. 28. c. 40. 10. 11. Qværitur 6. An per illos לא חללי חרב intelligantur exanimati seu ἀποψύχοντες, per summam sc. anxietatem s. στενοχωρίαν, indeq; ortam ἀγχόνην extincti? Resp. Nihil obstat includere, qvicqvid sit de hujus mortis exemplis, qvæ feruntur mors Achitophelis ex 2. Sam. 7. 23 (sed reclamante accuratiori fontium scrutinio) & ex Collegio Apostolico Judæ Proditoris, de qvo cum Mattæus brevissimè reliqverit illud ἀπελθὼν ἀπήγξατο c. 27. 5. Lucas autem in Actis c. 1. 18. πελώνης ἐγενόμενος ἐλάκησε μέσος καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, Consilium qvi-

um quidem proditoris fuisse strangulatione sibi vitam eripere, & hoc sine jam aptasse collo laqueum, jam impulisse se ut eò facilius fauces elidat: Cæterum *cum divinæ providentiæ placuisset, ut non periret simplici morte* ὁ τὸς ἡ ἀπωλείας, *facto laqueo in faciem cecidisse Judam, inde, sive quod in saxum asperum, sive ligni truncum acutum caderet, sive aliàs DEI judicio, ventrem illi fissum & effusa intestina,* ut ita *Matthæus initium: Lucas finem facti narraverit,* tanqvam *divinæ simplicitatis* sententiam posuit Casaubonus Exercit. 16. ad Annal. Bar. A. C. 34. n. 74. inter angores autem suffocatum per ἀγχόνλω, *qvam crepitus ventris & effusio viscerum, sed & præcipitantia in terram exceperit,* defendunt Heinsius & Ludov. de Dieu ad l. Matt. & Act. Apost. *gravissimo exulcerata conscientiæ tormento, compresso è summo mœrore Spiritu, notatum,* qvod velit Matthæus: sed fortè *post resurrectionem Christi demum mortuum,* eo modo, qvo illud explicuit Petrus, vult H. Grotius, nec suffocatione per ἀγχόνλω, nec *per laqueum:* sed *per præcipitium è vivis abiisse,* vult I. Pricæus Britann. not. in Mattæum: qvæ controversia cum in utroqve exemplo fori sit Hebræorum, in qvo dispiciendum qvid illud ויחנק 2 Sam. 7. 23. qvà etiam radice illud Mattæi expressit Syrus ואזל חנק נפשה, qvi idem verba Petri de morte qvondam Collegæ liqvidissimè expressit ונפל על אפוהי ערל ארעא ואתפרת מן מצעתה ואתאשר כלה גויה i. e. *Cecidit super faciem suam in terram & divisus est à medietate sui & effusum est universum corpus ipsius,* occasione datâ respondebimus ampliora. Qværitur 7. Cujus Oratio in v. 4.? Resp. Bene Lutherus: *Propheta hic inducit affectum plorantis & lugentis populi de acceptâ clade à Nabuchodonosore.* Repræsentatur sc. planctus Matris plangentis propter vastationem filiæ.

Concl. 7. Post propositionem incedit *Confirmatio* à v. 5. ad v. 12. Legitimatur sc. illud Massa Hierosolymitanum 1. ab autoritate summa judiciali ipsius ADONAI, JHOVAH qvi est P. F. & SS. idemq; Zbaoth s. ὁ παντοκράτωρ v. 5. 2. ὑπατυπώσις earum rerum, qvæ & planctum & illum מהומה רבה sonorumq; tumultum efficient, qvarum 1. est *destructio muri,* unde jam conclamatur ad *Montis Sionis expugnationem* v. 5. 2. *Irruptio exercitus barbari Babylonij*

lenij sc. Elamitarum seu Persarum supplementis aucti, qvi tùm alias, tum inprimis selectissimam Vallium Hierosolymitanarum e. c. *Vallem Cedron inter montem olearum & urbem, mediam*, vel *Vallem benedictionis* Josaphati triumfis celebrem vid. 2. Chr. 20. 26. falcatis *curribus impleturus*, imò bellatores *Eqvites* ad perfringendas *Portas*, aditusq; vi aperiendos spretâ propugnantium virtute sit ordinaturus. Qværitur hîc 7. qvæ ratio positus מקרקר קיר ושוע אל ההר in v. 5.? Resp. 1. Positus est subjectivus, æqvè velut in m. 1. יום מהומה. Resp. 2. Vulgatus haut adeò hîc culpandus reddens: *Scrutans murum & magnificus super montem.* Omninò קרקר notat tale *scrutinium destructivum* (vid. Num. 24. 17.) *radicale* (s. עקירת שרש) *Murorum* hoc loco, qvia additur קר: & שוע Isaiæ 32. 5. *magnificum, liberalem.* Benè noster Lutherus: Die Mauren werden untergraben/und ist ein (mächtig) Geschrei nach dem Berg (Zion) zu. Notatur *hostis murum subruens*, & *inde conclamans ad montem Zion*, & *contra illum magnificè se efferens.* Qværitur 8. An rectè v. 6. reddiderit Ludovicus de Dieu: Et *Elam sumsit pharetram: In curru Vir est: Eqvites sunt: & Kir nudavit* (depromsit) *Clypeum?* Resp. N. רכב אדם æqvè hîc positus regiminis, uti in cap. 21. 7. רכב חמור רכב גמל & v. 9. רכב איש. Illi ergò פרשים dicuntur esse in רכב אדם. *Eqvites in curribus*, familiare in sacris, de qvibus vid. ad c. 21. 7. notata. Qvær. 9. An ergò ita: Et *Elam sumsit pharetram: ad currum hominis eqvi sunt?* Resp. Aff. videatur modò an פרשים hîc rectius Eqvites, qvàm Eqvi, de qvo pluscula ad c. 21. Porrò illud posterius: וקיר ערה מגן tutissimum videbatur ita sumere, ut sit parallelum illi: *Elam sumsit pharetram:* atqve adeò reddatur: *Kir levigavit* (polivit) *clypeum*, vel, uti noster habet Lutherus: Kir gläntzet daher mit Schilden: & in Scholiis: *Kir* (metropolis Assyriorum in terrâ Medorum) *nudavit parietem.* Sed accentuatio non est parallela; reqvireretur parallelismus talis:

עילם	נשא	אשפה
וקיר	ערה	מגן:

Vulgatus invertit: *Clypeus nudavit parietem.* Sed & jam olim Chaldæus מגן habuit pro subjecto, & קיר ערה pro prædicato על שור דבקו תריסין *Clypei adhærent muro.* Placet ita reddere, ut accentuationi satis fiat, & קיר ערה idem qvod קיר אשר ערה i. e. *Kir cohærens* (universa Cyrena conglobata in hoc bellum conjuncta) *levavit Clypeum* (scutum) ita ut sit parallelismus repetito ex m. i. verbo נשא. *Elam produxit pharetram: & Kir conjuncta* (in hoc bellum, evacuato milite domo, effusa) *eduxit Clypeum.* Qvær. 10. Qvid per מסך יהודה s. *tegumentum Jhudæ?* Resp. non metropolin gentis, non sanctuarium Hierosolymitanum, sed *Castella limitanea*, qvibus ab hoste expugnatis ingens terror Judæorum de supremâ defensione metropoleos inprimis Hierosolymitanæ jam solicitorum.

Concl 8. Unde jam ille respectus ad *armamentarium regium* (de *domo saltus Libani* s. בית היער vid. 1. Reg. 7. 2. & seqq. c. 10 17. explicant Interpp. Junius tamen metonymicè, ut *domus saltus* sit domus in qvo *ex saltu, ex sylvis missilia, tormenta, & machinæ bellicæ* comparantur) v. 8. emendatio *rupturarum in Civitate David, arce Regiâ, ejusdemq; propugnaculo, & domo Heroum*, ipsoq; *Millo* (qvod in Hiskiâ divinitus confirmato & respectum fiducialem ad DEUM habente laudatur 2. Chr. 32. 5.) *& congregatio aqvarum piscinæ inferioris* (de superiore, ejusdemq; situ ad *aggerem agri fullonum* vid. 2. Reg. 18. 17. Isaiæ 7. 3.) sive ad confirmandum tali fossâ locum, sive לגבל את העפר לכתום הבקעים, uti hîc Rabbini, sive ad prospiciendum Urbi obsessæ de aqvis v. 9. Porrò illi bono institutâ *Arithmetica domorum Hierosolymitanarum destructiva, ad murum* sc. *muniendum* v. 10. (Arithmeticam hanc perionarum, unde apparatus bellicus fieri potuerit, statuit Tremell. cœterum prohibet illud membrum 2. illas intelligens domos, qvæ poterant *dirui ad muniendum murum*) *Conceptaculum factum inter duos muros* (de duobus muris Hierosolymitanis vid. 2. Chr. 32. 5. & c. 33. 15.) *pro aqvis piscinæ veteris* s. *superioris* (qvam Gichon efficiebat) *ad Civitatem David deducendis* (vid 2. Reg. 18. 17. c. 20. 20. 2. Chr. 32. 30.) Tantus & tam operosus apparatus culpatur qvod fuerit extra *intuitum* vel *respectum providentiæ*

lentiæ vindicatricis. Debebant sc. illam pœnam agnoscere & suam in illâ culpam meritumq; criminale considerare: debebant ad *Autorem* s. *supremum Punitorem*, Opificem hujus calamitatis & conculcationis, & jampridem formatorem illius perplexitatis in decreto justitiæ, humiles supplicesq; scelerum suorum deprecatores respicere, & eundem placatum supremum Protectorem pro Vallis Propheticæ defensione invocare: sed non æstimatur ut pœnale meritum de condigno, nec respectus est ad DEUM sive ut iratum, placandum, sive ut placatum Protectorem summum: notetur ergò oppositio illius הבטה אל נשק בית היער in v. 8 cui opponitur הבטת אל עשיה in v. 11. ubi in עשיה numero plurali notetur domus judicii cœlestis, in qvâ 3. personæ Pater, Filius, & Spir. S. sunt עשיה Factores illius calamitatis in Valle Visionis.

Concl. 9. Post Propositionem & Confirmationm Massa pœnalem, seqvitur Confirmatio criminalis, in qvâ, supposito jam culpæ & impœnitentiæ statu, propter qvem ADONAI JHOVAH ELOHIM ZBAOTH vocaturus sit Judæos, (ad publica & externa interni doloris & resipiscentiæ signa e. c. fletum, planctum, calvitium & cilicium pœnitentiale v. 12 exprimitur peccatum summum: *Obdurationem in contemtu (cum perseverantiâ finali) DEI, Verbi, & Ministerij Prophetici*, cujus signa luxuriosa lætitia, gaudium &c. dum *Vallis Visionis* est in perplexitate. Scilicet iratus JHOVAH illos vocat *ad fletum & planctum:* at ECCE (notetur Character intempestivi illius & cyclopici Jubilei s. Epicureismi) *lætitia & gaudium.* DEUS imperat signa luctus, *calvitium & cilicium:* at ECCE apud illos, signa convivalis luxus, *Occidunt boves, mactant pecudes*, instaurant magnifica epula, comessantur securi de calamitate indictâ & ex parte jam inductâ: qvod amplius probaturus Propheta, exprimit ipsas voces contemtorum & irridentium Prophetam intimantem illis imminens judicium mortis, sc. Propheta prædicit nobis funerale prandium, in qvo simus ipsi mactandi: vocat nos ad Cilicium funerale, velut eras morituros. Agite ergò: *Edamus & bibamus: Cras enim moriemur:* anteqvam sc. moriamur, voluptatibus nos expleamus, comessemur securi illius Thematis Prophetici de crastino nobis funerali futuro, qvippe nihil illius fiet. Nos modò, dum

vivimus, *Edamus, bibamus.* Formulam illam Atheismi, qvâ ratione Apostolus applicet ut ex hypothesi negatæ beatitudinis futuræ irrefutabilem vid. 1. Cor. 15 32. Atqve huic confirmationi criminali propter atrocitatem singularis criminis velut *peccati in Sanctum Spiritum* additur speciale fulmen pœnale *irremissibilitatis: Nos remittetur vobis hæc iniqvitas, donec moriamini.* Et ne qvis de infallibilitate dubitet, subscribit ipse ADONAI JHOVAH (P. F. & S. S.) ZBAOTH ὁ παντοκράτωρ, ad cujus autoritatem jam antea Prophetæ in hujus 14. versus initio provocaverat: Conf. etiam v. 5.

Concl. 10. Sed hîc qvæstio 11. An in v. 14. reddendum: *Revelabitur id in auribus meis qvi sum* JHOVAH *exercituum.* Vid. Vers. Vatabli: an *probandi qvi expresserunt*, uti Vulgatus: *Revelata est in auribus meis Vox Domini exercituum:* an uti Germ. nostra expressit: Solches ist für den Ohren des HErrn Zbaoth offenbahr / planè uti Esaiæ 5. 9. Es ist für meinen des HErrn Zebaths Ohren: Resp. in fontibus est בְּאָזְנַי non בְּאָזְנֵי idq; cum Verbo ונגלה: & in hoc non datur accentus Rex territorialis major Rege Tipheha: sed minister nectens. Qvær. 12. Qvæ ratio accentuum Regiorum in v. 12.? Resp. Emphasis magnificæ & patheticæ Vocationis. Qvær. 13. Qvæ ratio positus אם יכפר item עד תמותון? Resp. ad 1. אם sine לא vehementer negare, ubi vel *juris jurandi* vel *affevendi* obtinet forma, uti cum לא in tali positu vehementèr affirmat, notatum jam supra est ad c. 5. 9. Resolutio ergò est: *Hæc ipsa, hæc ipsa, inqvam, perversitas neqvaqvam expiabitur vobis.* 2. עד vel *Donec*, nec post sententiam negatam jam evolutam, actus illius antecedenter negati seqvelam, formalitèr affirmare, nec post sententiam affirmatam ejusdem affirmati seqvelam negare: sed sæpè ibi negare hîc affirmare, abundè alibi declaratum. Exemplum præsentis non tam 1. Sam. 15. ult. qvia potuit *Samuel post mortem videre Saulem:* qvàm 2. Sam. 6. 23. Gen. 28. 15. Matth. 1. 25. c. 5. 26. Neqve ergò post mortem hîc promittitur vel ut dubia suspenditur: sed fortius etiam ibi negatur *remissio hujus peccati:* Neqvaqvam in hac vitâ & multò minus post hanc vitam: planè prout de *peccato in Spiritum Sanctum* Salvator illud οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι Matth. 12. 32. vel

32. vel juxta Syrum ἑβραΐζοντα: לא ישתבק לה לא בעלמא הנא ולא בעלמא דעתיד qvod Marcus absolutè negat cap. 3. 29. οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν αἰῶνα: imò tantum abest ut remittatur, ut potius ἔνοχος sit ἀνωνίου κρίσεως. Egregiè iterum Syrus: לית לה שובקנא לעלם אלא מחיב הו לדינא דלעלם ut mirum, ex his locis Papismum probare velle *statum purgatorij post hanc vitam.* Nec enim magis valet hæc analysis: *Hoc peccatum non remittetur, donec moriemini*, vel, *adusqve seculum futurum.* E. post mortem vel in seculo futuro qvarundam culparum datur relaxatio: qvam: *Hæc mulier* (Michal) dicitur in Scripturâ *non peperisse usqve ad diem mortis suæ.* E. *qvædam mulieres post mortem fiunt puerperæ.* Conf. Jansenium Concord. Evang. p. 323. qvi tamen saniora loqvitur pag. 324. Neqve veterum Judæorum analysin talem hîc fuisse, qvæ statuerit hoc crimen morte purgari, testis Jonathan Targumista reddens: Non remittetur vobis עד די תמתון מותא הניינא *usqve dum moriemini morte secundâ* (cujus descriptionem vide Apoc. 21. 8.) ad qvem Rabbinus Abrabinel: ירצה שהעון הזה לא יכופר להם גם כן בענשי העולם הזה כי אם עד שימותו מיתת הנפש והוא בעולם הבא כגיהנם: i. e. Sensus est: *Hoc peccatum non remittetur illis per pœnas hujus seculi: sed usqve dum morientur morte animæ in seculo futuro in Gehennâ:* qvod convenit cum Apocalypsi testante: *Formidulosis, incredulis, portionem assignatam esse in stagno, ubi ardet ignis & Sulphur, qvæ sit mors secunda.*

Concl. II. Succedit Massa personale à v. 15. Jubetur Elenchum edere contra Schebnam, non templo: sed domui Regiæ s. Prætorio præfectum, & eidem veterano hypocritæ, ac magno emendationis temporum adversario degradationem & dignioris surrogationem intimare v. 15. Degradationis oratio per gradus procedit. Curarat in edito solo Hierosolymitano, & qvia hoc ὑπόπετρον erat, *in rupe*, sibi excidi & exaggerari supereminens *regale monumentum* (fuisse priscis Judæis monumenta in petrâ excavatâ, pro numero corporum reponendorum factis foraminibus, advoluto ori Conditorii saxo, ex Talmude & Rabb.

comment. liqvidum. Memoratur ipsius Salvatoris μνημεῖον λαξευτὸν Luc. 23. 53 Matth. 27. 60. ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ: Memoratur λίθος ὃς ἦν ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου Matth. 20. 2. Luc. 24. 2. Neqvaqvam tamen eminuit supra terram, prout monumentum hujus Schebnæ) Ejicitur illo anteqvam infertur v. 16. qvia illi imminet *migratio* v. 17. *violenta volutatio* ad instar *pilæ* maximâ corporis contentione *in planitiem projectæ*, & in exilio *mors ignominiosa*, v. 18. & ita tùm *statione principali ejicitur in inferiorem* v. 19. membr. 1. tùm *hâc qvoqve excutitur* factus exul adusqve mortem v. 19. m. 2. idq; decreto *personarum* in domo judicii cœlestis: unde nunc in 1. nunc in 3. pers. loqvitur Propheta. Degradationi succedit substitutio. Vocatur emphaticè *Servus DEI, Eliakim Filius Chilkiæ*, v. 20. Surrogatur plenissimè in locum depositi, qvæ successio insignibus *togæ* sc. honorariæ, *balthei*, ipsoq; dominatu eidem plenissimè per *claves* communicato significatur v. 21. 22.

Concl 12. Subjicimus crisin de *6. qvæstionibus & responsis* R. Abrabinelis. Qv. 1. qvomodo Schebna hic סכן dicatur, qvi in lib. Reg. & Isaiâ c. 36. ult. dicatur סופר qvæ discreta sint munera, illud sc. שומר האוצרות s. *Gazophylacis*: hoc המורה s. *Doctoris*. 2. Qvomodo Schebna hîc dicatur אשר על הבית s. *Magister palatij Regij*, cum ille titulus tribuatur l. alleg. *Eliakimo?* 3. Qvomodo Schebna hìc notetur ut perfidus Apostata, qvi in historiâ Assyrii obsidentis urbem S. celebratur ut magnus in cilicio pœnitentiali ad Isaiam Legatus vid. Is. 37. 2. 4. Qvare Elenchus Sebnæ sit sepulcralis & non alterius criminis? 5. Qvomodo in v. 8. Vocabulum honoris (notans Cidarin gloriosam) applicetur ad Sebnæ ignominiam? 6. Qvomodo v. ult. in Eliakimo conveniat antecedenti ejusdem privilegio? Respondet ad 1. illud לך בא אל הסכן הזה אל שבנא אשר על הבית esse parentheticum in sensu ponendum post verba qvæ immediatè nectenda cum m. 1. Fuisse adeò Schebnam & *Magistrum aulæ Regiæ*, & *Præfectum thesauri* s. סכן & *Scribam* s. Magistrum rationarii Inspectorem ephemeridum subditorum. Resp. ad 2. Aut *Eliakimum* in Palatinatu aulico successisse *Schebnæ*: aut fuisse *Schebnam Præfectum Templi*: Eliakim autem *palatij Regij*. Licere tamen ita exponere textum, ut Schebna hìc nec סכן dicatur,

catur, nec אשר עיר הבית ſ. *Magiſter domus*: h. m. *Age ingredere ad theſaurarium iſtum in causâ Schebnæ, ingredere* (inqvam) *ad Magiſtrum domus*: ut ita jubeatur Propheta in causâ Schebnæ ספר ſ. Scribæ duos aſſumere teſtes & Auditores. Reſp. ad 3. Schebnam inſignem fuiſſe hypocritam, qvi Conſilium conſpirationis cum Aſſyrio, illâ miſerabili legationis ſpecie tantò magis obtegere, & adeò fidelem Chiskiæ officialem ſimulare voluerit: detectam autem illam hypocriſin ab Iſaiah Prophetâ, à qvo Rex de hâc Vulpeculâ monitus, depoſuerit illum à Palatinatu, ſurrogato Eliakimo, relicto illi tantum Scribæ titulo. Neqve abſurdum eſſe, ſi dentur duo Schebnæ, unus *Magiſter aulæ & gazophylacij*, idemq; perfidus Chiskiæ, & proinde remotus ab officio, de qvo h. l. alter *Scriba Regius*, & Officialis fidelis ac pius de qvo c. 37. 2. Reſp. ad 4. Non fuiſſe illum γήσιον & genere Judæum & Civem Hieroſolymitanum: ſed ἐξ ἀλλοφυλισμῦ ſ. *aliâ gente*, Judæum proſelytum, adſcriptitium (Benè notentur verba Rabbini, qvorum magnus in hiſtoriâ ſacrâ uſus: לא היה מתושבי ירושלם אלא גר שבא ונתגייר שמה. Senſum jam expreſſimus) & nunc Hieroſolymorum proditorem. Objurgari adeò ſub titulo illo ſepulcrali propter barbaram inſolentiam (qvâ ipſe peregrinus ſine jure, ſine hærede in Iſrael, de gentilitio Mauſolæo, vel inter ipſos domus Davidis Regales tumulos, monumento magnifico, velut futurus magnæ familiæ Auctor, & Dominator ſibi proſpiciebat) & audacem illam perfidiam. Unde ſub Aſſyrio majora ſuæ dignitati polliceatur incrementa. Reſp. ad 5. Notari Circumvolutionem ignominioſam לא לכבוד ולתפארת. Reſp. ad 6. Verſum ultimum de Schebnâ ejusq; factione intelligendum (ולסיעתו הנקשרים עמו) non de Eliakimo. In ipſo reſponſo notamus ad 1. Schebna 2. Reg. 18. 18. 26. Iſ. 37. 2. non fuit in ſenſu compoſito & ספר & על הבית, qvia apertè huic contradiſtingvitur. Non qværitur, qvomodo idem dici poterat & סכן & ספר & על הבירה; ſed qvomodo idem uno loco dicatur סכן & על הבירה qvi alio loco dicitur סופר ita ut negetur fuiſſe tunc על הבית. Ad 2. Infamiâ notatum & propter illam capite deminutum adjungi in ſolemni legatione & officio primariarum precum, Succeſſori glorioſo, & in habitu religioſo mitti ad Prophetam, qvi jam antea infamem notaverat, vel

hypocritam publicaverat, improbabile. Titulum אשר על הבית s. *Præfecti domus* in h. l. Isaiæ notare Sacerdotem præpositum templo: in illo autem c. 37. 2. notare *Præfectum prætorio*, vel *Regis palatio*, magis improbandum, etsi ita etiam Hieronymus & Lyranus & qvi post illos. Erratum magis ab Antecessoribus Judæorum qvi non solum in *Vaikin Zabba* s. glossa Levitici defendunt Sebnam hunc fuisse ממונה על בית המקדש s. *Præpositum domo Sanctuarij*: sed etiam שהיה כהן גדול s. fuisse *summum Pontificem*. Non hîc decidendum ex abstracto בית s. *domus* vocabulo, qvæ & *templum* notat, qvid enim hoc in vulgus notius? nec ex qvâcunqve præfecturâ templi i. e. titulo נגיד בית האלהים ut 2. Chr. 31. 13. Sed ex titulo concreto אשר על הבית qvi non est *militiæ sacræ*, nedum *pontificalis*: sed *Oeconomiæ Palatinæ politicæ aulicæ*: qvod non saltem exemplo Josephi ex Gen. 41. 40. c. 44. 1. sed ex positu absoluto 1. Reg. 4. 6. c. 16. 9. c. 18. 3. 2. Reg. 10. 5. constat. Neqve tunica & baltheus probant Sebnam Pontificem: imò ne qvidem Sacerdotem, cum non sint solius Pontificatus insignia: sed etiam in palatio ministerianorum: neqve claves formaliter sunt Pontificales: sed potestatis, cujus absolutissima plenitudo est in uno vid. Apoc. 3. 7. sive Episcopalis, qvalis in Petro, sive Officialis politicæ & ממשלת qvalis h. l. expressivæ, ut ex clavibus Oeconomicis Davidicis in h. l. & Davidicis Apocalyps. 3. 7. probare *Claves regni cœlorum* datas PETRO Matt. 16. *supremum dominatum* signare, ipsumq; Sebnam *summum Pontificem* supponere, & Pontificatum visibilem Monarchicum exinde in Ecclesiâ deducere qvod faciunt *Baronius*, *Bellarm.* *Augustin. Torniellus*, sit λίαν μέγα αἴτημα. Omninò eadem suppositio tituli & h. l. & Isa. 36. ult. c. 37. 2. 2. Reg. 18. 18 26. c. 19. 2. Sed & omninò *Schebna* hîc dicitur על הבית, qvicqvid sit de הסכן ubi propter particulas אל & על mutatas, nihil obstat alium hîc ponere הסכן qvâm אשר על הבית. Notamus ad 3. Schebna ille in *Cilicio pœnitentiali*, hypocrita & proditor Hierosolymorum non probatur magis, qvam qvæ de ejus ad Caudas eqvorum ab Assyrio alligati supplicio habent Talmudistæ. Duo Schebnæ non improbantur. Ad 4. & 5. Si detur alius Schebna hîc: alius in illâ legatione Chiskianâ nihil improbamus. De 6. jam supra sententiam diximus. Nihil obstat intelligi Eliakimum in Oeconomiâ typicâ.

ORATIO XII.

Concl. 1.



VAllem Visionis Hierosolymitanam *Tyrus* seqvitur, Metropolin *Judaeorum*, metropolis incomparabilis qvondam in Orbe *gentium*: eademq́; etsi per זַבְנֵי דְטָיוּתָא s. χρόνους τῆς ἀγνοίας, qvos vocat Apostolus Act. 17. 30 Vallis fœdissimè idololatrica, tamen ex qvo procedens εἰς τὰ μετόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος Matt. 15. 21. Marc. 7, 24 31. illustravit eam φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, facta æqvè *Vallis Visionis*, & *metropolis gentium Christianissima*, prout illa Jerosolymitana fuerat *Vallis Visionis*, & non politiæ saltem: sed & *religionis metropolis Judaica*, ipsorumq́; Apostolorum & Judæorum credentium in Consangvineum crucifixum acropolis Christiana. Neqve caret arcano immediata seqvela *Tyri* post *Vallem Visionis*. Copulatur alibi Tyrus in suppositione Propheticâ Ecclesiæ Christianæ gentium, cum Ecclesiâ Christianâ Judæorum. In Epithalamio Regis Messiæ Davidico, seu, uti dedicator titulum dedit, שיר ידידת *Amorum ineffabilium Cantico*, Psal. 45. Sponso *Regi pulcherrimo, gratiis labiorum disertissimo, benedicto, gladio majestatis accincto, triumfanti in veritatis, & justitiæ Evangelicæ verbo, hostibus tremendo, insigni infinito throno & potenti sceptro, DEO sine pari Uncto, & ex illa Unctione intimâ & copiosissimâ cœlestibus odoribus fragrantissimo*, non saltem adducitur in v. 10. שגל conjux Regina ex Judaico populo nata Ecclesia Christianissima: sed ad hanc Messiæ Regis *& filiam & conjugem*, domus carnalis *patriæ jam obliviscentem*, & *ad dextram* Sponsi Regis *adstantem, Ophirino fulgidissimam*, adducitur qvoqve in v. 13. *Filia Tyri*, non imà saltem plebe: sed & *per optimates & divites populi deprecatura muneribus vultum Reginæ primariæ*, & per illam ejusdem Regis

Sponsi fruitura communione: ut ita loco *Patrum*, ex qvibus est Rex Sponsus τὸ κατὰ σάρκα, nunc *filios habeat*, non saltem qvi sint Consangvinei Conjugi Judaicæ: sed & *Tyro gentili*, & ita *ex orbe Judæorum & gentium* habeat Messias Sponsus, *qvos constituat Principes in universâ terrâ* vid. v. 17. Ita autem v. 13. accipiendum, ut illud עשירי עם ad subjectum sc. בת צר pertineat, & Filiam Tyri esse formale & materiale subjectum, ne qvis *Filiam Tyri* cum *Reginâ conjuge* confundat, & ex inapplicabili hîc Idiotismo ita resolvat: *Etiam divites populi munere faciem tuam, Filiæ* sc. *Tyri, deprecabuntur*, in Triumfis Davidicis ad lib. 2. Psalm. loco 2. Sect 5. sub titulo *Tyri Christianæ* probavimus, ubi de totius hujus hymni argumento plura.

Concl. 2. Benè in h. l. Rivetus: *Hæc omnia in Christum & Ecclesiam perfectissimè qvadrant: prædicitur enim populos Tyri, externasq; gentes ad Ecclesiam venturas cum muneribus, qvæ ipsi offerant: imò propter ejus magnificentiam & gloriam sibi communicatam à Christo Sponso suo veneraturos eam omnes Reges & Principes cujuscunqve plebis, deprecantes eam, ut ipsos sibi velit adjungere & sibi unitæ in Sponsi sui communionem recipere. Non ergò restringenda hæc ad Tyrum exclusivè: sed in qvantum illa repræsentat orbem gentium s. omnes extra populum Judaicum, tanqvam metropolis uti Cananææ regionis: ita luxus & Idololatriæ. Prædicit ergò gentium conversionem ad Ecclesiam & qvod hæc non solum Judæos: sed etiam Tyrios, Sidonios i. e. innumeram multitudinem gentium sit complexura.* At, qvod idem Christo tanqvam *Prototypo*, Salomoni autem ut *Typo* sacrum hoc Epithalamium dedicatum statuit, ita ut *omnia hymni suo qvodam modo Salomonem respiciant, qvatenus fuit figura & typus Christi, licet non pauca sint, qvæ de Salomone* PROPRIE & PRÆCIPUE *intelligi neqveant*: ut *Salomoni* tanqvam *imagini, etsi interdum angustè, ægrè, hyperbolicè: prius tamen tempore, etsi non dignitate* omnia competant & e. c. in v. 13. *prædicat Vates gloriam Sponsæ Salomonis, Filiæ Pharaonis, qvod Tyro illi nuptialia muenera fuerint afferenda* (verba sunt Riveti l. alleg.) neqvaqvam probamus. Et mirum haut *vidisse manticæ qvod in tergo est*, qvando *in Dialysi Grotianæ discussionis* p. 588. acerbissimè movit urnam H. Grotii loca qvædam V. T. e. c. Jer. 31. 31. *immediatè de rebus Judæorum explicantis, ita, ut*

EMINEN-

EMINENTIUS *tamen ad Christum & novum populum accommodanda illa non negaverit*, e. c. locum Jes. 7. & 9. de *Chiskia* c. 53. de *Jeremiâ*, ita tamen ut SUBLIMIUS *magisq́ κατ' λέξιν aliqvid dicant in Christum. Non laudamus*, inqvit Rivetus, *petulantiam Grotij. Ruit sic argumentum nostrum de morte Christi satisfactoriâ contra Judæos & Photinianos. Si Grotij interpretationes sunt veræ, nihil planè in toto illo capite adversus Judæos pro Christo poterit esse usui: nec inde contra Photinianos vera Christi satisfactio probari. Qvis enim hanc eminentiam persvadebit Iudæis, qvando semel id eis concessum fuerit, hæc immediatè & ad literam ad res Iudæorum referri.* Optandum hujus memores fuisse Zelotas in eâdem Scholâ, qvi concoqvere non potuerunt titulum Calvini Judaizantis.

Concl. 3. Copulatur in Hosea c. 9. 13. *Ephraim & Tyrus* s. *Ecclesia Iudæorum, & gentilium Christianorum.* Lutherus noster expressit: Ephraim/als ich es ansehe/ ist gepflantzet und hüpsch wie Tyrus: muß aber nu ihre Kinder heraußlassen dem Todtschläger. Reqvireretur positus אפרים כאשר ראיתי כצור שתולה בנוה. Alii alitèr, qvi in illo ferè conveniunt: *illam plantationem in habitaculo amœno* seu *in caulâ vel ovili*, ad solam *Tyrum* referendam: in qvo erratum. Omninò vel ad *Ecclesiam Ephraimi tantùm*, vel ad *utramqve & Ephraim & Tyrum* illud referendum, ut ita copuletur *Ephraim cum Tyro*, uti *in respectu illo gratioso divino*: ita in *plantatione in habitaculo pulcherrimo* s. *uno ovili Ecclesiastico* (in memb. 1.) distingvatur autem in membro 2. Scilicet uterqve qvidem & *Ephraim & Tyrus ex respectu gratioso DEI vocantis plantantur in ovili*: sed *Ephraim educet filios suos occisori.* Completum & illud, &, qvod Propheta subjungit votum v. 14. רחם משכיל ושדים צמקים s. *Uteri abortientis, & uberum arentium* in diebus illis, qvos in itinerario crucis Filiabus Hierusalem lamentantibus explicuit ὁ σταυροφόρος noster, qvando sc. æstimandi erant *beati ventres qvi non genuerunt, & ubera qvæ non lactaverunt* Luc. 23. 29. qvando sc. *filij Ephraim ob rebellionem reprobati à DEO Israelis, futuri erant ad mortem usqve palantes inter gentes*, velut idem obsignat Propheta. c. 9. ult. Cœterum in Isaiâ nostro copulatur *Tyrus*

cum *Valle Visionis Hierosolymitanâ* in supplicio & excidio: utriq; sc. intimatur MASSA: ut sit titulus præsens משא צר de qvo nunc acturi, & inprimis duas qvæstiones sc. 1. *de qvâ Tyro hîc agat Propheta?* 2. *Qvando adimpleta hæc prophetia* expedituri, præmittimus qvædam usui in seqventibus futura, *de Tyri veteris seculari eminentiâ, de Tyro Idololatricâ & Tyro Christianâ.*

Concl. 4. *Incomparabilem* appellamus *gentium occidentis metropolin*, Tyrum veterem. Testes hîc annales & sacri & profani, imò nomen ipsum, & antiqva nominis memoria ostendit Tyri *munitissimæ validæq; urbis Dominæ potentiorem principalitatem.* Dubium enim nullum, qvin *Tyri* nomen antiqvum à צר Hebræorum, unde & & olim *Sarra*, *Sora*, & hodiè *Tur*, ut non satisfaciat Lorinus com. in Act. Apost. dictum *Tyrum* à *Thiras* Japheti filio Genes. 10 2. Si in Genealogiâ illâ Noachidarum Mosaicâ caput allegandum, malimus Chami ex Canaane nepotem, primogenitum צידון *Zidonem*, Gen. 10. 15. utriusqve & *Sidoniæ* & *Tyriæ* gentis, urbisq; Auctorem nominare, præeunte nostro Vate, qvi v. 11. Tyrum vocat *Sidonis filiam.* Sidona *urbem vetustate famaq; conditorum inclutam*, Curtius vocat lib. 4. neqve negat talem qvoqve Tyrum fuisse, qvam l. cod. *Urbem vocat & vetustate originis & crebrâ fortunæ varietate insignem ad memoriam posteritatis.* Sanè antiqviorem Tyro Sidona, qvicqvid sit de Agenore, & origo probat, & appellatio amplior Sidonis, qvomodo non saltem apud Poetam, Tyri nata, Sidonia Dido: sed & apud Homerum ἐφ' αἰόλιμον ἥρως Σιδονίων βασιλεὺς, ipsaq; Σιδονίη δ' εὐεργὴς, uti Φοίνικες ἀγαυοὶ memorantur odyss. 4. & 13. & cum sæpè *Sidon* celebretur apud eundem, *Tyrus* nunqvam: sed & Sidonis hujus mentio in Genesi, in Testamento 12. Patriarcharum Gen. 49. 12. Omninò tamen Homeri (qvem *initiis Isaiæ Prophetæ* Doctoralibus σύγχρονον fuisse, exeo qvod Herodotum, cujus in Artaxerxis Longimani tempora incidit ætas, 400. annis antecessisse ab ipso memoretur Herodoto in Euterpe: Ἡσίοδον καὶ Ὅμηρον ἡλικίην πρεσβυτέρους ἔπεσι δοκέω μὲν, πρεσβυτέρους γενέσθαι καὶ τοὺς πλέοσι, colligere licet) ætate insignem Tyrum,

Tyrum, imò opibus, potentiâ mercimoniis, regaliq; splendore floruisse; ipsiq; Sidoni Reges sæpe dedisse ex Geographia terræ sanctæ, in qvâ expressa & צרון רבה *amplissimæ Zidonis* & מבצר צר *munimenti Castelli Tyri*, der Festung Tyrus/vel Tyrus Feste/ fit mentio (licet, si qværatur an *Tyrus* & *Sidon* ibidem Jos. 19, 20. recensentur, velut hæreditates ex cœlesti assignatione & terminorum prædestinatione, Israeli debitæ, & in illa descriptione sub Josuâ per sortes tribui Aser, qvæ tamen illas velut validas potentesq; metropoles debellare tunc ausa non fuerit, adjudicatæ? an verò saltem nominentur ob celebrem, inprimis Messiæ tempore, futurum terminorum contactum, vel, ut sine speciali jure superioritatis, tantum finitimæ Aseritis, ita ut Tyrus & Sidon fuerint extra fines Geographicos Israelis? affirmemus posterius.) ex illâ incomparabili templi & aulæ Salomonis architectonicâ, ex pretiosissimâ *per mare rubrum* navigatione Africanâ Ophirinâ, ex totâ Regum Israelis incomparabilium Davidis & Salomonis historiâ, apparet.

Concl. 5. Fertur in hâc, etsi Sidoniorum qvoqve Dominus, ut ab illo adeò Salomo sine recognitione alterius Sidoniorum Regis impetrare potuerit Magistros 1. Reg 5. v. 6. 2. Chr. 2 3. 8. 11. titulo tn tunc eminentiore, Tyri Rex appellatus, Chiram celebratissimus, velut *perseverans Davidis Regis*, & derivatâ in hæredem ejus *amicitiâ*, Salomonis qvoqve constans *Frater, Amicus*, & utriqve *Rex confœderatus* 1 Reg. 5. 1. 12 c. 9. 13. velut magnifica *Cedrorum, lignorum abiegnorum, auri* qvoqve ad 120. talenta, *operarum*, & *Magistrorum*, qvos inter eminuit incomparabilis ipsiq; Regi Tyrio cognominis *Churam* vid. 1. Reg. 7. 14. 40. 2. Chr. 2. 13. submistratione, subditorumq; tam Sidoniorum qvàm Tyriorum vid. 1. Chr. 23. 4. ad liberalem contributionem provocatione, partim sub Davide 2. Sam. 5. 11. 1. Chr. 15. 1. magis autem sub Salomone vid. 1. Reg. 5. 1. 9. c. 9. 14. (ubi & *nautica Salomonis Ophirina* per *Magistros Tyrios & Sidonios* אנשי אניות ידעי הים gute Schiffleute/ und auff dem Meer wol erfahren/ administrata, attollit *Chiramm Tyriq;* celebritatem vid. 1 Reg 9. ult. c. 10. 22. 2. Chr. 8. 18.) inclutus & splendidissimis legationibus, votis & vinculo *amoris Davidici* in Salomonem deinceps translati

Regale candidum q. pectorale, testatus, velut 20. urbibus *Galilææ superioris s. occidentalis*, Salomoni redditis, amplificator Palæstinæ limitum magnificus 2. Chr. 8. 2.

Concl. 6. De qvo facto Salomonis, inprimis Allophylo Regi 20. urbes dantis, & *extra tribus alienantis hæreditates Israelis* 1. Reg. 9. 12. cum summum sit bellum commentatorum, & qvæstiones nobiles e. c. 1. An *illæ 20. urbes revera sint à Salomone datæ & à Chiramo acceptæ?* Respondemus Aff. utrumqve. Salomo Dominus urbium illarum, dedisse Chiramo, ter dicitur 1. Reg. 9. 11. 12. 13 Reverà ergò Chiramo acqvisitum illà traditione dominium & sic incepit possidere civiliter & *animo Domini:* ad qvod opus haut erat, ut per singulas urbes tradendas iret vel ipse Chiramus, vel ejus delegatus, vel ut extemplò excusso Salomone daretur ab incolis Chiramo Ususfructus: & ita hunc possideret naturalitèr. Qvær. 2 An *Salomo cesserit Chiramo solum usumfructum, sive totum, sive partè s. solum dominium utile illarum 20. urbium, sive cum, sive sine possibili seqvelâ consolidationis*, vel usucapionis? an *dominium plenum s. usum cum proprietate?* Resp. Aff. 2. In loco sup. alleg. nulla est exceptio s. reservatio, qvæ ostendat Chiramum Salomonis emphytevticarium, vel saltem usufructuarium. Urbes dicitur dedisse, non vectigalia urbium. Sed hîc qværitur 3. An *legitimare potuerit* illam tot urbium alienationem Salomo, an verò *contra jus & Regis & Regis Israelis* egerit? Resp. Egit omninò contra jus divinum, sive usumfructum ut semper abscessurum, reservatâ successoribus inutili proprietate, sive ad certum tempus, sive ipsam qvoqve proprietatem transtulerit, & mansisset Successori Salomonis jus, à Chiramo, etsi bonæ fidei Possessore, ante exceptionem Usucapionis, recuperandi illas urbes, si fuissent *intra funiculos mensorios* terræ Israelis, cujus hæreditates, tantum abest, ut egredi illos & ad exteros alienari potuerint, ut ne qvidem intra illos migrare potuerint vel de familiâ in familiam, nedum de tribu in tribum: at omninò urbes illæ fuerunt extra funiculos Mathematicos s. Geographicos veteres Israelis, sive per Pharaonem nuptiarum occasione, sive bellis Davidicis, sive aliâ deditione factæ peculium Salomonis, inductis mobilibus

mobilibus coloniis, neqve adeò tunc fuerunt magis sors tribus Ascher, qvàm vel ipsa Tyrus, & Sidon, ut ita alienatio illa possibilis fuerit salvo jure terrestri tribuum Israelis. Probatur ex Geographiâ sacrâ Josuæ 19. 27. ubi tam idem *Cabul* s. כבול terminale tribui Ascher, qvod 1. Reg. 9. 13. qvàm non alia ibi *Sidon* v. 28. & *Tyrus* v. 29. ac illa cujus Rex dicitur *Chirum* 1. Reg. 9. 11. Neqve à *Chiramo* nomen regioni illarum urbium כבול impositum, magis probatur, qvàm qvod de illius vocis significatione vulgò adducitur ex lingvâ Phœnicum. Qværitur 4. An Chiram Salomoni easdem urbes, reddiderit? an permutando alias Salomoni urbes dederit 2. Chr. 8. 2.? Resp. Aff prius, ex collatione textus hujus cum superiori 1. Reg. 9. 11. 12. 13. tùm qvoad Chronologiam tùm qvoad Seqvelam rerum parallelam. Donum autem illud Chirami non absolvitur solo jure usufructus. Reddidit urbes E. verè jam antea in illas jus & dominium habuit, verè possedit, licet iidem adhuc inhabitarent. *Neqve enim idem est possidere & alieno nomine possidere. Nam possidet cujus nomine possidetur.* l. 18. ff. de adqvir. vel amitt. possess. neqve adeo propterea hîc magis opus fuit corporali traditione, qvam si donetur mutuatario commodatum. Dedit Salomo urbes: accepit Chiram: cum post intervallum hic lustraret & minus placerent, statuit gloriosius sibi, prævio blandiore Elencho, Fratri Regi, sine recompensatione creditorum ad utramqve architectonicam, illas urbes reddere & magnificè donare. Ita dat Chiram urbes, accipit Salomo, & introducit novas Israelitarum colonias. Factum utrumqve post 20. annos architectonicæ. Consulantur loca allegata.

Concl. 7. Adumbravimus *Tyri regalis* veterem præeminentiam, qvæ etiam magis patebit, si legantur, qvæ de terrestri & Politicâ Tyri veteris gloriâ admiranda scripserunt duo Prophetæ Isaias c. 23. & Ezechiel capp. 26. 27. 28. sed & patebit ex superioribus, non falsos hic Autores profanos, Plinium lib. 5. c. 19. Strabon. l. 16. Curt. l. 4. Diod. Sic. 17. Bibl. in an. 4. Alex. Solin. c. 30. Joseph. 8. Ant. c. 8. Pom. Mel. l. 1. c. 12. qvi summis illam celebrarunt laudibus, propter *antiqvissimum Conditorem, maris totius dominatum, primam*

mam literarum doctrinam seu disciplinam, colonias ex eâ deductas Carthadam i. e. *in novam urbem*, lingvâ *Syro Phœnicum*, s. Carthaginem in Africâ (qvæ *Urbs antiqva* Virgilio l. 1. Æn. *dives opum, studiisq; asperrima belli:* certè *Tyri filia*, qvam proinde *Tyrij tenuére coloni* & in qvam dici qvondam poterat: *Punica regna vides, Tyrios & Agenoris urbem)* Thebas in Bœotiâ, Gades ad Oceanum: sed & ob exqvisitam purpuram, ob *excellentiam nauticam*, ob ipsius *loci in petrâ siti muris, turribusq; qvas undiqve prealtum mare ambiebat*, (dividente urbem à continenti, angusto qvidem, qvippe saltem qvatuor stadiorum s. dimidiati miliaris Romani: sed impetuosissimo freto) *naturam*, propter *Asiæ, Africæ, ipsiusq; Nili vicinitatem*, per qvam Tyrus Asiæ, Europæ Africæq; incomparabile tunc erat Emporium.

Concl. 8. Ita post Davidis & Salomonis confœderatorum sibi Regum tempora per omnia Reipubl. Judaicæ secula processit florida Tyrus coronata, memor veteris fœderis & Regum fraternitatis, nisi qvod ab Assyriis, Chiskiæ ætate, pax illius paululum turbata, qvod tamen insigni, qvam *à Salmanassare & Phœnicum classe* ipsa tunc reportavit victoria, satis compensavit. Inde in Vicinos Hebræos, *præter consvetudinem antea à Regibus Tyri observatam*, insolenter ferox facta, videtur illa perpetrasse in Judæos, ad qvæ in Massa Tyri respectum habent duo Prophetæ, Amos. 1. 9. 10. Joel 4. 5. 6. sed & in funere metropoleos Judaicæ Babylonico vehementer tripudiasse, & novos floridioris etiam status triumfos exinde concepisse, notatum à Prophetâ, qvi proinde publicat illi Tyro & Sidoni *ab eodem Nbucadnezare Babylonio* paulò post *funus Hierosolymitanum* inferendum *terribile excidium* vid. Ezechiel c. 26. v. 2. 3. 7. & seqq. ut adeò post illud *periculum Assyriacum*, hoc sit primum MASSA *Tyri*, idemq; *Babylonicum*. Magno constitisse Nebucadnezari Urbis illius hactenus illibatæ Virginis expugnationem, expugnasse tamen, & horrendam illi vastitatem intulisse, etsi majore belli apparatu, qvàm Spoliorum præmio, ex collatione Ezech. 29. 18. cum c. 26. 7. & seqq. constat. Mansit tunc idem & commune periculum Sidonios, qvod ex Jer. 28. 21. & seqq. probatur. Ex illo funere renata qvidem *Tyrus:* sed solis reliqviis & nomine primo

talis

talis (Urbs, muris, turribus alia, nec situs idem, etsi, in propinqvo Tyro veteri desolatæ à Babylonio, &, ut contra vim validior esset, magis à continenti sejuncta) usqve dum gloria qvoqve prima sive sumeretur sive redderetur, cum novis etiam incrementis: unde post 270. annos successit secundum *Massa Tyri*, idq; *Macedonicum*, ubi desolata Tyrus per Alex. Magnum. Urbem intrandi licentiam causâ religionis popposcerat Alexander M. Tyrus qvæ *Societatem Alex. poscebat, imperium nolebat*, maluit obsideri, sisa loco, & filiæ Carthagini, qvæ auxilia qvidem splendidè matri per Legatos promisit: sed novissimè nil præter solatia misit. *Videns Alexander obsidionem & difficilem & longam, & magno sibi impedimento futuram Caduceatores, qvi pacem Tyro persvaderent, misit, qvos Tyrij contra jus gentium occisos præcipitaverunt in altum: qvâ crudelitate Tyri motus Alexander, etsi in ipso opere sæpè fatigat°, & utrum perseveraret, an abiret, satis incertus, urbem continenti commissam, septimo, qvam oppugnari terrâ marig, cœpta erat mense, cepit*, virginibus puerisq;, *qvi in templa confugerant*, conjugibus item liberisq;, qvos devehendos Carthaginem Legatis tradiderant exceptis, *armatos interfici, & duo millia, in qvibus occidendis rabies defecerat, crucibus affigi, ut per ingens litoris spatium penderent*, jussit.

Concl. 9. In qvâ historiâ (qvam apud Curtium legere est) tria nunc notamus. Unum de *Sidoniis*, qvi tunc *inter Victores qvidem Tyrum intraverunt*: sed cognationis memores, facti Tyriorum protectores, *qvindecim millia* ad sua navigia perducta Sidonem devecta, sævitiæ Victoris Alexandri subduxerunt. Apparet inde tùm cognatio utriusqve gentis, & vicinia utriusqve Phœniciæ Urbis (270. stadiis s. 8. mil. Germ. circitèr distabant) tùm privilegium tunc Sidonis dedentis se Alexandro Victori, tùm Sidon propriis tunc regnata Regibus, qvos inter Strato Vasallus Darii, & Abdolonym° *longâ qvidem cognatione stirpi Regiæ annexus: sed ob inopiam suburbanum hortum exiguo colens stipe*, nunc Rex, *Alexandro confirmante & regionem Phœniciæ urbi appositam ditioni ejus adjiciente*, qvâ de re legend° idem Curtius l. 4. §. 1. Secundum de *Palatyro* Curtii: Memorat ille, Alexandrum, ut Herculi sacrificaret, intraturum Tyrum, ablegatum

gatum à Legatis Tyriorum, qvi in castris erant, ad *templum Herculis extra urbem in ea sede, qvam Palætyron ipsi vocent: ibi Regem DEO sacrum ritè facturum:* unde Alexandro exarsit dolor ossibus ingens, & illud Senatusconsultum castrense: *jungendam Tyrum insulam continenti*, & ferro aperiendam viam. Meminit idem. Exaggerandæ illi immani moli, qvæ fretum inter Tyrum & continentem impleret *magnam vim Saxorum admanus fuisse Tyro vetere præbente.* Videndum annon illa Palætyrus fuerit *Tyrus vetus desolata à Babylonio*, ut adeò hæc *Palætyrus*, tempore Alexandri, ostenderit ipso suo cadavere vestigia excidii illius Babylonici, ne qvis per florentem ad Alexandri tempora Tyrum dubitet de complemento seu veritate Vaticinii Ezech. 26. 7. & seqq. qvod intimat אירורה של צור בתחלט ער עולם s. *absolutam illius Tyri veteris sub Babylonio desolationem.* Tertium de *freto 4. Stadiorum inter Tyrum & continentem*, qvod immani arborum lignorumq́; nexa mole ducentosq́; lato pedes aggere implevit, & adeò Tyrum insulam continenti commisit Alexander. Apparet omninò ex Libro Bellorum Domini eodem Consilio usum jam antea Nebucadnezarem Babylonium in obsidione Palætyri & hâc arte Palætyrum etsi terris propiorem, in continenti collocatam debellasse, ut non contradicat Hieron. in c. 26. Ezechielis, idem tribuens *Nabuchodonosori*, qvod Plinius, Diod. Siculus, Curtius *Alexandro Magno.*

Concl. 10. Apparet, hoc Massa Tyri Alexandrinum à Sacharia cap. 9. v. 2. 3. 4. intimatum. Summa illius, adusqve v. 10. *Zor altum sapiens expugnabitur, illo falsæ sapientiæ apparatu, munimentis, opibus, possessionibus, classibus exuetur, igni absumetur: cæterum ita excisa surget de funere & renata, velut in orbe gentium terminante terram sanctam clarissimum nomen, unà cum Sidone, Philistinâ & Antiochena, unietur Damasco metropoli Christianæ, & sic Ecclesia Christiana gentium, eodem gavisima privilegio, qvo Christiana Judæorum, consecrata erit DEO Israelis: Undè jam ille Sionis Iubilus* v. 9. *ob Messiam Instauratorem & Oratorem Pacis non solum apud Iudæos: sed & gentes:* v. 10. atqve ita legitimatur ratio thesios prophetica *de Oculo tùm Gentilium, tùm tribuum Israelis* respecturo ad JHOVAH v. 1.

Concl.

Concl. II. Ita binis jam gravioribus casibus defuncta, post hoc qvoqve excidium *renata Tyrus*, unà cum opulentâ Sidone maritimarum urbium tunc facilè maximâ, & *longâ pace cuncta refovente* (verba sunt Curtii l. alleg.) *sub tutelâ Romanæ manſvetudinis* acqvieſcens, eminuit (etſi ex qvo Inſula eſſe deſiit annexa continenti, nunqvam ad par terreſtris gloriæ faſtigium rediit) adusqve felicissima tempora SALVATORIS: unde in hiſtoriâ Evangelicâ freqvens metropolium celeberrimarum *Tyri & Sidonis* copula: ſed & exemplum ingentium illorum Spirituum, qvos olim objecerunt Alexandro, deminutorum, memoratur Act. 12. 20. *Conſilium prudens*, qvi cum Herodes, non *Aſcalonita*, nec *Antipas*: ſed *Agrippa*, Magni *Herodis*, ſub qvo natus Chriſtus, *ex Ariſtobulo nepos*, jam eſſet θυμομαχῶν ſ. *mente bellum moliens*, indicturus mox illud *Tyriis & Sidoniis* (cauſam iræ Baronianam ex antecedenti contextu & Metaphraſta ſuo malè deductam, *de Petro ex carcere liberato* v. 19. *ad Tyrios Sidoniosq; Eccleſiarum ibi regendarum causâ profugo*, non admittit°) hi domi concordes maluerunt occupare, & *miſſâ ſolemni legatione, perſvaſoq; Blaſto, cubiculi Regalis Herodiani Præfecto, pacem petere, iratumq; ita ſibi Regem placare*, idq; prudenter, qvia ſc. *regio Tyriorum alebatur à regiâ, unde illis advehebatur annona*: ubi cum hiſtoriæ *de nece Iacobi & miraculo carceris Petri* extemplò ſubjiciantur *iræ Herodis in Tyrios & ab his petitæ pax*: huic autem *infelix Herodis exitus* v. 21. illam τακτῇ ἡμέρᾳ ſ. *ſtatutum diem*, qvo Herodes *indutus veſte regiâ*, eâdemq; *fulmineâ* ad auditam admiſſamq;, non *à Tyriis & Sidoniis*: ſed *à populo Cæſarienſi* factam acclamationem *divinitatis*, velut læſæ majeſtatis divinæ reus, per *impreſſam fortitèr inteſtinam morboſam & lethiferam qvalitatem, ab Angelo Domini (feralis hubo* Joſephi non probat illum ex atrâ caligine Angelum fuiſſe) percuſſus & σκωληκόβρωτος ſ. *verminatione exeſus*, celeritèr eſt extinctus, v. 22. 23. vel propter Legatos illos indictam, vel ſaltem *eandem* fuiſſe, *qvâ Legatis ſolemnem in celebribus pro Cæſaris ſalute Cæſareæ adornatis ludis, audientiam daturus, iisq; ſententiam pronunciaturus erat, ut tantò gravius & conſpectius eſſet Regis Apoſtolorum carnifici & grandis Chriſtianiſmi perſecutoris ſupplicium*, non deſunt poſt *Lyranum*, qvi

ſtatuant, ut ita illud in v. 23. de *Herode ſedente pro tribunali concionante* πρὸς αὐτὸν referatur ad *Tyriorum & Sidoniorum Legatos:* pro qvo facit illa *ſeſſio* ἐπὶ τοῦ βήματος: neqve *publicæ ludorum ſolemnitati & lætitiæ* de qvo, & totâ hâc hiſtoriâ legendus Joſephus l. 19. antiqvit. c. 7. repugnat, publicatum tunc *de ſuggeſtu, impetrante Blaſto*, Tyriis & Sidoniis, lætum *Pacis* reſponſum: ſed & tempeſtivè à Rege læto, etſi propiori letho, læta pax petebatur, & à Rege tunc, potentium gentium Legatis precantibus, majore nominis gloriâ dabatur: unde jam ille clamor, ad qvem de Rege conclamatum, & ſic illuſtratum θεὸς ἐστὶν illud Regis ſupplicium.

Concl. 12. Ita etſi corporali ſplendore inſignitèr deminuta, qvam compenſavit gloria Chriſti, ſtetit Tyrus ultra tempora καθωσπερ Meſſiæ beatiſſima adusqve A. C. 1128. ubi *maximâ populi ſtrage effecta, motuq; terræ ſubruta*, cum vilior ſemper renaſceretur poſtea à *Turcis* deleta, qvi etiam nunc ſervant portum qvi vocatur *El porto de Sur*. *Tripolin* ſuperioris & noſtri ſeculi ibi, ubi qvondam Tyrus, non deſunt qvi ſtatuant. Neqve auſimus negare potuiſſe *Tyrum, Sidona, Aradum*, qvondam Tripolin dici, vel à 3. illarum urbium Colonis, vicinam Tripolin & qvæ olim fuit, & qvæ nunc eſt, condi, inhabitari, appellari: cœterum & Tripolis antiqva (cujus jam longè ultra ſeculum rudera ſaltem ſuperfuerunt, & ſi qvæ eruta illis, antiqvitatis monumenta) & nova, trium dierum itinere Tyro dividuntur, intercedentibus inter hanc & illam præter & poſt Sidonem, *Beritho* (vel Barutho) *Biblo* (hodie Jubileto) *Botri* (Patron hodiè) celebribus qvondam urbibus (à qvibus modico intervallo adeò vicinis, ut unius diei itinerario adiri poſſint, propior ratio nominis) ſed & promontorio *Euproſopo*, & vaſto, cui nomen *Adonis*, fluvio: ſed & *Antilibano*. Ita variæ hujus צר ſeu *Tyri* antiqviſſimæ metropoleos, ætates ſe habuerunt.

Concl. 13. Nominavimus ſupra *Tyrum* & *Idololatricam* & *Chriſtianam*. Lubet de utrâqve paucula ſubjicere. Antiqviſſima memoria *Chirami* (ante qvem vel nulli Tyriis Reges, vel, ſi qvi vixere, *qvia vate carent*, omnes *illacrymabili urgentur ignotiq; longâ nocte*) Regis: de qvo ſupra plura. Cœterum tunc, etſi *idololatram* & *infidelem*

infidelem fuisse, propugnant Alfons. de Tost. Abul. Episcop. Thom. de Vio Card. Casp. San & Centumputeol. Joh. à Pined. Hisp. in Salom. præv. Jacob. Salianus Avin. in Annal. V. T. *veri DEI Israelis Confessorem, & religionis quoque veræ professorem fuisse ex vinculo amoris & fœderis Davidici* 1. Reg. 5. 5. 1. 12. ex *breviario fidei & Confessione solemni* 2. Chr. 2. 3 11. ex *candidissimo Synergismo architectonicæ templi*, ubi omnia arguunt in Chiramo רוח נדבה f. *Spiritum spontaneitatis* unde processit illa נדבות f. *summè spontaneæ contributio* 1. Reg. 5. 9. conf. 1. Chr. 30. 16. 17. nos potiùs concludimus. Octavus à Chiramo fertur *Ithobalus Astartæ Sacerdos*, cujus filiam Isabelem fœdè Idololatricam, duxit Rex Israelis scelere ante alios immanior omnes, Achab 1 Sam 16 30. 33. tantò corruptior inde cultor Idoli Baal, qvia parebat insanienti superstitione & tyrannide Isabeli 1. Reg. 21 25. 26. cujus Isabelis dignum fœdâ superstitione supplicium designatum. vid. 1 Sam. 21. 23. adimpletum 2. Reg. 9. 33. 34. Undecimus à Chiramo fertur *Pygmalion*, interfector Sichæi mariti Didonis, à qvâ, Byrsa & *Carthada* (qvod Phœnicum ore exprimit civitatem novam) eademq; , sermone verso in morem Punicum *Carthago* dicta, in qvam simùl fœda superstitio Tyriorum translata cum colonia. Incidunt autem illa *Carthadæ* sub Didone initia in annum Templi Salom. 144. ante natum Christum 869. (atqve adeò maxima pars l. 1. & totus l. 4. Æn. Virgilii fabula est & commentum Poeticum, sine vero) uti initia regni Tyri, qvæ ex Tyriorũ annalibus habet Josephus, 240. annis ante fundatum Templum Salom. ante Christum 1247. P. I. 3467. Apparet in eâdem communione Idololatricâ perseverasse Tyrum, parentis loco cultam, cum filiâ s. *Carthadâ*, in illo inter *Babylonicum & Macedonicum* excidium intervallo, arqve adeò illam Tyrum renatam nihil remisisse de *Idololatriâ Palætyri*. Vel unus Curtius hîc instar multorum habet. Meminit ille *Apollinem* & præcipuè *Herculem eximiâ religione cultum Tyriis, ejusdemq; numini urbem dicatam*, arâ temploq; splendidissimis ei consecratis: ad hujus anniversarium sacrum more patrio celebrandum, tunc advenisse Legatos Carthaginensium: Meminit ille *simulacrum Apollinis per Pœnos, quorum classibus maria tunc obsidebantur*

bantur, Syracusis devectum, ab illis in majore patriâ Tyro sc. locatum: à Tyriis autem, *ne novissimè aufugeret Apollo, aureâ catena devinctum, ipsiq; aræ Herculis Vinculum insertum.* Meminit fœdum Tyriorum sacrum, *qvo ingenuus Puer Saturno immolabatur*, cujus, *cum ob pudendam superstitionem, multis seculis intermissum fuisset*, repetendi, velut novissimi remedii autores, fuisse inter obsessos ab Alexandro Tyrios, idem memorat: sed *Seniores, qvorum Consilio cuncta agebantur, obstetisse.* Addit: *Hoc sacrilegium verius, qvàm sacrum Diis minimè cordi esse crediderim.* Dubium an illius diræ superstitionis reliqviæ sint, qvod Baumgartnerus, qvi Anno 1508 *Tripolin Tyro vicinam* lustravit, meminit: *Esse non procul à Tripoli Sectam, qvæ Christianam se jactitet, cum Diabolica potius sit appellanda. Misceri in antris promiscuè, etiam patrem cum filia, filium cum matre: ex illo fœdissimo concubitu masculos qvosdam singulis annis circumcirca punctos necari, eorumq; sangvine sacrificari: fœminas reservari.* Satis de Tyro Idololatricâ.

Concl. 14. *Tyrum Christianam* non tàm probat locus Matth. 11. 21. (propter illud πάλαι, qvo ipso tamen πάλαι τύρος s. ipsa *Palætyrus*, qvalis vel *ante Alexandrum*, ex hypothesi miraculorũ præfertur *impœnitenti* Messiæ σκηνώσαντος *patriæ*, & longè magis *Tyrus*, qvalis tunc erat, qvando illud οὐαὶ publicabatur vid. v. 21. 22.) qvàm Salvator, amore Tyriorum convertendorum procedens & veniens *in fines Tyri & Sidonis* Matth. 15. 21. ut ita *per viscera misericordiæ DEI nostri* visitaturus genus humanum, post Israelem velut *populum illum ambulantem in tenebris*, (Isaiæ 9. 1.) *etiam esset Lumen affulgens illis qvi sedent in terra umbræ letalis* (vid. ibid.) neqve ibi Sol potuit latere. Prodidit illum ἡ γυνὴ ἑλληνὶς, qvia non Judæa, & συροφοινίκισσα τῷ γένει s. ex illâ *Phœnicia* qvæ tangebat *Syriam*, in cujus filiâ miraculum illustravit Tyrum vid. Marc. 7. 24. 26. 31. Testantur *Tyrum Christianam* illi *numerosi* Salvatoris *Acoluthi*, de qvibus Marc. 3. 8. Luc. 6. 17. Testatur ex persecutionibus Ecclesiæ dispersio prima occasione lapidati Stephani & Symmartyrum. vid. Act. 26. 10. (vid. Act. 8. 1. 2. 3. & Aug. de C. DEI l. 18. c. 52.) unde in vicinam

cinam Tyrum non potuit non redundare magna turba Martyrum & Evangeliſtarum vid. Act. 8. 4. inprimis, ſi 15000. Confeſſorum, Palæſtinâ tunc ejecta, qvod vult *Baronius* Tom. 1. annal. & ſi in ipſam Galliam, & inde in Britanniam tunc venit *Ioſeph ab Arimathia*, alii diſperſi Apoſtolici in *Maſſiliam*, qvorum illud ex *Vaticano MScripto* habet idem *Baronius*: hoc autem *Claudius Eſpencæus in Catalogo de Galliæ Apoſtolis*. Veroſimile, factum idem ad *ſecundam perſecutionem*, in qvâ Jacobus obtruncatus, & Petrus ad mortem deſignatus, de qvo vid toto c. 12. Act. Teſtatur *itinerarium Paulinum navale Syriacum*, in qvo commendatur Tyrus, qvæ magno ſanctæ dilectionis ardore *Paulum feſtinantem* ſeptem dierum contubernio dato detinuit, &, ut qvam diutiſſimè Apoſtolo præſente frueretur, iter Jeroſolymitanum, vel ſaltem ad illud feſtinationem diſſvaſit, qvæ noviſſimè (cum fruſtra dictarentur cauſæ morandi) urbanâ paritèr & religioſâ deducendi ratione, cum uxoribus & liberis, ad *portum usqve, extra civitatem Apoſtolo profecturo comes ivit*, & dimiſſo *inter amplexus & oſcula* Paulo; *poſitis in litore genibus, oravit* Act. 21. 5. 6. 7. Eminuit inde Tyrus Chriſtiana, & talis fuit ſub Conſtantino M. à qvo indictum *Tyri* anno 335. Concilium, qvod initio *Athanaſianum* & ſanctum, degeneravit ſub ſchemate politico in Scarabeum, damnato & ad Treviros relegato Athanaſio, (videantur Acta Conciliorum Cent. Magd. Cent. 4. c. 10. p. 1042. Petav. ad illum annum) Manſit ſec. 6. & infeſtata ſæpè Barbaris, eſſe Chriſtiana non deſiit etiam ſec. 11. & 12. *ſub Godefr. Bullioneo, ejusdemq; fratre Balduino, Chriſtianis Regibus Hieroſolymorum*: ſub hoc tamen, terræ motu magnam Tyrus paſſa ſtragem, tota ferè ſubruta, adeò ut hodiè non niſi gloriæ veteris exigua ſimulacra oſtendat ſub Turco.

Concl. 15. Fuit hactenus inſcriptio Pharaſchæ Propheticæ ſeu משא צר, de qvâ prolixius paulò agendum fuit propter amplitudinem צר ſeu *Tyri* in ſacris celeberrimæ, & per hiſtoriam oſtendenda lux Prophetiæ. Sed & expediendæ etiamnunc occaſione inſcriptionis Qvæſtiones aliqvot. Qværitur adeò 1. *Qvænam illa* צר *ſeu Tyrus*, cui hîc Maſſa dedicatum? Reſp. Si *nova* vel *myſtica* Tyrus e. c. *Roma*, contradiſtingvatur *veteri Tyro metropolitanæ Phœnicum*,

nicum, Aff. poſter. Si ipſa *Tyrus vetus* diſtingvatur in *ante-Babylonicam & poſt-Babylonicam* ſ. *Perſicam*, qvalis ſc. fuit ſub *Perſarum imperio* adusqve *Alexandrum*, concludimus pro *Tyro veteri poſteriore*, cujus deſolandæ reſpectu concionatus hîc Propheta, qvam ſi in comparatione *prioris Palætyri* novam vocare velis, concedimus hîc Prophetiam & *de Tyro veteri & novâ* diverſo reſpectu. Ita de primo ſentire nos jubet *tituli* ſuppoſitio, talis hîc, qvalis in prophetiis ſub titulis *Maſſa* antecedentibus e. c. *Babel, Philiſt. Moab, Damaſci* &c. ita *Syllabus nationalis apud Jeremiam*, in qvâ expreſsè memorantur etiam *Reges Tyri*: ita *Characteres materiales ſinguli*, qvi conveniunt antiqvæ Tyro: ſed & *Tyrus conſecranda* ſ. *converſa & 70. illi anni*, qvorum mentio in hujus Maſſa clauſulâ movent, ut ita ſentiamus de ſecundo.

Concl. 16. Fuit Qvæſtio una & Concluſio: *Pharaſcham hanc cujus titulus* צֹר מַשָּׂא *non eſſe in ſenſu literali intelligendam, niſi de Tyro veteri.* Patet inde, qvo loco habendi qvidam *Rabbini*, qvi de *Venetiis* interpretantur, eminentiſſimâ, fatemur, & *legum fatiq; felice* Republicâ *Virgine*, jamdudum ævum millenarium (condita qvippe ſeculo V. à nato Chriſto ſub *Theodoſio II.* & jam exemta *imperio orientali & occidentali*, libera & mediatrix Respublica ſeculo ordiente 9. ſub *Carolo Magno*) excedente, *ſuâq;* adhuc *Muſicâ*, dum aliæ Respubl. gemunt ſub ſervitute, non ſine glorioſioribº palmis, utente: ſed & mercaturæ opumq; ſplendore, inprimis, anteqvam *Gvaſco Gama* Luſitanus inſolitum per iter ſuperato bonæ ſpei Capite adibat Indos orientales (factum a. illud anno C. 1498.) verè talis, qvalis qvondam *Tyrus* Prophetæ. Qvid opus autem, ubi in *Tyro* habes, qvicqvid ſub *Tyri* titulo publicatur, *Venetias* ire nondum tunc natas? Non de *accommodatione* qværitur, qvæ plus libertatis habet & juxta qvam licebat æqvè vel *Amſtelodamum*, vel *Londinum*, vel *Genuam*, vel *Hiſpalin*, hîc ſub Tyri titulo fingere: ſed de *ſenſu literali adæqvato menti Spiritus S. revelantis*, qvi non eſt pluralis, exceptis pauciſſimis qvæ eadem literâ geminum ſenſum literalem, ex intentione Spiritus S. proponunt, & typum ſimul & antitypum, ſubordinando alterum alteri, comprehendunt, dictis.

ORATIO XII.

Concl. 1.



Unt alii ex Rabbinis, qvibus hæc *Tyrus Isaiana* est præsens Roma: Ita *R. Eleasar* allegatus in *Bresith rabba* כל צור שכתוב בתורה שלם בצור מויגד הכתוב מדבר ואם חסר ברומי הכתוב מדבר i. e. *ZOR scripta plenè* (cum ו) *est ipsa urbs Tyrus: scripta sine* ו *s. defectivè est Roma.* Cæterum, etsi non negamus, subesse arcanum, in illo, qvod uti *de Tyro* duplex in Ezechiele Pharascha, in qvarum una semper צר: c. 26. ad v. 15. alterâ semper צור à v. 15. ad f. c. 27. Ita de *Domino Tyri* Pharascha una *inscripta Principi* semper habeat צר c. 28. ad v. 11. altera *inscripta Regi* à v. 11. ad 20. semper צור, in Isaiâ nostro & צר scribitur v. 1 & צור v. 5 Uti alibi Roma *Babel* (non negante Bellarmino post Hieron. lib. de Viris illustribus, in Marco, Babylonem Petrinam 1. Ep. 5. 13. imò Apocalypticam c. 14. 8. c. 16 19. c. 17. 5 c. 18. 2. 10. 21. esse Romam: sed ne *Casum Babylonis Apocalypticum* de *Casu Romæ Papisticæ Velenus* aliqvis intelligat, distingvente inter *Romanam urbem & Rom. Ecclesiam*, inter *Romam gentilem & Christianam*, & de illâ, non hâc, explicante *casum Apocalypticum* lib. 2. de Rom. Pontif. c. 2.) ita Tyrum hîc, non *Tyrum vetustam*: sed *Babylonem mysticam, qvæ primò per Evangelij prædicationem cecidit, indeseipsam anathematismis suis sepelivit, h. e. communione Ecclesiæ excluſit, & ita scortum derelictum esse cœpit*, seu *Romam hodiernam Papisticam* dicere, vult Cocceus notis in Hoseam. Si qværatur qvid juris de tali interpretatione s. expositione? Respondemus, *accommodationem illam non lædere analogiam fidei, si subordinetur sensui literali*, qvi non est nisi *de Tyro vetere*, illâ *coronante gentium Dominâ*, illâ *idololatricâ, scortationibus suis mercurialibus, potentiâ, opibus admirandâ, præ qvibus*

 casuram

casuram se, quod erat in fatis & ore nostri Vatis, credere non potuit, nisi postquam jam cecidit (æstimante illâ supplicium impossibile, qvamdiu erat invisibile) *illâ adeò dejectâ & habente instar prostibuli derelicti.* Hæc singula rectè accommodari, talesq; accommodationes intentioni Spiritus S non repugnare facilè concesserimus: an autem sint intentæ (præviſas enim, imò intentas accommodationes Typicas unius sensus literalis audientibus ad credendum significati sat multas, dubium nullum) definire haut habemus. Similis est illa Tertull. l. contra Marcionem de *Babylone* capite Imperii *habente Nebucadnezarem persecutorem populi veteris Israelitici, adumbrante Romam tempore Apostolorum æqvè caput Imperij & habentem Neronem persecutorem novi fœderis populi, crudelem, omniq; Nebucadnezare sæviorem,* vel illa Bellarmini, ex sententiâ multorum, comparantis *Ecclesiam Græcam regno Samariæ* s. 10 *tribuum*, qvæ *separavit se ab Ecclesiâ Romanâ*, veluti illud *Samariæ regnum se separavit à vero templo & tandem in captivitatem perpetuam abductum est.* l. 2. de Christo cap. 30. Fatemur ansam Schismatis Ecclesiis Græcanicis datam æqvè in Republ. Romanâ per tyrannidem Unius affectatamq; superioritatem, prout olim in Concilio Rehabeami per durissimæ Despotiæ responsum publicatum jacta semina tribuum schismati: Cœterum *sacrificatores illi, vitulorum osculatores* Hos. 13. 2. magis etiam dantur in Judæâ Romanâ, qvàm Græcâ Ephraimiticâ Ecclesiâ: & longè gravius illi supplicium, esse sub *Antichristo* sedente ὡς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ & seipsum sub titulo *Servi Servorum* ostendente DEUM: 2. Thess. 2. 4. qvàm huic esse sub *Turco.*

Concl. 2. Manet 1. Spiritus S. loqvens per os Prophetarum (extra pauca qvædam dicta, in qvibus signari *complexum objectivum* expressè docet propositio N. T.) non intendit tunc plures sensus audientibus significare ad credendum, præter unius objecti certam & distinctam apprehensionem. 2. Spiritus S. sensus falsos & accommodationes, fidei non analogas, prævidit qvidem: sed neqvaqvam intendit: imò etiam sensus & accommodationes multas fidei analogas in illis dictis non intendit: uti contra intendit sensus & accommodationes in multis dictis, qvas non assequitur

sensus

sensus nostri mentalis. 3. Amplitudo conceptus divini & illud βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, non probat unius dicti plures sensus literales. DEUS non loqvitur cum hominibus juxta mensuram sui conceptus: sed pro voluntate qvanti, & juxta humanum concipiendi modum. 4. Accommodationes sive analogicæ rei ad rem, sive typicæ personarum, rerum, factorum, qvales illæ 1 Cor. 10. 6. 11. allegoricæ item expositiones Propheticæ, qvarum in Scripturis, inprimis N.T, datur fundamentum, à S. Spiritu sunt intentæ: cœteræ omnes incertæ, & si lædant analogiam fidei, prohibitæ. 5. A qvâdam convenientiâ facti concludere ad identitatem sensus à Spiritu S. in hoc vel illo textu prophetico, intenti, magnum periculum infert Scripturarum βεβαιότητι: neqve adeò *qvædam analogia Romæ* cum *Characteribus veteris Tyri* probat hîc MASSA ROMANUM allegoricè descriptum, cum contra pro MASSA *veteris Tyri*, velut unico sensu literali, salvâ de cœtero alicubi accommodatione typicâ, tùm politicâ, tùm Ecclesiasticâ Romanâ, singula militent commata Massa Zor.

Concl. 3. Fuit qvæstio 1. de Tyro Isaianâ. Qværitur 2. *Ubi dandum complementum hujus Massa?* Resp. Non *sub Sancheribo Assyrio*, ut illi 70. anni statuantur absoluti sub Hiskiâ (qvod vult Abrabinel) qvia illud repugnat historicè: neqve absolvitur hoc Massa aliqvâ השפלה *s. deminutione mercaturæ Tyri:* sed intimat toti metropoli excidium. Tyrus per 70. annos *scortum derelictum*, post illos, ad *mercedes & mercaturæ veteris studia* reversurum, ita tamen ut *mercatura ejus consecretur Domino*, non convenit Tyro *sub Persarum imperio:* benè autem sub *Macedonico & tandem Romano.*

Concl. 4. Probatur nobis hîc idem qvod olim magno nostro Luthero. *Qvia*, inqvit, *Tyrus bis capta & vastata est, primò à Nabuchodonosore sicut est Ezech. 26. deinde ab Alexandro, puto eum de posteriore captivitate, qvæ per Alexandrum facta est, loqvi.* Ostendit idem egregiè modum accommodationis Propheticæ qvando ad v. 8. *Sicut Tyrus non credens hæc eventura, perit subitò: sic nec Papa credit se posse cadere: sic nec Turca: sed cadent utrique, sicut Tyrus cecidit.* Sed & idem ad v. 17. *Annorum numerus cum Babylonicâ qvidem*

captivitate convenit: sed nos de Macedonibus accipimus: sic ad v. 18. *Ego*, inqvit, *intelligo de futuro regno Christi, qvod & ipsa Tyrus convertenda est ad Dominum. Dicit igitur: postqvam reversa fuerit ad suas negotiationes, imminebit regnum Christi, qvod Tyrus qvoqve amplectetur. Non abutentur opibus ad pompam & luxum, sicut antea: sed ad necessitatem & ad usum. Alent & juvabunt sanctos. Est magna commendatio Tyri.*

Concl. 5. Qværitur 3. *An idem Massa Tyri apud Isaiam & Ezechielem?* Resp. Nec ejusdem hostis, nec ejusdem urbis, nec ejusdem gradus vastitatis. Hic inprimis Palætyri: ille Tyri renatæ. Hic funus æternum: Ille non nisi LXX. annorum meminit. De cœtero probamus Abrabinelis Confessionem: הכוונה הכללית בזו פרשה לרעד ערל חרבן צור ופקידתה וחזרתה לישובה אחר שבעים שנה i. e. *Scopus generalis hujus Prophetiæ est, denunciare Tyro metropoli excidium, & post 70. annos restitutionem in integrum.* Scilicet 1. adusqve v. 15. *Tyri corporalis eversio* describitur: inde usqve ad finem, atqve adeò in parte 2. *ejusdem Tyri restitutio tùm externa s. corporalis, tùm spiritualis* prædicitur.

Concl. 6. Prophetia de *Tyri eversione*, hanc ipsam *proponit* adusqve v 8. *Propositionem* causarum expositione describit, adusqve v. 14. & tandem concludit v. 15. *Propositio Prophetiæ* denunciat *luctum Tyro oboriturum, idq; triplici apostrophá*, unà directà *ad naves Tharsis* v. 1. secundâ ad ipsam Tyrum insulam v. 2. 3. tertiâ directâ *ad Sidonem* Tyro vicinam, & alios admiratores Tyri à v. 4. ad v. 8. In primâ, luctus *mercatoribus Africanis, Europæis, Asiaticis ex navigatione qvæstum facientibus*, denunciatur. In secundâ *status Tyri felicis ante desolationem, & infelicis post desolationem* comparatur. Olim sc. *Incolarum mercatorum negotiantium Vicinorumq; Sidoniorum frequentiâ* personuit, strepitus ubiq; ingens fuit: nunc *profundum ibi silentium & tristis solitudo* v. 2. antea *Tyrum* ex Ægypto fœcundissimâ per exstagnantem Nilum magna frumenti copia, neqve minor ex aliis mundi partibus advecta. Jam nihil tale Tyro contingit: sed est regio deserta v. 3. In tertiâ jubet *Sidonem erubescere propter Tyri filiæ suæ devastationem*, qvia sc, facta ἄπαιδα & orba,

cum

cum antea tot gentium fuisset mater clarissima v. 4. qvia *Calamitas erit tremenda etiam gentibus*, æqvè ut *fama cædis Ægypti* v. 5. qvia *ululabit Tyrus ignominiosè magnâ parte deportanda* v. 7. Ita se habet hactenus propositio adusqve v. 8.

Concl. 7. Qværitur hîc 4. Qværatio territorii in m. 2. primi? Resp. Continet *propositionem concretam* ex thesi & ratione generali: *Naves Tharsis jubentur ejulare ob Tyrum ita vastatam, ut nec domus huic superstit, nec ullus adeò ad illam commeatus.* Supponimus hîc 1. תרשיש cujus origo Gen. 10. 4. sc. nepos *Japheti* ex *Javan*, insigni pro dicendis argumento, vel *mare mediterraneum*, vel *Africa* vel אבנא טבא, uti Chald. שענה כעין השמים s. *gemma coloris cærulei*, uti *Abenesra* in Cant. c. 5. 14. ubi Syllabus *gemmarum inscriptarum nominibus Patriarcharum* videatur *in Chaldæo*: qvi idem כרום ימא vocans Exod. 28. 20. & Ezech. 28. 13. ostendit huic *Talassio* gemmæ, à *mari* tale nomen. *Maris* ergò significatum principalius post Autorem: sed non tàm *Oceani*: qvàm magni illius sinus, qvod *Mare mediterraneum* vocant in nostrô Isaiâ c. 2. 16. c. 60. 9. Ps. 72. 10. Ita in Jonâ c. 1. 3. c. 4. 2. Ubi *Tarsum Ciliciæ*, Patriam Pauli, qvam intelligunt Batavi in notis, non probamus, si loci vel termini ad qvem hîc obtineat significatum, magis probaturi *Africam*, qvomodo Abrabinel in Jonam: תרשיש העיר הנקראת היום בין הישמעלים טונים i. e. *Tharsis urbs est, qvam Ismaelitæ hodiè vocant: Tunis.* Ita Chaldæus, locũ Jer. 10. 9. *de argento* מתרשיש מובא expressit *de argento* מאפריקא s. *Africano*, & *auro ophirino* ודהבא מאופיר. Tarsis ergò Chaldæo *Africa* & ibi & 1. Reg. 22. 49. ubi *Jhosaphat fecisse* dicitur אניות תרשיש s. *naves Tarsis* (*decem* numero ex scripto עשר colligunt Rabbini) qvod Chaldæus עבד ספינת אפריקא s. *fecit naves Africanas* ituras in Africam: neqve dubium qvin ex mente Chaldæi תרשיש dicat Africam & 2. Chron. 20. 36. 37. & 2. Chr. 9. 21. & ita *navigatio Ophirina* sub *Salomone* feliciter expedita, sub *Jhosaphato* destinata qvidem: sed impedita, fuisset *Africana*, atqve adeò *Ophir*, idemq; *Ophas* non dandum *in Americâ* ejusq; regione *Peru* & *Hispaniola* s. *Insulâ* s. *Dominici* (*Peru* enim nec ab

אופיר, nec פרוים probat geminum *Peru*, qvam regionis appellationem ante Hilpanos insolitam, ab his, occasione Americani Piscatoris inditam, ex *Garciâ Lasso Inga*, ex *Ingarum Peruanorum sanguine regio* refert *Johannes de Pineda Tom. 2. comm. in Job. p. 18*) sed in Africâ. Omninò licet hoc loco, *Africam & Punicas naves*, qvæ tunc *dominium in mari mediterraneo* habebant, non excludamus, vocem tamen in suppositione *Maris mediterranei* accipimus. 2. אניות תרשיש s. *naves Tharsis*. benè Chald. נחתי ספיני ימא s. die auff den Schiffen des mittelländischen Meers fahren. Ratio ejulatus benè expressa à Luthero: Tyrus ist zerstöret (מבית) daß kein Hauß da ist/ (מבא) noch niemand dahin zeucht (vel) daß keine Schiffer des Meers mehr dahin kommen/es wird aller Kauffhandel mit Tyro geleget seyn.

Concl. 8. Sed qvid illud מארץ כתים נגלה למו? Luth. noster: Auß dem Lande Chittim werden sie des gewar werden. Qværitur adeò 5. qvorsum illud למו? Resp. non ad תרשיש; sed ad צור. Errat adeò Raschi ita resolvens מארץ כתים נגלה לאנשי תרשיש שור של צור שברחו בני צור אל הכתיים ומשם הלכו השמועה i. e. *ex terra Chittim revelata est illis, qvi ad mare mediterr. habitant devastatio Tyri, confugientibus sc. Tyriis ad Cittæos, unde exivit amplius fama*, qvem Rabbinum sequitur Belgica Versio: **het sal den Schippers ende Kooplieden uyt den Lande Chittim openbaer worden.** Qvær. 6. qvæ terra כתים s. *Cittæorum?* Resp. pro Româ vel רומיים concludunt Rabbini celebriores & hic multa habent de fœdere Babyloniæ bellico cum Romanis: sed sine teste. Malimus h. l. pro *Macedonia*, vel *Græcia maritima*, Gen. 10. 4. Qværitur 7. Qvalis hic *revelatio* notetur in verbo נגלה? Resp. שר & השרד s. *Vastitatis & Vastatoris*: eademq; non *historica*: sed *experimentalis*, ipsi Tyro *passionalis & funeralis*. Licet tunc non ex Macedoniâ: sed Syriâ processerit ad obsidionem Tyri, *Classem* tamen *180. navium in duo divisam cornua, qvorum lævum Pytagoras Rex Cypri: dexterum Alexander qvinqveremi regia vectus tuebatur*, contra Tyrum habuit ex Macedoniâ, & inde Græcorum militum ingens supplementum. Satis, & mari terrâq; Tyrum oppugnatam

gnatam & expugnatam à Macedonibus. Lutherus de *Alex. M.* & *Macedonibus* explicans, in notis haut improbatur. *Classem 180. navium*, & *Græcos milites* habuit inde *Alexander*, etsi non inde: sed *Syria* movit ipse contra Tyrum.

Concl. 9. Qværitur 8. qvæ ratio positus in v. 2.? Resp. אי s. *Insula* hîc *una Tyrus insulana*, æqvè, prout in v. 4. *una Sidon*, ac si esset v. 2. דמי צר prout in v. 4. בושי צירון Oppositio datur status *Tyri floridæ* & *desolatæ* ibi sc. Mercatores Sidonis מלאוך *implevérunt te Tyrum*, ut ita in te fuerit *cœtus personans Mercatorum, strepitus ingens:* at nunc דמי s *triste silentium & solitudo.* Vocem ipsam esse לשון שתיקה ודרך אבלות rectè notatur à Rabbinis. Erravit Abrabinel interpretatus de Sympathiâ insularum maris: reclamat positus: sed & accentuatio. Vox דמו in formâ imperativâ est, atqve adeò *silentium triste* non *indicatur:* sed *imperatur* in formâ: qvoniam tn. tales *imperativi divini sunt infallibilis futuritionis*, licebit facilè resolvere in tempus futurum ut adeò reddatur. Seyd stille ihr Einwohner der Insul (sey still Tyrus i. e. du anjetzo frölliche und für Vielheit deiner Kauffleute rauschende Stadt / wirst gar wüst / traurig und still seyn) die Kauffleute zu Zidon / die durchs Meer zogen / fülleten dich. (Aber / nunmehr / an stat solcher frölichen Fülle / sey verlassen und stille / O Tyrus)

Concl. 10 Qværitur 9. qvæ ratio v. 3.? Resp. Summa ejus: *Tyrus pœnuarium habet Ægyptum neqve solam Ægyptum: sed est Emporium gentium.* Illæ מים רבים non maris: sed Nili fluminis: neqve Tavtologia in m. 1. sed reddendum: *Postqvam in aqvis multis fuit sementis Sichor, messis rivi* (s. Nili derivati, in multos alveos deducti) *fuit proventus ejus Tyri* sc. שחר hîc *fluvij Ægyptiaci* in *latere Ægypti Cananæo*, nomen, vid. Jer. 2. 17. Jos. 13 3. Num. 34. 5. Gen. 15. 18. æqvè ut יאר, ut ita & *sementis* & *messis* copuletur cum *rivis Ægypti:* Ratio ex historiâ Nili, pluviæ loco fœcundantis Ægyptum & sementem messemq; Ægypto benedictam conciliantis, de qvo plusçula vid. supra ad c. 19. in Massa Ægypti. Qværitur 10. Qvæ ratio Zidonis in v. 4.? Resp. Erat Zidon & vicina & metropolis Tyri: unde specialis hæc Apostropha ad Zidonem vid. sup. Concluſ. 6. Porrò uti דמי in v. 2. implicabat planctum: ita & בושי

in v. 4.

in v. 4. ac si esset בושי והתאבלי צידון. Qvær. 11. *An* הים *ipsum mare, an Tyrus, ita, ut sit reddendum:* Das Meer (die an der See gelegene Stadt Tyrus) ja die Feste am Meer (die mächtige/ feste Seestadt Tyrus) spricht? an Insulæ Maris? Resp. Aff. 1. Repræsentatur ipsum *mare eloqvens*, qvid pro se *Tyrus desolata* dicere potuerit sc. se olim Matrem tot gentium, *parturiisse, peperisse, enutrivisse & educasse Adolescentes & Virgines:* nunc *desertam* nihil horum facere: vel, juxta Jonathanem, hîc esset Optativus Tyri, optantis se nunqvam peperisse, vel sobolem enutrivisse, eo modo, qvo Salvator testatus est filiabus Jerusalem Luc. 23. 29. Tyrus ergò danda non in הים: sed tantum in מעוז הים. Qvær. 12. An in v. 5. sit positus *comparativus*, ita ut æqvè Ægyptus se habeat *objectivè & passivè* in m. 1. ac Tyrus in m. 2. *an positus simplicitèr indicativus*, ita ut Ægyptus se habeat *subjectivè*, ut *audiens*, non ut *de qva auditur triste nuncium?* Resp. Aff. 1. Subjectum implicatur: יחילו impersonalitèr explicandum: atqve ita jam resolvendum: כשמע מצרים (qvondam sc.) כשמע צור *fama de Tyro, habebit planè se ut fama de Ægypto:* atqve uti ad hanc *indoluere* qvondam *numerosi populi* vid. Exod 15. 14. 15. & ibidem nota illud חיל אחז; ita ad *famam Tyri vastatæ* יחילו. Ægyptus in protasi: *Tyrus* danda in apodosi. Erronea ergò versio: Wenn das Geschrei von Tyro außkommen wird/ alsdann wird Egypten erschrecken. Anteferendus Lutherus.

Concl 11. Qværitur 13. *Qvæ Insula* sc. אי in v. 6.? Resp. eadem qvæ v. 2. nec obstat *Tharsis* hîc *Africam* potiùs, qvam illam Ciliciæ Tarsum interpretari. Qværitur 14. An in v. 6. probanda versio Belgica: Is dit uwe vrolick huppelende Stadt/ welcker Oudtheyt wel van oude Dagen af is/ maer hare eigene Voeten sullense verre wech draghen/ om in vreemdelingh-schap te verkeeren: Resp. malè ordinatam illam ostendit accentuatio. Ponendus fuisset Atnach in voce קדמתה; nunc in *Paschta* post *Atnach* sensum plenum antecedenter fluentem ultra Atnach distingvere, sine exemplo est: & qvantum hîc intersit ad hujus autoritatem vindicandam, vel unum docet exemplum Sach. ult. 18. An ergò probanda Versio est, qvæ in edit. Vatabli: *Numqvid*

hæc

hæc est vobis urbs exultans? à dieb° (qvidem) *antiqvis est antiqvitas ejus: sed ducent eam pedes ejus longè ad peregrinandum?* Resp. Erratum in Regibus accentibus, *Pasta & Sakephkaton*, qvorum ille huic seqventi se suasq; voces & harum sensum subjicit: hic autem, qvicqvid hactenus præcedit, in suo territorio distingvit. Dandus fuisset *Sakephkaton primus* in voce קַרְמָתָה. Sic *secundus* respexisset consequentèr, & vinceret illa Versio. Reddendum: Ist das ewer Jubel-Stadt? welche von den ersten Tagen ihres uhralten Zustandes ihre Füsse (ihr unablässige Arbeit/ Mühe/ Fleiß/ Rennen und Lauffen) also fortgeholffen haben (einen so grossen Zufluß von Menschen gebracht haben) daß auch von ferne (von den weiten allermeist abgelegenen Oertern) man sich dahin (des Kauffhandels halber ein Zeitlang) aufzuhalten begeben.

Concl. 12. Fuit hactenus propositio MASSA. Seqvitur Confirmatio ætiologica. Objici, *per enthymemata* saltem, poterat: *incredibile, urbem tantam, tam opib°, gloriâ, potentiâ, tàm civium, mercatorum inprimis frequentiâ floridissimam, urbem antiqvam coronatam, alias gentes coronantem,* multorum regnorum parentem, *aliarum Reginam, in qvâ cernere licebat tot Principes, qvot Mercatores, tot illustres, qvot institores, tam horrendo perituram supplicio?* occupat ergò Propheta & sibiipsi respondens causam principalem efficientem exponit v. 9. Deducitur sc. illud *supplicium Tyri*, ex *solo liberrimo Consilio seu decreto cœlesti* JHOVAH ZBAOTH, *velut DEI fortis, & vindicis in hostes suos excandescentis* (אל קנא ונקם יהוה vid. Nach c. 1. 2. 3.) cujus Consilii *providentiæ Vindicatricis*, finis à DEO intentus, exprimitur in memb. 2. v. 9. sc. ut *Tyrus delicata, magnifica, superba* fiat abjecta, velut res sordida & profana: atqve ita DEUS ostendatur מחלל גאון כל צבי: antea habebat *Grandes:* nunc autem DEO puniente, illi facti mancipio viliores. Patet autem ex hoc exemplo: *Mala pœnæ* (ad qvæ pertinent regnorum & Rerumpublicarum funera) *non esse extra providentiam DEI, à cujus decreto* positivè illa passim deducuntur Isaiæ 45. 7. Amos 3. 6. Hos. 13. 9. æqvè uti afflictiva Israelis Thren. 3. 36. 37. 38. neqve verò decretum tale etsi liberum, propterea est absolutum. Propheta hîc non tacet inductivum divinum. Inde ergò *rapidè transit terras suas Tyrus filia*

Maris, ad instar rapidi fluminis, & nullum amplius illi Cingulum s. nulla Politia, Imperium, Regnum: & licet posteris seculis renata sensim, *Cingulum* tamen s. majestatem regiam independentem, ipsumq; Imperium prout antea habuit, nunqvam recepit. Ita Tyrus sine cingulo, sine firmamento v. 10. (vid. Job. 12. 18 ~~21. c. 40. 2.~~) Cinguli sc usus tùm ut ad labores pace belloq; subeundos expeditum redderetur in habitu laxiore corpus, tùm peculiaris ejus in bello usus: sed & inter ornamenta cingulum vid. de 1. Exod. 12 11. Ephes. 6. 14. de 2. 2 Reg. 3. 21. 2. Sam. 20. 8. de 3. Jes. 3. 24.

Concl. 13. *Decretum* illud seu *Consilium* hactenus fundavit in *voluntate*: nunc legitimat *potentiam divinam*. Nihil qvidem vult & facit DEUS, qvod non potest: at potest multa, qvæ certis de causis nec vult, nec facit. Licet ergò post Consilium cœleste creditum, de potentiâ DEI nemo dubitare possit, licebat tamen hanc post illud in actu exercito legitimare, & per hanc illud tantò vehementiùs persvadere. Qvod sc. possit, demonstrat v. 11. exemplis 1. *Miraculi Exodici & submersi in mari cum Pharaone Exercitus Ægyptiaci* (territorio 1.) 2. *Commotorum potentèr regnorum mundi*, tum per illam famam Ægypti, tùm per stupenda Israelis intrantis, cum gentibus bella, & harum excidia (ibid. terr. 2.) idem JHOVAH *Autor est illius decreti*, qvod ad *Canaanem* (s. Tyrum filiam Zidonis, ipsiusq; adeò antiqvissimi *Canaanis* Gen. 10. 15. eandemq; vel ipsâ Mercatorum suorum freqventiâ verè *Cananæam* vid. Hos. 12. 7. & sup. v. 8 & regioni Cananææ vicinam) *attinet* sc *de desolandis munimentis*, s. *fortalitiis ejus* (v. 11. m. 2.)

Concl. 14. Allegaverat Propheta v. 11. *Imperativum divinum* יהוה צוה *ipse* JHOVAH *præcepit* (qvod qvidem צוה s. מאמר *divinum* aliter se habere in exemplis *maliculpæ*, ubi intentum divinum non ad ipsum actum: sed ad *ordinationes*, *moderationes divinas circa malas actiones* referendum: aliter *in malis pœnæ*, aliter *in exemplis* afflictivæ vid. de 1 2. Sam. 16. 10. 11. de 2. hoc loco de 3. Thren. 3. 37. alibi docetur) nunc Imperativum illum Consilii cœlestis sub *signo dicti* s. ויאמר revelat v. 12. & in illo dicto proponit exemplum 3 Vastationis *Terræ Chaldæorum* v. 13. Cœterum hîc qværitur 14. An in

v. 12. *Virgo*,

v. 12. *Virgo filia Sidon* denominet *Tyrum*, an *Sidona?* Resp. Aff. prius ex relatione illi⁹ ואמר ad thema propheticum, qvod est משא צר, contra Abrabinelem. Qværitur 15. an probanda distinctio in v. 12. Der HErr spricht: Du solt nicht mehr frölich seyn du geschändete Jungfraw/du Tochter Zidon. Vel, uti Batavi: **Ghy en sult niet meer vroolick huppelen / O ghy verdruckte Maght / ghy Dochter Zidons.** Resp reclamat Atnach, & Rvia in Zidon subordinandus seqventi territoriali. Qvær. 16 An *Chittim* ponatur subjectivè, velut hostis Tyri, jussus hîc accingi ad desolandam Tyrum, etsi non hanc solam: sed ut post illam superatam plus ultra? an *terminativè*, ita ut ipsa *Virgo filia Zidonis*, sed jam vim *passa* repræsentetur *frustra maria pertransire*, in Cittim migrare, *ibidem* &c. qvam domi non inveniebat, *qvæsitura qvietem:* sed non inventura? Resp. Prius noster Lutherus & in glossâ Batavi ita ut hic Oratio formalis ad *Alexandrum Macedonem.* **O Chittim mache dich auff/ und zeuch fort/ denn du must da nicht bleiben.** Scil. adhuc debellanda *Babylonia, Persia, Media:* Cœterum falsa hypothesis *de Virgine filiâ Zidonis violentiam passa* relatâ ad membrum 1. positus præterea subjectivus, particula גם, & status illius Tyri virginalis, qvando ad illam venit Alexander Macedo, jubent nos concludere pro posteriori. In כתיים magno consensu Italiam ipsosq; Romanos includunt Rabbini: neqve necesse amplissimum & multarum gentium titulum, ubiqve ad Macedonas referre.

Concl. 15. Qvær. 17. An v. 13. sit Oratio divina ad Alexandrum ita ut jubeatur post *devictam Tyrum ire in terram Chaldæorum, ipsamq; Babyloniam & ultra debellare?* Resp. Neg. Supponitur in v. præced. כתיים esse subjectum illorum prædicatorum קומי עברי. At illud esse Tyrum s. בתולת בת צידון jam supra monitum. Allegatur hic terra Chaldæorum, seu *desolatio & Assyriaca & Babylonica*, ut exemplum majestatis DEI Vindicatricis, qvod antecedere debebat excidium Tyri Alexandrinum: ut sit talis illatio: *DEUS eminentissimam nunc Monarchiam & Assyriacam per Babylonios: & Babylonicam per Persas devastabit & ponet in ruinam. Ergò non obstabit splendor & gloria Tyri suo qvondam lamentabili funeri. Terræ* autem *Chal-*

deorum non *Assyriæ* meminit, qvia tunc paulò ante orta fuerat Dynastia nova Babyloniorum, & excussis Assyriis novi primò Babylonis Urbis, inde totius Chaldææ s. Babyloniæ regionis, & (vilescente sensim post infelicem Sancheribi expeditionem Assyriorum Regum potestate) magnæ Assyriarum partis, & novissimè totius Imperii Domini successerant: qvos inter eminuere Chaldæa Regiaq; nomina נבא נאצר s. *Nabonassar*, item מרדך־בן־פר s. *Merodach*, & post Prophetæ tempora, famosior Antecessoribus *Nabopollasar*, cujus æra celeberrima. Nec dubium, qvin illi, excussis Assyriis Regibus, *Babylonem* urbem ipsamq; *Chaldæam*, (cui communis qvondam Parens cum Assyriâ ejusq; metropoli Nineve *Aschur* sc fuerat, qvi ab humilibus initiis orsus, occasione fluviorum יסדה לציים i. e. *fundavit eam navibus* s. fecit ut *barbari desertorum vicinorum incolæ navigiorum occasione* (אניות שיט) uterentur ad spolia hinc inde agenda, & ita Chaldææ habitandæ darent initia) tunc contra potentiam Assyriæ Regum *extructis speculis, turribus, propugnaculis, palatiis*, muniverint, & post cladem Sancheribi *in montibus sanctis*, (qvam unà cum sanitate gratulatum, misit Merodach Rex Babylonius Legatos ad Hiskiam Isa. 39. 1.) fines sui imperii in ipsam usqve Assyriam insignitèr amplificaverint.

Concl. 16. Hoc igitur est qvod meminit in m. 2. הקימו בחוניו עוריו אימנותיה Vatabl. illos actus disjungens, (ita ut sint oppositi & primus pertineat ad *architectonicam illam Assuris* in m. 1. alter ad *ejusdem ruinam*, ut interpretatio sit: *Assur qvidem eam fundavit navibus, ipsiq; Assyrij erexerunt arces illius: Cæterum* (Chaldæi) *contriverunt* (fregerunt, destruxerunt) *ædes ejus* (Rex Chaldæorum) *posuit illam in ruinam)* & peccavit in accentum *Rvia* vocis בחוניו & in significationem vocis עוררו: poterat etiam terræ *Chaldæorum* meminisse, cujus paulò post eminere toto orbe debebat imperium, & è qvâ terrâ prodire debebat primum funus Tyri *per Babylonium Nebucadnezarem*, ut ex clade imperialis debellatricis futuræ Palætyri agnoscerent se sub eadem cœlesti potentiâ. Errant, qvi *Chaldæam* ita ponunt *subjectum* in territorio 2. seu positu שמה למפלה, prout in primo, sive ut ponant Chaldæum destructorem suiipsius, sive ut

affixum

affixum in שמה ad תבל qvod nullum extat, reflectatur: contra uti in *prædicatis*: ita in *subjectis* datur disparatio. *Actus architectonicus specularum* & *palatiorum* conjunguntur sub *uno territoriali*: actus *destructivus* discernitur & eidem opponitur: *Licet illi* (populus ille) *erigant arces* (speculas) *excitent palatia*: nihilominus *ponet* (impersonaliter hæc vox explicanda, ita tamen ut sit והוא להקבה) *illam* (*terram Chaldæorum* s. *ponetur illa*) *in ruinam* (*DEUS* per novos hostes *perdet iterum* surgentem nunc Babyloniam: & qvidem למפלה העולם ולחרבן האומות. Additur in v. 14. *Epiphonema ejulæum*, qvo uti inceperat (v. 1.) ita hic obsignat *partem Prophetiæ primam*. Tyrus *firmamentum navium* mediterranei maris est desolanda. Ergò *ejulate naves Tharsis*.

Concl. 17. Succedit pars altera, de *Emendatione temporum* s. *Tyri restitutione*, cum seqvelâ *Consecrationis*, seu ut *Tyrus conversa consecretur Domino*. Promissio *externæ restitutionis* constat 1. *Charactere Chronologico* 70. annorum. *Erit* sc. *illo ipso tempore*: ut *Tyrus oblivioni tradatur* (incolis, navibus, mercatoribus nullis eò commeantibus, planè despecta, neglecta & oblivione sepulta) *70. annis*, *sicuti sunt dies unius Regis* (tanto temporis spatio, qvantum Rex qvispiam vivendo potest attingere: cæterum) *à fine 70. annorum futurum erit Tyro veluti canticum meretricis* (sicut meretrix blandissimâ Musicâ inescat amatores: ita Tyrus rediviva, missis hinc inde literis, aliisq; emissariis, blandissimis persvasionibus, concessis etiam juribus liberalis mercaturæ, invitabit, convocabit mercatores, ut ad exercendas apud se negotiationes confluant, ut ita surgat de funere Tyrus, atqve hoc imperat Apostropha ἀναμνησθητι v. 16. in qvâ nihil obscurum. Jubetur Tyrus, ad memoriale sibi conciliandum, & nomen Emporii vetus recuperandum, eleganti Svadâ & freqventi blandaq; amatores convocare Musicâ. Spiritualis Tyri emendatio supponit statum Tyri restitutæ corporaliter v. 17. qvi ne artibus Musicis & Svadæ Tyriorum blandæ adscribatur, à superiori autoritate deducitur, eoq; supposito formaliter describitur v. 18. Summa: *Exactis illis 70. annis ex speciali & gratiosâ visitatione Jhovah restituetur Tyrus*, s. *ponetur in tali statu, ut cum omnibus*

regnis terræ illi communio commerciorum (qvæ qvoad Substantiam ipsamq; πᾶξιν divinam neqvaqvam culpanda, per ἀσωτίαν luxus, avaritiæ, stolidæ in opibus fiduciæ degenerat *in scortationem* s. in Μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας vid. Luc. 16. 9.) *intercedat: Cæterum Tyrus opes mercesq; suas consecrabit Domino & Ecclesiæ.*

Concl. 18. Qværitur ergò 18. qvæ ratio *dierum Regis unius* s. ימי מלך אחר in v. 15. & qvis ille כלך אחר? Resp. Juxta antecessores Rabbinos (vid. Raschi & Abrabinel in h. l.) notaretur David *Rex & primus, & à DEO ipso electus, & è tribu Jhuda, & totius Israelis & Regum aliorum orbis:* sed addit Raschi: איני ירע מהו הסימן הזה הניתן כאן i. e. *Ego ignoro, qvid subsit rationis, ut hoc loco tale detur Symbolum?* Igitur Kimchi rationem ponit *in fœdere & fraternitate Davidis & Chirami*, qvod fœdus post tempora Salomonis fractum à Tyriis, unde illa pœna Tyri, ut tot annos sedeat desolata, qvot fuerant Regis qvondam confœderati *Davidi*, & ita agnosceret, se reatum fracti fœderis sustinere, & pro illo luere: allegat etiam Abrabinel, de *proportione 7. mensium per qvos sub signis Davidis Joab excidit Edomæos masculos* ex 1. Reg. 11. 16. *& 70. annorum Tyri desolatæ.* Aben-Esra autem fundamentum ponit in Nbucadnezare Babylonico s. capite colossi aureo, vel annis Babylonis Monarchicis, qvi fuerunt, jam inde à 26. anno enthronismi Nabopollasari si computatio procedat, 70. anni, iidemq; captivitatis Babylonicæ. Abrabinel autem intelligit *Regem Tyri, qvi in illo 70. annorum intervallo regnaverit, etsi humiliore conditione præ Antecessoribus*, & qvi post 70 illos annos successerunt. Nos in septuagenario qvidem respectum ad annos captivitatis Judaicæ Babylonicos facile concedimus. At individuum aliqvod certum Regis insinuari, haut putamus: vel si tale qvod dandum, prævaleret Chiramus vel aliqvis ejus Successor Rex Tyri. Kimchiana illa parum roboris: illa autem Abrabinelis prima falsò citavit: cum in fontibus non reperiantur שבערת חרשים: sed ששרת חרשים: Secunda autem ejusdem ex falsâ hypothesi procedit, sc. hîc saltem aliqvam השפלה וקלון s. *diminutionem status Tyriorum notari,*

notari, non tale *excidium* qvale vel sub *Babylonio*, vel sub *Alexandro* de qvâ vid. supra. Abenesra autem qvia hîc non *anni* integri *Monarchiæ*: sed *unius Regis* memorantur, non satisfacit: Neqve opus ut Rex unus, hîc sit Rex primus, & ita (ex Colosso Danielis) Babylonius: neqve probantur illi 70. anni, nisi detur illum fuisse 27. annorum, qvando factus à Patre consors imperii.

Concl. 19. Qvær. 19. Ubi *complementum restitutionis illius spiritualis* qvæ notatur v. ult? Resp. Abrabinel dat sub Chiskiâ post cladem Sancheribi angelicam: cœterum ita septuaginta illi anni inciperent 57. annis ante Chiskiam: & si clades illata Tyro obvenit his à Sancheribo, tot annis ante Hiskiam dandus jam esset Sancheribus, qvod absurdum historicum, uti & illud, Tyrum id passam esse à Sancheribo, qvod hoc capite memoratur. Nos illud damus partim sub Ecclesiâ Judaicâ per noviſſima V. T. tempora, partim in Ecclesiâ N. T. manifestato Tyriis qvoqve Messiâ, atqve adeò in Tyro conversâ ſ. Christianâ. Sensus simplex: Tyrum illam renatam & ad qvæstum reversuram negotiationem, mercedemq; (qvæ qvoniam annexam utplurimum maculam habet, Μαμμωνᾶ ἀδικίας à Salvatore vocatur, consecraturam Domino, & propter hanc consecrationem non reconditurum illas opes, in thesaurariis, non repositurum in arcis suis, non spem positurum ἐπὶ πλούτῳ ἀδηλότητι: sed futuros illos εὐμεταδότους, κοινωνικούς, divites in operibus: facturos sibi Amicos ἐκ τοῦ Μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας, & futuros ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον, ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς ζωῆς αἰωνίου, planè ex Consilio Christi Luc. 16. 9. & Apostoli 1. Tim. 6. 17.

Concl. 20. Effectus formalis illius consecrationis exprimitur in m. 2. sc. *thesauri* Tyri renatæ *cedent habitantibus coram* JHOVAH, cedent Apostolis, aliisq; Ecclesiæ Doctoribus, cedent Confessoribus & esurientibus ac nudis JESU fratribus, ut illi inde saturentur, hi durabilitèr vestiantur ſ. *ad edendum adusqve saturitatem, & ut sit operculum robustum* (durabile, firmum, honoratum) in vocibus יאצר & יחסן notari *templum primum, & thesaurarium sacrum* seu אוצר בית המקדש vel בית החסן, ut sensus sit: *Dona illa,*

qvæ

quæ mittet Tyrus ad Chiskiam non recondenda in thesaurario Hierosolymitano: sed cessura Sacerdotibus, & cibandis inde & vestiendis honorificè, ponit Abrabinel: sed ex hypothesi falsâ, & sine fundamento. A thesaurario ad thesaurarium templi est à genere ad certam speciem argumentari. Fatemur facilè illum *casum* Tyri, qvi hoc capite memoratur non esse מפלה מוחרטת ולא עולמות s. *absolutum & infinitum*: sed *saltem 70. annorum*: at exinde negare hîc *excidium* Tyri prædici, vitium habet consequentiæ. Abenesra sub Persis post reditum ex *Babylone*, ponens hanc *sanctitatem* Tyri, repugnat historiæ. Omninò idem hîc memoratur à Isaiah, qvod alibi David Ps. 87. 4. *de renatâ* Tyro, *Sionis illius, cujus portas diligit* JHOVAH, *& in qvâ non nisi gloriosa erant per Apostolos prædicanda*, filiâ: ut ita manifestandus in nubibus Filius hominis inter stantes à dextris Matt. 25. 35. etiam visurus sit Tyrios, qvibus acclamaturus: ESURIVI & dedistis mihi cibum, לאכל לשבעה: NUDUS *fui* & *amicivistis me* מכסה עתיק: & ubi occupabitur: DOMINE, *qvando vidimus te esurientem & nudum?* Respondebitur: *Cibavistis, amicivistis me in fratribus*, ליושבים לפני יהוה יהיה סחרה & ita impletum illud Prophetæ: **Denen die für dem HErrn wohnen wird ihr Kauffgut zum besten kommen/ daß sie essen und satt werden/ und wol bekleidet seyn.**

Concl. 21. Ita hîc Massa Tyri: sed non qvale sub Babylonio: de qvo Ezech. c. 26. 14. **Ich will dich Tyrum zu einem wüsten Steinhauffen machen/ und zu einen Werth/ darauff man die Fischgarn auffspannet: Du solt nimmermehr gebawet werden.** Hæc certè dicunt חרבנה החרטית והכוללת s. *desolationem Tyri absolutam & ultimatam*: at, non negante Rabbino Abr. hæc loqvuntur de casu Tyri Babylonico. Ergò tale חרבן כלל וחלטי potius datur in Babylonico, qvàm Alexandrino excidio, post qvod Tyrus eadem surrexit lætè renata. Ita ergò dum *descendit* Tyrus *in sepulcrum, DEUS dat decus & gloriam in terrâ viventium* vid. Ezech. 26. 20. **Ich will dich Tyrus hinunterstossen zu den Todten: aber eine liebliche Herrligkeit setzen im Lande der Lebendigen.** Conf. ibid. versio Lutheri, & qvoad membrum 2. inqviratur an sit consona fontibus.

ORATIO XIII.

Concl. I.



Uerunt Orationes sub titulo Massa, qvas nunc à c. 24. obsignat Oratio 13. Nexus cum superioribus haut male datur talis in personâ Prophetæ: מורה שזכרתי מחרבן צור הוא דבר מועט בערך מה שיהיה אחר כך i. e. *qvod hactenus dixi de desolatione Tyri potentissimæ, illud exiguum erit in comparatione illorum qvæ jam sum dicturus.* Ecce enim, ipse Jhovah *terram exhauriet, exinaniet, superficiem ejus pervertet, habitatores ejus dispergetvid.* v. 1. 2. 3. Habet autem Oratio hæc Catenam 15. sectiunculatum, qvæ per c. 24. 25. 26. 27. hoc fluunt ordine I. c. 24. à v. 1. ad v. 16. Clausula ejus est v. 15. de Jhovah *glorificando in ipsis ignibus & nomine* Jhovah *in Insulis Maris.* II. à v. 16. *& jubilis Sanctorum personantibus ab orâ terræ* auspicatur, & desinit in v. 20. qvi est *de casu terræ finali, ita ut non surgat amplius.* III. *est de* Jhovah *animadvertente in exercitum excelsi in excelso*, de *pudore Lunæ & erubescentiâ Solis* à v. 21. ad f c 24. IV. Proponit *hymnum de exaltando* Jhovah c. 25. à v. 1. ad 5. V. De *Convivio Catholico in monte Sionis & triumfo mortis* agit c. 25 à v. 6 ad 9. VI. De *præsentiâ DEI in Ecclesiâ, sanctis jubilêâ, hostibus autem triturandis* (qvorum Symbolum Moab) *ejuleâ* à v. 9. adusqve finem capitis. VII. Continens *Canticum de Civitate forti* c. 26 ad v. 11. VIII. Continuans idem *Canticum de veritate Judiciorum DEI tùm in impios, tùm erga pios* à v. 11. ad 16. IX. Obsignans idem *Canticum* solemni *Ecclesiæ* Litaniâ c. 26. v. 16. 17. 18. & *Resurrectionis novissimæ Justorum* fiduciâ v. 19. X. Proponit *Sanctorum cubiculum & tutissimum* inter calamitates publicas *latibulum* v. 20. & 21. XI. Cædem *Liviathan oblongi & tortuosi, ac Draconis in mari* c. 27. 1. XII. *Canticum de vineâ rubentis meri.* c. 27. à v. 2. ad 9. XIII. Finem & usum *gratiæ DEI castigantis*, qvi sc.

finis est, *purgatorium populi à peccatis* v. 9. 10. 11. XIV. Promissionem *de colligendo sensim Israele* v. 12. XV. *Clangorem magnæ buccinæ*, per qvem congregati in *Assyriâ & Ægypto exules, incurvaturi se sint* JHOVAH *eumq; adoraturi in Jerusalem* v. 13. in qvâ *magnâ buccinâ* tota hæc clauditur Oratio Prophetica.

Concl. 2. Magnam hanc Pharascham complementum adhuc habere *tempore futuro* לעתיד לבא magnus Rabbinorum consensus est. Ita post Antecessores Abrabinel הכבוגרים הכללרים f. *Summarium generale* hîc esse dicit חרבן האומות שיהיה לעתיד לבא וגאולת ישראל העתידה להיות בימות המשיח i. e. *extidium nationum futurum, & futuram in diebus Messiæ libertionem Israelis*: addit idem וגם פליאת תחיית המתים אשר יעשה הי יתברך i. e. proponi qvoqve hîc *miraculum futuræ, procurante DEO benedicto, vivificationis mortuorum*, qvi proinde in expositione Pharaschæ secundæ concedit שני אופנים f. *duos sensus literales subordinatos*, unum על קבוץ הגליות f. *de Congregatione futura Judaica*: alterum על תחיית המתים העתידה i. e. *de futurâ resurrectione mortuorum*. Urget Jonathanem, qvi æqvè explicet ער ביאת המשיח מהרה יגלה וחרבן האומות i. e. *de adventu Messiæ propediem manifestandi & desolatione gentium*: sed & laudat Christianos commentatores, qvi *hanc Prophetiam de futuro explicent*: משבח אני מפרשי הנצרים שפירשו הפרשה הזאת לעתיד לבא. Sed qvid & de Jonathane & Christianis hîc sentiendum docebit apparatus seqvens Pharascharum.

Concl. 3. Neqve fas negare, qvin, qvæ de בלועי המות לנצח f. *infinitâ & triumfali mortis abolitione memorantur* c. 25. 7. *de Vivificatione & resurrectione corporum* c. 26. 19. adumbratâ Imperativis: *Expergiscimini & cantate inhabitantes pulverem* (ut taceamus alia) complementum plenarium & ultimatum adhuc habitura sint in tempore futuro, monente idem Apostolo, & Complementum illius λόγου γεγραμμένου non ponente, nisi postqvam τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν 1. Cor. 15. 54. 55 De

55. De cœtero *materialis analyseos* generale breviarium hîc concipitur *sub tribus titulis particularibus*, qvorum *primus* admiranda DEI *Judicia*, hostibus *exaggerat* c. 24. ad v. 12. *gratiam* JEHOVAH *DEI Israelis erga Sanctos servatos celebrat* ad v. 16 *judicia illa terribilia denunciata peccatoribus confirmat* ad f. c. 24. *gloriam DEI executoris suorum Consiliorum mirificè prædicat* c. 25. adusqve v. 6. *Secundus formam beneficiorum DEI* erga Ecclesiam, & *judiciorum*, tùm resp. *invitationis gentium etiam inimicarum, ad cœleste epulum in Sione*, tùm *respectu profligationis contumacium* explicat (illud à v. 6 ad 10. hoc inde adusq; f. capitis) & *sub formâ Cantici* v. 1. nomine Ecclesiæ *beneficentiam DEI collaudat*, c. 26. adusqve v. 19. *Tertius* populum DEI, de *Consilio cœlesti*, v. 19. 20 de *judiciis* v. 21. & c. 27. 1. de *promissionibus Vineæ rubri vini custodiendæ, purgandæ, & congregandæ per buccinam validam Israelitarum Ecclesiæ* à v. 27. v. 2. adusqve f. capitis *informat*, & ita orationem *obsignat*, de qvâ ὑφοθεσία textus Prophetici conferatur specialiter J. & Tr. in notis eruditis, & qvi hîc non tacuerunt. Nos *interpretativam & literalem Prophetæ sensum* in difficilioribus investigaturi nexum & analysin talem nec rigorosè discutiemus, nec alicubi, qvæ utriqve illi inserviant, notare intermittemus. Esto ergò

PHARASCHA I.

Concl. 4. Qværitur hîc 1. An sub titulo הארץ in v. 1. notetur orbis terrarum, ita ut hîc describatur חרבן העולם s. *novissimo die futum Catholica cœli*, non *aerei* saltem: sed & *ætherei* (qvod frustra & reclamante Petro 2. Ep. c. 3. commate 10. excepit 4. sent. d. 47. Lomb.) & *terræ* non *qvoad qvalitates saltem immutatio* seu *innovatio:* sed, qvalem insinuant loca Psal. 102. 26. ad Hebr. 1 10. Jes. 51. 6. Apoc. c. 20. 11. 2. Petr. 3. 6. 7. qvoad substantiam destructio, qvod voluit Hieronymus, & ex Calvin. Oecolampadius? an excidium & calamitas terræ 10. tribuum sub Assyrio, qvod magnus Rabbinorum consensus? an vastatio Synagogæ & populi per Romanos s. τὸ πλῆρες non universi: sed Reipublicæ Judaicæ, de qvo ex Daniele c. 9 27. Salvator Matth. 24. 14. Luc. 21. 20. ita ut nexus sit inter Tyrum fidelem s. Christianam & *Vallem visionis Judaicam* novissimè per Romanos evertendam, qvod voluit in notis Lutherus?

an Oratio hæc sit *Sigillum Onerationum superiorum*, qvarum titulus fuit *Massa*, ita ut *iisdem terris & regionibus*, qvibus ibi *dedicatum particulariter*, hîc excidium *denuncietur universaliter*, qvod volunt in notis J. & Trem.? an notetur חרבן האומות s. desolatio populorum futura veniente Messiâ Judæorum qvod à v. 16. 18 demum volunt Rabbini alii, in solidum autem, etiam resp. Pharaschæ I. vult Abrabinel? Resp Neg. 2. & 5. Ratio negativæ primæ, *defectus specialis Characteris 10. tribuum in hâc Pharascha*, apparatus hujus judicii tùm in subjectis, tùm in prædicatis magnificentia, ad qvam legitimandam, in solâ calamitate 10. tribuum inducenda, nimis esset *hyperbole Rhetorica* vid. v. 3. 4. Tacemus seqvelam VÆ EPHRAIMITICI c. 28. & qvæ alia. Abrabinel disputans contra eandem hypothesin non satisfacit. Urget præprimis ex v. 13. mentionem העמים s. *populorum*, qvi pluralis titulus non competat Israeli uni populo.

Concl. 5. Fatemur, qvæstionem nobilem *an ullibi in sacris Judæi, sive propter divisa regna, sive propter tribus discretas vocentur* POPULI *plurilitèr* s. עמים? Sanè nec locus Michæ cap. 1. 2. nec Mosis Deut. 33. 19. affirmativam probat. Non *ille*, qvia dedicatio illa Prophetica & postulata audientia poterat esse *universalis*, æqvè ut Jesa. 1. 2. sed & auscultans ארץ in v. 2. contradistingvitur illis במתי ארץ v. 3. super qvos tunc *incessus* irati DEI. Non *hic*, qvia ad Zionem per Sebulonem non saltem erant vocandi Israelitæ reliqvi: sed & Gentiles exteri ad Messiam convertendi. Verum Abrabinel comm. in locum *Michæ* post *Kimchium*: לפי שהיו עמים מתחלפים ישראל ויהודה וגם כל שבט ושבט הוכיח בפני עצמו כשאמר עליהם עמים הר יקראו לכן המאמר נגדם שמעו עמים כלם i. e *qvoniam Israel & Juda distincti sunt populi, & præterea unaqvæqve tribus instar unius populi habuit, idcircò vocantur* POPULI. Concedit ergò *unum Israelem*, & *ipsas adeò 10. tribus* posse dici POPULOS. Urget 2. ex v. 15. *Insulas maris*. Cæterum non necesse est illas *Insulas* esse partes הארץ s. *illius terræ*, de qvâ agitur hîc in Pharaschâ I. Oratio in v. 15. formam habet *imperativi jubilei* qvæ nec terræ Israelis hîc intelligendæ, nec Hieronymi hypothesi obstat.

Urget

Urget 3. eò referendam Orationem in Pharaſch. I. qvò in Pharaſchis ſeqventibus. Subſumit: Non ad גלות כל שבטים ſ. *captivitatem 10. tribuum*: ſed לעתיד לבא ſ. *ad futuram Iſraelis liberationem & nationum aliarum* everſionem &c. E. In qvo argumento majoris conſeqventia nulla, hypotheſis falſa. Ratio negativæ 2. paritèr eſt *hypotheſis* illa de *revelando demum Meſſ a, eodemq; debellatore gentium Chriſtianarum inprimis & inſtauratore novæ Judæorum in veteri terra Monarchiæ ſplendidiſſimæ*, falſa, qvæ & alibi excuſſa eſt, & notabitur infra.

Concl. 6. De cætero in hâc Pharaſchâ, nec *Judicium terræ Judæorum per Romanos* excludimus (omninò enim in ætiologiâ criminali *vindicante juſtitiam DEI*, v. 5. ſed & in *modo proponendi formali* v. 7. 8. 9. ad *veteres illius terræ excellentias* reſpectus) nec *excluſivè* intelligimus. Poſt titulos particulares judiciorū nationalium omninò illâ mutatione propoſitionis, ipſo Charactere הנה, ipſis ſubjectis indeterminatis, & generalioribus e. c. תבל, item ארץ: ſed & יושבי ארץ, item מרום עם הארץ v. 4. 6. ipsâ prædicatorum rigorosâ propoſitione e. c. v. 3. הבוק תבוק item הבוז תבוז amplius aliqvid uno particulari Maſſa inſinuatur, ſive ut hic ſtatuatur Orationum ſuperiorum Sigillum hoc ſenſu: Qvod hactenus intimavi Maſſa *Babyloni, Aſſyriæ, Philiſtinæ* c. 13. 14. *Moabitis* c. 15. 16. *Damaſco* ipſiq; *Syriæ* c. 17. *Æthiopiæ & Ægypto* c. 18 19 20. *Deſerto maris* c. 21. ad v. 11. *Dumæ* v. 12. 13. *Arabiæ* v. 14 15. 16. *Valli viſionis* ſ. *Judææ* inprimis *Hieroſolymitanæ* c. 22. *Tyro* c. 23. de illius ne qvis complemento dubitet, ECCE JHOVAH בקק ובלק ſ. *exhauſturus & exinaniturus eſt terram* illam v. 1. ſic v. 3. *Omninò exhauriendo exhaurietur terra & diripiendo diripietur, qvia* JHOVAH *elotutus eſt ſermonem hunc*, ſive ut ſtatuatur generalius argumentum hoc ſenſu: *Non amplius intimabo uni genti, metropoli, terræ, Maſſæ* Ecce video & illarum & majoris qvoqve orbis terrarum partis futuram deſolationem adusqve v. 15 imò totius orbis terrarum ſ. mundi creati futuram terribilem conſumationem, qvam *Cataractæ cœli apertæ, concuſſa fundamenta terræ* v. 18 incomparabilis ille terræ, qvoad ſubſtantiam cum fragore deſtruendæ motus, ipsâ verborum congerie deſigna-

tus ut *maximus* & *novissimus* v. 19. 20. *Visitatio Exercitus excelsi in excelso, omniumq; Regum terræ cum terra* v. 21. *Pudor Lunæ & erubescentia Solis præ gloria regni* JHOVAH *cum suis Senioribus* v. 23. *Triumfus mortis novissimus* c. 25. 8. *Resurrectio justorum in die novissimo* c. 26. 19. & plura alia insinuant ac vehementer confirmant, ut opus tamen haut sit, qvæ 25. 26. 27. capp. dicuntur, qvoad omne complementum præcisè ad novissimi diei apparatum referre. Tempus Messiæ *unus dies* est ס׳ יום חד למשיח ס׳ *dies triumfi Messiæ* idemq; ס׳ יום יהוה הגדול והנורא ס׳ *dies* DOMINI *magnus* & reverendus (ἡμέρα μεγάλη καὶ ἐπιφανὴς) Psal. 110. 3. Malach. 4. 6 unde diverso respectu idem ad hujus diei *Auroram, crepusculum, meridiem, vesperam* referre licebit, eo modo qvo Scriptura in his ipsis exemplis præivit.

Concl. 7. Breviarium Pharaschæ primæ damus tale: *Terra ab incolis profanata cum illis ob infiniti fœderis violationem ab imo* JHOVAH, non saltem, omnibus excellentiis & lætitiæ instrumentis est exuenda: sed & *ultimo vastitatis supplicio afficienda & desolanda. Propositio concreta* est in *prima pentade commatum.* Constant sc. illa 1. generali & qvoad status personarum æqvali desolationis intimatione *v. 1 2. 3. membr. 1. & v. 4.* Constat 2. ejusdem judicii autoritativâ legitimatione v. 3. m. 2. יהוה דבר את הדבר הזה. 3. Inductivi criminalis ipsiusq; profanationis triplicatione v. 5. Succedit *confirmatio* à v. 6. nexu culpæ & pœnæ, qvem signat illud עי כן, evidenti. Confirmat illud judicium 1. generali maledictionis & reatus absumentis comminatione v. 6. 2. Signorum desolati status inductione ad v. 13. 3 Reliqviarum exiguarum numero comparatione, qvarum sc. & memoratur exiguus numerus ad instar *racemorum post vindemiam* v. 13. & potentissimus sonorusq; maximè jubilus v. 14. Seqvitur deniqve *Conclusio* de JHOVAH DEO ISRAELIS ejusdemq; NOMINE *glorificando* & באיי הים & באורים.

Concl. 8. Qværitur 2. qvæ ratio בקק in v. 1.? Resp. Est לשון רקות seu *Evacuationis* vocabulum, cujus objectum hîc ponuntur & σῶμα v. 2. ad 6. & χρήματα & κτήματα à v. 6. ad 11. Est autem

autem & in Kal vid. Jer. 19. 7. Nachum 2. 2 3 & h. l. & in Pihel sine novæ transitivæ accessione, vid. Jerem. 51. 2. semper æqvè transitivum, notans sc. non *vacuum*, vel *evacuatum* (qvod in Niphal obtinet vid. Jes. 19. 3. & bis h. l. v. 3.) sed *ipsum evacuantem* s. *evacuationis* illius pœnalis Autorem qvi hoc loco JHOVAH. Magni inde dubii occasio circa locum Hos. 10. 1. גֶּפֶן בּוֹקֵק יִשְׂרָאֵל פִּרְיוֹ יְשַׁוֶּה־לּוֹ. Si enim reddas primum territorium: vel: *Vitis vacua est Israel*, vel: *Vitis evacuans est Israel*, obstat utrobiqve ratio generis fœm. in גפן & ibi qvoqve hypothesis transitivi. Si cum Scindler. & L. de Dieu *Vitem evacuat Israel*, vis fit accentuationi: ponendus sc. fuisset Pasta in voce 1 Munach in 2. Si cum Cl. Cocceio: *Vitem* (DEUS ex v. ult. c. præced.) *pastinat Israelem*, vis infertur & positui formali & accentuationi. Præstat בוקק pro nomine habere, ut sit interpretatio: *Israel est vitis evacutionis* (qvam sc. post evacuationes criminales DEUS evacuavit pœnaliter) Legitimatur nunc jus DEI judicis evacuantis, nullosq; amplius fructus dantis. Qvid enim? *an* (DEUS) *illi* (Israeli indurato) *fructum poneret?* (Neqvaqvam, qvia *multiplicationi fructus non nisi ingenti ingratitudine & idololatriæ multiplicatione respondet*) *secundùm multiplicationem fructus sui multiplicat altaria: secundum bonum terræ suæ perficiunt* (benefaciunt) *statuas* (notetur oppositio divini beneficii & Israelis maleficii s. רֹב פִּרְיוֹ & הרבה למזבחות, item טוב ארצו, & הטיבו מצבות) Seqvitur in v. 2. חלק לבם qvis? an DEUS? eo modo, qvo id vovet David Psal. 55. 10. Sed h. l. opus haut est. Maneat antithesis superior facti Israelis & facti DEI judicis: illud in m. 1. *Cor Israelis* s. *ipse Israel divisit se* (à verò DEO se separavit, unde ille reatus) *nunc rei erunt*: hoc in m. 2. *DEUS decollabit altaria illorum* (qvæ in v. 1. opponebantur *multo Vitis fructui*) *& devastavit statuas illorum* (qvæ in v. 1. opponuntur *bono terræ*) Porrò qvod in v. 2. dicebatur עתה יאשמו *nunc rei erunt*, in v. 3. explicatur. Qvare illud qvod עתה יאשמו? qvia sc. עתה יאמרו *nunc sunt peccatores planè blasphemi*, & Confessores αὐτοκατάκριτοι: *Apertè eloqvuntur se ne ipsum qvidem* JHOVAH *timere, multò minus leges & Reges*. vid porrò v. 4. & seqq.

Concl.

Concl. 9. Qvær. 3. qvæ ratio בלק? Resp. præter h. l. non nisi Nachum 2. 10. reperitur. Notat *aperturam terræ, ut evomat incolas*, s. aperturam ἐρημώσεως, qvando *aperitur hostibus ut ingrediantur, veteribus colonis, ut egrediantur.* Qvær. 4. qvænam פנים terræ? Resp. non excluduntur Personæ Optimatum, Procerum, Divitum העשירים והנכבדים, qvos attonitos reddit illud evacuationis Consilium. Qvær 5. *An illa plenaria adæqvatio statuum in v. 2 sit criminalis an pœnalis?* Resp. Aff. 2. probatur ex seqvelâ. Errat e. qvi ita resolvit. Nulla planè erit reverentia. Auditores æqvabunt se Sacerdotibus. Hi luxu, fastu, avaritiâ æqvabunt se populo &c. Rectè noster Luthetus: Es gehet dem Priester wie dem Volck: dem Herren wie dem Knecht. Hebræi ita: יהיו שוים הנכבד והפחות ולא יהיה שום יתרון לאדם על אדם. Unde illa æqvatio? Vide Vers. 3. Notetur: in membro 1. personæ conditionis dignioris postponuntur: in m. 2. anteponuntur, & sic ipso qvoqve positu discreti conditione status æqvantur. Qvær. 6 An in כהן *significatio* h. l *politici Præsidis, an Sacerdotis?* Resp. etsi hoc Vulgatum, illi tamen Tremelliano præferendum. Omninò antitheton Doctorale *Sacerdotis & populi* familiare in sacris. vid. Hos. 4. 4. 5. 6. Qvær. 7. An rectè Tremell. v. 5. *Etiam hæc ipsa terra contaminata est sub inhabitatoribus suis:* ita ut hîc angustior suppositio terræ qvàm versibus anteced. sc. pro *solâ terrâ Judæorum?* Resp. reqvireretur in והארץ accentus territorialis major Rege Tiphcha. Sic v 6. eadem ארץ in m. 1. qvæ in 2. Probatur ex על כן geminato & Rviato. At in m. 2. non sola terra Israelis. E. nec in m. 1. Qvær. 8. An illæ 1. תורות 2. חק 3. ברית עולם pertineant *ad solos Judæos* ita ut illi soli notentur subjectivè in 1. עברו. 2. חלפו. 3. הפרו? Resp Concedimus notari *principaliter:* negamus exclusivè. Relationem ampliorem docet contextus. Per תורות *Leges naturales & politicas ad publica & privata hominum officia pertinentes:* per חק *decretales divinas positas in ceremoniis & externo DEI cultu,* per ברית עולם *fœdus sacramentale & Legale*, s. cum *Abrahamo initum circumcisione* Gen. 17. & *confirmatum traditione Legis* intelligit

Junius;

Junius: Abrabinel כבת העונש כללי f. *Causam supplicij consumati* hic ponit שלשה כפורים נתחייבו f. *triplicatum reatum* 1. qvod nulla ex illis gentibus servaverit *Leges* i. e. ענין המשפט והישר f. *jus & justitiam*, 2 qvod mutaverint חק i. e. מצורת כראוי f. *7 præcepta Noachidarum, qvæ obligant omnes.* 3. *Violarunt* ברית עולם f. *fœdus infinitum*, qvod sc. *fuerit notitia Creatoris* ex Libro naturæ. Ita Rabb. qvod posterius convenit cum Apostolo ponente fines & effectus impressi naturalis s. Libri naturæ ex intentione DEI & facultate intrinsecâ Legis 1. Glorificationem Creatoris. 2. Ulteriorem inqvisitionem revelatæ veritatis. 3. Inexcusabilitatem vid. Roman. 1. 20. 21. 25. Act. 17. 27.

Concl. 10. Notamus hic Elenchum partim *Legalem* & in תורות f. Legibus divinis positivis, de qvâ voce plurali conf. Gen. 26. 5. Exod. 18 20. Lev. 26 46. & in חק s. ipso impresso naturali & morali cordis, qvomodo etiam Gentes, *dum transgrediuntur legem, ostendunt opus legis scriptum in cordibus, una testimonium reddente ipsorum conscientia* Rom. 2. 15. partim *Evangelicum*, qvatenus & Gentes & Judæi (qvantum in se est) irritum reddunt fœdus seculi, *fœdus Evangelicum*, qvod est: *per gratiam Domini nostri Jesu Christi salvandos & Judæos & Gentiles credentes.* Ita ergò non de *particulari aliqvo fœdere* e. c. *sacramentali* circumcisionis, Baptismali, Eucharistico (qvomodo, cum hactenus obtinuisset Ἀφήκη Calicis Paschalis, Salvator שמרים ברית f. *nocte observationum* JHOVAH vid. Exod. 12. 42 novam Ἀφήκην Calicis Eucharistici instituit, & qvidem in proprio Sangvine, pro nobis effuso vid. Luc. c. 22. 20) sed *de universali fœdere Evangelico*, hîc, ubi nulla limitatio, intelligimus.

Concl. 11. Qvær. 9. *Qvæ ratio v. 6 7. 8 9?* Resp. Summarium illorum est, *excellentiarum & delitiarum terræ sublatio:* תענוגי בני אדם יבולו מקרב הארץ. Antea sc. *Vitis, & fructus vitis*, exhilaravit incolarum corda: plausus materiem dederunt *tympana, citharæ:* inter hæc instrumenta *haustum vinum generosius* ad excessus usqve, qvos in labruscis non tacuit Propheta c 5. Nunc *& illa*

sublata & ipsa illorum recordatio, *amaritudo amarissima.* Qvær 10. *Qvis nexus v. 10. 11. 12.?* Resp. *à delitiis agrorum & vinearum ad urbium excellentias & harum desolationem* transit Propheta. *Non saltem in vineis, in agris, in villis: sed & in urbibus* התבטלו תענוגים כולם s. *cessabunt omnes illæ delitiæ*, imò nil residuum erit in urbe præter שמה s. desolationem. Qvær. 11. *Qvis nexus v. 13. 14?* Resp. Ostenditur in illâ calamitate terræ & populorum, *privilegium reliqviarum*, qvæ *Olivis* post *excussam Oleam & racemis* post *vindemiam* comparantur, & qvibus illa jubiléa ὑμνολογία & exultatio propter excellentiam JHOVAH tribuitur v. 14. Qvær. 12 An illud צהלו מים reddendum ita, ut sit מ יתרון s. *Mem* excellentiæ: *frement præ mari* יותר מהמית ים i. e. magis qvàm mare? an ita ut sit מ מקומי s. Topicè: *à Mari, ab Occidente?* Resp. Aff. post. ex usu radicis צהר. Notatur adeò, idem qvod alibi Salvator prædixit: *venturos non saltem ab Oriente: sed & ἀπὸ δυσμῶν, qvi cum Patriarchis in regno cœlorum sint convivaturi.* Jonathan hîc respectum inculcat *ad epinicion Israelis ad Mare rubrum*, qvod non rejicimus.

Concl. 12. In Conclusione primæ Sectionis datur qvæstio 13. Qvid sit *Glorificare DEUM Israelis* באורים? Resp. Chaldæus expressit: במיתי נהורא לצדיקיא i. e. *Ubi advenerit splendor justorum.* Trem. *in ipsis ignibus* (tribulationibus) Abrabinel במשאות של אש s. *in columnis ignis* (qvomodo עשן תימרות s *columnæ fumi* memorantur Cant. c. 3. 6. Joel 3. 3.) per qvos sc. nocturno tempore latissimè propagantur sive bona, sive mala nova, ut ita notetur: per *tales ignes* qvoqve *intimandam latissimè excellentiam* JHOVAH s. *redemtionem Israelis:* qvomodo testis *Massechet h Rosch haschan*: novilunia talibus incendiis toti Israeli celerrime intimata בראשנה היו משיאין משיאורת להודיע לכל ישראל קביעורת ראש חדש. At Vulg. qvem in glos. primâ noster Lutherus sequitur: In Doctrinis laudate Dominum: notaretur sc *Doctrina Evangelica*, propter qvam revelatam *gentes* credunt, & ἔθνη ἕλληνες *laudant DEUM* vid ad Rom. 15. 9. Addit tamen noster Lutherus: *Qvod vertit*

(sc. Vulg.

(sc. Vulg. Interp.) in doctrinis, *tu verte:* in Vallibus. Et ita Luth. So preiſet nu den HErrn in Gründen: Ita Verſio Vatabl. *In Vallibus gloriſicate Jehovam.* Batavi: Jn de Valleyen Si in עמק כן eſſet accentus Major Rege Tiphcha, vinceret poſterior, & *illæ Valles* in m. 1. Topicè correſponderent *Inſulis maris* in m. 2. Nunc vincit *prior*, neqve poſitus אריס eſt Topicus: ſed ad ſuperiores *flammas judiciales* reſpectivus. In illis *flammis iræ divinæ* conflagrant impii vid. v. 6. triumfant & exultant Sancti. Neqve adeò illæ flammæ ſunt obſtaculum laudis.

PHARASCHA II.

Concl. 13. Qværitur 14. De illis זמירות ſ. *Pſalmis auditis* מכנף הארץ ſ. *ab extremitate terræ?* Reſp 1. Licet intelligere *de Jubilis Converſionis gentium Evangelicis* tempore Meſſiæ triumfantis: neqve obſtat ſubordinatio jubilorum diei noviſſimi, ita ut ex hypotheſi *Hieronymi* intelligas de *jubilis Sanctorum in glorioſo matutino reſurrectionis*, vel *celevſmate & buccinâ ipſorum Angelorum*, ita ut מכנף הארץ idem h. l. ſit qvod de eodem argumento *electorum per Angelos buccinatores congregandorum* enunciat Salvator Matt. 24. 31. ἐκ τ πσάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρων ὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν: velut id qvod additur ואמר רזי לי רזי לי ex v. præced. ibid. explicare licebat sc. πότε κόψονται πάσαι αἱ φυλαὶ τ γῆς. Ad prius reſpexiſſe Jonathanem, veriſimile: מבית מקדשא רמתמן עתיד למפק חדוא לכל יתבי ארעא תושבחא שמענא לצדיקיא i. e. *de domo ſanctuarij* (explicat Raſchi, *qvæ eſt ab extremitate terræ Iſraelis orientali*) *unde futurum eſt ut egrediatur gaudium omnibus habitatoribus terræ, celebrationem audivimus juſtorum.*

Concl. 14. Ad poſterius reſpexiſſe videri poterat Abrabinel, juxta qvem in אופן שני Oratio illa v. 16. eſt *populorum confluentium ob miraculum reſurrectionis*, ſeu עמי תחיית המתים & talis nexus v. 14. 15 cum 16. Unde *qvod populi perſonabunt à mari? qvia* sc. *audient ubiqve reſuſcitari mortuos de pulvere terræ:* qvod poſterius in perſonâ populorum enunciet Propheta

hoc modo: מסתר הארץ ומתחת הקרקע מאותם המתים שקמו בתחיית זמירות שמענו i. e. *Ex arcano terræ, ex inferioribus soli, ex ipsis tumulis, ab illis ipsis mortuis resuscitatis*, audivimus Psalmos. Expositio vocis כנף non adeò obstaret, qvàm hypothesis *resurrectionis Judaicæ*.

Concl. 15. Statuit sc. 1. בזמן קבוץ גליות בכל מחוז ומחוז מארצות האדמה יקמו ישראל s. *Tempore futuri Messiæ Congregatoris* Διαστορᾶς *Judæorum Oecumenici; Israelitas mortuos ubiq; terrarum resuscitandos*, & hanc esse illam *expergefactionem multorum dormientium in pulvere terræ* Dan 12. 2. Ubi tamen *privilegium mortuorum in terrâ Israelis* defendit præter Eliam Raschi, sc. illos immunes ab illâ גלגול מחלות s. Volutatione per cavernas terrestres, cum contra אין מתי חוצה לארץ חיין אלא בצער גלגול מחלות i. e. Mortui extra terram Israelis non sint redivivi futuri, nisi per dolorosam illam corporum, adusqve terram Canaann in cavernâ terræ volutationē, (qvam unam causam voti Jacobæi sepulcralis ponit Raschi ad Gen 47. 29) & cum congregatis in veteri terrâ Israelis sub Messiâ ejusq; Successoribus Filiis splendidè conversaturi. Unde 2. גם הרשעים הפשעים יקמו בתחיית אלא לא יתענגו בשכר התחיית i. e. *Etiam qvosdam impios & damnatos resuscitatum iri: sed non fruituros delitiis & mercede beatæ resurrectionis.* 3. המתים אחרי שיקיצו לחיי עולם מודים ומספרים הם שיש צבי לצדיק בעולם הנשמות i. e. Sanctos resuscitatos publicè confessuros: *Justos Israelis post hanc vitam in seculo animarum percipere fructus gloriæ & religionis veræ.* 4. הרשעים אחרי שיחיו ויכפרו גדולת הי ואמתתו יהיו נדנים בענש נמרץ לדור דורים וכן יקיצו לחרפות לדראון עולם i. e. *Impios illos resuscitatos, confessuros publicè justitiam DEI punientis suam suorumq; Majorum idololatriam, propter qvam etiam nunc* נדנים בעונשים נמרצים בעולם הנשמות s. *puniantur pœnis dolorosissimis in seculo animarum, & ubi jam facis de Veritate DEI judicis testati*

sint

sint, in perpetuum iisdem pœnis obnoxios iterum futuros, & æternam ignominiam experturos. 5. מפני תחיית המתים תוסר עבודת אלהים אחרים מבני אדם i. e. *præresurrectione mortuorum auferetur omnis idololatria è mundo.* Sc. ex illâ *resurgentium* tùm *Sanctorum* tùm *impiorum publicâ protestatione de statu post hanc vitam, populos detestaturos religionem veterem, propter quam nunc majores sui patiantur in Inferno, conquesturos de Pseudoprophetis seductoribus, & ad religionem Judæorum* properaturos. 6. בזמנא יתבטלי מלכיותא המלכים והשרים בכדא הארץ i. e. *Tempore illius resurrectionis* שלא תהיה ברוך טבע מפארת הסדור חשמימי f. *quæ non fiet modo naturali, per dispositionem cœlestem, Reges ac Principes terrarum orbis cum regnis & principatibus suis abrogabuntur.* Ita Rabbinus.

Concl. 16. Unde manifestum, sententiam Judæorum in thesi erroneâ non eandem esse cum errore *Millenariorum* tùm *Cerinthianorum* tùm *Catholicorum* ex cap. 20. Apocalyps. & Isaiæ 65. 18 *mille annorum delicatum terrenum, & in aureâ gemmeâq; Jerusalem regnum solorum sanctorum cum Domino, ante consumatum judicium comminiscentium.* Erronea tamen & Judæorum & Chiliastarum opinio. *Resurrectio* non *justorum* saltem: sed & *impiorum*, una cum *supremo judicio* alligatur ad *diem novissimum* s. absolutè *ultimum* vid. Joh. 6. 39. 40. c. 11. 24. c. 12. 48. neque locus Danielis c. 12. 2. probat *particularem* & primam quorundam mortuorum: sed *universalem omnium in statu mortis* hactenus *positorum* resuscitationem, quod ostenditur accuratâ &, quam *accentuatio* signat, propositionis illius רבים מישני אדמת עפר יקיצו resolutione: ut ita *duplex talis resurrectio post hanc vitam*, sive utraque solorum justorum Israelis, uti vult AbenEsra ad Dan. 12. 2. sive una & justorum Israelis & impiorum particularis: altera eorundem magis universalis, (Talmudistis alias non nisi *justorum resurrectionem* alibi propugnantibus, quod eo modo, quo ἀνάστασις τῶν δικαίων memoratur Luc. 14. 14. facilè concedimus, cum illi ipsi alibi *Sodomitis, Persis, Romanis* post resurrectionem *comparitionem* tribuant *coram tribunali*, & resurrectionem futuram pœnalem corpori & animæ

qvod Israelitas impios defendat Bechai, atqve ita non exuisse videantur *fidem Pauli*, qvæ erat ἀνάστασιν futuram δικαίων τε καὶ ἀδίκων Act. 24. 14. 15.) commentum sit Rabbinicum, æqvè prout illud magnificum convivium, qvod tamen sapientioribus ipsorum Judæorum non est nisi ἀλληγορούμενον vel μυστικὸν.

Concl. 17. Qvær. 15. *An valeat resolutio Raschi* שמענו מאחורי הפרגוד *audivimus post velamentum* i. e. *clanculum, fore aliqvando ut Cantica offerantur ab extremitate terræ?* Resp. Audientia illa pro objecto habet ipsos Psalmos, qvos proinde audivit Propheta stans in secreto Domini. Qværitur 16. An illæ voces צבי לצדיק sint argumentum Psalmi? Resp. æqvè uti in altero dicto illud: רזי לי רזי לי. Summa ergò Psalmorum illorum fuerit: *Excellentia justi* s. *decor justi*. Qvær. 17. Qvis ille הצדיק an Messias an Israel sanctus? Resp. Aff. prius, & materialiter, qvatenus hi sunt κεχαριτωμένοι ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, posteri⁹. Qv. 18. An probanda discretio temporis, ita ut reddatur: *Olim qvidem audiveramus Psalmos ab ora terræ:* ואמר i. e. *nunc autem dico?* Resp Neg. Reqvirebatur in ואמר accentus Regius territorialis. Qvær. 19. Qvæ ratio illius רזי לי רזי לי? Resp. 1. qvoad positum formalem *parentheticus*, qvoad materialem *magis patheticus*, & *doloris*: qvàm *majestaticus* & *arcani* alicujus ac *reservati cœlestis* expressivus. Vulgatus & editio in opere Vatabl. *Secretum meum mihi, Secretum meum mihi*, magnis nituntur autoritatib⁹, etiam *Aramæarum lingvarum*, in qvibus רז vel רזא *mysterium, arcanum*, velut in illo Pauli 1. Tim 3. 16. שרירא רבא רזא דכינותא i. e. ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ εὐσεβείας μυστήριον. Ita hoc loco Chaldæus & de *arcano* & de *duplici arcano* explicat illud duplicatum רזי לי uno sc. רז אגר לצדיקיא i. e. *Secreto brabeij cœlestis* s. *præmij justorum*, altero רז פורענותא רשיעיא s. *Secreto vindictæ impiorum*. Ita Raschi de רז פורענות s. *arcano ulticnis hostium*, & רז ישועתא s. *arcano salutis*. Ita Abrabinel in אופן ראשון παραφραζει: *Audivimus qvidem ab extremitate terræ Psalmos, qvod sc. sit Israeli justo aliqvando futurum* צבי: *cæterum,*

terum, qvando illud futurum, non possum exprimere, qvia מוער הגאולה סתום ſ. *tempus illius liberationis mihi est absconditum*. Cœterum *usus Biblicus* fuerit pro Tremellio reddente: *Macies est mihi, Macies est mihi.* Ita & alii Interpp. qvomodo & Lud. de Dieu *arumnâ* reddidit, & أرمنة Arabibus qvoqve *ærumnam* notavit.

Sensus pulchrè: *Propheta qvidem audit Psalmos justorum*: sed conqveritur de *paucitate*, sive jam hîc sit *respectus ad nationem Judæorum*: sive *universaliter ad paucitatem electorum*. Formale autem dictum Prophetæ est *ejuleus*: אוי לי (Fundamentum est *paucitas, tenuitas illa* justorum in m. 1. & *multitudo perfidorum* in m. 2.) uti formale dictum Psalmorum est jubileus ille צבי לצדיק.

Concl 18. *Perfidia* illa *perfidorum* in v. 16 causa ponitur *Paveris, foveæ, laqvei* in v. 17. qvæ per elegantem lingvæ resonantiam ponuntur 1. פחד, 2. פחת, 3. פח. In qvibus sive respectum ad 3. Imperia *Babylonicum, Persicum, Græcum*: sive ad pœnas trium seculorum, præsentis sc. qvod sit עולם הפחד ſ. *seculum paveris*: futuri medii, seu qvod sit עולם הפחת ſ. *seculum foveæ* & in qvo עינש גיהנם ſ. *pœna ignis infernalis animæ separatæ*, & *futuri novissimi* in die judicii, ubi anima *ascendens è fovea* & redunita corpori educendo e sepulcro *incidet in laqveum* ſ. supplicium infernale consumatum, ponunt qvidam Rabbini, sententiâ, si benè explicetur & applicetur, haut improbandâ. Omninò enim resuscitatio, qvoad corpora infidelium est medium evocandi ea ad judicium, in qvo publicè convicti condemnentur ad extremum supplicium Apoc. 6. 14. 14. Matt. 25. 41. 2. Thess. 1. 6. 7. Porrò qvæ de apertis *cataractis cœli* & *commotis fundamentis terræ* memorantur v. 18. unde illa *omnimoda terræ confractio, disruptio, nutatio* v. 19. *commotio velut ebrij, & ingravatio velut tegilli, imò* præ ingravescentiâ apostasiæ *casus ille pœnalis & novissimus* ſ. *ut non surgat amplius* v. 20. singulariter explicat Abrabinel: *apertumm cataractarum altitudinis* esse להוריד הנשמות מחסרון העליון ſ. *ad deducendum animas ex ubi illorum or-*

rum ordinario supernate: & operosum illum *motum terræ* v. 18 19. esse propter *eductionem corporum, ut reddat cineres singulorum & ita fiat reunitio.* Solent aliàs negare Rabbini *eorundem numero corporum resuscitationem* (uti ipsi qvoqve Eliæ *corpus transsubstantiatum* nunc tribuunt) *Rambam* etiam *in seculo futuro humani corporis naturam* excludit: *solas animas justorum* ponit. At Rabbinus allegatus *resurrectionem corporum eorundem æqvè* in *infidelibus*, qvàm *fidelibus* concedit.

PHARASCHA III

Concl. 19. Qvær 20. Qvinam ille צבא המרום ſ. *exercitus altitudinis*, visitandus במרום ſ *in excelso?* Resp. *Reges & subditos, summos & infimos* hîc ponit nota Jun. & Trem. Sed cum *Reges* dandi demum in m. 2. aut *infimi* seu *subditi* hîc dandi in m 1. aut nihil hîc de infimis, & Reges æqvè in m. 1. velut in 2. qvæ omnia absurda. Lutherus per *militiam cœli* intelligit *Sacerdotium*, per *Reges terræ* verò *politiam Synagogæ Judaicæ*, illosq; titulos hîc interpretatur velut *titulos superbiæ*. Sed illud nimis ἀπηγορεύμενον: nec probatur *exercitus altitudinis* titulus esse *imaginarius & superbiæ*: qvin si *altitudinis* vocabulum hîc *Character* est *superbiæ*, omninò *terræ* titulus erit *Character humilitatis*: qvia *Reges terræ* & *exercitus altitudinis* opponuntur: sed & *Reges terræ* de solâ *politiâ Judæorum* non convenit. Batavis: *Exercitus excelsi* sunt *Reges terræ*. Cœterum sic tollitur *Oppositio* sive *Disparatio*, qvæ est inter צבא המרום & מלכי האדמה, item inter במרום & inter על האדמה. Nec illud במרום in m. 1. referendum ad *Visitationis objectum*: sed ad *actum*. Verè ergò est במרום & *visitatur* verè במרום ille צבא המרום; ita in m. 2. illud על האדמה *ad actum* pertinet. Scilicet

יפקד יהוה { במרום / על האדמה } צבא המרום / מלכי האדמה

Concl. 20. *Nationem Israelis* propter *excellentias illas* qvas Rom. 9. 3. 4. non tacet Apostolus, *sublimem præ aliis terræ gentibus* intelligit

intelligit *Vatablus:* cœterum obstat oppositio האדמה. *Visitatio* illa *nationis Israeliticæ* non accurate dicitur futura במרום in respectu illius qvæ fit על האדמה. De *desituro influxu Stellarum & Angelorum nationalium* (si hypothesin tollas) propius ad rem intelligunt *Abrab.* & *Abenesra.* De *Stellis* malimus, eo modo qvo Petrus 2. Ep. 3. 10. οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται. Verùm obstat: *Objectum Visitationis pœnalis mediante particula* על *semper esse sive subjectum reatus, & in statu criminali*, sive instrumentum & inductivum talis status. Præferimus ergò, qvi de *judicio Angelorum* τῶν κοσμοκρατόρων τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου *novissimo*, eo modo qvo Petrus 2. Ep. c. 2. v. 4. Jud. c. un. v. 6. explicant. Neqve obstat *alti judicij* & *alti exercitus* mentio. Nihil familiarius post *judicium primi lapsus*, qvàm repræsentari illos κοσμοκράτορας, ut insinuantes se *cœlestibus choris*, & comparentes coram throno vid. 1. Reg. 22. 20. imò post *peractum judicium contriti capitis*, & illum *Casum Satanæ* ὡς ἀστραπὴ cœlo per triumfos Apostolorum Evangelicos excidentis Luc. 10. 18. Apoc. 12. 10. novum qvasi *caput acqvirit* apud illos ὧν οὐ γέγραπται τὸ ὄνομα ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου τοῦ ἐσφαγμένου: immiscet se per πνευματικὰ τῆς πονηρίας & ignitas μεθοδείας, τοῖς ἐπουρανίοις & non desinit bellum gerere cum sanctis vid. Ephes. 6. 12. Apoc. 13. 7. Accedit qvod in novissimo illo judicio plenissimè apparebit ille δειγματικὸς & παῤῥησιαστικὸς θριαμβὸς *exutorum & ostentatorum in triumfo principatuum & potestatum*, de qvo videndus Apostolus Coloss. 2. 15. Intimatur adeò novissimum supplicium Principatibus illis, eorumq; organis s. Regibus terræ conspirantibus adversus JHOVAH & Christum ejus.

Concl. 21. Qvær. 21. Qvalis illa congregatio in v. 22. an *salutaris* & *jubiléa*, an *miserabilis*, *pœnalis*, & *ejuléa?* Resp. Aff. poster. contra Abrabinelem, qvi hîc statuit agi *de futurâ liberatione suæ nationis ex præsenti foveâ captivitatis*, ita resolvens: אסיר על בור s. qvi *antea erant ligati in statu foveæ* & in claustro servitutis inclusi אספו אספה i. e. *congregabuntur congregatione*, & *liberabuntur inde*

 tempore

tempore futuri Messiæ. Contra nec אסיר copulandum cum על בור, ita ut illud אסיר על בור faciat subjectum (qvia obstat *Pasta* in אסיר qvi ponendus fuisset in אספה) nec על בור & מסגר s. fovea & claustrum hic dicit *congregationis terminum à qvo:* sed *ad qvem.* Illi sc. *exercitus* & *Reges terræ* vid. v. præc non *ex foveá* eductivè, non ex claustro *congregantur:* sed *ad foveam*, s ut inducantur in ipsam foveam: & ita ponantur in statu *foveæ* & *claustri infernalis.* Qvær. 22. Qvalis illa פקידה in m. 2 v. 22. an sc. פקידה לתשועה s. visitatio gratiosa ad salutem? an לחרפה s. *pœnalis, justitiæ, ad ignominiam?* Resp. Aff. poster. planè prout Ezech. 38. 8. contra Abrabinelem, qvi ita resolvit: *Loco dierum multorum*, qvos sc exigent Judæi in captivitate sub Romanis, *iterum gratiosè visitabuntur.* Obstat evidenter contextus: sed & positus talis passivus, vid. 1. Sam. 20. 18. 25. Jerem. 23. 4 Num. 31. 49. 1. Sam. 25. 7. 21. cui non tàm competit, si reddas: *post multos dies visitabuntur*, qvàm: *præ multitudine dierum desiderabuntur.* Non *exibunt illis claustris, donec persolverint novissimum qvadrantem:* non poterunt amplius nocere Sanctis, licet fremant in illis claustris pœnalibus æternùm exules regni cœlorum: ut nullum hinc Origenistis *perpetuum Dæmonibus & impiis damnatis ignem inferni* negantibus, & hos ipsos vel tandem salvandos asserentibus, patrocinium, multò minus autem Libro cui titulus אבקת רכל s. Pulveris Aromatarii, qvi exinde probat suum אות החמשי s. *signum qvintum* obscurationem sc. Solis per 30. dies.

Concl. 22. Qvær. 23. Qvæ ratio *pudoris Lunæ* & *erubescentiæ Solis* in v. ult. c. 24? Resp. non solùm notatur ὀδενότης *proportionis* & *comparationis*, cujus signum *pudor ille*, ut sensus sit: mansuram qvidem *Lunam* & *fulsurum Solem:* sed ita ut *Solis Lunæq;* lux nulla, si comparetur cum *copiosâ luce regni Jhovah Zbaoth* in *Zione*, ubi non saltem futurus sit splendor ὡς τοῦ ἡλίου, ὡς τοῦ φωτὸς vid. Matth. 17 3 sed longè eminentior. Malimus habitâ contextus ratione ὀδενότητα absolutam intelligere, qvà sc *Sol & Luna ad illam fulgidissimam* ἀποκάλυψιν ἡῶν τοῦ Θεοῦ, in qvâ tot *Soles*, qvot beati

beati pleno fulgebunt orbe Matth. 13. 43. qſ. *puderet ſe ſui luminis*, & ac ſi *in ruborem darentur* à tantâ majeſtate, *liberabuntur à miniſterio vanitatis* & *deſinent exiſtere*, ita ut commentarius hujus pudoris *Lunaris* & *Solaris* ſit Matth 24, 29. ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς. Negare alias haut licet *pendente in cruce Rege Sionis*, *gloriæ Domino*, *erubuiſſe Solem*, & inde *in atrâ* per trihorium *comparuiſſe*: Verum hîc *pudor Lunæ*, & *rubor Solis* cum pleno fulgore regni gloriæ JHOVAH ZBAOTH *in cœleſti Hieruſalem* copulatur, & *copioſa Lux gloriæ* promittitur coram *Senioribus ejus*, de qvo cœleſtis Sionis venerabili Presbyterio ſuis *thronis* & *hymnis fulgidiſſimo*, ac 24. millium numeris conſcripto, videatur paſſim *Apocalypſis* c. 4. 4. 10. c. 5. 5. 6 8. 11. 14. c. 7. 11. 13. c 11. 16. c. 14. 3. c. 19. 4. ſed & qvod in eadem Apocalypſi *Urbs ſancta Jeruſalem nova*, dicitur non indiguiſſe, & proinde caruiſſe *Sole* & *Lunâ*: ἡ γὰρ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτὴν καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ ΑΡΝΙΟΝ c. 21. 23. vid. etiam c. 22 5 inſignitèr illuſtrat hoc Comma Propheticum, ut commentum Abrabinelis, vel *de Sole* & *Luna erubeſcentibus ob ſublatam Idololatriam* ſ. ἀστρολατρείαν, vel de *Iſmaelitis* ſ. *Muhammedanis* (qvi ſignentur per *Lunam* על שנמשכים אחריה) & *Chriſtianis* (qvi notentur per Solem על שמונים עליה והחמה מושלת עליהם) velut hodiè in orbe terrarum nationibus ampliſſimis, tunc *præ Majeſtate DEI Iſraelis* & *Meſſiæ Regis* in *pudorem ruboremq́; publicè dandis* hoc comma explicantis, examinare prolixè ſuperſedeamus. Sol & Luna durante Idololatriâ tali, magis erubeſcunt, qvàm ubi liberantur. Si *Luna* & *Sol*, qvi computant juxta *motum Lunæ* & *Solis*, non erunt illi *Muhammedani* & *Chriſtiani* ſoli: ſed & *Judæi*. Fides in crucifixum non dabit nos in pudorem: ſed qvibus *Crux* adusqve mortem *ſcandalum*. Diſcernet illos, qvos pudebit, dies noviſſimus & *dextra* ac *ſiniſtra* Meſſiæ Judicis. *Solus DEUS Iſraelis* etiam nunc à nobis agnoſcitur: ſed is non eſt *ſine Filio* & *Sancto Spiritu*. Oſtendet dies ille in *DEO* ISRAELIS non excludi *Crucifixum*, qvem videbunt etiam *qvi transfixerunt* & qvi *credere noluerunt*: ſed ita ut *plangant* æternum.

PHARASCHA IV.

Concl. 23. Panditur hîc Qvæst. 24. Qvinam sc. sint Decantatores illius hymni c. 25? Resp. sive sint illi זקנים, de qvibus v. ult. c. præced. sive ipse Propheta, propter revelatam illam גאולה dans gloriam DEO נהג שבח והוראה ליתברך, perinde. Neqve Propheta noster abstrahendus ab illo *Presbyterio*. Qvær. 25. ad c. 25. 1. An reddendum territorium: *O* JHOVAH *tu es DEUS meus*, HERR/ Du bist mein GOtt: prout Abrabinel יהוה מימים קדמנים היית לי לאלהים? Resp. Sic *Pasta* ponendus fuisset in יהוה & Munach in אלהי. Nunc contra, & adeò reddendum: O JHOVAH *DEUS meus*, *Tu*, O HERR mein GOtt/ Du bists/ vel Du bist der wahre wesentliche GOTT &c. Thesis ponitur in terr. 2. sub terminis רוממות והודאה s. *exaltationis* & *celebrationis*. Ratio in terr. 3, *singulare* sc. aliqvod פלא s. *admirandum* ex superioribus determinandum (qvod חדוש העולם s. *renovationem seculi* ponunt Rabbini) idemq; cum *jam ab æternitate* fuerit *in Consilio cœlesti*, nunc opere ipso adimplendum, ut ita sit verissima & absoluta complementi veritas s. אמונה אמתית & in membr. 2. Et sic עצות מרחוק fiunt אמונה אמן: Sic *Visitatio gratiosa populi* per *cornu salutis* est exemplum עצות מרחוק: qvia illam prædixit DEUS per os πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ: Ubi ergò benedictus Dominus DEUS Israelis visitat populum & erigit cornu salutis, ibi עצות מרחוק fiunt אמונה אמן i. e. *firmissima & consumata veritas*. Causa specialis eademq; jubili nova materia (vid. v. 4.) duplex ponitur, una חרב *desolatio* v. 2. altera תשועה s. servatio in v. 5. Qværitur hîc 26. An rectè v. 2 reddatur: *Qvia posuisti, ne sit civitas, in tumulum:* (posuisti, inqvam) *in ruinam* (in cadaver) *civitatem munitam* (iterum, dico, posuisti) *palatium extraneorum, ne sit civitas: in æternum non ædificabitur?* Resp. Nihil obstat, si detur illius שמת iteratio duplicata, una in terr. 2. altera in 3. Alias, si sine iteratione superiori simplici-

simpliciter interpreteris, continuando sensum adusqve בצורה non fert illam accentuatio s. proportio Tiphcha & Sakephkaton.

Concl. 24. Sed & correspondentia territoriorum & accentuum magis observatur, si 1. עיר. 2. קריה בצורה. 3. ארמון גוים distingvas, & Tavtologian omnem excludas. Potest sc. esse עיר urbs, etiam ampla satis, qvæ non est קריה בצורה *castellum munitum* & contra. Sic ארמון propriè nec est *Urbs*, nec *Castellum*: sed potest esse tàm extra Urbem & Castellum, qvàm *Urbis* & *Castelli* vel ipsius qvoqve suburbii, uti una *Lutetia* multa habet palatia. Sed & potest eadem & *esse urbs*, & habere adjunctum *munimentum*, cujus respectu dicitur קריה בצורה. Ita ergò redderetur: *qvia disposuisti urbem* (seu in qvantum est urbs), *in acervum*: (in qvantum est) *castrum munitum*, *in ruinam*: (qvod attinet ad) *palatium extraneorum de Urbe* (s. qvod est illius urbis) *in seculum non reædificabitur*. Qvær. 27. An *valeat talis resolutio* in m. 2. qvoad ארמון זרים מעיר ארמון שהוא נפרד מעיר או ארמון ומגדל לברו i. e. *Palatium ab urbe separatum*, *qvod tantum est palatium*? Resp. Neg. ratio 1. *numerus plur.* in זרים. 2 *Paschta* non in ארמון; sed in זרים. Qvod de cætero meminit Abrabinel se vidisse נוסחא s. *Exemplar ad qvod Targum Jonathanis*, in qvo עיר exponatur per *Constantinopolin*: קריה בצורה per רודאש s. *Rhodos*: ארמון per *Romam*, ita ut trium *illarum metropolium Edomæarum* hîc notetur interitus: item Romam vocari ארמון & qvidem זרים qvod ibi sit arx Angelica האפיור Papæ & חשמנים s. *Procerum*, qvi vocentur קארדי נאלש s. *Cardinales*, & ההגמנים aliorum *Antistitum Archiepiscoporum* &c. *variarum gentium*, qvomodo Papæ ipsi sint זרים & nunc ex *Hispaniâ*, nunc ex *Galliâ*, *Germaniâ*, illa qvorsum pertineant nemo non videt.

Concl. 25. Qvær. 28 An v. 3 c. 25. sit parallelus v. 14 c. 24.? Resp. Aff. Notetur oppositio עז & ערצים in v. 3. qvoad popu-

lum ארץ & אביון in v. 4. Qvær. 29. An עז & עריצים dicant ſtatum priorem? Reſp. vid. v. 4. Qvær. 30. Qvæ interpretatio v. 5. *Interpretibus* (qvi hîc videantur) *vexatiſſimi?* Reſp. repetenda ex v. 4. *duplex comparatio*, una זרם ſ. *inundationis*: altera חרב ſ. *æſtus*. Scilicet theſis talis: *DEUS pauperi poſito in ſtatu inundationis eſt* מחסה ſ. *refugium, tutiſſimum receptaculum, & egeno poſito in ſtatu æſtus eſt* צל ſ. *umbraculum*: territor. 1. m. 2. Explicatur nunc uterqve terminus, *inundationis* in terr. 2. m. 2. v. 4. Scilicet: *Spiritus violentorum Tyrannorum* inſurgens in illum *tenuem & pauperem* DEI *populum* habet ſe velut *inundatio dejiciens murum*: atqve ita explicatur *inundatio*. Porrò qvis *æſtus*, explicatur v. 5. qvando ſc. רוח עריצים habet ſe ut זרם ſ. *inundatio*, tunc tu, ô DEUS, illi es מחסה ſ. *tutiſſimum refugium*: v. 4. Porrò ubi שאון זרים ſ. *ſtrepitus* (tumultus) *extraneorum* habet ſe ut חרב בציון *ſicut æſtus in loco ſicco* (ubi erit vehementiſſimus) tu JHOVAH תכניע *deprimes illum æſtum, ſtrepitum extraneorum*: ſeqvitur nunc in membro 2. *Æſtus* (erit) *in Umbram denſæ nubis* (atqve ita erit חרב צל ſ. *umbraculum ab æſtu* vid v. 4. idq; tunc) *Pſalmus formidabilium teſtificabitur* (& publicè celebrabit vid. v 3. m. 2.) Ita nullum hîc periculum Regi Atnach qvi omninò verbum תכניע ad præcedentia refert & ibi ſententiam diſtingvit. Mirum, hoc munus ei denegatum, & hîc *primum & Geneſeos verſum* objectum. Contra: ſemper ita referendum vocabulum Atnachatum: neqve unqvam in antecedenti Tiphcha ſenſus hactenus fluens ita diſtingvendus, ut vox Atnachata abſtracta referatur ad ſeqventia: qvomodo abſurdus, qvi in 1. verſu Geneſeos ita diſtingveret: *In principio creavit: DEUS Cœlum & terram.* Hoc portentum herminevticum eſt ſine exemplo. Omninò hactenus ibi ſiſtendum, ubi Atnach atqve adeò in Elohim. Neqve V. C. Non ſemper diſtingvit plenum ſenſum, vel enunciatum. E planè non diſtingvit tractum, ne qvidem *in proportione*, pro ratione ſive *extenſivè*, ſive *intenſivè*, ſive plenioris ſive minoris commatis: Sanè illud indignum autore: *Accentuum adeò inconſtantem eſſe in diſtingvendo omnionem, ut modulationi vocum potius,*

qvam

qvam distinctionibus sententiarum eos inservire, plurimi eruditorum meritò putaverint. Illa de *ministerio accentuum in modulatione*, hypothesis, inexplicabile prodigium est: *Sensus ministerium* ubiqve, si tollas præjudicium. Neqve opus erat, ut תכניע ad m. 2. referatur, hic tantum Regi Atnach intentare qverelam. Fieri illud poterat commodè si אתה ex m. 1. in m. 2. idem verbum repetas, qvo nihil in S. literis familiarius & qvod in talibus faciendum, docet exemplum Gen. 6. 22. collatum cum c. 7. 5. Ita in v. 1. Genes. Ita & hoc loco poteras commodius reddere: *tumultuationem extraneorum* (sicut æstum in loco arido s. qvi habet se ut æstus in loco arido) *deprimes*: (deprimes, inqvam) *æstum, umbra densæ nubis, ita ut* (præcisus) *Cantus formidabilium respondeat* (testificetur) Illa sc. comparatio tumultus extraneorum in loco arido, implicatur simul in enunciatione membri 1. qvæ talis est: Tu, ô DEUS, deprimes tumultum extraneorum, sicut æstum in siccitate. Hîc complexus est & æstus explicati & ejusdem deprimendi.

PHARASCHA V.

Concl. 26. Qvær. 31. An in v. 6. unum saltem memoretur משתה s. convivium, an geminum? Resp Aff. posterius. Probatur ex objecto משתה disparato. Qvær. 32. An *utrumqve nuptiale*, an *utrumqve ferale*, an *alterum lætum*, alterum *letale?* Resp. ad 1. *Feces vino mixtæ* non conveniunt epulo cœlesti nuptiali, multò minus *feces planè à vino deductæ* vel *separatæ*. Interpretes qvidem: *Convivium fæcum* explicant per, *Convivium vini generosi defæcati*. Ita Vatabl. vers. Trem. Vulg. *Convivium vindemiæ*. Ita Luth. noster: Ein Mahl von reinem Wein/ von Wein darin keine Hefen ist. Ita Belg. Versio: Een Maeltydt van reynen Wyn / van reyne Wynen/ die gesuyvert zyn. Cœterum si in illo *Convivio* licebit interpretari ita apparatum שמרים s. *fæcum*, ut negentur *fæces*. E. & apparatum שמנים seu *pingvium*, ita ut abstrahantur *pingvia*: & ubi ita sumuntur שמרים in Convivio? qvæ sanè nullibi in sacris *potus nuptialis* sunt vid. Psal. 75. 9. Resp. ad 2. Neg. שמנים in

convivio

Convivio semper signum משתה טוב: neqve Convivium apud Hebræos, etsi à potu nomen habet, hoc solo absolvitur: sed includit qvoqve βρώσιμα: in qvibus non abhorret natura à pingvibus, ita prout in bibendo à fæcibus Resp. ad 3. Aff. ex discreto illo apparatu: aliis sc. parabitur convivium שמנים s. מעורר דברים טובים *epulum opiparum, & munificentißimum:* aliis *Convivium* סבולים רעים נמרצים וכם חמורת s. שמרים *epulum impurum, acerbum, letale:* atqve uti illa anadiplosi *pingvium medullatorum,* notatur הפלגת טובת השמנים s. *gradus superlativus bonitatis pingvium:* ita illo addito שמרים מזקקים notatur הפלגת רעה השמרים s. *gradus superlativus impurißimarum fæcum,* qvæ nihil secum ferunt Vini generosi שלא יתערב בהם דבר טוב. De Convivio resurrectionis, electis glorioſæ & omni epulo jucundioris futuræ Matth. 8 11. Luc 22. 30. reprobis autem & acerbißimos ἐν λίμνῃ τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ θείῳ, iræ divinæ apparatus & sulphureas piceasq; feces apposituræ, nihil impedit intelligere maximè cum illorum immed atè seqvens *novißimus* respectus à S Spiritu intentus fuerit, *ad diem novißimum.* Neqve desunt inter Rabbinos, qvi huic loco parallelum statuant illum Danielis c. 12. 2. ita ut resurrecturis לחיי עולם hîc promittatur משתה שמנים, cæteris *evigilaturis* משתה שמרים, idq; s. לחרפות לדראון עולם *ad opprobria & ad ignominiam æternam.* Ab hoc *Convivio* nullum nullius nationis individuum excipietur. *Mons ille* à Rabbinis ponitur in *regione Hierosolymitanâ*, ad *Vallem Jhosaphati*, in qvâ acropolin ponunt resurrectionis. עיקר התחיה כשקבלנו בעמק יהושפט i. e. *Fundamentum vivificationis prout ex traditione accepimus, erit in Valle* JHOSAPHAT. Concedimûs facilè, eo sensu qvo Chaldæus in Joele (unde origo traditioni) c. 3. 2. reddidit per מישר פלוג דינא. Sed illud *ubi* nunc est inexplicabile, & inter reservata Judicis. Cæterum *Ubi Convivij* שמנים regnum cœlorum triumfale: *Ubi Convivij* שמרים, infernus damnatorum, qvod illis adjudicabitur voce Judicis in die novissimo Matth. 25. 34. 41.

Concl.

Concl. 27. Qvær. 33. An idem Convivium, primò משתה שמנים, deinceps ſ eventu futurum משתה שמרים, *illud ex convivatorum mente:* hoc *ex eventu?* Reſp. Neg. ex contradiſtinctione. Neqve ergò probatur Raſchi ita προφέζων: *Hoſtes, ubi accingentur bello Hieroſolymitano, opinabuntur ſe experturos Convivium pingvium: ſed reverà experientur Convivium feralium fecum:* neqve præter erroneam hypotheſin, & affectum in Chriſtianos prodit Abrabinel, qvando ita προφέζ: *Chriſtiani caſtra moturi in terram ſanctam primò experientur felices proceſſus, victorias de Iſmaelitis ſ. Turcis amplas, atqve ita fruentur Convivio pingvium: Cæterum illi Chriſtiani iterum debellabuntur à Judæis ſ. Meſſiâ Judæorum, ut ita qvod* בתחלה *ſ. initio erat Convivium pingvium, jam reddatur illis Convivium ſecum.* Adimplebitur ſc. illud, qvando præter JESUM NAZARENUM alius dabitur ex Virgine Meſſias Judæorum.

Concl. 28. Qvær. 34. An בלע in v. 7. ſit לשון גלוי ſ. dicat publicam revelationem, an abolitionem ſeu ſublationem? Reſp. Aff. 2. æqvè prout v. 8. Potuit autem ad illam abolitionem ſeqvi *revelatio* מתים המעוטפים vel המסתרים בבטן הארץ ſ. mortuorum ſuis olim togis ſepulcralib⁹ indutorum & conditorum. Qv. 35. Qvodnam illud *univerſale* לוט ſ. *velamentum*, & המסכה ſ. *tegmen expanſum* v. 7.? Reſp. *Excœcationem* (qvale nunc Judæis velamen Apoſtolus tribuit 2. Cor. 3. 14) intelligit Junius. *Ipſam terram involventem corpora mortuorum*, ita ut dicatur *Deus aboliturus* ſ. משחית illud involucrum terreſtre, & *feralem ſepulcrorum faciem*, per *mortuorum reſuſcitationem & in publicum productionem* כשיבאם לידי גלוי ויקיצם מקבריהם, ponit Abrabinel, à qvâ ſententiâ parum abeſt Forſterus, ex his velamentis ſepulcralibus formans locum communem de honeſtâ mortuorum curâ & ſepulturâ, ſed nec gloſſa Luth in Bibl. Germ. Er wird auff dieſem Berge das hüllen weg thun/darmit alle Völcker verhüllet ſind. Addit: Hüllen/wie die Todten verhüllet werden: das iſt: Er wird die Todten lebendig machen. Ita Abrab. ſupra meminit מתים המעוטפים באדרות

באדדות s. *amiculorum & palliorum sepulcralium honoratorum*, qvibus inprimis *Viri Principes involvebantur & condebantur*. Faceret huc Consilium Ecclesiastici funerale ex c. 38. 16. κατὰ τὴν κρίσιν αὐτοῦ περίστειλον τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ μὴ ὑπερίδης τὴν ταφὴν αὐτοῦ Luth. noster: Verhülle seinen Leib gebührlicher weise / und bestatte ihn ehrlich zum Grab. Sed & exemplum insigne in לוט s. *involucro* Lazari, *ligatis adhuc pedibus, capiteq; sudario adhuc involuto, sepulcro exeuntis* Joh. 11. 44 incomparabile autem in incomparabili funere JESU *purissimâ Sindone* involuti Matt. 27. 50. qvam, unà cum *sudario*, velut sepulcri JESU reliqvias, αὐτόπτη, notavit Johannes, id memorans velut singulare, qvod *sudarium* non in eodem cum *linteis* loco: sed seorsim involutum & repositum in sepulcro invenerit c. 20. 6 7. Malimus illud לוט de involucro peccati & המסכה s. tegumentum illud de Operculo Legali intelligere: ut peccatum & mors sint illud velamen, qvo totus mundus involutus est. Hoc licet morte Christi scissum, novissimè tamen & plenissimè non auferetur, nisi die ἀποκαταστάσεως πάντων s. die novissimo resurrectionis. Ibi abolebitur unà cum *morte*, qvam proinde copulat immediatè Propheta, æqvè ut Apostolus, legem, peccatum, mortem. Lex sc. ponitur *Potestas peccati, peccatum stimulus mortis*. 1. Cor. 15 54.

Concl. 29. Qvær. 36. An ille positus על כל העמים & על כל הגוים in v. 7. dicat προκαταρκτικὴν & *finem actus* בלועי s. *absorptionis*, an *objectum materiale* illius לוט s. *involutionis?* Resp. Aff. 2. Errat ergò qvi ita interpretatur ac si על esset idem qvod בעבור, & sensus: *Cui bono absumet illud operculum*, s. *involucrum?* Resp *Propter omnes illos populos*, item *propter omnes gentes*. Obstat accentuatio. Reqvirebatur *Rvia* ubi nunc est *Sakephkaton*, & *Sakephkaton* ubi nunc est *Tiphcha*. Qvær. 37. An in v. 8. המות *Nominativus subjectivus*, & illud *velum* seu *Operimentum* sit Accusativus objectivus h. s. *Mors illa absorbebit* s. *penitus tollet illud velum* s. *operculum?* Resp. Neg. contra Abrabinelem. Subjectum fluens per v. 6. 7. 8. est יהוה. Objectum est המות s. *mors illa*.

Actus

Actus cum objecto concreto est בלע המות לנצח i.e. *absorpturus mortem cum sequelâ prævalentiæ* s. triumfalis victoriæ, ita ut *morte victâ & in sempiternum destructâ, sit Victoria JESU, & per illum Sanctorum.* Respectus S. Spiritus literalis, tùm *ad mortem & resurrectionem Christi*, eo modo, qvi explicatur ad Hebr. c. 2. 14. 2. Tim. 1. 10. 1. Pet. 1. 3 tùm *subordinatus & ultimatus* ad illud novissimum resurrectionis & immutationis *mysterium*, qvando γεγραμμένος ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος 1. Cor. 15. 51 54. 55. Qvær. 38. An לנצח dicat saltem *abolitionem mortis, qvoad æternam necessitatem manendi in statu mortis?* Resp. Non dicitur *mortem* qvà נצח: sed totam, s. omnem mortem, æternam & temporalem in omnibus corporis sui mystici membris devictam & absorptam, idq; לנצח, qvod sive de *prævalentiâ durationis*, sive *triumfi* explices, sive utrumqve conjungas, perinde. Errat adeò Abrabinel ponens *resuscitatorum Sanctorum qvoqve mortem secundam*, eamq; sine *sequelâ novæ resurrectionis.* Contra & hîc & alibi Dan. 12 2. Vita æterna & exemtio ab omni morte, immediatè annectitur resurrectioni justorum ut inter hanc & illam non intercedat alia mors: neqve adeò locus huic in futuro seculo. Qvær. 39. An המות in aureolo triumfali Prophetico v. 8 saltem *mors præmatura* vel *accidentalis*, ita ut hâc sublata maneat nihilominus *mors naturalis?* Resp. Singula vocabula Abrabineli statuenti non nisi *semel resuscitatorum mortem secundam* contradicunt 1. *Mortis* sine limitatione 2. *Absorptionis.* 3. *Ejusdemq; infinitæ.* N. ergò amplius mors, neqve termini naturalis, nec accidentarii: qvam qvidem mortem secundam contra Abrabinelem, uti & resurrectionem secundam contra Antecessores rectè negat Rabbinus *Menasse Ben Ismel*, sed ita ut malè ex h. l. concludat illos *resuscitatos, seculis aliqvot feliciter transactis corpore & animâ simul in Paradisum, ubi sunt Enoch & Elias, esse transferendos.*

Concl. 30. Qvær. 40. An hoc beneficium solorum Israelitarum, in qvorum resuscitatis futura illa בלועי המות i. *sublatio mortis?* Resp. Occasionem huic qvæsito dat locus Isa. 65. 20. 21. *de Puero 100. annorum morituro*, qvod ut concilient Rabbini, vel de

morte saltem *accidentariâ, præmaturâ* intelligunt locum Isaiæ c. 25. 8. vel, uti in *Sanhedr.* objicienti hoc ἐναντιοφανὲς respondetur, illud בלע dicitur בפני ישראל f. *in respectu ad Israelem*: hoc בפני אומות העולם f. *in respectu ad nationes seculi.* Contra, præterqvam qvod ibi הנער f. *moriturus puer 100. annorum*, & peccator *maledictâ morte periturus* filius 100. annorum, contradistingvuntur, omninò aut negabunt se futuros tempore Messiæ *Hierosolymitanos & populum DEI*, aut concedent qvoqve se contineri sub titulo הנער, qvi *filius centum annorum moriturus* dicitur. Ratio in relatione illius משלם v. 20. ad ירושלם & עמי v. 19. sed & in loco Isa. 25 expressè nominantur *omnes populi & omnes gentes* v. 7. ad qvos reflectitur המות in v. 8 neqve adeò excludentur *Gentiles*, qvos proinde admittit *Menasse* de *gentilibus Noachidis* τῇ ἀγνοίᾳ. Qvin in futuro seculo, *peccatum.* E. *& mors.* Anteced. concessum à R. Menasse: & contra: *In futuro seculo mors.* E. *& peccatum.* Anteced. concessum ab Abarbinele: Qvod si autem omnes *peccatores*, qvinam illi *pueri qvi morientur Filij 100. annorum*...?

Concl. 31. Qvær 41. An per פנים *unde abstergendæ lacryma*, notentur *Facies viventium* (velut non amplius *illacrymaturorum funeribus suorum charissimorum, qvos nunc resuscitatos vident*) in oppositione *redivivorum?* Resp. non excluduntur οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι: sed nec excluduntur ἁρπαγησόμενοι vid. 1. Cor. 15. 52. 1. Thess. 4. 17. probatur ex suppositione *absorptæ mortis*, sive *positivè*, sive *præservativâ immutatione.* Notatur privatio omnium illorum, qvæ in hâc vitâ animæ qvovis modo molesta aut noxia fuerunt vel ipsum qvoqve corpus afflixerunt, qvod proinde bis applicat Apocalypsis ad beatum seculum c. 7. 15 16. 17. c. 21 4 Hypothesis Rabbinica de *resurrectione corporali* i. eaq; *particulari* (ubi tamen in gradibus variant) sive *cum sequelâ secundæ mortis & novæ resurrectionis* sive *cum sequelâ mortis*, sed *non resurrectionis*, sive *nec cum sequelâ mortis nec resurrectionis*, negatione tamen *viventium immutationis*, alibi excutienda. Qvær. 42. An חרפת עמו f. *Opprobrium populi* sit præsens Judæorum exilium, qvod patiantur sub *Romanis Nazarenis?*

Aff. Abra-

Aff. Abrabinel excœcatus, qvi se suosq; *Martyres* esse putat & *pati propter Mosen & Prophetas:* Verba ejus: מפי הקמים בתחיית יתגלה ויתפרסם שמשה אמת ותורתו אמת ובזה תוסר אותה הדרפה; i e. *Ex ore resurrecturorum manifestum erit, Mosen & Prophetas vera docuisse: & hoc ipso tolletur id opprobrium.* Legitimare prius debebat *se iniqvè detineri exules*, imò vel *ipsa qverela exilij* probanda, inprimis, si illa, qvæ in lib. מקוה ישראל publicavit nuper de tribubus Americana bona nova R. Menasse, sibi constant. Satis interim illis opprobrii pertinax velamentum, qvod prohibet illis Φωτισμὼν τοῦ Ευαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, adeò ut negent etiam *Caput de* MESSIA *ad fundamenta fidei* pertinere (qvod contra Maimonidem defendit operosè R. Albo Hispanus) vel negent qvoqve post Chiskiam expectandum fuisse Israeli Messiam, & omnem adeò *Promissionem* MESSIÆ (qvod R. Hillel in Gem. Sanh. c. חלק fidentèr enunciavit: אין להם משיח לישראל שכבר אכלהו בימי חזקיהו מלך יהודה). *Moses & Prophetæ* pro se non alios *Martyres* reqvirunt, qvàm qvi sunt *Martyres pro* JESU NAZARENO: certè pro Abrabinele & Menasse Amstelodamensi non pronunciabunt. Valet hîc illud Servatoris Joh. 5. 46. *Vos provocatis ad Mosen, & in illo confiditis.* At ille ipse MOSES VOS CONDEMNABIT. *Si enim crederetis Mosi, crederetis etiam mihi: nam ille de me scripsit.* Sic idem Rabbinus talem dat nexum v. 8. & 9. *Vos Nazareni dixistis, DEUM illum, qvem nos in longâ captivitate colimus, non esse DEUM verum: at tunc publicè vobis constabit, falsos Vos.* Tunc scilicet dicent Israelitæ: *Ecce hic DEUS noster, qvem* (בגלות) *in longâ captivitate expectavimus. Exultabimus nunc in salute ejus.* Mirum, *in Servatore & salutari DEI* exultaturos, qvi & *Servatoris & Salutis*, qvæ non est nisi in nomine JESU, sunt hostes conjurati & obstinati adusqve mortem.

PHARASCHA VI.

Concl. 32. Fuerunt inprimis hactenus beneficia Messiæ *positiva.* Seqvuntur *privativa* opposita HOSTIBUS Ecclesiæ à v. 9. Summa est:

ma est: CHRISTUS JHOVAH, *qui præsentia suâ Ecclesiæ perpetuò adest, & in isto monte Sionio requiescit, Hostes Ecclesiæ* (quos hîc signat Moab) *manu invictâ fortissimè reprimet & coercebit.* Illustratur id gemino simili, uno Calcatoris palearum in agro stercorario v. 10. altero *natatoris* v. 11. Scilicet velut ibi paleæ calcantur & *in putredinem vertuntur, ut stercorandis agris simum præbeant:* ex respectu m. 2. ad m. 1. hîc, aqvæ brachio natatoris subiguntur: ita Messias & Triturator & Natator fortissimus hostes Ecclesiæ subiget, dissipabit, calcabit. Qvær. hîc 43. An Moab dicatur *triturandus* s. *calcandus sub seipso*, an *sub ipso DEO Servatore?* An affixum in תחתיו referendum ad *Mobum*, an ad *ipsum DEUM?* Resp. Aff. posterius, contra Kimchium, qvem hîc seqvitur Trem. ac si esset במקמו. *Triturabitur Moab in loco suo.* Qvær. 44. Qvæ ratio ו cum Cholem in positu במי מרמנה? Resp. קרי ostendit *Vav*, cui bono signum *Cholem.* Rationem tamen ipsius ו in כתיב ponit *L. de Dieu* ut connotetur: *Moabum calcandum, prout calcantur paleæ in aqvis simi*, s. *in stercore humido & probè madefacto* s. *in aqvâ stercoratâ:* Qvod salvâ primitate קרי admittimus Qvær. 45. An v. 11. positus particulæ עם sit *organicus*, cujus conseqvens, illas ארבות ידיו esse ipsius DEI, an *aggregativus*, cujus conseqvens, manus illas esse ipsius Moabi? Resp. Aff. 2. ex usu particulæ. Neqve ergò hîc Tremell. satisfecit tùm in particulâ, tùm in relatione affixi. Rectè Lud. de Dieu: (DEUS) *humiliabit superbiam ejus* (Moabi vid. c. 16. 15.) *cum insidiis* (seu ex hypothesi א servilis, *cum lacertis*, qvibus fidit ac superbit) *manuum ejus.* Superbiam cordis, unde prorumpit in externam violentiam reprimet.

PHARASCHA VII.

Concl. 33. Succedit *Hymnus Electorum* de *Civitate forti* cujus *muri* & *antemurale* ישועה c. 26. ad v. 12. Benè autem huic Sanctorum Cantico competit terra JHUDA. Atqve hîc qværitur 46. An rectè Vulg. *Urbs fortitudinis nostræ Salvator: ponetur in eâ murus & antemurale?* Resp. Vox ישועה ex territorio 2. relata ad territ. 1. qvod non fert *Sakephkaton*, nec *Merca.* Si tamen *Semicolon* anteponas

ponas & reddas: *Salvator ponetur in eâ murus & antemurale*, jam benè omnia. *Jerusalem* sc. *illa cœlestis Urbs robustæ majestatis*, pro *muris & munimento* habet ipsum *Salvatorem* vid. Zach. 2. 15. *Cives* illius *Civitatis* v. 2. dicuntur GENS JUSTA (justitiâ sc. sangvine Salvatoris *partâ*, in Evangelio *revelatâ* ſ *oblatâ*, & per fidem *imputatâ*, per qvam *apprehendunt vitam æternam & reportant coronam sibi in cœlis repositam* 1. Tim. 6. 12. 2. Tim. 4. 8. & præterea) GENS *custodiens veritatem* (i. e. qvæ non patitur ὑποστολὴν εἰς ἀπώλειαν: sed *perseverat* ἐν ὑπομονῇ τοῦ ἀγαθοῦ μέχρι τέλους εἰς περιποίησιν ψυχῆς Heb. 3. 6. 14. c. 10. 37. 38. 39 Col. 1 23. atqve ita *præclarum certamen decertat, cursum consumat, fidem servat* 2. Tim. 4 7.) Fuit hactenus Privilegium Civitatis cœlestis 1. Salus. 2 Justitia. Seqvitur 3. Pax v. 3.

Concl. 34. Qværitur 47. de illo positu c. 26. 3. יֵצֶר סָמוּךְ תִּצּוֹר שָׁלוֹם שָׁלוֹם Resp. 1. Vulg expressit: *Vetus error abijt: servabis pacem:* cœterum hic vetus error in Vulgato, nullus in fontibus. Trem. *Cogitationi innitenti* (Synecdoch. i. e. Viro qvi totâ cogitatione ex toto animo confidentèr nititur DEO per fidem in Christum) *custodis continuam pacem.* In edit. not. Vatabl. *Eum cujus desiderium est conjunctum tibi, custodies in pace, in pace, inqvam, qvia tibi fidit.* vel: *Cogitationem innixam custodies: Pax, pax erit illi, qvia in te confidit.* Lud. de Dieu per admirationem putat exprimendum: *O cogitationem suffultam! servabis pacem, pacem: qvia in te sperantem est.* Mavult tamen reddi: *Illum qvi* (postqvam semel factus est justus, non est vagus, inconstans, sed) *in affectibus* (cogitationibus, concupiscentiis) *suffultus, benè firmatus & fundatus, Tu* (ô DEUS) *custodies* (in) *pace, pace* (omnimodâ pace) *qvia in te confisus est.* Belg. Versio: **Het is een bevestight Voornemen: ghy sult allerley Vrede bewaren / want men heeft op u vertrouwt.** Resp. 2. ad 1. Illud יֵצֶר סָמוּךְ qvoad positum formalem *DEO Servatori Pacis* convenit, non *populo.* De cujus יֵצֶר סָמוּךְ demum agitur in m. 2. Esset præterea Tavtologia: *Viro, qvi toto animo tibi confidenter innititur, servabis pacem: qvia tibi confidenter innititur.* Nec in positu tali Dativus sine particulâ convenit.

Resp.

Resp. 3. ad 2. Nec accusativus convenit, tùm *ob accentuationem*, tùm *ob sequelam* legitimi accusativi *Pacis*, qvi utrqve ad m. 1. pertinet, nec præpositione indiget. Resp. ad 3. *Nullus Tiphcha distingvit plenius antecedentis Sakephkaton territorium: sed omnis illius respectus est consequenter* c. c. h. l. ad *Pacem, pacem.* Resp. ad 4 In positu illa nihil habet improbandum, nisi fortè magis tunc conveniret Atnach in סמוך; uti nunc rectius: Decreto benè firmato servabis pacem, pacem. Resp. ad 5. Antecessit jam in v. 2. non saltem *gens justa*, seu גוי צדיק; sed & שומר אמנים s. *fideliter custodiens veritatem.* Neqve ergò *periculum inconstantiæ* occupandum hîc erat per יצר סמוך; nec hujus opus exegesi, maximè propter sequelam m. 2. Resp. ad 6. Belg. Versio, etsi in *formâ* reqviri videbatur positus סמוך יצר, in re ipsâ tamen optumè convenit, si reddas: (met) **bevestigt gedachte (beslvyt) sult ghy allerley Vrede bewaren.**

Concl 35. Qvær. 48. An c. 26. v. 4. ב in ביה nominativo præfigatur pleonasticè, ita ut reddendum: *Confidite in Domino in æternum: qvia Dominus* JEHOVAH *rupes est in æterna secula?* an sine pleonasmo reddendum, prout habet Versio Belgica: **Vertrouwt op den HEERE tot in der Eeuwigheydt: want in den HEERE HEERE is een euwige Rotzsteen?** Aff. posterius; *Sancti* sc. *arcem immotam & propugnaculum invictum habent* in JAH JEHOVAH: non qværitur hic de JHOVAH rupe, nisi in respectu Sanctorum, qvi in JAH הצור Deut. 32. 4 habent, *rupem seculorum*, **Sie haben an ihm einen ewigen Felß / und feste Burg.** Nec probant exempla. Non Psal. 68 5. qvia illud ביה שמו præscribit medium exaggerationis eucharisticæ: non Psalm 55. 19. qvia rectè redditur: *licet sint in multis*, vel *cum multis* i. e. qvando velut agmine facto in me conspirarunt. Non Hos. 13. 9. in illo nobilissimo aureolo Prophetico: שחתך ישראל כי־בי בעזרך. Omninò enim reddendum: Perditio tua, ô Israel! est certè in me auxilio tuo i. e. *Ego possem te qvidem servare, nec præter me habes Servatorem: Cæterum nunc, qvi alias tuus sum Servator, tuus ero destructor, & adeò* בעברתי

s. in irâ

ſ. in irâ meâ vid. v 11. *perdam te:* Inductivum *pœnæ* ſ. *perditionis* exprimitur v. 12. qvia ſc *probè delictorum veſtrorum memoriam apud me reſervo: iniqvitas Ephraimi eſt colligata, peccatum* (in theſauris iræ) *reconditum,* unde graviſſimè puniendi, & *dolores puerperæ immittendi,* ut velut ἔκτρωμα ſ. *abortus, debito tempore non ſtet in ore matricis filiorum:* ſed *erumpat ante tempus* v. 13. Potuiſſe aliàs DEUM liberare Iſraelem, qvem nunc ibat puniturus vehementiſſimè, probat v. 14. *argum. à minori* ad majus: Qvi ſe *ex poteſtate inferni, mortis æternæ,* & Diabolorum *poteſt eripere & erepturus eſt,* ille *multo magis liberare poteſt à Regibus ſeculi* v. 14. Sic nec probat locus Job. 18. Rectè enim redditur: *Immittitur in rete pedibus ſuis:* nec Exod. 32. 22. plus enim eſt: *Populum poſitum eſſe in malo,* qvàm *eſſe malum:* notatur ibi gradus ſuperlativus criminalis, qvomodo Apoſtolus: ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. 1. Johan. 5. 19. Qvær. 49. An v. 5. per מרום & קריית נשגבת intelligatur *Roma?* Reſp. Qvatenus eſt ſedes Antichriſti τοῦ ἀντικειμένου καὶ ὑπεραιρομένου ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα, adeò ut *ſeſſionem judiciariam in ipſum templum DEI ſibi arroget,* nos non excludimus vid. 2. Theſſ. 2. 4. 8 & confer cum illo v. 8. Pauli, Jonath. in Iſa. 11. 4. qvoad illum ארמילוס רשיע. *Romæ* nomen Hebræis *altitudinem* ſ. *urbem altam* notat, imò & ipſa forma cum præſenti רומם ſ. מרום convenit. Cœterum illud non probat hîc Romam intelligi. Qvær. 50. An ibid. v. 5. rectè illud ישפילנה referatur ad m. 1.? Reſp. Neg. ex ἀναψίᾳ *accentuationis.* Anadiploſis illa ad m. 2 pertinet. Benè hîc *Jun. & Tremell.* qvi videantur. Contra vid. verſ. ined Vatabl. Qvær. 51. An v. 6. per עני *Meſſias,* per דרים *Iſraelitæ* intelligantur? Aff. Abrabinel. Cœterum *Meſſias in anathemate illo urbis excelſæ* non prout in adventu 1. Hieroſolymitano repræſentabitur ut עני. Falſa præterea hypotheſis de *alio Meſſiâ, filio Joſeph* auſpicatore qvidem futuro futuræ liberationis: at qvia occidet ipſe, *magni lamenti multarumq; paſſionum cauſa exſiturus populo Judaico,* qvorſum allegatur locus Sach. 12 11. non terminaturo grande contra *Gog & Armillum,* bellum: ſed glorioſiori Succeſſori *Meſſiæ Filio David* &

victoriam & absolutæ liberationis plenam laudem relicturus, de qvâ *fide Judæorum* vid. *Raschi ad Is. 24. 18. Targ. Cantici c. 4. 5. Talm. Massecheth succa, Autor libri* אבקת רוכל & alii.

Concl 36. Qvær. 52. An v 7. habeat דרך תפלה s. formam precationis? an תלונת הנביא כנגד האל s. viam propheticæ coram DEO protestationis? Posterius affirmat Abrabinel, explicans *de sanctis Israelis in captivitate mortuis, & propter gloriam DEI interfectis*, qvorum nomine appellet Propheta ad tribunal DEI, & postulet, ut qvi vult *semitam justorum esse rectam*, etiam ipse *administret* in exemplo superiori *justitiam*. Repudiamus autem illud *Martyrium Judaicum*, & *precationem* potius, si alterutra danda, qvàm *protestationem* talem hîc notamus, ut sensus sit: *Semita justi* (vid. v. 2) *est rectissima* (ipsæ rectitudines) *O* (DEUS qvi es) *rectus* (& justus vid. Deut. 32. 4.) *Tu orbitam justi librabis* (s. *libra*, pondera, expende, *annon via justi sunt ipsæ rectitudines?*) Porrò v. 8. Etiam (qvod attinet) semitam judiciorum tuorum, expectamus te: in nomen tuum, & in memoriale tuum (fertur) desiderium animæ (nostræ) Ita v. 9. ipse Propheta suos appetitus *nocturnos & matutinos* explicat, qvi sc. sunt *revelationes judiciorum* divinorum, ut *discant incolæ orbis justitiam*: & ita etiam illis *impius fiat gratia*, qvi *non discunt justitiam, qvi in terra æqvissima iniqvè agunt, qvi non videbunt excellentiam* JHOVAH: ut removeamus, qvæ contra *Antecessores* hîc *Raschi*, & tùm *contra illos*, tùm *hunc ipsum* h. l. habet *Abrabinel*, & *glossa Bresith Rabba*: sed & supersedeamus examine aliorum Interpretum.

PHARASCHA IIX.

Concl. 37. Qvær. 53. Qvæ ratio v 11. & an קנאת עם ibi sit *Zelus DEI erga populum*, vel, *pro populo?* an Zelus invidentium populo DEI? an subjective *Zelus populi*, i. e. *ipse populus Zelota seu invidens?* Resp. Aff. 3. uti alibi קנאת אפרים. Ille sc. *populus invidens* & habens Ζῆλον οὐ κατ' ἐπίγνωσιν *videbit qvidem: Sed ita ut pudefiat.* Sic & *ignis* non est *hostium* subjectivè: sed objectivè. *Comedit* sc. vel *absumit* hostes. Qvær. 54. An legitima versio: *Domine,*

mine, exaltata est manus tua. Annon viderent? Videbunt & erubescent. Zelo populi, etiam igne hostium tuorum comedes eos. Resp. Neg. Ratio, Pasta in ויבשו & Sakephkaton in עם, Tiphcha in אש & Merca in צרך. Reqvireretur accentuatio: יחזו ויבשו קנאת עם אף אש צרך תאכלם. Porrò *statui hostium* bis opponit *statum fidelium:* semel v. 12. qvi est PAX & *memoriale* solius DEI in conditione *servili* sub *peregrinis Dominis* v. 13. semel v. 14. ubi memoratur *hostium interitus*, ut non possint amplius nocere genti justæ: *Mortui non reviviscent: defuncti non resurgent: propterea qvod visitasti & exterminasti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum:* huic nunc opponit *statum gentis justæ* (vid. v. 2) v. 15. Sed hîc qvær. 55. an *additionis* vocabulum hîc sit *letale, mortis* sc. *& interitus*, ita ut *addere genti*, sit *morte afficere*, eo sensu, qvo alibi *mortuus* dicitur *collectus ad populum suum?* Ita L. de D. h. l. *Addidisti eos genti Domine, addidisti eos genti* (interemisti eos) *gloriam* (inde) *consecutus es: elongasti omnes extremitates terræ* (illos Dominos, primates, optimates terræ vid. v. 13.) Cœterum aliud יסף aliud אסף: aliud גוי aliud עם, qvod posterius in phrasi *congregandi*, interced part. אל usitatum, qvando *mors* significatur: addendum præterea fuisset affixum verbo: sed & tùm absolutè *mors justorum* congregatio in sacris dicitur vid. bis Jes. 57. 1. Num 12. 14. (non obstante *voto Davidis* Psal. 26. 9. qvia aliud cum addito, *Peccatorum*) tùm inprimis, *Congregatio ad populum* non nisi in exemplis *mortis Sanctorum* e. c. *Jacobi* Genes. 49. 33. *Mosis* Deut. 32. 20. Notatur omninò *additio* gloriosa *benedictionis*, & eo modo hîc intelligendum illud יספרו יספרו, qvo in Psalm. 115. v. 14. conf. ibid. v. 13. & 15.

PHARASCHA IX.

Concl. 38 Qvær. 56. An v. 16 agat de *piis in tribulatione precatoribus?* an *de impiis Ecclesiæ hostibus?* Resp. Aff. 1. & hîc nulla verior & elegantior interpretio, qvàm Lutheri: post qvam locus qvidem Vulgato: *Domine in angustia reqvisiverunt te: in tribulatione murmuris doctrina tua eis:* cœterum præstat מוסר hîc accipere in

correſpondentia צר ſ. *anguſtiæ*, qvæ eſt in m. 1. Obj Nunqvam יצק *fundere:* ſed יצק? Reſp. *ex coarctatione vel compreſſione interiori fundunt, exprimunt* vel firmitèr, perſeverantèr, inſtant. Ita magis etiam ex fonte ſuo deducuntur *preces Sanctorum.* Obj. לחש *incantationis* vocabulum. Reſp. Prima ſignificatio eſt *muſitationis* 2 Sam. 12 19 inde *occultæ ænigmaticæ locutionis* Jeſ. 3 3 & ita h l. *Secretæ Orationis, ſubmiſſæ & lacrymoſæ deprecationis.* Sed & pro hoc ſenſu ſeqvela textus facit, & in illa, *Clamor parturientis* v 17.18.

Concl. 39. Qvær. 57. Qvis Orator in v. 19. ſeu Orationis illius: *Vivent* (reſuſcitati) *mortui tui?* Reſp. Formaliter non *Propheta*, non alius è choro *mortalium Sanctorum*, cujus illud fuerit Symbolum: ſed *Servator* JAH JHOVAH v. 4. *Cujus exaltatur manus* v. 11. *qui eſt Ordinator Pacis* v. 12. *amplificator gentis ſanctæ & perſeverantis in fide* v. 15. *ad qvem clamat Eccleſia parturiens è mediis anguſtiis* v. 16. 17. 18. Is ſcilicet *Eccleſiæ parturienti* & *Turturi plangenti* nunc *reſpondet* v. 19. Ita & ordo, & apparatus Orationis explicare poſtulat. Qvær. 58. An agat Propheta de reſurrectione, qvæ fit ex morte *Crucis & perſecutionis* ſive *per liberationem*, ſive *per conſolationem in hac vita?* an *de reſurrectione mortuorum* in noviſſimo die *futurâ?* an ſit generalis ſententia complectens & hanc & illam? Primum Luth. in Scholiis ad h. l. ita tamen ut concedat qvoqve tertium, cujus proinde alia mens, qvàm Socinianorum, qvi ex hypotheſi *vitæ æternæ fidelibus ante Chriſti adventum, etſi aliqvando dandæ:* nunqvam tamen *iisdem ſub veteri fœdere promiſſæ, neqve adeò ex tali promiſſione Sanctis expectandæ*, negant hîc proponi *articulum de futurâ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ reſurrectione Sanctorum* ſ. τῶν κεκοιμημένων ἐν Χριστῷ vid. ipſe Socin. l. b. Qvod regni Poloniæ &c. c. 5 errore 7. p. 63 Reſpondemus diſtinctè: De *reſurrectione futura mortuorum* agitur evidentiâ *formæ:* de *illâ hujus vitæ*, agitur virtute *conſeqventiæ.* Omninò illi מתיכם ſ. *mortui*, de qvibus h. l. prædicatur illud יחיו & יקמון ſ. *vivent*, & *reſurgent*, non ſunt in ſtatu mortis *putativè*, ſ. *deſtinativè*, qvatenus ſc. ab impiis judicantur mortui, ſ. *qvatenus ſunt morti expoſiti, letho deſtinati, ſive mors ſeqvatur, ſive non*, qvomodo Apoſtolus de ſeipſo καθ' ἡμέραν, inqvit, ἀποθνήσκω 1 Corinth. 15 30. & de

Choro

Choro Sanctorum 2. Cor. 6. 8. ὡς ἀποθνήσκοντες καὶ ἰδοὺ ζῶμεν: sed sunt reverâ 1. מתים, 2. גבלתי. 3. שכני עפר: etsi Sancti potius κοιμηθέντες: sed κοιμήσει θανάτου, non ὕπνου, qvomodo Lazarus *dormiens*, ubi Salvator loqvitur ἐν παῤῥησίᾳ, idem est, qvod Lazarus ἀποθανὼν Joh. 11. 11. 12. 13. & h. l. illis mortuis velut *dormientibus* acclamatur illud הקיצו. Cœterum, qvi *mortuos potest vivificare, & inhabitantes pulverem mortis unâ voce in vitam gloriosam revocare, & revocaturus* qvoqve actu ipso est *in novissimo die*, is *multò magis ex cruce & persecutionibus Tyrannorum Ecclesiam militantem liberare potest*, & liberaturus qvoqve est: atqve ita datur *accurata correspondentia* hujus *responsionis jubilæ* v. 19. & *superioris Litaniæ* v. 16. 17. 18 qvæ relatio inprimis est ad v. 14. sive ibi sit qverela *Ecclesiæ Judaicæ de populi sui miserrimo statu*, qvippe qvorum *plurimi mortui sint hic non resurrecturi, propterea qvod visitasti & exterminasti eos*: cui qverelæ hîc respondeat DEUS, æqvè prout in Jeremiâ *Racheli plangenti* c. 31. 15. 16. *Desine qverelarum.* Omninò *mortui tui mihi non sunt mortui: Vivunt mihi, & vivent qvoqve aliqvando tibi. Resurgent, expergiscentur &c.* sive sit *antitheton mortis impiorum* v. 14. qvibus *beata resurrectio* negatur & *mortis Sanctorum*, qvibus *resuscitatio jubilæa* promittitur v. 19.

Concl 40. Qvær. 59 Qvæ ratio illius נבלתי יקומון an rectè: Die Leichnam werden wieder aufferstehen? Resp. Violenta illa σχῆσις. Scilicet danda esset *triplex Enallage*, 1 Status *affixi* pro absoluto, נבלתי pro נבלת. 2. *Numeri singularis* pro plurali. 3. *Verbi masculini* pro fœmin. Qvær. 60 An in *forma* rectè: Und mit dem Leichnam aufferstehen? Resp. 1. Supponitur י in נבלתי Paragogicum, cum omninò αὐθεψία doceat, qvod sit 1. pers. affixum. 2. Supponitur ellipsis ב vel עם qvæ in suppositione *aggregandi*, qvalis esset hoc loco (sc. נבלתי pro בנבלת cum *Corpore*) insolens sacris Prophetarum. Qvær. 61. An sit complexus, ita ut *subjectum territorij primi* sit *repetendum* hoc modo: *Mortui tui, imò ipsum Cadaver meum, resurgent*, verbo sc plurali respondente subjecto plurali? Resp. Nihil obstaret huic resolutioni, si verbum præ-

cederet & Tiphchatum esset e.c. יחיו מתיך יקומון נבלתי Nunc contra. Qvær. 62. An illud נבלתי sit *parentheticum*, ita ut legas: *Mortui tui reviviscent* (imò *hoc ipsum corpus meum*) *resurgent?* Resp. Sine Exemplo talis parenthesis. Qvær. 63. An applicabilis *positus distributivus*: Unumqvodqve *Cadaverum meorum resurget?* Resp. Sic nomen plurale & verbum deberet esse singulare: nunc contra esset positus collectivus explicandus *de Universitate cadaverum Sanctorum*.

Concl 41. Qvær. 64. Si Orator hîc Christus, atqve adeò נבלתי reflectitur *ad Christum*, an ergò *ipsum Corpus Christi* h. l. intelligendum, ita *ut virtute* resuscitati *Corporis Christi*, qvod respectu profundissimæ in morte κενώσεως vel ταπεινώσεως dicatur נבלה, promittatur qvoqve resuscitatio *Corporibus Sanctorum*, sive *in illo complemento resurrectionis Dominicæ*, qvando *apertis sepulcris multa corpora* τῶν κεκοιμημένων *resuscitata* & *sepulcris egressa memorantur* Matth 27. 52. sive in *complemento futuro*, eo modo, qvo Apostolus 1. Cor. 15 12. 16 colligit? an verò intelligitur Corpus Christi mysticum? Resp. 1. Elenchticè. Rejicimus hîc *complexum crypticum*, ac si sit Oratio Christi de *suo corpore* in voce נבלתי, de *Corporibus autem Sanctorum* in verbo יקומון hoc sensu: *Corpus meum* (sed & corpora Sanctorum) *resurgent*. Violenta illa, & cui obstat positus. Neqve punctatio sine exemplo in נבלתי est propter *eminentiam corporis Christi in statu sepulcrali*. Vox נבלה in affixo 1. pers. alibi non datur, neqve talis qvalis hîc denominatio. 2. Si *Corpus Christi* salvâ *sanctitate & incorruptibilitate sepulcrali*, verè mortuum, si anima, qvæ principium formale vitæ naturalis humanitati, à corpore verè separata, ita ut fuerit *Caro sine sensu, motu vel actu vitæ naturalis humanæ*, ad qvem redinstaurandum opus fuit τῇ ζωοποιήσει, sanè nullum à *privilegio incorruptibilitatis* nomenclaturæ נבלה magis, qvàm *morti realissimæ* hactenus obstaculum: sc. velut in exemplo præsenti non repugnat *Corpus exanime incorruptibile*: ita nec *incorruptibile* נבלה; neqve nisi materialiter qvoddam נבלה erit

erit *Cadaver corruptibile*. Præterea aliud נבל, aliud נפל *cadendi* vocabulum, etsi uti scriptionis, ita sensus hîc cognatio. Qvod si vi radicis נבלה est *corpus humore & succo naturali destitutum*, & Christus ipse moriens testatur *cor sibi ad instar ceræ in medio viscerum liqvefactum, & de humore, succo, humido radicali* conqvestus publicè, qvod *exaruerit tanqvam testa*, & *qvod inde lingva juncta faucibus* Ps. 22. 16. qvid obstat illo sensu & præciso humanitatis in profundissimâ κενώσει mortis, respectu, נבלה dicere, etsi ἀναμάρτητον, etsi sanctissimum, etsi incorruptibile, etsi *vitæ infinitæ personalitèr pleniss. mum*, reverâ tamen tunc *exanime Corpus* Christi. Seqvela illa *Cadaveris & corruptibilitatis* materialis & accidentalis saltem est, & hîc removenda. Resp. 3 Resurrectio Capitis hîc notatur *eminentèr*: illorum Sanctorum qvi μὴ τὸν τάφον JESU monumentis exiverunt, *exemplaritèr*: at Sanctorum resuscitandorum in novissimo die, *literalitèr*. Resp 4. Sancti qvatenus sunt *Corpus Christi mysticum* non sunt נבלה.

Concl. 42. Resp. II. Positivè 1. Uti se habet מתיך ad יחיון in terr. 1. ita se habet נבלתי ad יקומון in secundo territorio: utraqve voce notantur *sancti mortui*: sed ibi, sive juxta ordinariam providentiam, sive specialem gratiam, per qvam, qvi aliàs longius profluere poterat, abbreviatur vitæ cursus, sine cæde mortui: hîc Martyres JESU s. pro fide veri DEI, & gloriâ ejus sub *Tyrannis* seu *duris illis Dominatoribus* (vid v 13) נחשבים כצאן טבחה s. *æstimati velut Oves occisionis*, imò הרוגים על שמך כל היום s. *propter DEUM s. confessionem veri DEI occisi omni die* Psal. 44. 23. qvi virtute Sangvinis Agni *non dilexerunt animam suam usqve ad mortem* Apoc. 12. 11. qvorum *proinde mors pretiosa in oculis* JHOVAH vid. Psal. 116 15. adeò ut non saltem in hâc vitâ sint *pupilla oculi DEI*: sed & post mortem pro *gloria ejus* obitam, dignetur eos vocare נבלתי יהוה, נבלתי המשיח s. Tales fuêre Prophetæ: tales illi sub Maccabæis Martyres: tales Apostoli: talis Stephanus: tales illi τυμπανισθέντες, λιθασθέντες, πρισθέντες, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀποθανόντες; qvorum *Martyrum nubes* ab Apostolo celebratur Heb. c. 11. 37. c. 12. 1.

Concl.

Concl 43. Interpretatio jam ſimplex & ſine Enallaga: Vivent (ſ ad futuræ vitæ beatæ gloriam reſurgent) mortui tui (qvotqvot in te populo meo verâ in DEUM fide ſine crudeli cæde hinc ſunt Dominicâ accerſitione avocati: neqve illi ſaltem: ſed &) propter *me* (*meiq;* confeſſionem) *Cadaver facti* (crudel tèr variis crucibus & violentarum mortium generibus *propter me affecti*) *reſurgent* Notetur pro hac verſione 1. discretio affixi & ratio affixi 1. perſ. in נבלתי. 2. נבלה ubi de *corpore hominis*, non niſi de tali, qvod *violentâ morte*, exanimum redditum ſ. *non ſuâ morte mortuum*. Id jam olim obſervavit Elias: ſed qvem torſit hic locus: unde fruſtra obſtaculum notavit in Lexico Schindlerus. 3. Qvid enim hoc clarius, ſi DEUS ſuos *Martyres mortuos honoraturus* de illis dicat נבלתי יקומון i. e. הֲרֻגַי ſ. *univerſi illi interfecti mei* (pro me crudeli morte peremti & cadaver facti ſ univerſitas illa factorum pro me cadaver) *reſurgent*. Tali ſanè *conſtructione fœm. ſing. cum maſculino, plurali*, & *immediatâ affixione*, qvæ fieri poterat *particulâ mediante* (e. c hoc loco נבלתי i. e. facti נבלה עלי) nihil in his ſacris freqventius, nihil elegantius.

Concl. 44. Repræſentatur nunc ipſa *Vox Chriſti vivifica*, velut futuræ reſurrectionis organon: *Expergiſcimini* (è ſomno mortis הוא משל לתחיית) & *cantate* (ob liberationem veſtram glorioſam) *qvi inhabitatis pulverem*. Conſonantia Apoſtolica conf. 1. Theſſal 4. 16. ſed vel maximè audiatur noſtræ reſurrectionis ἀρχηγὸς Iſaiam explicans Joh 5. 28. Porrò illa fides reſurrectionis illuſtratur ex Theatro naturæ ſimilitudine *roris in herbas deſtillantis*. Atqve hic qværitur 65. qvis ſenſus illius כי טל אורת טלך i. e. Ros herbarum eſt ros tuus? Reſp. Abrabinel juxta literam explicat ſc. in *futuro reſurrectionis die ſtillaturum rorem habentem inſtar ſeminis maſculini & gravidaturum pulverem, in qvem DEUS ſupernaturali modo introducturus ſit cauſalitatem, qvalis eſt ſeminis fœminini, ut ita ex ſubacta terra producantur corpora æqvè prout in primâ creatione*. Sed hæc craſſa nimis. Salvator ipſe *Corpus ſanctiſſimum* mortuum & ſepultum, *grano tritici in terram cadenti & morienti* (Johan. 12.

han. 12 24.) Apostolus mortem condituramq; corporum nostrorum *sementi*, qvæ fit ἐν φθορᾷ, ἐν ἀτιμίᾳ comparat 1. Cor. 15. 43. Adspirante *die resurrectionis*, uti qvondam Corpus Christi *ex grano tritici* virtute roris infiniti, ipsiq; humanitati personalitèr impressi excrevit *in floridissimam herbam:* ita virtute Sangvinis agni, vocis BENEDICTI, vel illius εὐλογίας πνευματικῆς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις velut *roris matutini fœcundissimi*, sementis nostra vilis vitâ nova & cœlesti donabitur, ita ut illud ipsum, qvod antea *sine virore, sine succo vitali* jacebat corp⁹ *marcidum* s. נבלה, nunc pulcherrimè de terrâ *efflorescat & progerminet.* Qvær. 66. An rectè illud וארץ רפאים תפיל Das Land der Todten wirst du stürtzen? Resp. וארץ רפאים non potest hîc esse in statu regiminis. Obstat punctatio *Kametz* in וָאָרֶץ & accentus *Tiphcha*, qvi ponendus fuisset in voce 2. Nunc ארץ subjectum תפיל רפאים s. *cadere faciet impios mortuos*, prædicatum. Sc. piorum *jubiléa resurrectio* erit *casus ejuleus impiorum:* illi jubilabunt: hi ejulabunt. Illi ad gloriam resurgent: hi cadent.

PHARASCHA X.

Concl. 45. Qværitur 67. qvæ Summa Pharaschæ? Resp. *Populus DEI debet* ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς καὶ θλίψεσιν αἷς ἀνέχονται *se ad Protectorium solius DEI recipere, firma patientiâ in spe & silentio intra cubiculum suum conqviescere, & novissimam illam visitationem criminalem ac egressionem DEI de loco suo*, velut novissimum suæ liberationis signum, (qvippe qvæ ipsa τοῖς θλίβουσι afferet θλίψιν, Sanctis autem τοῖς θλιβομένοις perfectam dabit ἄνεσιν) *qvasi exerto capite* s. μετ' ἀποκαραδοκίας Luc. 21. 28. Rom. 8. 20. *expectare:* atqve adeò non excluditur hîc interimisticum *cubiculum sepulcrale Sanctorum*, etsi non formalitèr hîc intelligitur. Qvær. 68. Qvid notetur per *egressionem* JHOVAH *de loco suo?* Resp. In signo notatur, apparatus imminentis terribilis judicii & vindictæ post prolixum exercitium τῆς μακροθυμίας s. divinæ misericordiæ. Omnis talis *egressio de loco*, est, uti Rabbinus ad Mich. c. 1. 3. *egressio* מכסא רחמים s. *à throno misericordiæ*, qvi qs. *sedes ordinaria DEI est*, לכסא דינים

i. e. *in thronum judicij*, atqve adeò *pœnalis* est, qvod hoc loco *modificatio* s. *terminus egressionis* ostendit, qvi est *Visitatio iniqvitatis orbis incolarum.* In exemplo autem præsenti notatur ἀποκάλυψις Domini JESU *de cœlo cum angelis majestatis suæ* ἐν πυρὶ φλογὸς διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν &c. conf. 2. Thess. 1. 6. 7. Notetur jam relatio m. 2. v. ult. c. 26. cum illo נבלתי יקומון v. 19. Scilicet, probatur: illos *qvi pro gloriâ DEI sunt à Tyrannis interfecti* s. pro nomine Christi cæsi, *cadaver facti, resurgent:* qvia in illâ *generalissimâ Visitatione* non *amplius operire terra poterit interfectos suos* s. qvorum Sangvis innoxius effusus est: sed revelabit suos Sangvines.

PHARASCHA XI.

Concl. 46. Qværitur 69. qvid per duplicatum לויתן & *Draconem* c. 27. 1.? Resp. I. Rejicimus interpretamentum Talmud. in בבא בתרא c. 5 qvod explicat de *Livjathan pisce fœminâ occisâ, & lautissimo convivio sub Messiâ Judæis futuro reservatâ.* Egregium verò ferculum, scilicet, hostibus devictis Messias Consangvineis instaurabit triumfale convivium, & qvidem tale, cujus expectatio omnibus præsentis exilii calamitatibus generosè perferendis sufficiat. Qvis autem in illo apparatus? Obsoletum *Salsamentum halænæ*, qvam sc. *salitam DEUS illi reservet epulo:* מלחה ה׳ לצדיקים לעתיד לבא: cui additur *fœmina Behemoth* s. *bovis sylvestris sine salibus in eundem ventum apparatum:* הוא שור הבר מתוקן לסעודת העתיד רעדא אלף הרים ליום ובדא יום ויום הם צמחים velut ad Psalm. 50. 10. Raschi, sed & *prodigiosæ magnitudinis avis* דז cui nomen בר יוכנדא de qvâ vid. Kimchi ad Ps. 50. 11. & Gemar. in בבורות c. 9. Ita sc. deliciabuntur illi *Salsamentarij* cum suo Messiâ, Christianorum Regibus, Proceribus, Pincernarum, Ministrorumq; munia tunc obituris. Μυθολογίαν illam esse, & מדרש s. ἀλληγορούμενον subesse non desunt qvi statuant, qvorum sc. palato non adeò arridet illa *Salgama:* cœterum sic non erant impuro contactu profananda Prophetarum sacraria & fabulis qværendum robur ex Prophetis c. c. ex loco præsenti & Job 40. 11. Psal 50.

Psal. 50. 10. 11. sed & nullas veritatis scintillas ostendunt, qvæ de *Bhemoth mare* שלא חטיל זרע & *fœminâ*, *cujus robur in umbilico* שלא ילדה, uti & qvæ de סירוס זכר לויתן s. *castratione Masculi Liviathan*, qvia sc. אלמלא נזקקין זה לזה מחריבין את כל העלם s. *si daretur fœcunda* Συνδύασις, *vastitas inde immineret orbi*, habet locus Talmud. supra alleg. Et omninò spes illa carnalis epuli, primariorum adhuc in illâ gente, adeò sc. firma, *ut in juramenti formulam* dudum illis iverit לא אוכל משור הבר i. e. *non manducabo de bove sylvestri, si* sc. *hoc vel illud verum sit:* vel: *qvam certò spero me epulaturum in convivio Bhemoth*, tàm certò res hæc ita se habet &c. Neqve dubitavit nostro seculo *Rabbinus Menaß. ben Israel* sententiam illam argumentis *ex Scripturâ, ratione, autoritate Antecessorum petitis* defendere, & refutatâ *Gerundensis*, qvi *vitam mundi futuri in spiritualis duntaxat lætitiæ perceptione collocaverat*, opinione, difficultates, qvæ *ex carnali matrimonio & legitimâ uxore cuiq; assignandâ oriri* poterant, tollere. l. 3. de res. c. 9.

Concl 47. Resp. II. Procul ab illo delirio (qvod Targumista Hagiographorum passim inseruit) fuit antiqvior Targumista Jhonatan exprimens: בעדנא ההיא יסער יהוה בחרביה רבתא תקיפתא וחסנתא על מלכא דאתרדב כפרעה מלכא קדמאה ועל מלכא ראתגאי כסנחריב מלכא תנינא ויקטול ית מלכא די תקיף כתנינא די בימא i. e. *Tempore illo visitabit Dominus gladio suo grandi & forti & robusto, super Regem qvi magnificatus est, sicut Pharao Rex primus, & Regem, qvi elevatus est sicut Sennacherib Rex secundus: & occidet populum qvi fortis est, sicut Draco qvi est in mari.* Intellexit Paraphrasta: *Sublimitatem omnem hostium regni Meßiæ, etsi potentiâ ac ferociâ Pharaone & Sancheribo haut inferiorum, Regum, populorum, sive vi, sive fraude sese adversus* JHOVAH *efferentium, & ad instar Draconum in fluctuante hujus seculi æstuario sese jactantium, potente DEI judicio destruendam.* III. A qvâ *sublimitate* non excludimus τὰς ἀρχὰς, τὰς ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, Ephes. 6. 12. *Draconem magnum, Serpentem antiqvum* Ap. 12. 9.

sive ut hic notetur *judicium contriti capitis*, & *triumfus Evangelizantium* Διὰ τὸ αἷμα τὸ ἀρνίε καὶ διὰ τὸν λόγον τ μαρτυρίας αὐτῶν cujus Summarium expressum à Salvatore: ὁ ἄρχων τ κόσμε τέτε κέκριται Joh 16. 10. vid. Apoc. 12. 11. sive ut notetur *judicium novissimæ condemnationis*, de qvo 2. Pet. 2. 4. Jud. v. 6. sive *ut in subordinatione notetur utrumq;*, atqve adeò describatur gloriosa, CHRISTI & καθ' ὁμοσίαν & καθ' ἐξουσίαν JHOVAH de Principatibus infernalibus *Victoria*. In titulis, Liviathan נחש בריח & נחש עקלתון *Serpentem oblongum* & *Serpentem tortuosum* rectè contradistinxit Lutherus in vers. Germ. vid de priori Job. 26. 13. Rationes titulorum facilè dantur, sed & facilè patet, qvomodo conciliandi Interpp. Græci qvi נחש בריח expresserunt: τὸν δράκοντα ὄφιν φεύγοντα & Vulg. qvi reddidit: *Serpentem vectem*. Porrò *Organum Visitationis est gladius* JHOVAH idemq; 1. *Durus*. 2. *Magnus*. 3 *Robustus*, qvi gladius se habet prout is qvi utitur gladio JHOVAH, sive notetur Virtus omnipotens Messiæ Redemtoris, sive *Vindicatrix Majestas* Θεὸς διώκων *exuentis & exutos principatus triumfalitèr ostentantis*, sive notetur μάχαιρα τ πνεύματος ὅ ἐστι ῥῆμα Θεῦ Ephes. 6. 17. per qvem cecidit Satanas *sicut fulgur de cœlo* Luc. 10. 18. Ebr. 4. 12.

PHARASCHA XII.

Concl. 48. Qvær. 70. Qvæ ratio m. 1. in v. 4. חמה אין לי? Resp. notatur חמה *æstus iræ DEI*, sive hîc sit *Orator DEUS* sive *populus DEI*: posteriori modo noster Lutherus reddens: GOtt zürnet nicht mit mir. Præstat autem prius, ita ut JHOVAH placatus dicat: *Æstus* (iræ) *non est mihi*. Non amplius irascar vineæ rubentis meri. Qvær. 71. An positus מי יתנני sit optativus? Resp. talem intendit Versio Lutheri: Ach daß ich möchte mit den Hecken und Dornen kriegen/ so wolt ich unter sie reissen/ und sie auff einen Hauffen anstecken Neqve obstat Optativus Oratori DEO vid. Deut 5. 29. c. 32. 29. Sanè rectius expressit, qvam Tremellius: *Æstus no est mihi, qvi induxerit me sente & vepre ad prælium: hunc cautè ingrediens eam succendam ex ea simul*, qvæ coacta planè est & multis supplementis explicanda

Versio.

Versio. Malimus tamen simplicitèr reddere: *Quis* (ponet, dabit) *me veprem sentem in prælio* (qvis, inqvam, dabit, ut) *gradiar adversus eam* (Ecclesiam s. Vineam) *ut eam simul incendam?* qvæ interrogativa resolvitur in negativam, atqvè ita membrum 2. est confirmatio primi s. illius חמה אין לי. *Desit ira mea in Ecclesiam* m. 1. Confirmatur m. 2. Qvia nemo erit, *qvi ponet me ut sim vepris & sentis in prælio* (nemo erit, qvi iram meam iterum accendere qveat ut in bello efficiar Ecclesiæ meæ sentis ac vepris, territ. 1.) Nemo movebit, ut *hostiliter Vineam invadam, eandemq; totali incendio destruam* (territ. 2.)

Concl. 49. Qvær. 72. Cujus Oratio in v. 5. an JHOVAH an Ecclesiæ? Resp. Aff. poster. Optumè noster Lutherus: Er wird mich erhalten bey meiner Krafft/und wird mir Friede schaffen: Frieden wird er mir dennoch schaffen. Masculina adeò יחזק & יעשה, *non ad Jacobum* (qvi nec antecessit) *non ad Ecclesiam* (s. Vineam hactenus non nisi affixis fœmininis repræsentatam vers. enim 7. respectus affixi formalis ad Jacobum, qvi antecessit v. 6) sed *ad DEUM* illum Custodem *Vineæ placatum* pertinent. Neqve convenit Oratori DEO, ut *Instrumentum pacis* anadiplosi Emphaticâ tribuat Jacobo: neqve inductivum æstus ponendi, s. id qvod inducit DEUM ut ponat æstum & placetur Ecclesiæ, qværendum *in Jacobo apprehendente* sc. *robur DEI, & faciente pacem cum DEO:* sed in viscer. bus misericordiæ divinæ Jer 31. 12. Neqve obstat in v. 3. 4. JHOVAH esse Oratorem de Ecclesiâ. Omninò enim titulus עני v. 2. probat tale Carmen hîc, in qvo datur *alternatio & correspondentia*, ita ut v 3. 4. loqvatur JHOVAH de *Vineâ:* v. 5 ipsa introducatur *Vinea*, loqvens de JHOVAH & jubilèo plausu gratulata sibi illa beneficia qvæ commemoraverat JHOVAH v. 3. 4. Scilicet JHOVAH promittit *se Custodem & fœcundum fore Sustentatorem Vineæ* v. 3. Gratulatur inde sibi Ecclesia triumfali respondens Musicâ: *O ipse* JHOVAH *apprehendet* (& apprehensum conservabit) *robur meum* v. 5. territ. 1. Promisit JHOVAH *se non inductum iri ad bellum cum Vinea* v. 4. Gratulatur de illo sibi Ecclesia & tum svavem promissionem extemplò, ut constet ab Ecclesiâ ereditam, à promissore autem servandam, patheticâ inge-

minatione celebrat: *Faciet pacem mihi: Pacem, inqvam, faciet mihi.* Illud אִם per *Omninò*, vel *O exclamandi*, hoc loco efferendum, uti & alibi.

Concl. 50. Qvær. 73. An rectè Trem. in v. 6. illud הַבָּאִים יִשְׁרֵשׁ יַעֲקֹב *ut advenientes Jacobi posteri radicentur*, *faciet* Resp. Neg. יִשְׁרֵשׁ non est bis transitivum: habet se in territorio 1. prout וּפָרַח יִצֵּץ in territ. 2. atqve adeò prout hîc se habet *Israel:* ita ibi *Jacob.* Jacob ergò est *Nominativus Subjectivus in formâ:* neq; adeò reddendum: *DEUS faciet ut radicetur Jacob in venturis posteris:* sed: *Qvod ad venturos* (attinet) *Jacob radices aget: efflorescit & germinabit Israel.* Aliàs si de subjecto & prædicato יִשְׁרֵשׁ conveniat, *ex casu genitivo* hîc Junius notandus haut erat, qvippe etiam ibi in resolutione superiori Nominativus non deerat. Lutherus noster de venturis temporibus vocem primam explicans reddit: Es wird dennoch dazu kommen/daß Jacob wurtzeln wird/ und Jsrael grünen und blühen wird: qvæ Versio melior Tremelliana.

PHARASCHA XIII.

Concl. 51. Illi *jubilo pacis* v. 5. illi flori Israelis v. 6. obstare videbantur plagæ & afflictiones Israelis. Occupat ergò Propheta à v. 7. idq; 1. patheticâ & antitheticâ interrogatione v 7 cujus Summa est: *DEUS qvidem percutit etiam sæpè, imò occidit populum:* sed *alio planè modo & fine, qvo hostes percussores populi percutit & occidit.* Alia proinde ratio *interfectorum in populo DEI:* alia *interfectorum de percussoribus populi DEI.* Qværitur hîc 74. qvæ analysis membri 2. resp. affixi in הֲרֻגֵהוּ? Resp. Talis: אִם הֶרֶג יִשְׂרָאֵל כְּהֶרֶג הֲרֻגֵי יַעֲקֹב מִכֵּהוּ יַעֲקֹב. Pergit Propheta 2. elegantissimâ discretionis illius descriptione à v. 8. Scilicet: 1. *DEUS electos castigat in mensurâ, cum moderatione & temperamento misericordiæ*, ita *castigat* ut *dimittat*, & dum affligit, illos in veram libertatem Filiorum DEI asserit: at *percussores hostes populi* sine mensurâ abripit & radicitus convellit *Spiritu suo duro, velut* tempore flantis Euri potentis. In versione Lutheri ad v. 7. & 8. qvid notandum, ex superioribus haut esse potest obscurum. 2. Fructus & finis *castigationis electorum* est v. 9. *ut*

expietur

expietur iniqvitas & amoveatur peccatum Jacobi s. *derogatio & deprivatio veteris hominis*, ut magis magisq; , qvæ Voluntati, Sanctitati & *Gloriæ divinæ adversantur*, in Electis aboleantur, & activè ac passivè Christo conformentur. Allegatur exemplum: *sublatio* ἀταξίας *cultus divini*, signatæ per *aras, lucos, & subdiales statuas*, qvod licet sit actionis emanantis qvoad actum secundum, neqvaqvam tamen excludit intrinsecum principium à qvo procedere debet renovatio. Fovent etiam Sancti renati veterem in se hominem, etsi novus reluctatur: sunt in actionibus qvoqve emanantibus peccaminosa sæpè multa, & voluntati divinæ adversa, qvalia hîc luci, statuæ: qvia tamen justificati, non imputantur, nec puniuntur talia, sed afflictivis castigantur, cujus finis & fructus est, ut Jacob amoveat illa peccaminosa, ut e. c. *disponat omnes lapides altaris, ut lapides calcis dissipatos & ut destruat lucos & subdiales statuas.*

Notetur accentuatio tùm in לֹכֵן & בזאת tùm in יוֹה: sed & conferatur exemplum, & facilè constabit totum hunc textum ad *renovationis articulum* pertinere, ne qvis hîc *expiationem iniqvitatis* afflictionibus sive ut viæ ad veram peccatorum expiationem, sive ut causæ meritoriæ tribuat, sive remissâ culpâ remanere formaliter pœnas, pro qvibus satisfaciendum, concludat. Jacob, de qvo hîc agitur, jam supponitur *justificatus*: Sancti & afflictionibus purgantur, ac magis illustrantur, v. 9. at *percussores Sanctorum hostes DEI* consumato supplicio exscinduntur, & profundissimè sine *miseratione & gratiâ* dejicientur: *Civitates, caulæ*, omnia ab humili herbâ ad summas arbores consumentur, *rami confringentur*, & vel *imbecillâ mulierum manu incendentur*: nec *miserebitur illorum DEUS*, nec *gratiam faciet illis*, qvia sc. est *populus carens intelligentiis* v. 10. 11.

PHARASCHA XIV.

Concl. 52. Summa Pharaschæ est *magna ventilatio* seu *excussio* (tritici à palea) cujus autor JHOVAH, & qvæ futura jam inde ab Euphratis alveo adusqve torrentem (Schichorem) Ægypti terminum, & Israelitarum (velut frumenti vannati s. tritici à paleis purgati) futura sigillatim collectio v. 12. Pulchrè noster Lutherus: Zu der

Zeit

Zeit wird der HErr werffen von dem Vfer des Wassers biß an den Bach Egypti/und ihr Kinder Israel werdet versamlet werden einer nach dem andern. Qværitur hîc 75. ubi dandum complementum hujus *divini ventilabri* & *collectionis Israelitarum vaticinij?* an in *Babylonicâ reductione* (solemni illâ *sub Cyro* liberatione, ita ut dicatur *è mediâ veluti areâ*, in qvâ *per Cyrum* populos sit *trituraturus DEUS*, educendos Israelitas? an in Evangelicâ prædicatione, & Israelitarum qvoqve dispersorum, vocatione Apostolicâ ventilatorum, ad regnum Christi particulari & successivâ congregatione, respectu principali habito ad prima Novi fœderis tempora? an in futurâ corporali X. tribuum per Messiam liberatione & congregatione? Resp. non 3. qvod volunt Judæorum Magistri propter erroneas hypotheses e. c. 1. *Ex captivitate Babylonicâ sola individua tribus Juda & Benjamin in patriam reversa.* Contra, uti cum illis 2. tribubus innumeri ex reliqvis tribubus abducti; ita qvoqve cum illis innumeri ex iisdem tribubus sunt reversi, & ita fuit nihilominus Δωδεκάφυλον: Abducti sub Assyriis, multis annis ante abductas 2. tribus æqvè cum 2. tribubus positi sunt sub Babyloniis Dominis (ita enim Seder olam: נבוכר נאצר בשנת הראשנת שמלך החריב ארת נינוות

i. e *Nebucadnezar anno* 8. *sui regni desolavit Nineven:* at *desolatio Hierosolymitana & casus Zedekiæ ponitur anno 19. regni Nebucadnezaris)* & *per Babylonios* Victore *Cyro* iterum *sub Persis*, atqve adeò *liberatio sub Cyro publicata* æqvè intimata est 10. tribubus, ac duabus, unde Edictum Cyri *universale est* vid 2. Chron. c. ult. v. ult. Esr. c. 2. 3. 4. Totalis autem reductio X. tribuum corporalis nullibi est prædicta. Porrò 2. hypothesis erronea: *Non factam esse nec futuram hactenus fuisse reversionem illarum tribuum particularem Ecclesiasticam.* Contra: reversi ita innumeri & ad Ecclesiam Judaicam & Christianam. *Sic* 3. *X Tribus esse dispersas inter Nilum & Euphratem:* sed & *ex Tartariâ* sive *per fretum Anianis*, sive per continentem (qvod sc *qvondam Asia contigua fuerit America*, qvam DEUS postmodum singulari miraculo inundari voluerit, ut in novo illo orbe 10. tribus tutissimum haberent domicilium) *pertendisse in Americam*, ubi per *novam Hispaniam & magnas Americæ regiones* post montes inprimis Cordylleras

sint

sint diffusæ, & *privilegio etiam nubium* munitæ. 4. *Futuram adhuc illarum catholicam reversionem*, & qvidem ita, ut prout olim DEUS *mare rubrum* in duas secuit partes: ita tunc e. c *Nilum & Euphratem* in 7. rivulos sit divisurus, & miraculo facilem ubiqve transitum Judæis procuraturus. 5. *Nondum revelatum esse Messiam promissum*: sed eundem adhuc respectu primi adventus expectandum, ut revelandum. 6. Et qvidem *Messiam duplicem*. 7. Qvorum unus sc. *Filius Joseph* sit qvidem illam *congregationem auspicaturus*: sed in bello casurus: 8. Igitur subventurum *Messiam filium David*, & illam congregationem consumaturum. Hæ περιτροπαὶ ostendunt falsum tertium.

Concl. 53. Resp. 2. Prophetia illa de magnâ sive *ventilatione, sive excussione* (Th. ραβδίσει virgâ cædet, excutiet) *interamni* (Græci: ἀπὸ ῥεύθρου πλατέος ἕως τοῦ χειμάρρου αἰγύπτου vel μέχρι τοῦ χειμάρρου φοινικοφόρων, ἥπερ ἐστιν Αἰγύπτου μεσόγειον) & *filiorum Israelis collectione singulari*, non adimpleta in reductione Israelis ex captivitate Babylonicâ. Non qvidem obstat magis illi applicationi *numerus dualis reversarum tribuum*, (neqve enim Universalitas congregationis, τὸ ἐξ Ισραὴλ hîc affirmatur, & ex aliis tribubꝰ magno numero sub Cyro tunc reversos, malè negatur) qvâm superiori applicationi Judaicæ *ad sperandam in fine mundi liberationem, per Messiam*, respectus Prophetiæ Chronologicus, ad propiora sc. Prophetæ tempora. Negare haut licet, respectum in superioribus Pharaschis principalem *ad novissima Evangelica & finem mundi diemq; novissimum*. Neqve ergò hactenus hoc loco foret obstaculum. Sed & ביום ההוא c. 24. 21. signat argumentum *novissimæ visitationis Exercitus excelsi in ipsâ sublimitate, & Regum terræ super terram* c. 25. 9. articulum *absorptæ abolitæq; mortis & triumsi resurrectionis*. c. 26. 1. tempus *Evangelicum triumfalis Sanctorum Cantici* c. 27. 1. *Judicium Diaboli* c. 27. 2. *Chorum Musicum Vineæ Vini rubri*, qvorum omnium relatio ad felicissima & novissima tempora Evangelica. Eodem modo illud ביום ההוא reflectendum & in hac Pharascha & in seqventi de buccinâ magnâ. Accedit modi-

ficatio illius s. *collectionis* in membr. 2. ואתם תלקטו לאחד אחד בני ישראל.

Concl. 54. Chaldæus expressit: אתון תתקרבון חד לסטר חד בני ישראל i. e *Vos accedetis unus ad latus unius* (alter ad alterum) *Filij Israelis*. Græci Interpp. ὑμεῖς δὲ συνάγετε τοὺς ἡσυ Ισραὴλ κατ' ἕνα ἕνα. Trem. *Vos autem colligemini sigillatim, ô Israelitæ*. Vatablus: *Vos autem colligemini sigillatim per unum unius* sc. *loci* i e *per singulos singulorum* sc. *locorum*: unde qvidam: *singuli è singulis locis*. alii: *ad unum unus*. At, qvæ in eodem opere, Vatabli notis illustri, Versio nova: *Et vos colligemini sigillatim filij Israel*. Ita & Vulgatus: *Et vos congregabimini unus & unus filij Israel*. Versio Belgica: Ende het sal te dien Daghe gheschieden / dat de HEERE dorschen sal van den Stroom der Riviere af tot aen de Riviere van Egypten: doch ghy Lieden sult opghelesen worden een by een / O ghy Kinderen Israels.

Concl. 55 *Excussio* adeò illa s. ῥαβδισμὸς danda fuerit in *areâ Babylonicâ*, ubi *trituratus* Israel: & *collectio* fuerit liberatio Israelis comparata *Spicilegio post messem*. Luth. noster: Ihr werdet versamlet werden einer nach dem andern. In sensu perinde est, sive positum לְאַחַד אֶחָד habeas velut *regimen*, ut sit: *Vos colligemini in unitatem unius*: sive *sine regimine*, ad unum unum, unus post alium. אחד enim *Patachatum* non semper esse *formalis regiminis* probant exempla Gen. 48. 22. 2. Sam 17. 22. Gen. 3. 22. Sach. 11 7. Probandus Lutherus, Batavi, Trem. Versio nova in op. Vatabl. neqve improbatur Græcus & Chaldæus rectè intellecti.

Concl. 56. Videndum, an liberatio ex Babel intimata sub *Cyro & gloriosis in Persico Successoribus* dici possit *Collectio* לְאַחַד אֶחָד s. *unius, unius?* Non sanè *adscensus ille ex Babylone* fuit *numeri singularis*: sed *pluralis*. Adscendere ad Diploma libertatis primum sub Cyro turmatim, exceptis Servis, Ancillis, Musicis, *qvadragies bis mille, trecenti sexaginta* Esr. 2. 64. & licet postea sive minori numero,

mero, sive sigillatim qvoqve adscendere potuerint, tamen inde non erat denominanda solemnis illa *Collectio*.

Concl. 57. In Prophetiâ *de desolatione Civitatis munitæ & caulæ* v. 10. non excludimus Ἱερουσαλὴμ τὴν ἀποκλείστου τοῦ Προφήτας καὶ λιθοβολοῦσαν τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, cui proinde *Caulæ* prædicitur, qvod sit futura *desertum*, planè prout in Evangelio Salvator: Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος Matth. 23. 38. Verùm nec solam illam intelligendam docet resolutio: nec necessitas ulla cogit illud explicare *de excidio ejusdem Babylonico*. Liceret de novissimo metropoleos illius excidio sub Romanis verius explicare, ut ita nexus v. 10. 11. & 12. nec chronologicè obstaret accommodationi ad feliciora Messiæ tempora & collectionem Evangelicam τῶν διεσκορπισμένων υἱῶν τοῦ Θεοῦ ex Israele, jam inde à die triumfi Messiæ, per omnia novi Fœderis secula. Complementum in nostro JESU jam olim intimavit Præcursor Angelus: *Ventilabrum*, inqvit, *in manu ejus est: permundabit aream suam: congregabit triticum in horreum: at paleam comburet igne inextingvibili* Matth. 3. 12.

Concl. 58. Parallelum huic loco *textum Jeremianum* c. 3. 14. statuunt *Junius & Tremell.* Cœterum ibidem ad v. 9. iidem in Scholiis notant, loqvi Prophetam *de Conservatione secundum electionem gratiæ reliqviarum, tùm ex Judæis & Israelitis* v. 9. 10. 11 *tùm ex gentibus omnibus ad Ecclesiam agglutinatis per fidem & resipiscentiam cum Judæorum reliqviis* v. 12. 13. Vocatur ibi Jhuda & Israel, *ipsaq; adeò decem tribus in Mediam & Assyriam deportatæ Aqvilonem versus*, unde jubetur Propheta *versus Aqvilonem* ingeminare: *Revertere aversa Israel: Revertimini filij aversantes:* v. 7. 9. sed ad cœlestem gratiam, ad conjugium spirituale, non ad regnum corporale, non ad sceptrum terrestre, non ad fœdus carnale. Præscribitur remedium, Consilium sc. pœnitentiæ: *Agnosce iniqvitatem tuam, te à* JHOVAH *DEO tuo defeciſſe:* v. 8. Promittitur qvoqve particularis *unius ex Civitate & binorum ex familia* collectio v. 9. *Recipiam vos, unum ex civitate &*

binos ex familiâ, ut adducam vos Zionem: Promittuntur *Apostoli, Pastores Evangelici* v. 10. *abolitio Ceremoniarum Leviticarum* s. *Umbrarum*, propter gloriosam præsentiam corporis v. 11. annectitur illi *Confluxus gentium Hierosolymitanus* potentissimus *ad nomen* JHOVAH v. 12 prædicitur *Conjugium spirituale domus Jhudæ & domus Israelis, & communio invocationis* v. 13. 14. qvæ omnia, ad qvæ tempora respiciant, obscurum, nisi qvi cæcutire velit, nemini esse potest.

Concl. 59. Sed & apparet, qvomodo X tribus nomina *Lo Ammi* & *Lo Ruchama* ex Hos. 1. 6. 7. legitimentur ita ut nullum inde *contradictionis signum* cum textu præsenti *Isaiano & Jirmejano* magis, qvam ipsius *Hoseæ cum Hoseâ:* apud qvem in partu (*Lo Ruchama* i. excludendæ à Misericordia) *fœminino* & respectu *Israelis* oppositi *domui Jhudæ* Symbolico, v. 6 ratio nominis allegatur *abnegatio misericordiæ* לֹא־אוֹסִיף עוֹד אֶרְחַם אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל כִּי־נָשֹׂא אֶשָּׂא לָהֶם *Non miserebor amplius domus David: sed oblivisce ndo oblivisca eorum* (ita & in *partu masculino Lo ammi* ratio: *Vos non eritis populus meus, & ego non ero vester DEUS*) & tamen v. 11. promittitur *filiorum Jhudæ & Israel congregatio*, & *sub uno capite in celeberrimo Jezrahelis die ascensus è terrâ captivitatis*. Conf. etiam cap. 2. 33.

Concl. 60. Eadem ratio Prophetiæ Ezechielis c. 39. à v. 25 Promittitur misericordia *toti domui Israel*, ejusdemq; *ex gentibus gloriosa & catholica congregatio*, לֹא־אוֹתִיר עוֹד מֵהֶם שָׁם i. e. *Non relinqvam amplius ullum ex eis ibi* v. 28. qvod si de *corporali in integrum restitutione* intelligas, obstat præter complementum Scopus Prophetiæ, & *effusio S. Spiritus super domum Israel* v. ult. Si de Electorum redemtione, sive *corporali*, sive *cœlesti, & spirituali*, nihil illud; *amplius*. Qvis n. dubitet, DEUM iisdem, qvos liberat, decrevisse liberationem, vel

qvibus

qvibus hanc absolutè decernit, illos liberare. Qvis autem ignorat *DEO eligenti* objici *Redemtos? non redimi antecedenter Electos?* Intelligimus *Congregationem Evangelicam catholicam.* Hîc nemo exceptus. *Vocati omnes*, & qvoad *intentionem congregatoris* benedicti, *congregati singuli*, etiam *qvi noluerunt.* Ita super *congregatam domum Israelis effusus S. Spiritus*, qvo claudit caput Propheta.

PHARASCHA XV.

Concl 61. Sigillum totius orationis de novissimis est Pharascha ultima de *magnâ buccinâ* v 13. Signum novæ Pharaschæ illud iteratum והיה ביום ההוא planè prout in v. 12. Summa Pharaschæ 1. יתקע בשופר גדול i.e *Clangetur magnâ buccinâ.* 2. ובאו האבדים בארץ אשור והנדחים בארץ מצרים i.e. *Ad illum magnæ buccinæ clangorem venient qvi perierant in terrâ Assur, & dispulsi in terrâ Ægypti.* 3. והשתחוו ליהוה בהר הקדש בירושלם i. e. *Reversuri illi incurvabunt se* JHOVAH *in monte sancto in Jerusalem.* יסגדון קדם יהוה בטורא דקודשא בירושלם. Ita Chaldæus, in hâc Pharaschâ qvoad literam parallelus fontibus: nec qvicqvam adeò hîc culpandum in interpretibus. Tota hîc de complemento lis. *An Prophetia* (qvæ futurorum est) *jam facta historia* (qvæ præteritorum est)? *An qvoad historiam jam adimpletum hoc de magnâ buccinâ Vaticinium? An jam auditus clangor ille magnæ buccinæ? An clangor, complementum, historia* adhuc expectanda? Obstaculum sanè nullum applicationi hujus Pharaschæ *ad novissima in fine mundi:* neqve negamus hîc respectum ad illam *celeberrimam Jubilæam buccinam* ſ. τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι 1. Cor. 15. 52. ad κέλευσμα, Φωνῇ Ἀρχαγγέλου (Ministeriani

nisteriani sc. Angelici primarii, ejusdemq; Principis magnæ Angelorum turmæ Ductoris) & σάλπιγγα Θεοῦ 1. Thessal. 4. 16. Neqve tamen probamus interpretamentum Rabbinorum de promissâ hîc *universali & corporali Tribuum liberatione*, adimplendaq; adeò demum hâc Prophetiâ in futuro, ac si complementum ejus ostendi non possit in tempore præterito. *Buccinam illam magnam Michaeli Archangelo* vendicat Autor libri cui titulus אבקת רוכל s. *pulveris aromatarii in signo* 8. Sed & *Triplicatum illi clangorem* adscribit יעמד מיכאל ויתקע בשופר ג׳ פעמים שנ׳ i. e. *Surget Michael & clanget buccina* 3. *vicibus*. Allegatur locus præsens. Porrò ad תקעה הראשנה s. *clangorem primum* (inprimis) *revelatum iri Messiam filium David & Eliam, ac futuram per illos Judæorum congregationem: futurum inde gentium tremorem, ingressum Messiæ ben David Hierosolymitanum triumfalem, ejusdem Messiæ ben David thronum regalem, Messiæ Antecessoris s. ben Joseph resuscitationem, Armilli Romani maximam capitis deminutionem*. Ita hîc illi ex Antichristiano suo bello & corrupto temporum Messiæ rationario ὀνειροπωλοῦσι, cum in fontibus altum sit de *Michaele buccinatore*, de *triplicando clangore*, de *tali buccinæ* s. *clangoris fine*, silentium.

Concl. 62. Omninò complementum qvoad historiam dandum in præterito, & *auditus* jam dudum ille *sonus magnæ buccinæ*. Neqve negamus instar talis habuisse edictum Cyri qvod legere est 2. Chron. 36. 22. Esræ 1. 2. 3. 4. Hoc verè fuit *buccina magna* perstrepens per *totum Regnum* Cyri Monarchæ. Altius tamen & *ad triumfum Messiæ Evangelicum* (qvando verè audita magna buccina, & per illam ex Assyriâ & Ægypto velut eminentioribus τῆς δια-

πτωχῆς regionibus congregati *adoratores in Sione Evangelici)* respectum Prophetæ, per *sequelam Pharasicharum* dubium nobis nullum: tunc ex dispersis s. depulsis per Assyriam & Ægyptum, aliasq; sub cœlo regiones conversi sat multi Judæi, etsi respectu numeri infidelium in natione anathematizatâ pauciores. Tales illi Auditores Petri Pentecostales, ἐν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι ἄνδρες εὐλαβεῖς ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῦ ὑπὸ τὸν οὐρανόν Act. 2. 5. tales illæ μυριάδες Ἰουδαίων τῶν πεπτωκότων, *Multæ* sc. *Myriades* illorum *qui perierunt in terrâ Assur & depulsi fuerunt in terrâ Ægypti*, jam Pauli tempore conversæ erant *per buccinam magnam Evangelicam* Act. 21. 20. Et sufficit *buccinam magnam* legitimare nos posse, & *ipsam invitationem illorum qui perierunt in Assyriâ. Adventus pereuntium in Assyriâ*, & *palantium per Ægyptum ad adorandum in monte sancto* ponitur ut *finis magnæ buccinæ* à DEO buccinante intentus, non ut absolutè futurus, æqvè velut *clangor* buccinæ. *Clangetur buccinâ magnâ, ut veniant, ut incurvent se coram Jhovah in monte sancto.* Non obstat complemento, qvod non singuli venerint. Sufficit *auditum ab omnibus clangorem magnæ buccinæ*, etsi οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ Εὐαγγελίῳ. Confer Rom. 10. 16. 18. Manet i universalem 10. tribuum eandemq; corporalem liberationem futuram circa finem mundi nec hîc nec alibi promissam. 2. Neqve adeô complementum ex negatione illius adimpletæ hîc bonâ fide negari in præterito, & poni demum in futuro.

Concl. 63. Propterea qvod ultra fluvium Sabbathicum (סבטיון) dispersi qvondam fuerint, vocari illos העברים s. *pereuntes* habet h. l. Raschi. Mittimus grandes Judæorum de illo fluvio παραδοξίας. Meminit sanè Josephus

Iosephus l. 7. de bello Jud κεφ. 19. fluvii Sabbathici in Syriâ his verbis: Τῆς καίσαρ ἐν πάσαις δὴ ὧν ἦλθ πόλεων τὴν συρίας, θεωρίας ζωπελῶν πλυπελᾶς καὶ τ ιεδαίων ζῆς αἰχμαλώζοις, ἐς ἀπόδειξιν τ ἑαυτῶν ἀπωλείας καζαχρώμενος ἡζάτην κ τὴν πρόσω πορείαν φύσιν ἀξίαν ἱσορηθῆναι. ῥεῖ μὲν γὰρ μέζος δρκανίας τ ἀγελίππα βασιλείας καὶ ραφανάας, ἔχ δὲ θαυμασζὴν ἰδιόπζα. Πόλυς γδ ὢν ὅπ ῥεῖ καὶ κ τὴν φορὰν σ σχολαῖος, ἔπειζα δὲ πᾶς ἐκ τ πηγῶν ἀπολείπων ἓξ ἡμερῶν ἀριθμὸν, ξηρὸν παραδίδωσιν ἐρᾶν τ τόπον. ἀθ' ὥσπερ ἑδομιᾶς γνομήνης μεζαβολῆς ὅμοιος κ τὴν ἑβδόμην σκάδωσι, καὶ ζούτην ἀεὶ τὴν τάξιν ἀκριβῶς πηρήσαν ἀφυλάπων· ὅθεν δὴ καὶ σαββαζικὸν αὐτὸν κεκλήκασιν, ἀπὸ τ ἱερᾶς τ ιεδαίων ἑβδόμης ἕτως ὀνομάσαν πες. Cœterum, si talis *Sabbation* in Syriâ & in terris ad *flumen illud Sabbaticum* splendidum magnæ partis tribuum datur regnum, qvomodo dubium illis de ubietate speciali X. tribuum, de qvâ, uti & actionibus ac statu speciali illorum ibidem, qvæsitis, ingenuè ἀγνωσίαν suam profitentur (nisi qvod *ex Referendario Montesino*, qvædam nuper hic commentus est Menasse in Belgio) urgentes ex hoc textu vocem האבדים: qvod sc. sint in statu tali, qvalis *est illorum qvi perierunt*, de qvibus nihil exploratum: *Congregandos tamen* etiam nunc, non obstante, qvod per 2400. annos, qvos in captivitate jam exegerunt, vix qvicqvam de iis innotuerit, velut ex hoc loco & Jer. 3 14. probat אבקש רוכל in signo 6. De qvo qvid sentiendum ex superioribus constabit. Nos his Orationem XIII. in XV. Pharaschas distinctam claudimus, actui Disputationis circa hanc materiam amplioribus reservatis.

ORATIO XIV.

Concl. 1.

POst Prophetias, qvarum titulus משא, magnâ ſuperiori Oratione obſignatas, ſeqvitur nunc ordinatio illarum Prophetiarum minorum, qvas ſub exordio הוי ſ. Væ enunciavit & publicavit Propheta. Et qvidem in præſenti Oratione XIV. geminum publicatur Væ unum *Ephraimiticum* c. 28. alterum *Hieroſolymitanum, & Judaicum* c. 29. Utrumqve eſt הוי מקונן ſ. *Væ lamentantis* & per illius publicationem *ad pœnitentiam vocantis*. Et primum qvidem Væ conſtat 6: alterum 5. Pharaſchis minoribus, qvarum, cum argumentum ex ipſo primi verſus c. 28. & 29. conſtet ſive membro, ſive territorio, difficiliora (habitâ, ubi opus erit, nexus & ſpecialis ſectionis ratione) nunc *per qvæſita & reſponſa* expediemus.

VÆ PRIMI
PHARASCHA I.

Concl. 2. Qvær. 1. *Qvodnam Summarium Pharaſchæ 1.?* Reſp. Caſus Coronæ Samaritanæ. Continetur illud *in duplicatâ* ſubordinatâ tamen *propoſitione* (v. 1.) ubi in unâqvâqve notetur trias *ſubjecti, delicti, ſupplicij*, ſc. 1. ipſum *nationale Objectum*, qvod eſt in *1. Ephraim* ſ. *Corona 10. tribuum*, in *2. qvi ſunt in capite vallis pingvedinum.* 2. *Complexus criminum*, ſub ſignis ſuperbiſſimi faſtus & luxus, qvorum criminum *illud* in 1. notatur per *Coronam faſtus:* in 2. per *decorem glorioſi ornatus:* hoc autem in 1. ſub titulo ebrioſorum ſ. שכרים; in 2. ſub titulo הלומי יין ſ. *obtuſorum vino* inculcatur. 3 *Divinum judicium*, qvod in propoſitione primâ exprimitur per הוי Rviatum,

s. VÆ: in 2. per צִיץ נוֹבֵל s. *florem marcidum.* Propositio adeò concreta & contracta talis: EPHRAIMO fastu luxuq; fœdè CORRUPTO VÆ! vel: CORONÆ SUPERBISSIMÆ EBRIOSÆ EPHRAIMI VÆ! vel: *Florida & delicata Ephraimi* (ex affluente *in pingvedinum valle* voluptatum terrestrium, omnisq; amœnitatis illecebrarum copiâ *lascivientis* & *superbientis* inq; suâ Coronâ seipsum insolentèr extollentis) *magnificentia erit flos marcidus* (caducus). Confirmat & *inductione modi executionis* qs. sensuali, specialissimè explicat illud VÆ s. *judicium*, per qvod ponenda erat *Corona florida* in statu *floris marcidi* & *ex Marasmo subitò caduci* v. 2. ECCE (jam) adest *turbo exitialis* (hostis Coronæ superbæ conculcator & floridi status impetuosus desolator, illiusq; adeò VÆ executor velocissimus, armante *Domino*, futurus) atqve ita *legitimatur* superior propositio s. *ipsum judicium* in *Coronam superbam* v. 3. 4. unde est qvod à m. 2. v. 3. adusqve m. 2. v. 4. Propositio integra, totusq; ferè versus primus iisdem vocibus iteretur.

Concl. 3. Notetur 1. Oppositio inter צִיץ נבל & צבי tùm in propositione, tùm in ejusdem conclusione v. 4 Ibi est significatio *amœnitatis, suavissimæ jucunditatis* qv: Is est e. c. *floridi in terrâ S. germinis & delicati fructus*: hîc *Marasmi* s. *marcoris ante æstatem caducum facientis florem plantæ.* Not. 2. Comparatio ejusdem צבי & בכורה s. *fructus præcocis*, qvoad *velocitatem absumtionis.* Uti sc hunc *spectator* velocissimè *decerpit* & *avidissimè consumit*: ita omnem illam *Coronæ gloriam* una tantùm manu *dejiciet*, absumetq; *hostis turbo* v. 2 & 4. Not. 3 Oppositio status coronæ in v. 3. *Qvæ antea gestabatur in capite, nunc conculcatur pede.* Notetur 4. Resolutio v. 1. talis: *Corona superbissima, ebriosi Ephraim, experientur* הוֹי s. VÆ: *delicata Ephraimi gloria erit flos ex marcore cadivus* (hactenus in m. 1.) Seqvitur nunc m. 2. & in illo *absoluta enunciatio*, qvà *patheticè* & cum *implicatione indignationis ac stupendæ ingratitudinis* maleficium superius *ebriosorum Ephraim* repræsentatur, ac si diceret: Indignum facinus: *Illi ipsi*, qvi sunt *super principalitatem Vallis pingvedinum, sunt obtusi vino.* Scilicet qvos DEUS Politicis & terrestribus excellentiis adeò eminere voluit, ut *Vallem pingvissimam* illis *dederit*, imò *principalitatem Vallis*,

& *super*

& *super illam collocaverit*, illi ipsi tot ac tantis beneficiis impiè ad luxum & ministerium φθορᾶς abusi, non nisi insigni ingratitudine & maleficiorum, qvib⁹ inebriati dudum, gravamine responderunt. *Vallis* sc. *pingvedinum*, debebat esse instrumentum *Eucharisticum* s. attollere incolas, illos inprimis, qvi sunt super caput vallis, ad glorificandum pro terrâ benedictâ liberalissimum Creatorem, non debebat in Corruptionis & brutæ stupiditatis ministerium, adeò ut excœcatos, brutos, obtusosq́; τῇ διανοίᾳ usufructuarios suos redderet, abripi. At contra fit in *ipso Capite Vallis pingvedinum*. Qvi non saltem sunt *in excellenti Valle*: sed & *in principalitate Vallis*: imò qvi sunt *supra caput Vallis pingvissimæ*, fœdissimis sceleribus ebrii, νωθρότητι affectatâ, oblivione DEI, deprimunt obtunduntq́; seipsos.

Concl. 4. Qværitur 2. An rectè Ludov. de Dieu Vers. 1. reddiderit: *Væ Coronæ superbiæ ebriosorum Ephraim, & flori marcescenti decoris gloriæ ejus, qvi* (flos) *est super verticem Vallis pingvedinum & contusorum vino*, ita ut vertex Vallis sit Samaria, in monte sita, adeoq́; infra se Vallem habens, eademq́; vocetur *Vallis pingvedinum & contusorum vino*, qvia sc. erat *Olei & vini feracissima*, ubi *ebriosi vino frangebantur*: *flos autem* super istum verticem sit status regni Samaritani in tribu Ephraim, antehac florentissimus, nunc autem *marcescens*, cui jam totalem ruinam minetur Propheta? Resp. 1. *Genitivi* non adeò conveniunt in membro 1. præterea Væ non denunciatur *Ephraimi regno*, velut jam supposito in statu *floris marcescentis*: sed ut ponendo in tali statu & ut adhuc est עטרות גאות in territorio 1. & צבי תפארתו in territor. 2. Resp. 2. *Vallis contusorum vino* non est *in fontibus*, nec licebit ita per *additam copulam* nectere, ut eadem dicatur *Vallis pingvedinum & contusorum vino*. Obstat evidenter accentuatio in ראש גיא שמנים neqve adeò hîc culpandi erant *Genevenses* qvi expresserant m 2. *Qvi sunt super verticem vallis pingvis sunt contusi vino.*: nec obstat v. 4. ubi אשר על ראש גי שמנים non facit subjectum prædicati seqventis: sed refertur ad antecedentia s. ad ipsum *florem marcescen-*

tem. Mutatur enim positus. Ibi in eodem membro imò territorio, positus prædicati possibilis sequitur: hîc in eodem membro nullus talis datur: ibi ante אשר accentu Rege Atnach distinguitur: hîc saltem per territorialem: licebat ergò hîc antecedenter referre: non ibi. Sed nec opus est versum 4. ita reddere: *Et flos marcescens decoris gloriæ ejus, qui flos est super verticem Vallis pinguedinum, erit sicut præcox fructus antequam æstas sit.* Omninò in v. 4. ex v. 1. assumuntur subjecta: atque uti ex m. 1. assumitur *flos marcescens*, idemq; *decor gloriæ* in territorio 1. ita ex m. 2. assumitur excellentia Vallis pinguedinum ſ *qui sunt super verticem Vallis pinguedinum*, neque permittebat ratio prædicati in v. 4. m. 2. ut repeteretur hîc ex v. 1 titulus contusorum vino.

Concl. 5 Quær. 3. Quis ille חזק ואמיץ in v. 2.? Resp. Erravit Vulgatus reddens: *Ecce validus & fortis Dominus.* Alii: *Ecce validus & fortis deus Domini.* Sed in fontibus nec dicitur אדני: sed לאדני (idq; non ante: sed post חזק ואמיץ & in distinctione) nec dicitur יום אדני: sed לאדני. Intelligendus in *robusto & forti*, Bellator Assyrius: in אדני Imperator Generalissimus JHOVAH ZBAOTH. Reddendum: *Ecce* (jam adest) *Domino validus & fortis.* Dominus jam specialissimè ordinavit, jam armavit Assyrium in funus regni X. tribuum. Siehe/ es ist schon da ein Starcker und Mächtiger/ vom HERRN. Quær. 4. An in hoc חזק ואמיץ & illo אשר ראש גיא שמנים oppositio roboris ſ. גבורת & ורפיון ſ. רכות mollitiei imbellis, ita ut Assyriorum robusta & bellorum atque inediæ patientissima natio, opponatur delicatæ & per luxum extincto vigore animi corruptæ nationi Ephraimiticæ? Resp. Supponitur in m. 2 falsa interpretatio, quæ est apud Abrabinelem & in notis Vabli: *Super quorum capita est Vallis unguentorum* i. e. *qui in conviviis suis perfunduntur multo unguento & vino, in quorum capita descendit ut amnis unguentorum copia, qui sunt madentes unguentis.* Requireretur positus: אשר על ראשם שמנים & alius in אשר alius in ראש accentus. Quær. 5 Quæ ratio comparationis in v. 2.? Resp. In membro 1 ipsa truculentia hostis describitur. Habebit sc. se hostis robustus, idemq; futurus *porta excidij* ſ. violentus exterminator velut

inundatio grandinis. In membro 2. ipsius hostis *numerosus & robustus exercitus*, ab *illo Adonai* in terram Ephraim immissus designatur. Ita jam *conculcatur elata Corona* & deprimitur eminentia Vallis pingvedinum.

Concl. 6. Qvær. 6. An ab hoc גיא שמנים interposito את & iterum elisо א illi in passionis historiâ celeberrimæ regioni γεθσημανῆ sudore JESU cruento, eodemq; hypostatico, celebri, in qvâ & κῆπον Johannes & alii Evangelistæ Χωρίον, meminerunt, conf. Matt. 26. 36. Marc. 14 32. Joh. 18 1. nomen? Resp. Qvoad vocem primam & compositionem illam violenta omnia. Propiot illi nomini appellatio à monte olivarum s. trium luminum: potuit tamen ibi esse גיא שמנים & גת שמנים s & Vallis & torcular olei. Conf. Scriptio vocis Syriaca. Qværitur 7. Qvid illud שער קטב in v. 2.? Resp. Chald. שער expressit כעלעול רוח i. e. *sicut turbo venti i. e. ventus turbulentus procellosus.* Seqvitur Kimchi, qvi expressit per רוח סערה שקוטב וכורת כל i. e. *Ventum procellosum exscindentem & evertentem omnia.* Ita & Abrabin. Neqve aliter *Interpp. Christiani.* Benè illud, si in fontibus esset שער cum constantèr sit שער inter qvæ tanta discretio, qvanta inter שרים & שרים (vid. Psal. 68. 26.) s. Cantores & Principes, qvos ibidem confundit qvædam Interpretatio. שער semper *Porta*, nunqvam *turbo*, qvod adeò certum, ut ne qvidem hunc locum sub שער posuerit in Concordant. Buxtorfius, qvia sc. vidit in hâc legitimari non posse turbinis significationem: posuit ergò in classe שער. Nobis, Porta, Porta. Reddimus: *Ecce Adonai* (validissimæ Universitatis Sustentator ejusdemq; adeò potentissimus destructor) s. *Dominatori DEO* jam adest *fortis & robustus* (bellator, & Coronæ Ephraimiticæ destructor) *sicut inundatio grandinis est porta excidij* (s. violentissimus ille hostis idemq; *Porta* excidii) Ita nec opus ellipsi כ similitud. ut sit שער קטב pro כשער קטב qvomodo in h. l. Kimchi כי כורם עוכרת במקום שנים *Portam excidij* s. *exitialem* hîc sumimus eo modo qvo aliàs *Portæ* שאל s. *Inferni* &c. veniunt in sacris. Qvær. 8. An vers. 3. rectè: *Pedibus conculcabuntur corona, superbia*

perbia ebrioſorum Ephraim. *Corona ſuperbia* i. e. *Corona & ſuperbia.* Reſp N. obſtat accentuatio, qvæ non admittit *ebrioſos Ephraimi* in regimine materiali poni, ita ut formale regens ſit ſolum גאורת: ſed reqviritur totum illud: *Corona ſuperbiæ:* At nec opus hîc eſt עטרת גאורת *in regimine* poni reſp. *ebrioſorum Ephraim.* Reddendum: *Corona ſuperba, ipſi ebrioſi Ephraim conculcabuntur.* Diverſitas generum *ex lege Synonymiæ & complexus* optumè explicatur.

PHARASCHA II.

Concl. 7. Abſolvitur hæc ſecundo Commatum Propheticorum qvaternario à v. 5. ad 9. Nexus pulcherrimus: *Corona Iſraelitica corporalis conculcatur* vid. v. 1. & 3. *Corona* Meſſiæ *ſpiritualis in reliqviis populi* confirmatur & gloriosè illuſtratur v. 5. Ibi corona ſuperba: & gloriantur illi ebrioſi, illi obtuſi, in elatâ coronâ. At hîc *eminentior corona*, ſc. ipſe JHOVAH ZBAOTH, in qvâ ſolâ triumfant Sancti. Ibi qvidem 1. עטרת ſ. *Corona*, ſed qvæ *cadit & conculcatur:* ibi 2. צבי ſ. *amœnus decor:* ibi 3. תפארת ſeu *pulcher ornatus* v. 1. 4. ſed fit ציץ נבל ſ. *flos marceſcens.* At hîc ſ. *reliqviis populi* ſanctis ſervatur עטרת ſ. Corona ἀμάραντος, ſervatur צבי ſ. *delitium amœniſimum*, ſervatur תפארה ſ. ornatus pulcherrimus, imò *Cidaris* ſ. *Diadema*, ſplendor regalis & ſacerdotalis: & hoc ipſum צבי עטרה ſ. *floridum Coronæ delitium* & תפארת צפירה ſ. *gloria Cidaris* nunqvam erit ציץ נבל ſ. *flos marceſcens vel deciduus*, qvia erit ipſe JHOVAH ZBAOTH. Summarium adeò hujus Pharaſchæ, ſuppoſito jam nexu eſt, *Privilegium Sanctorum in Coronâ amarantho*, & *ſpirituali Meſſiæ regno* v. 5. 6. Applicatio prima eſt ad tempora conculcatæ per Aſſyrium Coronæ Samaritanæ ſ. regni 10. tribuum, & in illâ clade ſceptri JHUDA Rege Chiskiâ, & ſub illo Sanctorum, privilegium regale: dum ibi *Corona* videntibus & admirantibus DEI Zelotæ Judicia ſanctis, cadit, ipſe JHOVAH ſanctis in regno Jhuda & ad illius Eccleſiam profugis Coronam Cidariną; magnificentiſſimam pandit & Sionem ab invaſore Sancheribo potentiſſimè defendit v. 5. & 6. licet hujus qvoqve regni populus imitando

tando crimina Coronæ Ephraimiticæ, se indignum reddat illâ beneficiorum collatione v. 7 8. ut adeò *magnificâ promissione* v. 5 6. & *vehementissimâ querelâ* ac *contestatione* de indignitate Judæorum absolvatur hæc Pharascha.

Concl. 8. Atqve hîc qværitur 9. Qvæ discretio עטרת & צפירת s. *Coronæ* & *Diadematis*, cum distinctè JHOVAH ZBAOTH futurus dicatur *Corona* delitii & *Cidaris Ornatus pulcherrimi residuo populi sui?* Resp. assumimus, qvod in h. l. habet Abrabinel: אולי אמר עטרת צבי כנגד מלכות בית דוד וצפירת תפארת על הכהונה הגדלה כי הכהן הגדול היה משים המצנפת על ראשו. Sensus est: *Coronam dici respectu regni Davidici: Cidarin autem gloriosam respectu summi Sacerdotij: cum nonnisi summi Pontificis ornamentum capitale fuerit Cidaris.* In צפירת vi vocis, *ambitus* vel *circuitus* significatio generalis Jud. 7. 3. Ezech. 7. 7. 10. & sic facilè datur *Diadema* vel *Anadema*, idq; hoc loco magnificum planè ac excellentissimum: qvia habet relationem ad *Coronam* s. עטרת & additur vocabulum תפארת. Sed opus haut est, ut illud *Diadema* sit *regale*, atqve adeò planè *parallelum Coronæ.* Qvid enim opus Prophetam bis in uno territorio pronunciare: JHOVAH *futurum Coronam regalem decoris, & Coronam regalem ornatus?* Neqve adeò absurdum: *Cidarin illam gloriæ* explicare de Coronâ *summi Sacerdotij*, ita ut idem sit qvod מצנפת מפוארת s. *Cidaris ornatissima.* Inter ornamenta summi Pontificis & vestimenta Ahroni facienda לכבוד ולתפארה s. *in gloriam & decorem* vid. Exod. 28. 2. eminebat מצנפת (*Pileum, Mitram, rotundum Pileolum, Tiaram, Galerum, Cidarin* vocant Interpp.) Erat sc. *mitra byssina simplicissimæ candidissimæq; albedinis ambiens caput eo modo, qvo mitræ orientalium. Illi ad frontem alligata erat* נזר הקדש Corona sanctitatis seu ציץ זהב טהור i.e. *lamina auri mundi*, cui insculptũ erat קדש ליהוה, eademq; *æternæ complacentiæ renatorum in summo Pontifice Christo signativa.* Neqve facilè dabitur, cui præter *Coronam regalem* titulus צפירת תפארה possit convenire, ut taceamus expresè מצנפת

inter

inter illa poni Pontificalia qvæ dicuntur facienda לתפארת f. *in ornatum & honorem* conf. Exod. 28. 2. 37. 39. 40. c. 21. 6. c. 39. 31. Levit. 28 9.

Concl. 9. Summarium adeò promissionis in v. 5. est de JHOVAH ZBAOTH *glorioso & Rege & Sacerdote*, & tùm per *Coronam regalem*, tùm *per Cidarin Sacerdotalem*, dum Ephraimi *Corona* per *turbinem Assyrium* dejicitur, & majestas illa pedibus conculcatur, *Sionis* suæ & *domus Davidicæ* magnificentissimo & absolutissimo Protectore. Hic est ille glorioſus *ambitus & Sionis murus igneus* conf. Sach. 2. 9. Cingit illam gloriosè JHOVAH ZBAOTH, tùm *qvà Rex est*, admirandæ potentiæ sceptro, Ecclesiam potentissimè protegendo, hostes autem sive arcano impulsu, sive externo obstaculo ne noceant Ecclesiæ, illis objecto, gubernando, sive glorioſis & *vel Angelicis prælijs* pervicaces illos debellando, tùm *qvà Sacerdos* est, per *infiniti*, cui ab omni æternitate & destinatus est & seipsum destinavit *Sacrificij repræsentationem potenter* intercedendo. Exemplum utriusqve illius vide in *historiâ obsidionis Hierosolymitanæ* Jesa 37. 8 9. & v. 35 36. sed & qvâ ratione tunc JHOVAH *fuerit Diadema glorioſum Sioni* vid. ibid. v. 34. Promittitur sc. Hierosolymis *salutare protectorium* propter JHOVAH & DAVID *Servum* JHOVAH. Sed & qvinam sint illi, qvos sub titulo שאר עמו hîc intelligit DEUS ibidem pulcherrimè explicatur v. 31. 32. Atqve inde ille *triumfalis Filiæ Sionis jubilus* v. 22. 23.

Concl. 10. Datur in Ezechiele locus insignis c. 21. à v. 30. sine curialibus honorificis Regem Jhuda compellat, eidemq; sententiam autoritate publicâ Propheta denuntiat his verbis: *Et tu, ô Profane impie, Princeps Israelis cujus venturus est dies, in tempore iniqvitatis consumatæ* (præcisæ, terminatæ) *sic dicit* ADONAI JHOVI: הסיר המצנפת והרים העטרה *Auferetur Cidaris ista: tolletur Corona ista: hæc* (qvæ nunc est) *non* (amplius erit) *hæc: humilem exaltando, & excelsum humiliando.* Copulatur æqvè המצנפת & העטרת s. *Cidaris & Corona*, & utriqve tàm Sacerdotio, qvam Sceptro denunciatur insignis fractura: imò additur v. seq. עוה עוה עורה f. perversitatem *triplicatam ponam illam*, Coronam sc. Regiam: *nec erit illi Rex*

ullus

ullus (ex familiâ Davidicâ) *usqve dum veniat, is cui est judicium* (Messias sc. in throno regali & *Rex* & *Sacerdos summus*, & illius חשן המשפט s. admirandi *pectoralis Judicij*, ipsorumq; *Urim Tummim* etiam secundum humanitatem infinitus proprietarius) *& tradam illi* (utrumqve & *Sacerdotium* signatum in מצנפת s. *Cidari*, & regnum signatum in coronâ conf. Sach. 6, 13 de Sacerdote in throno JHOVAH) Complementum Prophetiæ datur accuratum. *Regnum Jhudah* qvoad traducem personalis majestatis *è stirpe Davidicâ*, planè desiit in Zedekiâ, & vi hujus Prophetiæ ibi qvoqve debuit deficere. Expressè textus: *Coronam regni Davidici non restituendam in integrum, donec veniat, cujus est Judicium & tradatur illi:* atqve hunc esse promissum Messiam, non uti Lyranus deliravit, Nabuchodonosorem, claritudo prophetiæ evincit: conf. Jer. 22. 30. neqve obstant illi Prophetiæ *promissiones de æterno Davidis throno*, qvippe qvæ uti intentæ, ita qvoqve intelligendæ sunt adimpletæ spiritualitèr in Christo Filio Davidis τὸ κατὰ σάρκα. Omninò Schiloh qvidem venit ante ablatum Sceptrum à Jhuda, & ante illud & Mehokek *ablatum penitus*, venire qvoqve debuit: sed non venit *ante ablatum Sceptrum Jhuda à stirpe Davidicâ*, qvoad majestatem personalem dominantis. Reges sive Principes, vel saltem ex tribu Jhuda, nedum ex familiâ Davidicâ, sub templo 2. facilius est ponere, qvam ex rationario temporum probare.

Concl. II. Redimus ad Coronam Cidarinq; gloriosam. Ipse JHOVAH ZBAOTH *erit Corona decoris & cidaris gloriæ reliqviis populi sui.* Ita Propheta Θεόπνευστος. Qvid hîc Targumista vetus? Reddidit: בערנא ההיא יהי משיחא דיהוה צבאות לכלילא דחדוא ולכתר דתושבחא לשארא דעמיה i. e. In *illo tempore erit* CHRISTUS DOMINI *Exercituum in Coronam gaudij & Diadema gloriæ residuo populi sui.* Id qvod de JHOVAH ZBAOTH enunciat *in casu recto* Propheta, idem de MESSIA explicat Chaldæus Paraphrasta, qvem MESSIAM DOMINI vocat, eodem sc. sensu, qvo in privilegio Simeonis τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου memoratur CHRISTUS DOMINI Luc. 2. 26. sed & parallela ferè huic apertè

qvæ de ZEMACH JHOVAH & FRUCTU TERRÆ SANCTÆ excellentissimo, MESSIA sc. prædicantur Isa. 4.1. Sach 6.12.13. Perinde nunc, sive in JHOVAH ZBAOTH *ipsam hypostasin Messiæ* in casu recto intellexerit, ita ut illud JHOVAH ZBAOTH ex mysterio addiderit, sive in JHOVAH ZBAOTH non *Personam Messiæ:* sed illam à qvâ est MESSIAS s. JHOVAH cujus est MESSIAS, intellexerit, &, propter Complementum hujus promissionis *in Christo*, MESSIAM ex mysterio, Paraphrastæ usus jure, addiderit. Nullum divinitati MESSIÆ ex alterutro periculum: sed manet nihilominus argumentum.

Concl. 12. Ibi in casu recto MESSIAS est JHOVAH: hic non negatur MESSIAS esse JHOVAH (qvod potius per identitatem prædicati divini creditum affirmatur) licet non dicatur in casu recto JHOVAH: sed MESSIAS DOMINI ZBAOTH, qvi qvidem non est ὁμοουσίως idem ille, *cujus est Messias, seu non est DEUS Pater*, at ὁμοφυῶς ov ἐστ: prout *Cain Adami filius, etsi non est Adamus s. homo ille primus: tamen est homo.* Manet adeò hîc 1. MESSIAS JHOVAH ZBAOTH. 2. Idem MESSIAS DOMINI ZBAOTH. 3. MESSIAS REX. 4. MESSIAS SACERDOS, atqve adeò *Messiæ vera & naturalis divinitas, ejusdem hypostasis in illa ὁμοουσία, à Persona*, cujus est Messias, *distincta, regnum* ejusdem, & propriissimi nominis idemq; infinitum & jam ante incarnationem exercitio reali administratum *Sacerdotium* hîc inculcatur, & sic magis *beneficium servatarum reliquiarum*, virtute MESSIÆ *Regis & Sacerdotis* ac pro Sione validissimi Intercessoris, ejusdemq; potentissimi Protectoris hîc illustratur. Porrò idem erit qvoqve in Spiritum judicii tùm *Judici* tùm *Bellatori*, ut *judicium* sanctè, & *bellum* defensivum geratur intrepidè v. 6.

Concl. 13. Qv. 11. Qvis nexus versus 7. & qvinam illi notati per גם אלה? Resp. ad 2. Tribus contradistinctæ *tribubus regni Ephraim, Jhuda* sc. & *Binjamin.* Ad 2. Hæ eodem deinceps supplicio notandæ erant, qvo Ephraim, qvem crimine seqvebantur: Unde uti sub titulo *ebriosorum & contusorum vino* supra proponebatur Elenchus Ephraim: ita hîc Jhuda & Binjamin, imò ipsi Doctores memorantur *Vino & potu inebriante obruere:* unde jam *omnes mensæ repletæ sunt vomitu sordido sine loco*, i.e ita ut nullus sit locus, qvem fœtore suo cri-

ſuo criminali non repleant corrupti. Tales menſas etiam eſſe כלי מקום ſ. *ſine gratioſâ DEI præſentiâ:* ſed & qvæ ſunt ſine euchariſtiâ, precibus & benedictione divina eſſe menſas impuras, & ita aptiſſimè dici, qvod hìc ex Anteceſſoribus notat Abrabinel, dubium nullum: Cæterum DEUS in Rabbinorum lingvâ מקום dictus, hâc voce in fontibus nec hîc nec alibi notatur.

PHARASCHA III.

Concl. 14. Continetur hæc à v. 9. ad 14. Nexus eſt in nexu *carnalis & corrupti æqvè Jhuda ac Iſmaelis*, & in utroqve *tùm Ordinis Doctoralis* (qvi apertè notatur ſub titulis PROPHETÆ in illâ ipsâ ſpeculâ oberrantis & temulenti *Sacerdotis in diiudicatione fœdè titubantis* v. 7.) tùm inqvinatæ per illos Anteceſſores corruptiſsimos & undiqvaqve fœdiſsimos *Auditorum claſſis* v. 8. qvæ abominabilis & qvoad numerum majorem corruptorum catholica criminalisq; depravatio, ſub Schemate *inqvinatarum fœdè* per illos heluones ad gurguliónem usqve laburratos, *menſarum*, adeò *ut non ſuperſit locus* aliqvis conſpicuus ab illâ ſorde purus, ſignatur à Prophetâ. Incapacitas inde Doctrinalis gemina, una מפאת המלמרים ſ. à parte Doctorum corruptorum ſc Prophetarum & Sacerdotum: altera מפאת התלמידים ſ. à parte Auditorum v. 7. 8. Unde jam qſ. indignabundus & attonitus Propheta: *Si*, inqvit, *tàm univerſalis eſt adultorum corruptio, ut non ſaltem Auditores: ſed & ipſi Sacerdotes, qvorum labia cuſtodire debebant* דעת *ſ. notitiam Verbi divini & cœleſtium myſteriorum* Malach. 2. 5 6. *excutiant* דעת, nec ſaltem Auditores obnitantur Verbo prædicato (atqve adeò audito) ſed & ipſi Prophetæ in *ſpeculâ & audientiâ* Prophetica oberrent (fallum, & qvod in arcano Domini à JEHOVAH revelatum non audiverunt שמועה ſ. verbum, velut auditum, mentientes) nec diſcernant שמועה. Ergò qvid tandem ſupererit Auditorii? מי (Notetur Patach) Qvis ſupereſt, *qvem DEUS* ſc. per Prophetam verum (errant ſc. qvi hîc pro ſubjecto repetunt *Sacerdotem vel Prophetam* corruptum, tanqvam *Doctorem ineptum, niſi informationi puerulorum:* qvi ipſe non habet דעת vel שמועה malè collocatur in Doctorali cathedrâ, et-

iamsi in classe puerulorum, qvibus, velut τὸ λογικὸν, ἄδολον γάλα ἐπιποθῆσι 1. Petr. 2. 2. profectò Doctor fœdè impurus æqvè vel magis etiam noxius, qvàm adultis: sed & hîc qvæstio de את מי s. de informando principalis) *docebit salutarem notitiam? & qvem intelligere faciet Verbum auditum* (à Prophetâ, revelante DEO auditum, & ab illo iterum in Auditorio Ecclesiæ publicandum, s. *qvem informabit ita ut audiat* verbum prædicatum *cum discretione* καθ' ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς γραφὰς, eo modo qvo laudantur Generosiores Beroenses Act. 17. 11. Tanta sc. paucitas est verorum Discipulorum, corrupto adultiorum auditorio, imò ipsâ Doctorum inqvinatâ cathedrâ)

Concl. 15. Pergit Propheta: An *docebit* (qvi soli supererunt integri) *ablactatos?* an *intelligentes* verbi prædicati *faciet ab uberibus avulsos?* Eò sc. res rediit, ut vix alios ostendere liceat Ecclesiæ Filios, & Auditorii Prophetici discipulos, qvàm Infantes, Puerulos, Tyrunculos, vel etiam adultiores qvosdam simplices, ἓν γὰρ γραμμὴ τῆ ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ per lentam præceptiuncularum, unius post aliam, inculcationem, & variam delineationem, minutatim docendos v. 9. 10. Errant qvi hîc titulum ablactatorum in crimine ponunt, ita ut notentur semper τοῖς φρεσὶ νηπιάζοντες. ἀλλὰ τῇ κακίᾳ 1. Cor. 14. 20. Νήπιος omnis non est incapax ἀποκαλύψεως & דעת cœlestis Matt. 11. 25. 1. Cor. 1. 27. imò דעת gradus ad sapientiam primo pro Objecto habet hactenus qvoq; τοῖς φρεσὶ νηπίοις: neq; culpantur hi, nisi comparativè qvando semper manent νήπιοι & λόγε δικαιοσύνης ἄπειροι s. *minus exercitati*, ubi sc. ἀφὲ τὰ χείρονα debebant esse διδάσκαλοι, τέλειοι & *capaces solidioris cibi* Ebr. 5. 12 13 14. Sed & hoc loco ratio dâda, qvare non יונקים seu *lactentium* sed *ablactatorum* vocabulo utatur Propheta, qvæ omninò est in perceptione doctrinali, qvalis nō est ἀπὸ μαστοῦ: sed ἀπὸ βρέφους, eo modo qvo laudatur inde Timotheus 2. Tim. 3. 15. extra qvem respectum si foret, *ablactati* titulus hîc explicandus esset ex Psal. 131. 2. sc. talis esset מי שלא משוה ורומם נפשו s. *qvi non componit & sedat ani-*

dat ani-

dat animam suam: sed ad instar *infantis ab uberibus avulsi* qviritatur, huc illuc vario appetitu movetur.

Concl. 16. Porrò *huic labio & lingvæ Doctorali* apud Catechumenos s. *ablactatos* opponitur v. 11. *labium* qvo DEUS iratus usurus est apud illos corruptos: irrisurus sc. est irrisorem populum s. אנשי לצון vid. v. 14. Causa irrisionis illius hostilis gemina: una inobedientia, qvà sc. *vocati ad reqviem*, ejusdemq; communicationem, præfractè repugnarunt, & *auscultare noluerunt* v. 12. altera *blasphemia*, qvà sc. vocatione illâ abusi, imò verbi divini, qvod illis redditum סם המות s. *odor mortis ad mortem*, derisores sunt facti in propriam eamq; æternam suam ruinam & exitium, s. *ut ita pergentes corruant retrorsum, confringantur, & illaqveati capiantur* v. 13. Usus a. hujus Pharaschæ insignis in Elenchticis. Superstruitur totus Papatus hypothesi *inerrabilis Presbyterij Synodici, vel Unius* qvoq; *Sacerdotis summi* absolutæ in fidei morumq; decretis inerrabilitati: ad *qvem Unum* sive cum, sive sine Concilio, refertur, qvicqvid aliàs privilegiorum contra *portas inferorum* Ecclesiæ ϛύλῳ καὶ ἑδραιώματι ἀληθείας datum memoratur. Hic *Sacerdos & Propheta* copulantur, non saltem velut *vitâ fœdissimi* (qvod & de Romanis suis Pontificulis domestici haut negant) sed & ut in ipsâ *speculâ & cathedrâ* s. in ראה & פליליה *aberrantes & titubantes:* neq; legitimare hactenus infallibilitatis suæ privilegium vel præ hoc *Sacerdote Isaiano*, vel præ *Sacerdote* illo Hos. 4. 6. *ob reprobatum* דעת *à Sacerdotali functione, voce DEI, reprobato*, & unâ cum Filiis rejecto, *Romanus* evidenter potuit. Urgent Cognomen *Catholici:* atq; & hi urgebant titulum *Sacerdotis & Prophetæ*, ac jactabant in se residere Spiritum Domini. Postulatur Ecclesia profitentium multitudine & locorum amplitudine fulgidissima. Hic talis opponitur status, in qvo *omnis mensa deturpata*, ita *ut non supersit locus* vel unus Confessoribus sanctis conspicuus. Ridetur Ecclesia infantium: atq; hic, reprobatis adultis primariis corruptis, nominantur ablactati & οἱ ἀσθενεῖς τοῦ κόσμου. Cœterũ hæc & alia in præsens deducere non est instituti nostri.

PHARASCHA IV.

Concl. 17. Notatur hæc v. 14. & 15. Nexus antecedentèr est inter Verbum gratiosæ vocationis & pœnalis visitationis. Illi sc. qvi illius

auscultatores esse debebant, v. 12. sed in sui ipsius æternam *irrisionem & exitium irrisores & contemtores Verbi Prophetici* extiterunt v. 13. illiipsi אנשי לצון s. *Viri Irrisionis*, i. e. מתלצצים על דבר ה׳, prout vocantur v. 14. citantur nunc ad audiendum *Verbum Dei pœnale* v. 14. ubi solemnis citationis formula. Atq; ut constet publicè δικαιοκρισία θεοῦ, & ipsorum primariorum inprimis *Hierosolymitanorum*, qvi in illâ religionis & Scholarum Propheticarum acropoli Ductores Doctoresq; populi esse debebant, qvem blasphemis impietatis exemplis corruptiorem reddebant, *inexcusabilitas*, repræsentat in hoc judicio illos ipsos sui criminis testes & blasphemos ac αὐτοκατακρίτους Oratores v. 15.

Concl. 18. Scilicet Deus per Isaiam aliosq; integros Prophetas ad pœnitentiam illos vocabat sub *inductivo* terribili *mortis velut à tergo & vel per fenestras irrumpentis*. Qvid illi? Opponebant *pactum sibi cum morte intercedere* neq; se illam, seram qvippe, metuere, fati securos. Proponebatur *inductivum* terribilius, *Infernus damnatorum* post mortem. Qvid illi ἀντιπίπτοντες τῷ πνεύματι ἁγίῳ? Opponebant חזה *amicabilem & personalem* compositionem s. *coram in ipsarum partium præsentiâ*, ore ad os, factam transactionem ad multos annos, sibi cum inferno intercedere, sie hatten bey der höllischen Pforten eine freundliche Visit abgeleget / mündliche Vnterredung mit derselben gehalten / hätten guten Verstand mit der Hellen / und von derselben nichts feindliches in vielen und langen Jahren sich zu besorgen. Proponebatur inductivum terribilissimum, & abbreviatura vitæ horrenda, cum æternæ mortis seqvelâ, s. extraordinarium Dei illos ante naturalem terminum repente ad instar torrentis potenter inundantis & omnia vastantis, per judicia publica sine eripiente abrepturi, judicium. Opponebant illi satis *receptuum & latibulorum* sibi esse contra *flagellum inundantis* qvod proinde se non sit in illo transitu invasurum. Esse sc. sibi domi & arma & arguta *consilia*, eademq; non adeò ex legibus divinis, ex dictamine Conscientiæ: sed ex utili publico, ex ratione status conservandi esse mensuranda, & licet sint contra pietatem, & hoc nomine tùm à Prophetis vocentur *fallaciæ* ac *mendacia*, tùm ab ipsis Autoribus non negentur constare aliqvâ doli fraudisq; mixturâ, eo tamen nomine commendanda, qvod receptum latibulumq; procurare possint, ipsiq; adeò

statui

statui prosint, propter qvem aliqvando *mentiri & fallere* liceat. *Dolus an virtus qvis in hoste requirat?* Ita se habet Dominator Hierosolymitanus Orator blasphemus communi nomine v. 15.

PHARASCHA V.

Concl. 19. Absolvitur hæc commatis à 16. ad 23. Nexus anteced. est citationis v. 14. & sententiæ, in qvâ qvoniam *causa criminalis* s. *corpus delicti allegari* debebat, proinde illa publicabatur v. 15. Nunc seqvitur *ipsum dictum* JHOVAH ipsaq; adeò formalis sententia à v. 16. Conferatur לכן in v. 14. & 16. Item oppositio dicti JHOVAH in v. 16. & dicti illorum ἀντιλεγόντων καὶ βλασφημούντων v. 15. Weil ihr also saget &c. vid. v. 15. Demnach spricht der HErr also vid. v. 16. qvæ oppositio clarissima est si conf. v. 15. cum v. 17. 18. Effector illorum judiciorum idem qvi ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας piorum CHRISTUS ab Adonai יְהוָה Lapis *Sioni fundamentum positus, lapis probationis, angularis pretiosus, imò fundatus fundatus* (cui qvisqvis velut lapis vivus superstruitur, atq; adeò omnis) *credens non* (pudefiet s. præ pudore) *festinabit* οὐ σαλευθήσεται v. 16. Qvis ille Deo, & Sioni pretiosus ἀκρογωνιαῖος dubium nobis nullum, tùm per ipsam *Prophetiæ evidentiam*, tùm per *explicationem parallelam* de JESU *lapide ab architectis reprobato:* sed à Patre in *eminentiam Angularis exaltato* vid. Ps. 118. 12. Matt. 21. 42. tùm per evidentem *allegationem Apostolicam*.

Concl. 20. Rationem, qvare Israel *magnus Zelota justitiæ*, incapax sit justitiæ, admissis sine studio gentibus, *incredulitatem* ponit Apostolus & hujus causam *offendiculum* in hunc pretiosum Sionis angularem qvod ex hoc Isaiano aureolo probat Rom. 9. 32. 33. Ita sc. hic lapis *fundamentum Sionis* est lapis *probationis* in actu exercito, & qvi *in illum impingunt*, illis fit λίθος προσκόμματος & πέτρα σκανδάλου *indeq; confringuntur & conteruntur ad hunc angularem*, qvod proinde sive ex hoc אבן בחן per *bonam consequentiam* Apostolus deducit, sive ex parallelo Isaiano c. 8. 14. κατὰ ῥητὸν hîc copulato exprimit: divinissimè autem illud breviarium Evangelicum המאמין לא יחיש, ibidem Apostolus. Enunciatio illa indefinita *universalis* est, & habet Characteres κατὰ παντὸς, καθ' αὑτὸ, & καθόλου πρῶτον unde qvod latebat in fontibus

tibus universale signum, sed & actus objectum expressit Apostolus reddens unam, qvæ in fontibus est, subjecti vocem המאמין, per πᾶς ὁ πιστεύων ἐπὶ αὐτῷ: sed & eleganter prædicatum לא יחיש per οὐ καταισχυνθήσεται: Conferatur allegatio Petrina 1. Ep. c. 2. 6. 7. 8. Sed & egregiè Jonathan h.l. *Regalem* illum vocat *lapidem* s. מלך תקיף גבר ואמתן *Regem fortem potentem & terribilem*, Porro *illud trifolium Evangelicum* expressit per צדיקיא דהימנו באלין במיתי עקא לא יזדעזעון i. e. Justi, qvi crediderint hæc *cum venerit tribulatio* (s. flagellum illud inundans) *non commovebuntur*. Omninò à delirio Rabbinorum, qvibus Jesus noster σημεῖον ἀντιλεγόμενον, & hic *lapis pretiosus* sive *Nebucadnezar* sive *Chiskia*, procul abfuit Targumista. Porro qvâ ratione hic pretiosus *angularis & probatus lapis* exercituros sit judicia in ἀπειθοῦντας & *infideles illos irrisores*, cum *morte & inferno confœderatos*, & illius pariter *fœderis ac latibulorum* vanitatem & περιψήκατα publicè terribili supplicio notaturus adusqve v. 23. Prophetice describitur.

PHARASCHA VI.

Concl. 21. Conclusio hujus Oratiouis ἀλληγορουμένη qvoad audientiam intimatur v. 23. qvoad ipsam *agriculturæ allegoriam* à v. 24. ad f. Retardatione judiciorum abutebantur illi σκληροτράχηλοι ad concludendam inde *Prophetiæ & judiciorum illorum divinorum frustrabilitatē*. Legitimat ergo Deus *veritatem judiciorum*, tanqvam satis tempestivè adfuturorum, & ita confirmantur pii, convincuntur Athei. Deus hactenus populum qvodammodo *aravit, novavit, occavit*, nunc plena *meßis* s. *consumatio præcisa* adest. Deus qvi *agricolæ rationarium temporum* indidit, ut omnia tempestivè & cum discretione frugum faciat, ipse qvoqve in administratione suorum judiciorum non destituitur prudentiâ Oeconomicâ: sed est accuratissimus observator rationarii temporum, unde nunc arat: nunc serit, planè prout agricola *non semper arat: sed ubi terram aptavit, conserit cum conveniente semine, deinde triturat, atqve ita castigat illud totum pro rationario, qvod Deus ejus docuit illum*. Utrumqve sc. *& gratiosè beneficiis cumulare sanctos & triturare malos* est à JHOVAH ZAAOTH qvi velut est *mirificus consilio, ita magnificus est ipso* ἔργῳ. v. 29.

ORATIO XIV.

Concl. 1.

SEqvitur emphaticè in ipso statim primo versus primi c. 29. territorio intimatum הוי אריאל אריאל Væ Ariel Ariel. Weh Ariel/ Ariel! Illud in 5. Pharaschas minores distingvi jam supra meminimus. Continetur I. à v. 1 ad 9. & *ipsam Substantiam Judiciorum divinorum Arieli denunciatorum* exprimit. Succedit II. à v. 9. adusqve v. 13. & *principium illius supplicij Arielis judiciale* describit, prout Pharascha III. à v. 13. ad 15. *Principium criminale*, atqve adeò *excœcationem* illam non positivè, nec negativè absolutam: sed hypotheticam ostendit: Unde Pharascha IV, qvæ à v. 15. ad v. 22. fluit, ex illo *Corpore delictorum*, ob qvæ *Judicium denunciatum Arieli*, unum insigne exemplum criminale, Hypocrisin sc. sub peculiari Væ proponit: deniqve more Prophetico Pharascha V. Ecclesiæ, *in Redemtore Abrahami, eodemq;* Sancto Jacobi & DEO Israelis, ob auctum Confessorum Exercitum & *filiorum regenitorum*, nunc Nomen Sancti Jhovah *sanctificantium* pulcherrimum *spectaculum*, triumfos jubileos promittit, & ita consolatorio pro reliqviis sigillo totam Orationem claudit: unde simul superioris illius Sectionis fundamentum Propheticum legitimatur.

PHARASCHA I.

Concl. 2. Propositio s. *Judiciorum divinorum* intimatio generalis est in primo statim commate, de qvo & inprimis de duplicato Ariel & *Civitate Castrensi Davidis* prima datur qvæstio. Chaldæus expressit: וי מדבחא דבני בקרתא די שרא בה רור מן קדם כנישת משרין דמתכנשין עלה שנאה בשנא ברחגין יבטלון: i. e. *Væ, ô Altare, qvod extructum est in Civitate David, propter congrega-*

congregationem exercituum, qvi congregantur contra eam per singulos annos solemnitates abolebuntur. Intellexit *Altare*, planè prout in v. 2. qvod est in fontibus: Ich wil den Ariel ängstigen / reddidit: אעיק לקרתא דמרבחא הרא i. e. *Angustabo Urbem in qvâ est Altare.* Ita & Kimchi: ALTARE *vocatur* ARIEL allegans Ezechielem. Reperitur sanè ARIEL 2. Sam. 23. 20. (cui parallelus est 1. Chron. 11. 22.) ubi Benaiah clarum inter Heroas Davidis nomen *duos Arieles Moabiticos* (s. valentissimos Moabitarum bellatores Heroas) & præter illos *immanem Leonem* percussisse memoratur: atqve hîc in Ariele *fortissimum Leonem* intellexerunt Interpretes, unde idem in *Ariel* & seqvente ארי concipiens Lutherus reddidit: Er schlug zween Löwen der Moabiter / und gieng hinab / und schlug einen Löwen mitten im Brunn zur Schneezeit.

Concl. 3. Reperitur Ezech. 43. 15. 16. in descriptione *mystici altaris*, adumbrati per altare holocausti: unde prout hoc in architectonicâ sacrâ memoratur *qvadratum*, *cui sursum versus inhærebant solidè 4. cornua pecori sacrificiali ligando destinata*, intus verò s. intra cavum altaris & qvadratum altaris ambitum, positum erat *cribrum æreum foraminosum*, cui ligna & super hæc carnes sacrificiales imponebantur vid. Exod. 27. 1. 4. 5. ita in Ezechiele memoratur *Ariel 4. cubitorum & ab ipso Ariele sursum versus qvatuor cornua* v. 15. Cum non alibi reperiatur אריאל concludimus 1. *Ariel* juxta formam notat receptaculum DEO forti s. id qvod recipit consecratum DEO forti: sub illâ generaliori significatione facilè collocatur etymon ארון s. *arcæ*, ut ad illam opus haut sit Æthiope. 2. Materialiter Ariel notat tale receptaculum, in qvo recepta e. c. pecora sacrificialia, per ignem absumuntur DEO forti eo modo qvo passim memorantur אשי יהוה s. ignes Jhovah, *Sacrificia igne absumenda.* 3. Hâc ergò ratione propriissimè *focus ille altaris holocausti* s. intrinsecum illud vacuum supra cribrum foraminosum, cui imponebantur ligna & holocausta, & unde ascendebat flamma DEI perpetua, absumens sacrificia, Ariel diceretur, & inde porrò toti Altari, sed & Templo idem nomen: qvia scilicet *furnus DEI in Jerusalem* vid. c. 31. ult. ARIEL ergò hic, etsi propriè partis s. *Altaris* titulus,

tulus, totum repræsentat *Templum*, & cujus ad templum respectus, *Sacerdotium*, velut, qvi seqvitur titulus קריית חנה דור ſ. *Urbis in qvâ castra metatus est David*, etsi propriè *arcis Regiæ* ſ. *Sionis* eminentioris, ejusdemq; Regalis titulus, unde Aqvila reddidit πολίχνιον παρεμβλήσεως Δαυίδ. i. e. *Civitatulam Castrametationis Davidicæ*, totam repræsentat *metropolin Hierosolymitanam*, ejusdemq; Politiam, ut ita & *Templo* & *Urbi S.* seu & *Sacerdotio* & *Statui Politico* hîc unum idemq; Væ denuncietur.

Concl. 4. In Ariele LEONEM DEI FORTIS intellexerunt veteres & recentiores Commentatores. Ita Kimchi: רז"ל אמרו שההיכל צר מאחריו ורחב מלפניו ודומה לארי i. e. *Antecessores nostri felicis memoriæ dixerunt altare ab anteriore parte latum, retrò angustum fuisse, Leonisq; speciem habuisse.* Paulò alitèr traditionem illam proponit Jarchi: Dici ſc. altare JHOVAH Ariel, *propter ignem qvi ad instar Leonis incubuerit eminentiæ altaris* ער"א שם אש שלמעלה שהיתה רובצת כארי על גבי המזבח. Provocat idem ad lib. Talmud. cui nomen Joma כמו ששנינו רבותינו פירשוהו על ההיכל שהיר"ת בסדר יומ"א, & addit: צר מאחריו ורחב מלפניו i. e. *Rabbini nostri exponunt vocem de Templo, qvod ab anteriori latum desierit in angustum.* Non tacuit post illos אברבנא"ל qvi ita ad h. l. קרא אר"ת ישראל אריאל שהוא שם המזבח לפי שהיה ירושלם בקדושתו במזבח השם והיה ארי בתקפו וגבורתו בהיותו עם אלהיו i. e. *Israel vocatur* ARIEL, *qvod est nomen altaris, eò qvod Jerusalem sancta esset propter altare* DOMINI *& invictâ fortitudine ac robore* LEO, *qvamdiu adhærebat DEO suo.*

Concl. 5. In *Ariele* Leonem DEI FORTIS intellexit qvoqve Aqvila & Symmachus, in not. Vatablus: idem notavit qvoqve *Junius*, qvem seqvitur planè labor Belgicus in notis ad h. l. **Ariel beteeckent so veel als eenen stercken Leeuw/ of eenen Leeuw Godes: Maer hier moet men door Ariel verstaen den Brandt-Offers Altaer in den Tempel te Jerusalem ja oock den Tempel selfs. De Altaer nu wort een Leeuw Godts**

genoemt / om dat he dagelyck door het Vyer dat von den Hemel ghekomen was veel Vee verslont / als een sterckе Leeuw.

Concl. 6. In ARIEL posse dari LEONEM DEI, & ubi datur materialis *ad Leonem* applicationis necessitas ita exprimendum אראל, dubium nullum, neqve obscurum, qvâ ratione legitimare liceat in SCEPTRO JHUDA jam olim in Testamento Jacobi per omnes ætates deductum & triplicatum, LEONIS 1. גור אריה, 2. אריה, 3. לביא, Gen. 49. 9. titulum, ita ut propter privilegium *Castrorum Majestatis*, propter protectorium invicti roboris, & *miracula tot triumforum*, qvos inter Angelicus ille de Assyriis sub Chiskiâ celeberrimus, nominetur illud LEO DEI FORTIS: qvâ ratione, prout in titulo & territorio 2. floridissimus qvondam Sionis sub Davide status inculcatur, ita hîc Veteris vel etiam adhuc præsentis Majestatis robustæ gloria: & ita illi *Arieli robusto*, & illi *Civitati David* unum & commune VÆ denunciaretur: Cœterum ubi jam materialis applicatio Arielis ad *altare holocausti* supponitur, etymologia qvoq; in altari, &, anteqvam altare applicetur Israeli, hîc supponitur. Comparandus adeò LEO cum ALTARI: & sic non illa sive altaris sive templi Leonina analogia s. figura: sed focus sacrificialis, eo modo qvo explicant Batavi & ante illos Junius, prævaleret. Verùm etiam hic supponitur ARIELIS Etymologia ab ארה radice mediata, LEONE sc. mediante, per qvem analogicè ita dicatur altare, cum nihil obstet immediatæ suppositioni, ita ut אראל sit absumtor DEI FORTIS s. focus sacrificialis in qvo igne cœlesti sacrificata DOMINO absumuntur, ut ita non magis ARIEL sit à Leone, qvàm LEO ab Ariele.

Concl. 7. Prophetam hîc esse אנשי ארל מקונן ונוהה ירושלם s. *lamentantem ob casum futurum Hierosolymitanorum*, & exinde illud duplicatum ARIEL ARIEL facilè damus Kimchio, qvi ad h. l. כפל אריאל כנגד הנוהים שכופלים דבריהם convenit in הוי s. intimatione οἴκια ἐρήμα à Salvatore facta illud duplicatum: Ἱερουσαλὴμ Ἱερουσαλὴμ Matth. 23. 37. Meminit idem Kimchi posterius

sterius Ariel tanqvam סמוך seu per modum regiminis necti posse cum קריה e. c. Væ Altari Civitatis, ita ut קריה sit pro קריה s. אינו סמוך אלא במוכרת s. forma constructa pro absolutâ. Cœterum duplicatum Ariel distingvere & posterius Ariel cum קריה nectere est bellum tribus accentibus *Munach* in Ariel 1. *Sakephkaton* in 2. *Tipcha* in Civitatis s. קריה vocabulo inferre & propriæ hypothesi פירוש שבלי טעמים אין תאבה בו, contradicere. Porrò קריה hîc per Enallagan constructi explicare est Idiotismum Lingvæ S. nobilissimum de medio tollere: neqve exempla à Kimchio allegata, (ex Lev. 26 28. Psal. 58. 5. Jes. 28. 1. præterqvam qvod loco præsenti parallela neqvaqvam sunt) talem probant Enallagan.

Concl. 8. Qvænam hîc קריה מחנה דוד s. *Civitas Castrametationis Davidicæ* jam supra notatum. Qvare *Davidis* hîc mentio, Kimchi causam talem ponit: טעם שזכר דוד בספור הזה לפי שלדוד נראה מקום המזבח תחלה בהר המריה והיה קרבנו שם ונעתר שם באש ונעצרה המגפה. Summa est: *Respectum esse ad consecrationem loci sacrificialis in monte Moriah primam, revelante Davidi per Gad Prophetam DEO, eamq; Davidicam, ubi ad Sacrificium Davidicum in aream Aravnæ Jebusæi, placatus DEUS, & cohibita,* qvam insolens Arithmetica dederat, *pestis*, cum jam ultra 7 Myriadas hominum abstumsisset, jubente nunc DEO Angelum τὸν ὀλοθρεύοντα ad aream illam Davidi apparentem, manum, qvam jam in fun⁹ Hierosolymitanum extenderat, retrahere, voce auditâ רב עתה הרף ידך. Videatur historia 2. Sam 24. & inprimis v 15. 16. & seqq. 1. Chr. 21. 25. Multa occasione hujus historiæ notanda essent. Memorandum qvis modus tutior conciliandi apparentis contradictorii. In loco sc. lib. Samuelis pretium emtionis venditionis nominantur *50. Sicli*: in Chronicis sacris *mentio 600. Siclorum auri*: an illi *50. Sicli maximi fuerint*, qvi *600. fecerint minores?* an *aream integrum, totumq; futuri Sacrarij locum* emerit *600. Siclis aureis s paulò amplius 1500. Daleris, boves autem illos* (qvibus utebatur Aravna in triturationc) futuros in hoc extraordinario Sacrificio victi-

mas, *50 Siclis* ſ. *Daleris paulò amplius 12.?* an David primum de publicâ ſalute & avertendâ tunc peſte ſolicitus *locum aræ extraordinario ſacrificio ab ipſo DEO præſcriptum*, & *ab Aravnâ* oblatum, cui altare impoſuit, unà cum *pari boum* ipſis *emerit 50. Siclis* (æſtimato pari boum ſacrificiali 25. Siclis, & totidem aræâ, in qvâ Aravna unum tantum par boum triturâ exercebat) deinceps autem poſt viſibilia cœleſtis εὐδοκίας experimenta, miraculum ſc. exauditionis *per ignem cœleſtem ſuper altare holocauſti* (vid. 1. Chr. 21. v. 26.) *& plagam cohibitam*, amplius conſilium capiens totum ampliſſimum locum *aræ illi* adjunctum, ſeu *integrum montem Moriah* templo deſtinandum *emerit 600. pretio*, complectente illam loci ſacri univerſi emtionem Chronicorum libro? qvod tertium maxumè convenit, attento, qvod in loco primo *aræ tantùm & boum* (ſ. גרן ובקר ubi Tremell. ita diſtingvens, ut illi Sicli 50. ſint pretium בקר excluſivè à גרן refutatur ab accentuatione. Debebat ſc. juxta illum in voce הגרן ubi eſt geminum *Paſia*, eſſe *Sakephkaton primum*, & in ואת הבקר *Sakephkaton ſecundum*) in altero המקום ſ. generalior *loci illius* toti ſc. templo per Salomonem ex paterno teſtamento ac pecuniâ ædificando deſtinati fiat mentio.

Concl. 9. Tale eſt: *An David ipſe Sacerdos fuerit in exercitio illius extraordinarij holocauſti & euchariſtici?* an obtulerit ipſe, an per Sacerdotem? qvod poſterius affirmatur, non magis hîc obſtante literâ, qvàm in Sacrificio Saulis 1. Sam. 13. 9. Salomonis & Univerſitatis Iſraeliticæ 1. Reg. 8. 62. 63. (Exempla Jeroboami Sacrificatoris 1. Reg. 12. ult. c. 13. 1. 2. & Uſiæ 2. Chron. 26. 16. 17. non probant, qvia illis contradictum divinitus) Tale eſt *an David obtulerit unqvam in Excelſis* (eadem ratio *Salomonis integri*) qvod qvidem affirmatur: ſed cum addito: *in excelſis licitis*, qvale illud *Hieroſolymitanum* Davidis ad *Arcam* 2. Chr. 1. 4. & *Gibeoniticum* magnum, ad præſens *Altare & Tabernaculum Moſaicum*, etſi *ſine arcâ*, ubi à *Salomone* ſacrificatum & reſponſum gratioſum cœleſte impetratum 1. Reg. 3. 4. unde nomine loci ſacrificialis non culpandus tunc Salomo. Exemplum præſens Davidis *in aræâ Aravnæ* legitimatur facilè tùm qvia anteceſſit *mandatum ſpeciale*, tùm qvia ſimul fuit *inaugurale*,

per

per qvod *consecratus* futuro templo *locus*, atqve adeò *in illo loco*, ad qvem principalissimus respectus Legum de unâ Topicâ sacrificiali Deut. 12. 1. 9. & seqq. Deut. 16. adusqve v. 18. *Sacrificatum à Davide*.

Concl. 10. Tale, annon קרית חנה דוד respectum qvoqve habeat ad מחנה שכינה s. *Castra divinitatis*, *qvæ ad tempus fuerunt in Sione?* Scilicet licet primus *status tabernaculo cultuiq; solemni locus*, Schiloh Jos. 18. 1. 2. tamen, ex qvo, ab Heli inprimis novissimis temporibus, atqve adeò post 340. annos *arca* cœpit iterum esse *ambulatoria*, & à magis stato tabernaculo discreta, duplicatus inde מקום שכינה s. *Sacrarij locus*, dum sc. *Tabernaculum* sive *Arca fœderis* ex annosâ statione *Schiloh* in *Nob Benjaminis* 1. Sam. 21. & 22. & inde *in Gibeon* 2. Chr. 1. 3. & seq. transfertur, ARCA per annos benè multos & ultra illud τεσσαρακονταετὲς *ambulat*, & nunc in *Castris Israelis* 1. Sam. 4. 4. nunc in *terris Philistinis*, inde in Bethsemes, in Kiriathiearim (ut nihil dicamus *de comitiis regni in Gilgal*, à qvibus haut abfuisse videtur Arca ex 1. Sam. 10. 8. c. 12. 2. c. 14. 19.) deposita *adusqve Davidis tempora*, qvando primò ARCA cœpit esse *Hierosolymitana*, à DAVIDE sc. in *Domum Obededom* & deinde post trimestre in *Civitatem David*, inter solemnes plausus magnifice introducta, ibidemq; *sub aulæis* reposita, & sic קרית חנה דוד facta qvoqve קרית מחנה שכינה s. *Urbs Castrorum divinitatis*, usqve dum perfecto sub Salomone templo Arca ex Sione s. *Civitate David* unà cum *Tabernaculo* adducta *Gibeone* intravit *Sanctum Sanctorum templi Hierosolymitani* 1 Reg 8. à v. 1. 2 & seqq. Post qvod *unus* saltem dabatur *locus Majestatis*, idemq; הזכרת השם Exod. 20. 21. & Cultus solemnis *in excelsis* ante Siloh probatus, in intervallo inter Casum Siloh & templum שלמה permissus, penitus est ablatus, & obligavit plane lex Deut. 12. 4 5 & (qvi benè notetur) v. 8. unde tanqvam grande ἁμάρτημα Topicè notatur, *sub piis* etiam de cœtero *Regibus*, Cultus in excelsis e. c. 2. Reg. 12. 2. 3. 4 & commendatur Zelus Josiæ Reformatoris in *abdicatis Sacerdotio Sacrificatoribus in Excelsis* 2. Reg. 23 9. Concludimus: *Æqvè imò magis etiam hîc in titulo* קרית חנה דוד *respectus ad Arcam in Civitate Da-*

tate David (Zione (vid. 2. Chr. 5 3. עיר דוד הוא ציון & in hoc Væ Arielis v. 8) *qvàm ad illud Altare in aream Arvnæ.*

Conl. 11. Sed qvid illud in m. 2. ספו שנה עד שנה חגים יגקפו? Kimchi ex hypothesi superiori ita παραφράζει. *Addite annum anno* (licet singulis annis compareatis ad sacrificandum, tamen frustra illud & sine ullâ meâ εὐδοκίᾳ atqve adeò planè alius nunc Arielis Hierosolymitani status, qvàm qvando fuit ibi Civitas Castrorum Davidis) *pecora sacrificialia decollant* (non tàm sacrificant, qvàm e. c. Canem decollant, neqve ipsi cultum sacrificialem alitèr interpretantur, qvàm vulgarem inepti sacrificio pecoris decollationem vid. Jes. 66. 3. Paulò alitèr Raschi ita reddens: *Addite annum anno ut exscindantur festa* i. e. *Peccata vestra magis magisq; cumulantur, ut festis totiq; vestro cultui ab irato DEO finis sit imponendus.* Aben-Esra: *Addite annum ad annum* (frustra illud) *Sacrificia* (holocausta vestra) *abrogabuntur* עולות יפסקון, prout Raschi יכרתון. At plane alitèr Abrabinel, ex cujus mente hîc Propheta testatus Sympathiam Consilium daret pœnitentiæ: *Addite annum anno* (qvare vestro jumento vobis ruinam, exilium & exitium attrahetis? annon præstat Consilio pœnitentiæ vos occupare & id agere, ut perennetis in terrâ illâ, qvam vobis Deus vester dedit, & in illâ intimare solemnitates vestras? Igitur ipsi nunc maturè augete vobis annos & id agite ut digni habeamini, qvibus per longam annorum seriem porrò) *præfigantur* (certa intersectione vel intercalatione designentur) *festa sacra.* Jun. & Trem. *Adjicite annum ad annum: Sacrificiis festorum capita exsecent* (i. e. licet toleretis obsidionem per aliqvot annos, licet etiam in externo cultu nihil intermittatis, tamen frustra omnia: qvia irrevocabile est decretum vestræ desolationis) Versio in Opere Vatabl. *Addite annum super annum* (nihilominus tandem) *agni deficient* (i. e. Victimæ excidentur, cessabunt, sacrificare desinent) Belgica Versio: **Doet Jaer tot Jaer: laet se feest offeren slachten (het is te vergeefs dat ghy jaerlicks houdt uwe Feestdagen meinende dat ghy sulcks doende alvoort onghestraft souden blyven/om dat het eene Jaer voor/ het ander Jaer nae verloopen was/ ende**

ghy

gby noch al ongheſtraft bliven henen gaen. 2. Petr. 3 4. want) ick ſal even wel Ariel beangſtigen v. 2. Lutherus noſter: Ihr haltet Jahrzeiten und ſetzet Feſte. Vulg. *Additus eſt annus ad annum: Solemnitates evolutæ ſunt.*

Concl. 12. In ſemiterritorio primo ספק שנה על שנה inprimis *Verſio Belgica*, *Junius*, *Lutherus*, *Kimchi:* in altero, ſeu illo חגים ינקפו, vehementèr *Chaldæus* (vid. ſup.) *Raſchi:* in utroqve *AbenEſra*, & *Vatablus* probandi. Protractio qvidem Judicii eſt ſignum τῆ μακροθυμίας & inductivum (ex intentione ſanè DEI, etiam ubi hæc non obtinetur) μετανοίας: cæterum non hîc præſcribitur *Conſilium de modo perennationis & ſacrificationis in terrâ ſanctâ:* ſed occupatur id, qvod *obſtaculum* eſſe poterat illi הוי ſ. *Væ* jam intimato. Scilicet objicere licebat *Curſum tot annorum*, imò *ſeculorum ſacrificialem & ſolemnitatum publicarum*, neqve adeò *Arieli trepidandum ad illud* הוי Prophetæ. Occupat Propheta. Eſto ita. Fluxerint vobis tot anni, imò fluant adhuc ſatis multi: atqve adeò *addite annum ad annum*, manebit nihilominus illi Væ Arielis ſuum pondus: Omninò *Exſcindentur feſta* (& cum illis ſacrificia ſolemnia, altaria, templum).

Concl. 13. Erravit Abrabinel in ינקפו: nunqvam illi radici ineſt ſignificatio Ordinationis ſ. indictionis talis feſtorum ad certum תקופה, ut liceat reddere: חגים ינקפו Ihr ſetzet Feſtage an / Ihr haltet Feſte. Sine exemplo illud: Alia hîc radix, qvàm יקף vel illa unde תקופה. Erravit Kimchi in eodem ינקפו ponens ſignificationem mactationis ſacrificialis, qvam expreſſit æqvè J. & T. & Belg. Verſio. Contra נקף nunqvam vox jugulationis ſ. mactationis ſacrificialis, ſive לשבח ſ. honorificæ, ſive לגנאי ſ. ignominioſæ, qvalem h. l. illi Autores intenderunt, ut ſit חגים ינקפו den Feeſtofferen den Kop afheuwen / of / de Feeſtofferen keelen / de Kele afſteken: planè ac ſi eſſet חגים יערפו. Contra נקף in *Chaldaiſmo* qvidem reſpondet Hebraico ערף, cui in applicatione materiali ineſt ſignificatio *deſtruendi per jugulationem* ſeu *confractionem cervicis*, qvomodo Jeſ. 66, 3. memoratur נקף כלבא ſ. *Cervi-*

cem frangens Cani: Cœterum in ſtylo ſancto nunqvam tale qvid in נקף: ſed *decutiendi, excutiendi, exſcindendi, abolendi* ſignificatio. Sic qvi *ferro dejicit perplexitates ſylvæ* הרעי סבכי מנקף dicitur Jeſ. c. 10. ult.

Concl. 14. Sic Jobus in *radice Verbi* de *ſpe Viſionis beatificæ* ſui *Goel,* non ſaltim ut *Conſangvinei:* ſed & *ut DEI* (omninò enim inter *partes beatitudinis æternæ* eminentiſſima illa, qvæ ipſius *divinæ eſſentiæ & SS. Trinitatis viſionem per oculos corporis* oſtendit vid. 1. Johan. 3. 2. 1. Cor. 13, 12. Auguſtinus *Ep. 6. ad Italicam* illam oppugnans *ep. 7. ad Marcellinum* fatetur: *ſe ex eorum numero eſſe conari, qvi proficiendo ſcribunt, & ſcribendo proficiunt)* eadem utitur radice. *Poſt* עורי (expergiſci meum, ubi evigilavero in die noviſſimo) *decutient iſtud* (iſta, qvæ ſc. nunc in corpore meo circumfero fragilitatis & mortalitatis ſigna) i. e. *illa omnia tunc erunt excuſſa, penitus abolita, qvippe* habebo tunc *Corpus conforme glorioſo corpori mei Goel* ſ. Redemtoris Θεανθρώπε, *qvem ipſum ex Carne meâ videbo,* DEUM ſc. *incarnatum,* qvi habet Carnem meæ carni ὁμοούσιον *videbo ex carne:* qvin eandem viſionem non propriè: ſed metaphoricè ſumtam velut formam & radicem totius beatitudinis deſcribit: *qvem Ego* (reſuſcitatus) *videbo mihi: imò oculi mei videbunt: ſed non alienus* (infidelis) Datur hic נקפו *in ſuppoſitione imperſonali,* planè prout in loco Iſaiano חגים ינקפו *decutient, excident* i. e. *decutientur, excidentur, abolebuntur feſta,* & cum illis Sacrificia, Sacerdotium, Templum, ut opus haut ſit hîc in חגים tantùm dare *Sacrificia* ſ. *pecora ſacrificialia,* qvæ ſint objectum illius נקיפה ſ. *præciſæ abolitionis.*

Concl. 15 Abolito Peſach feſto, deſtructo templo, aboletur qvoqve *Peſach* (mactandum בערב ſ. *veſperâ illâ* כבוא השמש *circa Solem occidentem* בבכא ſ. *in plenilunio certo* vid. Pſ. 81. 4 ſc. d. 14. Niſan ſ.) *agnus Paſchalis* Deut. 16. 6. & *Peſach ſacrificiale* (cujus objectum צאן ובקר ſ. *boves & oves* per *ſeptendium Paſchale* offerendæ, de qvo Peſach ab illo diſcreto vid. ibid. v. 2. & Num. 28. 16. & de tali intelligendum præcept. aff. 205. להקריב קרבן מוסף בשבעה ימי החג i. e. *Singulis ſeptem diebus feſti addere oportet oblationem ad*

qvotidianum

qvotidianum Sacrificium) & omnis solemnitas e. c. *Clangor buccinarum* in *novilunijs* & *festorum plenilunijs*.

Concl. 16. Vocula חג festum notat, excellenter qvidem Festum Paschale, excellentissimè autem חג הסכורת s. *Festum tabernaculorum* (vid Sach. 14. 16. 18. 19.) qvod incidebat in כסא ירח האתנים s. *plenilunium mensis fortium* (ita Tisri s. Septembr. nomen 1. Reg. 8. 2.) & inde sine addito החג s. festum illud excellentissimum (ἑορτὴν σφόδρα παρὰ Ἑβραίοις ἁγιωτάτην καὶ μεγίστην Josephus nominavit Antiq. l 8 c. 2.) ibidem dicitur. Fuerat illud inaugurale templo Salomonis, qvod mense *Bul*, *octavo* sc. *anni* juxta computum sacrum s. *Octobri* perfectum 1. Reg. 6. 38. inauguratum magnificè in festo Panegyrico Tisri s Septembr. vel septimi mens. anni seqventis vid. 1 Reg 8. 2. 65 66. 2. Chr 5, 3. c. 7. 8. 9. 10. Pro Agno vel Sacrificio Festi alicubi venire, uti morosius haut negandum ostendimus in Triumf. David. 5 loc. 4. ita si qvis morosè & in rigore urgere velit e. c. hoc loco חגים formaliter notare non *festa:* sed *pecora sacrificialia*, s *festorum Sacrificia*, non saltem rectè id à contradicente negatur: sed & in dubium adhuc non immeritò vocatur, *an ullibi* חג *necessariò & exclusivè notet sive Agnum Paschalem* sive *pecudem sacrificialem*. Locus sanè Exod 23. 18. non probat, nec cogit locus Psal. 118. 27. multò minus Amos c. 5. 21. (atqve illa saltem sunt qvæ hîc vulgò adscribuntur) sed & in Chaldaismo חגא *non agnus festi*, qvi נכסת חגא טוי נורא s. *victima festi, assata igni* dicitur in Targ. Cant. 2. 9. sed *Festum*.

Concl. 17. Sententia illa divina duabus vocibus חגים ינקפו expressa in v. 1. deducitur per modum historiæ Propheticæ à v. 2. *Angustaturus enim sum Arielem, erit Ariel mœror & mœstitia.* Seqvitur והיתה לי כאריאל de qvorum inprimis verborum sensu tertia nobis datur qvæstio. Qværitur sc. 1. qvid illud? *Erit mihi sicut Ariel?* Resp. Junius & Trem. qvos seqvitur Versio Belgica reddiderunt: *Erit mihi Urbs ut Ariel.* Sed *Urbs* non est in fontibus. Ellipsis talis suspecta semper esse debet Interpreti. Illud היתה in territor. 2. sqvè se habet prout והיתה in territorio 1. at hîc reduci-

citur ad solum אריאל in membro 1. Hic ergò solus, uti subjectum in territorio 1. ita qvoqve in secundo.

Concl 18. Ex Rabbinis Aben-Esra activè explicat de *triumfis Arielis & absumtis* per *flammivomam* bellatoris Angeli *laminam castris Assyriis, in ipso circuitu Hierosolymorum*, planè prout ad *altare* jacebant *cadavera victimarum*, vel in illo cremabantur. Licebat hac ratione illud לי urgere, ac si diceret DEUS: *Licet Ariel Hierosolymitanus ita per Assyrium sit angustiâ, mœrore, planctu acerbissimo propter funera suorum afficiendus, nihilominus tamen mihi etiam tunc verè erit Ariel, ad qvem circumcirca fiet maxima strages Assyriorum, velut ad altare illud occisorum pecorum.* Sed obstat seqvela textus, qvæ hîc pro *Ariele* non *triumfalis*: sed merè *pœnalis*, non *jubiléa*: sed *ejulea* est: sed & de Assyrio Sancheribo hîc agi Prophetiçè, de qvo c. 36. 37. historicè, hypothesis falsa.

Concl. 19. Rectè sensum expressit antiqvus Chaldæus eruditâ Paraphrasi: ואעיק לקרתא דמדבחא בה ותהי צריא וריקניא ותהי מקפא קדמי דם קטילין באקפות מדבחא דם נכסת קודשיא ביומא דחגא סחור סחור; i. e *Angustabo Civitatem, in qvâ est altare, & erit vasta ac desolata, & erit cincta coram me Sanguine interfectorum, sicut cingitur altare Sanguine Sacrificiorum, oblationum sanctarum, in die festi circumcirca.* Convenit Raschi: תהי מוקפת חללי חרב כמזבח המוקף זבחי בהמות i. e. *Erit cincta interfectis gladio, prout altare holocausti cingitur interfectis pecoribus.* Sed & Kimchi, nisi qvod *ad privilegium* invictæ *Sionis sub* Chiskiâ applicat, & mactationem illam non *Hierosolymitanorum*: sed *in circuitu Hierosolymitano habitantium Judæorum* esse putat, ut *velut circum altare funera pecorum*: ita hic circumcirca *Arielem Hierosolymitanum* densanda notentur *per urbes agrosq; circumjacentes* funera incolarum, salvo tamen *ipsius Arielis* tunc privilegio & gvardiâ cœlesti *metropoleos*, qvæ *obsidione* qvidem *arctâ* sit premenda, ex sympathiâ & spectaculo funerali *filiarum urbium* in *acerbissimos planctus & dolores sese projectura*, Ariel tamen tunc mansura. Superiores secutus in notis Vatablus. Optumè noster Lutherus: Ich

wil

weil den Ariel ängstigen / daß er trawrig und jämmerlich sey / und soll mir ein rechter Ariel seyn.

Concl. 10. *Arctam angustamq; obsidionem* minatur ARIELI in m. 1. Expugnatis circumcirca castellis, urbibus filiabus, interfectis hinc inde filiis, *angustia* inde oppressæ & nunc actiore obsidione clausæ urbi matri. Seqvitur inde primum qvod memoratur in m. 2 sc. תעניה ועניה, qvâ Synonymiâ gradus doloris Superlativus signatur sc. צוקה רברה כרה ויללה נמרצה s. *planctus, mœror, maximus, ejulatus, acerbissimus*, qvalis θλῖψις illa μεγάλη de qvâ vid. Matth. 24 21. Seqvitur alterum in m. 2. *Theatrum* sc. *cruentum Arielis* ipsi JHOVAH: vel ipse JHOVAH in illâ ipsâ sede s. Topicâ sacrificiali Hierosolymitanâ, ubi qvondam erat Ariel s. absumtio sacra, focus absumtor pecorum brutorum: ibi in illo Vindictæ terribilis excidii & horridorum judiciorum apparatu adornabit qvasi Arielem s. focum sacrificialem, in qvo loco pecorum mactentur hostili gladio homines, & mista Senum ac Juvenum peste, gladio, fame densentur funera. *Ita erit* MIHI (Verba sunt DEI) *verè sicut Ariel.*

Concl. 11. Sed (qværitur 4) *qvid sibi illud* לי s. MIHI? Resp. Notatur 1. *Arielis sacrificialis Levitici* abdicatio, ita sc. ut deinceps desinat ille esse ARIEL DEO. Profluxerat qvidem apparatus ille *Arielis Levitici* s. altarium, areæ, tabernaculi, templi, sacrificiorum totiusq; corporis ceremonialis Levitici ex speciali autoritate DEI, & suo gaudebat privilegio: sed *hypothetico* 1. Reg 9. 3 4. 6. 8. 9 Ubi ergò hypothesis illa penitus excutitur, & per apostasiam doctrinalem ac vitalem fœdus divinum abrumpitur Hos. 8. 1. ubi *sine vivâ fide & cultu interiori*, externum saltem illud Cultus Theatrum, Altaria, Sacrificia, Arca, Templum objicitur, in his *Summa religionis* collocatur, & illorum fiduciâ DEO acclamatur אלהי ידענוך ישראל *Nos qui sumus Israel, qvi arcam, altare, templum habemus, agnoscimus te* Hos. 8, 2. ibi ostensurus DEUS malè fiduciam poni in eo *qvod faber elaboravit, & qvod DEUS non est* Hos. 8. 6. *Arcam, templum, Siloh* cultus publici locum, ipsum deniqve *Arielem Hierosolymitanum*

mitanum ab hostibus captivum abduci, cremari, desolariq; penitus permittit, imò ad id hostes arcano instinctu potenter impellit, ibi Sacrificia, Festa panegyrica, totumq; operosum cultum externum *magnam vanitatem, abominationem, molestiam*, proclamat: *Novilunia & solemnia vestra odit anima mea. Oblatio vestra est mihi suffitus abominationis reprobavi festa vestra. Non odorabor in festivitatibus vestris* (vel uti pulchre Chald. לא אקבל ברעוא קורבן כנשתכון i. e. *Non admittam cum beneplacito oblationem congregationis vestræ*) *Spargam stercus holocaustorum vestrorum super facies vestras* Jes. 1. 12. Amos 6. 21. Mal. 2. 3. Et sic *Ariel* ille etsi in vero usu sacrosanctus, abdicatur & desinit esse ARIEL DEO. Notatur 2. ARIELIS alterius surrogatio. DEUS sc iratus in illius locum surrogat ARIELEM s. *Theatrum cruentum humano sangvine*, ut, ubi qvondam victimarum brutarum cedebantur myriades, ibi nunc crudelibus suppliciis afficiantur & occidant hostili *gladio, fame, peste* homines, adeò ut sit ubiqve per sacras porticus, per plateas, cadaverum humanorum acervus. Tale theatrum iræ & δικαιοκρισίας DEO est nihilominus ARIEL s. *focus absumens irato DEO destinatas crudelibus mortibus victimas*, postqvam desiit DEO esse ARIEL qvem ex Lege Leviticâ pecoribus sacrificandis destinabar. DEUS ipse adornat tale tribunal: Imperat iratus fieri talem stragem, & maleficorum Carnificinam, ipse ad illam hostes etiam barbaros advocat, armat, illis tanqvam *Virgis suæ indignationis & organis iræ imperat* vid. Jes. 5. 25. 26. c. 8. 7. c. 10. 5. c. 13. 3. c. 22. 4. 5. Amos 6. 15. Et ille tunc *irato Judici DEO gloriosus* est Ariel. vid. Exod. 32. 27. 29. Patet qvanta sit vis illius לי s. MIHI in v. 2. Cum in excidio templi 2. parcere vellet templo & Arieli Hierosolymitano Titus, noluit illum servari DEUS, & flammas immisit, unde Josephus militem Romanum, qvi primus in fenestram templi auream ignem injecit, pulchrè appellat δαιμωνίῳ ὁρμῇ τινι χρώμενον: sed & idem: τοῦ ναοῦ κατεψήφιστο τὸ πῦρ ὁ Θεὸς πάλαι. l. 7. de Bell. Jud. p. 1. c. 26. sed & qvæ de surrogatione Arielis meminimus, illustrantur insigniter ex eodem Capite, ubi meminit Josephus: Περὶ τὸν βωμὸν πλῆθος

ἐσωρεύετο

ἐστρατεύθη νεκρῶν. Κατὰ δὲ τὸ βωμὸς βάθρων αἷμα πηγῆς πολὺ καὶ τὰ τῶν φονευομένων σώματα κατωλίσθανε.

Concl. 22. Væ *Arielis* expressit specialius commate 2. nunc VæCivitatis in quâ quondam *Castra Davidis*, specialiùs deducit commate 3. Uti autem illud propter autoritatem illius belli supremam DEUS sibiipsi in personâ 1. v. 2. ita hoc sibi eadem formâ vendicat v. 3. Ego 1. חנותי, 2. צרתי, 3. הקימתי; consulatur Textus. Prædicit ergò illi I. מחנה כרור Chald. expressit per משרין s. *Cincturam Castrorum* planè prout 2 Reg. 6. 15. memoratur חיל סבב את העיר 1. *exercitus circumcirca obsidens urbem*. Raschi per כשורה של גיסות מקיפות s. *Lineam circumvallationis castrensis*. Kimchi per סבוב ועגול s. *Castra sphærica rotunda*. AbenEsra per פראם ut *notetur castrorum celerrimus ambitus antevertens obsessorum fidem*. Ed Vatabli, *Castrametationem sphæricam habentem instar pilæ rotundæ*. Vulg. *Quasi Sphæram*. J. &T. *Pilatam aciem*. Luth. sensum respiciens: Ich wil dich belagern rings umbher) qvomodo & Belgica Versio: **Want ick sal een Legher (als met eenen Bal / Balewyse rontom) in het ronde om u slaen.** Erratum à qvibusdam Interpretibus in כרור habitâ literâ כ pro כ׳ הדמיון s. literâ servili, & particulâ *assimilationis s. comparationis*, qvæ & hîc, & in Rabbinicâ est radicalis: unde iterum, præeunte Kimchio, Ellipsis hîc supposita vel כ׳ השמוש s. particulæ כ in *ministerio organico*, ut sit: *Et castrametabor pilatâ acie contra te*, vel particulæ similitudinis ac si sit ככרור. Frustra omnia. DEUS ipse hic Orator, se & *castrametaturum & pilatam aciem* contra *Civitatem Castrorum David* futurum minatur. *Ego ipse castrametabor, pilata acies* futurus contra te s. potente, denso, valido exercitu, confectâ & pressâ in orbem pilatâq; adeò acie, circumcludam te. Complementum in primo Arielis excidio vid. 2. Reg. 25. 4. in altero consule lacrymas Salvatoris Luc. 19 43 ubi divinissimè explicatur emphasis hujus מחנה כרור verbis talibus: Περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι καὶ περικυκλώσουσί σε. Luth. noster: Sie werden umb dich eine Wagenburg schlagen / dich belagern. Egregiè Græci κυκλώσω εἰς σε χάρακα.

Concl. 23. Prædicit 2. מצב s. *stativa*, & 3. מצרות s. obsidionalia munimenta, vel machinas. Chald. אבני עליך כרקום i. e. *Extruam contra te propugnaculum*, & congeram contra te מליתא s. aggerem. Vers. in op. Vatabli: *Obsidebo te turri ligneâ.* Ita jam olim Kimchi: מֻצָּב inqvit, fuit מגדל עץ שמעמידים על העיר ללכדה i. e. *Turris lignea, contra urbem expugnandam erecta.* Luth. noster: Ich wil dich ängst gen mit Bollwercke/ und wil Wälle umb dich auffführen lassen. Tale מֻצָּב illa moles Alexandrina contra Tyrum, de qvâ vid Curt. l 4 §. 4 Tale in obsidione Hierosolymitanâ, illa qvæ Jos. memorat l. 6 de bell Jud. c. λ. Τέσσαρα χώματα μέγιστα, unde προσαγαγόντες τὰς ἑλεοπόλεις (τοῦ Χριοῦς) οἱ Ῥωμαῖοι, διέσειον τὸ τεῖχος: vid. id. l. 7. c. κβ. Τῶν δύο Ταγμάτων συντετελεκότων τὰ χώματα προσάγειν ἐκέλευσε τοῦ κριοῦς. Item: ἐξ ἡμέραις ἀδιαλείπτως στερροτάτη πασῶν ἑλεόπολις τύπτουσα τὸ τοῖχον. Patet inde Prophetiam hanc Historiâ belli Assyriaci sub Sancheribo, qvæ describitur infra c. 36. non absolvi. Ille qvidem in Judæam movisse, Castella & Urbes munitas expugnavisse, ipsi etiam metropoli (nisi deditione anteverteret) superbè idem funerale Sangvinis Consilium per blasphemum Oratorem & יועץ בליעל (prout vocatur Nachum 1. v. 11.) denunciasse memoratur: *Castris* tamen, *aggeribus*, *obsidionalibus munimentis* illam cinxisse, *arietibus muros qvassisse*, non saltem non memoratur: sed & apertè de illo negatur Jes c. 37. 3. Also spricht der HERR vom Könige zu Assyrien/ er soll nicht kommen in diese Stadt (Optumè ita Lutherus: sc. Licet venturus sit ad urbem, appropinqvaturus urbi, saltem per pompam illam Eqvitum in Comitatu Fecialis, tamen non *veniet* in urbem, nec aggeribus cinget, nec tela immittet, nec arietibus qvatiet) Er soll keinen Wall umb sie schütten/ keinen Pfeil hinein schiessen. Negatur adeò id, qvod hîc Arieli denunciatur sc. 1. כדור. 2. מצב. 3. מצרות v. 3. Nec absolvitur hoc *solo Consilio & apparatu:* sed *actu exercito*, ut frustra de intentione Sancheribi impeditâ per Angelum explicent Conciliatores Rabbini.

VÆ ARIELIS

Τμῆμα IV.

DE PYTHONE.

Concl. 1.



ANxietas ARIELIS seu τῆς ἱερουσαλὴμ κυκλουμένης ὑπὸ στρατοπέδων Luc. 21. 19. Signo *Pythonis, è Cryptis terræ Oratoris*, exprimitur Isa. 29. Comm. 4. qvod paulò uberius excutere, nostri nunc est instituti, neqve id intempestivum. Inter Characteres Messiæ non postremus Oraculorum Diabolicorum, qvæ per τοῦ χρόνους ἀγνοίας obtinuerant, defectus, à Sacharià c. 13. v. 2. 4 prædictus, & in nostro NEZER ISAIANO adimpletus, alibi notatur. *Illustrissimum totoq; orbe celeberrimum Apollinis Pythij oraculum Delphis* fuisse *& ad illum tantum concursum, ut Regum populorumq; amplissimis donis muneribusq; & multarum urbium thesauris refertum templum esset*, Strabo narrat l. 9. Illud tamen jam tempore Ciceronis occlusum, nec ultra, horrescente Dæmone, usitata responsa edidisse, testis idem 2. de divinatione: *Qvod caput est, cur isto modo Delphis jam oracula non eduntur, ut nihil possit esse contemtius? Hoc loco cum urgentur, evanuisse ajunt à vetustate vim ejus loci, unde ille anhelitus terræ fieret, qvo Pythia mente incitata oracula ederet. De Vino aut Salsamento putes loqvi, qvæ evanescunt vetustate.* Vid. Arnob. adv. Gent. l. 3. Nec tacet Plutarchus, qvi de *Pythiæ Oraculis* s. *Qvod nunc Pythia sortes non det Versibus* & *de Oraculorum defectu* peculiares libellos conscripsit. Fatetur: *Apollinem Oracula involvisse allegoriis & ambiguitatibus:* scil *opus fuisse apud Consultores veteres, fuco, ambage, obscuritate: qvod non venerint eò saltem viliores Consultores de comparando mancipio, de nuptiis, de usuris, de agriculturâ, de frugum pro-*

 ventu,

*ventu, de pecoris fœtu (ubi versus implicare ambitiosi fuerit Sophistæ oraculum ad gloriam fucantis) sed desienderint præpollentium civitatum Legati, Reges, Tyranni ambitiosi, de gravibus rebus DEUM (*דָּרַשׁ אֶת־יְהוָה *ἐκῶνος ἅπτω) consulturi, quos pungere & asperare, si multa contra animi sententiam audivissent, non fuerit ex Oraculi ministrorum, & vatum usu, quibus cum mortalibus uteretur, prospiciendum quoque ab Apolline fuisse, ne ab hominibus scelestis perderentur, & propterea usum sæpè numeris ambiguis, non ut verum opprimeret: sed sententiam saltem ejus diverteret, quò idem & Tyranni ignorarent & hostes non præsentiscerent.* Ita sc. Diabolo opus fuit Poëtica fucatâ ut suorum ministrorum securitati prospiceret, propter qvorum patrocinium illi fuit æqvivocandum. Qvare autem desierint illa *Pythiæ oracula Poetica*, rationem ponit in minore numero illorum, *quæ nunc memoriâ complectenda. Nunc*, inqvit, *alta pax est & otium, bellum constitit: non sunt seditiones, tyrannides, morbi alij & mala Græciæ quæ magnam medicinam & exqvisitam flagitent.* Id. lib. post. *quare exspiraverint, oracula. Ingens*, inqvit, *& vetusta ejus loci divinitatis est opinio, qvam nunc apparet elangvescere:* & paulò post: *Qvid refert isthic qvid agitatur requirere, dum hæsitas de nostratium interitu oraculorum? præsertim, cum præter unum & alterum omnia cernamus exoleviss: sed illud est, qvam ob causam ita elanguerunt, considerandum. Boeotiam oraculis apud veteres celebrem, nunc illa planè sicut flumina defecerunt, magnusq; obsidet divinationis sqvallor hanc regionem. Præter unum omnia partim silentium, partim solitudo occupat, ipsum etiam Amphiarai & qvod ad Tegyras Apollinis. Mantei Vates voce utebatur Æolicâ:* sed examinare illa nostri non est instituti. Sufficit illustris Confessio Gentilis Scriptoris de facto. In promtu causa est. Majestas JESU NAZARENI jussit Diabolos illam claudere cortinam, & migrare. Ita jussus in Actis Apost. *Spiritus πύθων ab ancillulâ* migrare, imperante Paulo in nomine JESU CHRISTI ut exiret, exivit extemplo.

Concl. 2. Sed redimus ad Pythonem in tmemate nostro Isaiano. Verba fontium ita habent: וְשָׁפַלְתְּ מֵאֶרֶץ תְּדַבֵּרִי וּמֵעָפָר אִמְרָתֵךְ תְּצַפְצֵף תִּשַׁח אִמְרָתֵךְ וְדֹרֵשׁ כְּאוֹב מֵאֶרֶץ קוֹלֵךְ וּמֵעָפָר אִמְרָתֵךְ תְּצַפְצֵף:

Paraphra-

Paraphrastarum & Metaphrastarum translationes sive veteres sive recentiores hûc adponere, & qvæ ad *positum formalem* faciunt, prolixè excutere supersedemus. Qvale illud 1. de subordinatione positus Verborum: *Humiliaberis loqveris*, in qvâ unum adverbiascere solet, qvo nihil familiarius. Qvale 2, ut מעפר אוב מארץ & אמרתך in sensu nectantur. Qvale 3: Vocabulum צפצף in qvo קול לחש כקול עופות רקין s. *mussitationem, sonum exilem ad instar pipitantium pullorum* dat Raschi, non malè illud, & satis ad institutum præsens. Conf. Es 10. 14. Uti à תעה & שעה est התעתע & שעשע; ita à צפה est צפצף. Illi autem ineſt significatio *tegendi, operiendi*, qvo nomine freqvens usus in *architectonicâ sacrâ*. In applicatione ergò materiali צפצף esset *occulto, operto, tecto & involuto Sermone loqvi, mutire, intra dentes murmurare*: qvâ ratione infra locus Isaianus de Pythonibus המצפצפים s. *Sermonem occultantibus* & המהגים s. *gementibus & mussitantibus potiùs qvàm loqventibus*, excutietur.

Concl. 3. Signum summæ & incredibilis anxietatis, arctati Spiritus, abjectorumq; animorum s. צרה וצוקה ומורך לב, vox submississima, describitur v. 4. idq; absolutè in m. 1. modificatè per comparationẽ in m. 2. *Humiliata de terrâ loqveris* i. e. humilimè & submississimè, *clam & silenter loqveris*, ita ut ex abditis terræ vox videatur processisse (יהי נראה כאולו רבור היוצא מפיך יצא מתחת הקרקע) *imò mussitabit ex ipso pulvere Sermo tuus.* **Du wirst so ohnmächtig seyn daß du nicht wirst laut reden können / und deine Rede wird auß dem Staub mummeln.** *Erit enim vox tua, sicut Pythonis loqventis de terrâ* (s. mussitando, susurrando oracula, responsa magica edentis divinantis, vel incantantis) **wie die Stimme eines Zauberers auß der Erden** (qvalem edunt Pythones & evocatæ ab illis de terræ cryptis umbræ) **also wird deine Stimme seyn.** Comparatio altera in territorio 2. *Existente ita de pulvere eloqvio tuo, pipies*, non hominis amplius vox tua erit: sed *Pipitatio* potius *avium.* Errant qvi hic in *territorio primo* illud מארץ קולך; *in territorio 2.* illud אמרתך תצפצף copulant, obstante utrobiqve evidenter accentuatione, ibi Pasta

antecedente (ף) hîc Tiphcha libero Barone. Reddendum, prout nos paulò ante reddidimus, qvod & in primo benè obſervatum ab Interpp. Græcis: ἔσται ὡς ὁ φωνῶντος ἐκ τῆς γῆς ἡ φωνή σου. Errant magis Rabbini, qvi ad *planctus* & *Litanias Sanctorum* hanc muſſitationem referunt, qvomodo hoc loco ad vocem הצפצף Raſchi addit להתחנן אלי ומתוך תחינתך יכמרו רחמי. In illis tribulationibus *pipies* i. e. *gemitibus cordis, humilibus precibus, deprecaberis me & in medio deprecationum illarum æſtuabunt viſcera miſericordiæ meæ.* Applicatio ad lacrymas Hiskiæ & *planctum Turturis* auditum in Sione, qvando mittebantur ad Iſaiam in ſaccis lugubres & humiles Oratores, qvos inter præter Clericorum Presbyterium, ſeculares & officiales aulici nominantur *Eliakim & Sebna*, qvorum Litania & vox Turturis videatur Eſa. 37. 3. 4. vel juxta Kimchium & Abrabinelem, *ad actum* in eadem Sancheribi hiſtoriâ *priorem*, Colloqvii ſc. primi *Legatorum Hiskiæ* ad blaſphemum Aſſyrii *Oratorem Rabſake*, ubi illi popoſcerint Oratorem, *ut loqveretur lingvâ* non Judaicâ: ſed *Aramæâ, velut non ita populo in mœnibus auſcultanti perſpicuâ*, ut adeò *in arcano*, voce *ſubmiſſâ, non ita ſonorâ populoq; cognitâ* dialecto ſua explicaret duriora poſtulata, contra qvam fecit *Rabſakah*, qvi ad illud poſtulatum *validius etiam, in* lingvâ Judæis vernaculâ, *clamoſum Oratorem egiſſe* memoratur Iſa. 36. 11. 12. Hypotheſis erronea jam ſupra eſt notata. Probabile tamen aliqvod illi Rabbinorum expoſitioni argumentum dare licebat ex Confeſſione Hiskiæ, מצפצף *ſicut grus & hirundo, & muſſitantis ſicut Columba.* Jeſ. 38. 14.

Concl. 4. Cœterum hâc occaſione qværitur, an id qvod memoratur v. 4. de *Voce velut Pythonis de terrâ*, intelligendum *de voce exili, qvalem edunt evocatæ umbræ veluti de cryptis*, an reſpectus eò, qvod Pythiæ *clauſo ore edebant reſponſa*, ſicq; *loqvi cenſebantur ex ventre*, unde ἐγγαστρίμυθος egregiè vocant Interpp. Græci ſ. *Ventriloqvos*, tùm alibi, tum Jeſ. 8. 19. ubi qvod eſt in fontibus דרשו אל האבות Græci: Ζητήσατε τοὺς ἐγγαστριμύθους, plane prout ibidem הידענים expreſſit Græca Verſio τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς φωνῶντας &

duo

duo illorum epitheta, sc. qvod sint המצפצפים & המהגים per ἐγγαστριμύθους & ἐκ τῆς κοιλίας φωνοῦντας, egregio planè parallelismo, cum præsenti loco, in qvo אוב מארץ copulandum, jam supra docuit nos accentuatio, & nunc illustrat id insignitèr Græca translatio, ut adeò אוב מארץ sit ὁ φωνῶν ἀπὸ τῆς γῆς vel φωνῶν ἐκ τῆς κοιλίας, eò qvod ex imo ventre interdum vox prodire videbatur (uti στερνομάντεις, in qvibus Dæmon in pectore infra cutem sese ostentabat, & per pectus loqvi videbatur) & ita darentur propriissimè ἐγγαστρίμυθοι Pythonici, qvi *clauso ore, loqvebantur ventre*, de qvibus, ipsàq; adeò ἐγγαστριμαντεία videatur *Galen.* in exp. voc. Hippocr. *Origen.* 2. contra Celsum, *Oecum.* in Act. Apost. c. 16. Plutarch. de defect. Oracul. uti de στερνομαντεία *Cælius Rhodiginus* l. 8. c. 10. sed & *Eustachij* Episcopi primum Beroeæ, postea Antiochiæ l. περὶ ἐγγαστριμύθου seu de *Ventriloqvo* (prout vocat Tert. 4. c. Marc. c. 25. & August. 2. de D. C. nominans *fœminam ventriloqvam*... Παυσανίαν illam ἔχουσαν πνεῦμα πύθωνος, Act. Apost. c. 16. 16.) contra *Origenem*, qvi illum πύθωνα vocat *Dæmonem ventricosum* 3. Petiarch. c. 3. & docet *malignos qvosdam Spiritus etiam pueris ac penè lactentibus admisceri, ut inde fiant divini seu arioli.* Vid. Hieron. ep. ad Avit. de illo errore Origenis. Ad qvæstionem autem ipsam respondemus affirmando primum. Ratio ex mentione *Vocis* i. *Sermonis oralis* tùm in m. 1. tùm in 2. qvi proinde dandus qvoqve hîc in אוב s. Pythonico illo, sive ipso ore eloqvatur, sive ê cryptis terræ audiri talem faciat sonum, evocando manes. Rectè in h. l. Kimchi: בעלי האוב ישמיעו קול נמוך מתחת הארץ i. e. *Habentes Pythonem* s. *Pythonici audire faciunt vocem depressam ê cryptis terræ.*

Concl. 5 Licet ergò necesse haut sit intelligere *Pythonem* qvi per Os respondeat, non tamen propterea opus est, ut formaliter intelligatur ἐγγαστρίμυθος s. *qvi Verba edit Ventre*: sed rectius daretur, *qvi facit audiri Verba de cryptis terræ*, propter additum מארץ. Varia divinationis genera enumerat Jus Canonicum Caus. 26 qv. 3. c. 5. *Arioles, Incantatores, Haruspices, Augures* vel *Auspices* sive qvoad

oculos, sive qvoad aures, *Pythones*, *Astrologos*, *Genethliacos* seu *Mathematicos*. Ex his אובות אוב in sacris, per *Pythones* exprimuntur ab Interpp. & ידעונים (qvod utplurimum cum illo copulatur e. c. in Legibus Levit. 19. 31. *Neqvaqvam respicite* אל תאבת ואל הידעונים Confer etiam Lev. 20 6. & 26. ubi capitale supplicium & æternum excidium denunciatur & Pythoni ac Ariolo & illorum Sectatoribus conf. Deut. 18. 11. 12. & in exemplis prohibitis 2 Reg. 21. 6. 2. Chron. 33. 6. Jes. 19. 3. 1. Sam. 28. 3. 10. 2. Reg. 23 24.) per *ariolos*, qvos ita vocatos, *qvod circa aras idolorum nefarias preces emittant, & funesta sacrificia afferant, & his celebritatibus Dæmonum responsa accipiant*, sed de his nunc non disqvirimus. *Pythones*, ait idem Decretum, à *Pythio Apolline dicti sunt, qvod is Autor fuerit divinandi.* Sed unde Apollo Pythius? an à *Dracone Pythone?* an à *sceleratо Draconis Pythonis nomen gerente?* an à *loco* sive *utriusqve*, sive *alterutrius ibidem interfecti & putrefacti* (qvomodo Pytho urbs Phocidis, qvæ & Delphis Apollini sacra) an à πύθω *putrefacio, ob interfectum & putrefactum ibi Draconem?* an à πυθέσθαι s. *consulere & interrogare?* ex qvibus penultimum magis convenit qvantitati Syllabæ productæ & in Pythone & in illo πύθω *putrefacio*, velut in illo Hesiod. ἵνα μὴ πύθῃ Διὸς ὄμβρος, brevis autem in πυθέσθαι. Loca omnia, in qvibus אוב utriusqve numeri copulatur, jam supra notavimus: sed & locus Isaiæ c. 8. 18. ubi אובות describuntur Charactere *pipientium & mussitantium*, jam supra est excussus. Nullus ex illis probat formalitèr talem ἐγγαστριμυθίαν, licet negandum haut sit, sive ipsos *Dæmones introeuntes in corpora & loqventes per ea*, sive ipsos qvoqve *Pythonicos* vocari *posse ventriloqvos* s. ἐγγαστρίμυθος & ita rectè passim nominari apud Interpp. Græcos: sed exinde non probatur sive illos *in ventre formasse Sermonem & non in linguâ*, sive hos *ventre* non ore *locutos*, cum contra notetur, *Illos ex imo ventre vocem produxisse*, ita ut infernali illo fatidicoq; Spiritu afflati ex ventre, velut ex utre, aut lagenâ depromere viderentur oracula, qvæ enunciabant vel musitabant Lingvâ.

Concl. 6. אוב in sacris nunc ipsius *atri Spiritus* s. *Dæmonis Pythonis*

Pythonis nomen, nunc *Pythonici* s. בעל אוב vel ἔχων πνεῦμα πύθωνος, s. illius, *qui habet sive obsidentem* sive *assidentem sibi Spiritum malignum.* Posterioris exempla sat multa. Prioris in illâ *famosissima Sauli Pythonissa*, qvæ nominatur אשת בעלת אוב s. *mulier prædita Pythone* (qvod in exemplo parallelo *ancillulæ Philippensis* redditur per παιδίσκην ἔχουσαν πνεῦμα πύθωνος Act. c. 16. 16. ut frustra hîc discernat *Cajetanus*) 1. Sam. 28. & qvam *Consultor nocturnus* Saul allocutus his verbis קסמי נא לי באוב i. e. *divina mihi per Pythonem* vid. v. 7. 8. & 1. Chron. 10. 13. ubi proinde אוב Spiritus πύθωνος s. Pythius, qvem רוחא דקצמא s. *Spiritum divinationis* in exemplo N. T. vocat Syrus, & ipsa mulier *divinare* jubetur: sed per אוב s. *Pythonem.* Generalius adeò *divinationis* vocabulum, de qvo Kimchi: הקסם הוא כלל לכל מעשים הנעשים בלאט i. e. *Divinatio nunc generale vocabulum est de omnibus illis qvæ fiunt clam, occultè* e. c Numer. 22. 7. Jos. 13. 22. Ezech. 12. 24. Addit: ולפעמים הוא פרט לקצת המעשים ההם i. e. *aliqvando certam notat occultarum illarum actionum speciem* e. c. Num. 23. 23. לא קסם & ביעקוב נחש לא בישראל sic Deut. 18. 11. ubi קסם קסמים s. *Divinans divinationes* contradistingvitur 1. מעונן s. *Planetario.* 2. מנחש s. *Mago.* 3. מכשף s. *Præstigiatori.* 4. חבר חבר s. *Incantatori.* 5. שאל אוב s. *Consultori Pythonico.* 6. ידעני s. *Ariolo.* 7. דורש אל המתים s. *Necromantæ.* Priori ergò ratione *Pytho* ad *divinantem* s. אוב ad קסם habet se ut *species ad genus.* Posteriori ratione ut *species ad dispariatam speciem:* Neqve adeò sive *divinationis* vocabulum in suppositione prima *parallelum est Pythoni*, qvia illud amplius, neqve rectè dicitur, *appellatione* אוב *velut generali omnes divinos, Magos, Incantatores*, & in specie ἐγγαστριμύθους notari.

Concl. 7. An in præsenti loco Isaiano per *Pythonem de terrâ* ipse Spiritus πύθωνος æqvè intelligatur, qværitur. Responsio facilis. Sermo ille Pythonici est ipsius Spiritus πύθωνος, sive ille edatur immediatè è cryptis terræ, sive mediatè per os Pythonici s. Pythonissæ. Utroqve modo facilè explicatur qvid sit in commate

præsenti

præsenti Isaiano *loqui è terra*, & *Sermo mussitans de pulvere*, habito respectu *ad Pythonem de terra*: & utroqve modo res illa exemplo Pythonissæ illius Saulis Acheronta moventis (matrem Abneri illam fuisse Mdrasch dicit: sed non probat) egregiè illustratur.

Concl 8. Sanè ad conspectum imaginarium Samuelem (prout enim *sensûs Corporis & pallij* Samuelis spectrum conceditur, ita & *adscensus de terra & animæ Samuelis*, de qvâ tamen altum in historiâ silentium, non nisi spectrum hîc dandum, nec adeò animam Samuelis sive Studio Pythonissæ eductam, sive ante illius incantationes præventu divino adductam, qvod præter Rabbinos, qvi & *Mosen* Samueli hîc addunt, vult pro Limbo Patrum adstruendo Papismus vid. Bell. l. 4. de Chr. an. c. 11. & Delrio. d. m. l. 2. q. 6. vid. de Jud. Joseph. l. 7. antiq Jud & Kimchi, Raschi in h. l.) ex antecced. comm. 3. & 6. 1. Sam. 28. ex ipso *beatarum animarum supra potestatem Dæmonum privilegio* liqvidum, nec sive *conjectura Saulis* Consultoris v. 14. qvippe de qvo rectè Rabbini in h. l. הנשאר רו שומעו ואינו ראהו sc. *qvod Pythonissam saltem viderit: evocatum autem Samuelis spectrum non viderit: sed saltem audiverit*, & hunc *Oratorem Samuelem* esse ex *externa saltem forma*, qvam indicaverat Pythonissa conjecerit, nec prædictio futurorum, sive id ex signis evidentibus, sive ex revelatione irati DEI habuerit evocatus, nec Ecclesiasticus, qvippe in talibus Judaizans, probat contrarium) non illa fuit ἐγγαστρίμυθος, *nec mussitavit de pulvere Sermo ejus*: sed *clamavit voce magna, qvare decepisti me cum tu sis Saul* v. 12. (qvod ἐκ δηλώσεως ipsius apparentis ὡς θεὸς σεμνὸς καὶ θεοπρεπὴς illam habuisse notat Josephus l. all. ex illo autem, *qvod cum alii evocati per Pythonem adscendant capite deorsum, pedibus sursum, hic extemplo Capite sursum adscenderit*, ex honore Consultoris Regis factum hoc Pythonissâ interpretante, & inde exclamante, Rabbini: qvomodo Jarchi: המעלה בזכורו עולים רגליהם וזה עלה ראשו מלמעלה בשביל כבודו של שאול & Kimchi: כל העולים באוב עולים רגליהם למעלה וראשם למטה כיון שראתה אותו עולה בראשו מלמעלה ידעה שלא היה זה אלא לכבוד

לכבוד מלכותך, qvod à Bellarm. alitèr intellectum: ac *si sc. apparitio Samuelis prævenerit incantationem & ejus effectum, & exinde illam mulieris perturbationem, qvod sc. viderit Samuelem apparuisse antequam evocaretur)* planè uti illa in Actis בעלת אוב, impellente ex fiduciâ securioris palatii & persvasione Synergismi Obsidente, testatura Christo, non mussitavit: sed clamavit: *Isti homines Servi DEI excelsi sunt, qvi vobis annunciant viam Salutis* Act. 16. 17.

Concl. 9. Nec mussitasse, multò minus *clauso ore ex ventre velut ex utre respondisse* legitur, qvando testata est Sauli se *primò vidisse Deos ascendentes è terrâ*, & deinde *formam Senis palliati:* v. 13. 14. Neqve verò Consilium Saulis erat ex Pythonissâ responsa audire: sed per illam Samuelem evocari, futurum Oratorem v. 11. *Mussitatio* ergò & *Incantatio occulta* Pythonissæ, sive ad actum evocationis referenda, sive ad illum *Sermonem spectri Samuelis*, ubi auditus à Saule *Pytho Spiritus de terrâ*, si tamen ille non fuit major humano sonus. Potuit illa eloqvi ater Spiritus, sine organo oris Pythonissæ, imò etiam probabile, uti Saul *audivit:* sed non *vidit*, ita *illam vidisse:* sed *non audivisse responsa evocati Spiritus*, Comites autem duos Saulis *nec vidisse, nec audivisse:* atqve hoc est qvod ad h. l. Raschi: שלשתן דברים נאמרו באוב המעלה אותו רואהו ואינו שומע קולו והנשאל לו בתפך ואחר לא רואהו ולא שומע: Imò potuit illa enunciare, qvæ nec audiverit, nec intellexerit. Vid. inf. in signo 1. Chrysost. Uti ergò demus, illam בעלת אוב Saulis, æqvè prout illa Philippis fuisse & dici potuisse ἐγγαστρίμυθον, qvod immundus Spiritus ventrem illi obsidere, tumidumq; reddere, & ita demum per illam de occultis respondere potuerit, illam tamen à *Spiritu non obsidente: sed assidente commotam, non ore: sed ventre edidisse verba, nec per os respondisse Sauli, ita ut non in linguâ: sed in ventre formatus sit Sermo*, qvod vult Cajetanus & qvi post illum, & hoc sensu fuisse ἐγγαστρίμυθον seu, prout Josephus vocat: γνώμων ἡ τὸ ἐγγαστρίμυθον l. sup. all. nullo probatur apice. Nihil hîc Orationis Pythonissæ ventri tribuitur: sed

Ori, æqvè prout illi in Actis. Neqve adeò probatur talis ἐγγαστριμυθία in loco præsenti Isaiano.

Concl. 10. Occasione hujus de אוב s. *Pythone* loci Isaiani, placet, qvi hanc materiam insigniter illustrat, locum ex Chrysostomo allegare, & illum qvòqve, ubi opus, de nostris illustrare. Est ille homil. 29. in Ep. 1. ad Cor. c. 12. p. 576 & seqq. occasione Sermonis Apostolici περὶ τῶν πνευματικῶν, & statu Corinthiorum gentili, ubi abripiebantur πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα. Memorat *Os aureum* Corinthi multos fuisse *Divinatores*: idq; momovisse Apostolum, *ut præmitteret Orationi* περὶ θαυμάτων s. χαρισμάτων *judicium discretionis inter divinationes & Prophetiam*: hæc qvippe non ἐν τῷ καιρῷ ᾧ λέγεται. ἀλλ' ἐν καιρῷ τῆς ἐκβάσεως παρέχεται τῆς οἰκείας ἀληθείας τὸ ἔλεγχον, unde ante illum eventum, *per divinationes suas* imponere potuisse Diabolum, qvippe τὸ ψευδόμενον καὶ τὸ ἀληθεύοντα, τὸ τέλος ἤλεγχεν. *Ne igitur ante finem deciperentur Auditores, dare Apostolum signum discretionis Divinatoris & Prophetæ, qvo discernantur etiam ante eventum.* Πρότερον τῆς μαντείας τὴν διαφορὰν καὶ τῆς προφητείας τίθησι, καὶ σημεῖον πρότερον καὶ δεύτερον. Primum juxta Patrem commendatum fuerit bruta *necessitas coactionis*. Verba ejus sunt: Εἴποτε κατεσχέθη τις ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου καὶ ἐμαντεύετο, ὥσπερ ἀπαγόμενος, οὕτως εἵλκετο ὑπὸ τοῦ πνεύματος δεδεμένος οὐδὲν εἰδὼς ὧν λέγει i. e. Divinator à Spiritu immundo abripitur, vinctus abducitur, NESCIENS QVID DICAT. Addit: Τοῦτο γὰρ Μαντέως ἴδιον τὸ ἐξεστηκέναι, τὸ ἀνάγκην ὑπομένειν, τὸ ὠθεῖσθαι, τὸ ἕλκεσθαι, τὸ σύρεσθαι ὥσπερ μαινόμενον. Probat ex verbis Apostoli: ἀπαγόμενοι πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ὡς ἂν ἤγεσθαι. Cumq; Apostolus ad ipsos Corinthios testes hujus rei provocet per illud οἴδατε ὅτε ἕλληνες ἦτε, *Novistis qvid egeritis cum adhuc Græci vel Gentiles essetis*, proinde Chrysostomus qvoqve Græcorum allegat testimonia e. c. Platonis, cujus illa Verba: ὥσπερ οἱ χρησμῳδοὶ καὶ οἱ θεομάντεις λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλὰ. ἴσασιν δὲ οὐδὲν

ὧν λέγουσι,

ὧν λέγουσι, & Græcorum Poetarum, *de divinatoribus impetu Dæmonis raptatis* &c.

Concl 11. Allegat pariter historiam de *Pythiâ insidente tripodi & vaticinante*, cui protestationem modestè præmittit: ἀναγκάζομαι καὶ ἑτέραν αὐτῶν ἀσχημοσύνην ἐκπομπεῦσαι νῦν ἣν καλὸν μὲν ἦν παρελθεῖν διὰ τὸ ἡμῖν ἀπρεπὲς εἶναι τὰ τοιαῦτα λέγειν. ὥστε δὲ σαφέστερον αὐτῶν μαθεῖν τὴν αἰσχύνην ἀναγκαῖον εἰπεῖν ἵνα καντεῦθεν μάθοιτε τὴν παράνοιαν καὶ τὸ πολὺν γέλωτα τῶν τοῖς μάντεσι κεχρημένων. Summa est: Pythiam s. בעלת אוב *futuram tripodi Apollinis insidentem & διαιροῦσαν τὰ σκέλη, διὰ τῶν γεννητικῶν μορίων infernè emissum admisisse immundum Spiritum, qui Ventrem obsederit, eamq; tanto furore compleverit, ut soluto crine, ore spumans ac debacchans verba protulerit insana & sic demum de occultis responderit.* Meminit Pythiæ alicujus singularis, cum aliàs illa à Saule consulta בעלת אוב Pythia qvoqve dici possit. אוב Sanè masculini generis vocabulum famosum: licet detur facilè praxi qvoqve fœmininum, qvomodo Kimchi מעשה הזה וכיוצא בו נמצא בנשים יותר מבאנשים לפי שהן קלות הדעת i. e. *Peccatum illud magis esse fœmininum, qvàm masculinum, propter judicii infirmitatem*, unde vulgò ratio subjecti fœminini petitur in L de מכשפה s. *Præstigiatrice*. Exod. 22. 18. Potuit inde fieri, ut *Saul Consultor Pythonicus* futurus, signanter voluerit sibi *Pythonissam* inqviri, non Pythonicum: בקשו לי אשת verba sunt Saulis, non איש, qvam proinde non אוב: sed בעלת אוב vocavit. Sed illius qvoqve alia subesse ratio potuit. Nec pluralis terminatio in אבות magis fœminina, qvàm in אָבוֹת. Cum detur locus unus Job. 32. 19 ubi אובות utres, facilè apparet, qvomodo his Pythonibus ἐγγαστριμύθοις fatuo fatidicoq; Spiritu afflatis & tumidis, ita ut ex ventre tumido velut ex utre aut lagenâ oracula depromant, conveniat, ut opus tamen haut sit ad solum *ventrem fœmininum*, in illâ superiori fœdâ sessione Pythiæ ad instar utris inflatum, illud referre.

Concl. 12. Sed ad rem. Ita signum primum à parte divinatorum explicuit χρυσεὸν στόμα: addit *Dæmonem ista de causa qvoqve Vates vinctos ad mutas abripuisse statuas, ut qvæ erant hominum* (e. c. loqvi) *adscriberentur idolis, ne adeò lapis amplius videretur esse mutus.* Opponit huic conditionem Prophetarum: Ὁ Προφήτης οὐχ οὕτως. ἀλλὰ μετὰ διανοίας νηφούσης καὶ σωφρονούσης καταστάσεως καὶ εἰδὼν ἃ φθέγγεται φησὶν ἅπαντα. Verba tàm facilia, qvàm egregia. Item: Προφήταις δῆλα ἅπαντα. Item: Προεφήτευον μετὰ συνέσεως καὶ ἐλευθερίας ἁπάσης. Item: Καὶ τοῦ εἰπεῖν καὶ τοῦ μὴ εἰπεῖν ἦσαν κύριοι. Allegat exempla *Jonæ fugientis, Ezechielis differentis, Jeremiæ sese excusantis.* Videri nonnemini poterat hoc primum Chrysostomi signum non satis discernere, cum & in Prophetis potuerit esse qvædam ignoratio illorum qvæ sunt προφητεύοντες e. c. in Daniele vid. c. 12. 8. Cajaphâ Pontificali tunc Prophetâ vid. Joh. 11. 51. & illi qvoqve fuerint φερόμενοι s. *passivè se habentes* resp. θεοπνευστίας 2. Pet. 1. 20. qvin & qvalis in Apostolo fuit ἀνάγκη Evangelizandi 1. Cor. 9. 16. talis in Prophetis ἀνάγκη τοῦ προφητεύειν, unde Propheticæ speculæ necessitatē etiam fugiens Jonas effugere haut potuit. Cœterū aliud, Prophetis dari Spiritum ἐκ μέτρου, & ultra illam mensuram ipsis Prophetis mansisse multa ἀποκεκρυμμένα, & illa inprimis qvæ debebant *occlusa vel obsignata manere* ad N. T. tempora: aliud Prophetas nihil illorum, qvæ per θεοπνευστίαν dixerunt, scivisse, qvod posterius de Daniele negatur ex Dan. 8. 16. velut prius conceditur ex c. 12. 8. 9. Neqve qvid extraordinariè DEUS egerit sive in *Caipha* sacerrimo capite, movendo, ut ille, etsi nesciens, aliumq; planè sensum mentalem secum gerens qvam qvi adæqvabatur menti S. Spiritus, mysteria Propheticè Pontifex tunc loqveretur, sive in *sceleratissimo Bileamo* illum ex divinatore maledicturo in Prophetam benedicentem Israeli transmutando, & per Asinam loqventem redarguendo, applicandum ad Θεοπνευστίαν Sanctorum τῶν ἀπ' αἰῶνος Προφητῶν Θεοῦ. Ἀνάγκη Apostolica referenda ad *Oeconomiam officialem*, ex

hypothesi

hypothesi ἀφορισμοῦ Pauli Evangelistæ jam inde ab utero matris vid. ibid. & Rom. 1. 1. Gal. 1. 15. Jonæ retractio ex fugâ, castigatio fuit, salutaris tamen ipsi fugienti, qvi deinceps voti memor non invitus Propheta fuit: sed & qvâ ratione Chrysostomus hîc intelligi velit, explicat ipse, dum de Prophetis addit: οὐ γὰρ ἀνάγκῃ κατείχοντο, ἀλλ' ἐξουσίᾳ ἦσαν τετιμημένοι. Talem sc. ἀνάγκην intelligit, ubi vaticinantes *cum furore, tumultu, cum ipsius mentis* στερήσει & *physica adeò ac irresistibili impulsione protruduntur ad edendum responsa.* Ita *trudere cum necessitate* s. ὠθεῖν μετ' ἀνάγκης & scotomate τῆς διανοίας, dicit non competere Θεοπνευστίᾳ Propheticæ, qvippe θεοῦ τὸ φωτίζειν καὶ μετὰ συνέσεως διδάσκειν τὰ δέοντα. Θεὸς συμβουλεύων παραινῶν ἀπειλῶν οὐ σκοτῶν τὴν διάνοιαν, οὐ μετ' ἀνάγκης ὠθῶν. Δαίμονος γὰρ ἴδιον τὸ θόρυβον, καὶ μανίαν ποιεῖν καὶ πολὺν τὸν ζόφον.

Concl. 13. Secundam discretionem inter קסם, qvorsum pertinet in nostro Isaiano אוב מארץ, & נביא s. *Prophetam*, deducit Chrys. ex 1. Cor. 12. 2. Οὐδεὶς ἐν πνεύματι Θεοῦ λαλῶν λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν· Καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριος Ἰησοῦς εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Concludit inde: Ὅταν ἴδῃς τινὰ μὴ φθεγγόμενον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἢ καὶ ἀναθεματίζοντα, Μάντις ἐστίν. Πάλιν ὅταν ἴδῃς ἕτερον μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα φθεγγόμενον, νόησον ὅτι πνευματικός ἐστι. Objicit sibi ipsi Chrysostomus 1. *Catechumenos*, qvi nominare qvidem possint nomen JESU: neqve tamen sint πνευματικοὶ: sed respondet egregiè: *in Ecclesia Apostolica non fuisse tales Catechumenos* & talem κατηχήσεως rationem, qvalis deinde successit in Patrologia. Οὐ γὰρ ἦσαν κατηχούμενοι τότε. ἀλλὰ περὶ πιστῶν καὶ ἀπίστων. Fatetur adeò Chrys. Catechumenos tunc fuisse in classe πιστῶν habitos: neqve illam distinctionem κατηχημένων, συναιτούντων, πιστευόντων & catechisandi rationem patrologicam, ipsam Catechumenorum Missam, per qvam notabantur velut τῆς τῶν μυστηρίων αὐτοψίας καὶ κοινωνίας ἀνάξιοι,

ad antiqvitatem ascendere Apostolicam. Objicit sibi 2. *Confessores Dæmoniacos* Marc. 1 23 24. & illam בעלת אוב in *Actis Apostolicis* c. 16 17. Respondet: Dixerunt ita: sed μαστιζόμενοι: sed ἀναγκαζόμενοι, οὐδαμοῦ δ' ἑκόντες καὶ μὴ μαστιγούμενοι. Ita Confessionem talem *flagellum fuisse Dæmoniacorum*, neqve adeò hos sponte ita Confessores fuisse concludit. Qvare Dæmon Confessor JESU NAZARENI esse voluerit, his verbis exprimit: ὁ Δαίμων ἐποίει τοῦτο, βουλόμενος συγχεῖν τῶν πραγμάτων τὴν τάξιν καὶ ἁρπάσαι τῶν Ἀποστόλων τὸ ἀξίωμα, καὶ πεῖσαι πολλοὺς προσέχειν αὐτοῖς· ὅπερ εἰ ἐγεγόνει, ῥᾳδίως ἂν ἐντεῦθεν ἀξιόπιστοι φανέντες, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπεισήγαγον ἄν. Qvare Christus, & imitans Magistrum, Paulus increpuerit Confessorem Dæmonem, rationem ita disserit: ἵνα μὴ τοῦτο γένηται, μηδὲ ἀρχὴν ἡ ἀπάτη λάβῃ καὶ τἀληθῆ λέγοντας ἐπιστομίζει. ὥστε ἐν τοῖς ψεύδεσι μηδ' ὅλως τινὰ αὐτοῖς προσέχειν· ἀλλὰ καθόλου πρὸς τὰ λεγόμενα παρ' αὐτῶν ἀποφράττειν τὰς ἀκοάς.

Concl. 14. Ita de Signo secundo Chrysostomus: ubi qvæ de *flagello & coactione* loqvitur, non ad Spiritum Πύθωνος: sed ad ipsos Dæmoniacos, Pythonicos, divinatores Confessores referimus. Sunt ex Patribus, qvi statuant *Diabolum coactum & compulsum à Spiritu S. patrocinatum esse veritati.* Sed veriorem rationem NOSTER affert. Sc. ut inde Syncretismum & συμφώνησιν Χριστῷ πρὸς Βελίαλ persvaderet, & per hanc autoritati suæ consuleret. Qvod de *flagello Pythonicorum* dicit, ei obstare videtur exemplum in Actis, ubi בעלת אוב *tanqvam compos mentis & pudibunda subseqvitur multis diebus Apostolos*, & iterat Confessionem: Cœterum & illa *pertinacia seqvelæ* arguit *flagellum malevolum Confessoris*, qvod tamen Consilium (uti in Evangeliis Christus) ita hîc Apostolus, in Dæmonis conspectiorem ruinam & Evangelii gloriosiorem victoriam conversurus, ad ponè ac retrò seqventem, nec ad spectum Apostolici vultus ferentem, versâ facie, in nomine JESU CHRISTI imperavit Spiritui exire ab ancillulâ, qvod factum extemplo. Notatum de cœ-

de cœtero *Dæmonem, vel Legionem qvoqve in uno obsesso Diabolorum tèr in historia Evangelica, Confessorem* JESU, imò clamosum, precatorem & ὁρκιστὴν JESU, JESU NAZARRENI nomen enunciasse, Filium DEI ALTISSIMI & *Sanctum* DEI appellasse: sed CHRISTI nomen nunqvam expressisse: extra illam e. c. in Actis, nec JESU, nec CHRISTI: sed DEI EXCELSI (uti sc. per generalius nomen faciliùs persvaderet, & illo μετασχηματισμῷ Angeli lucis, tantò splendidius per veram credibilemq; magis thesin falleret) Conf. Marc. 1. 24 Luc. 4. à v. 33 ad 38. Matth. 8. 29. Marc. 5. 7. Luc. 8. 28. At Apostolus Confessorem, etiam ubi vera loqvitur, fallacissimum Sophistam, jubet exire, copulato nomine JESU CHRISTI Act. 16. 18 Sed hæc prolixius discutere nolumus: qvos, post digressionem occasione *Pythonis de terra* satis excrescentem, revocat Pharascha Isaiana.

Concl. 15. Constabit autem ex superioribus abunde sensus hujus tmematis in Pharaschâ primâ qvarti, tùm positivè, tùm resp. aliarum sive paraphrasium sive metaphrasium elenchticè. Chaldæus expressit ותמאכין מארעא תמללין ומעפרא ינצפן מליך ויהי כאוב מארעא קליך ומעפר מליך ינצפן. Secutus accuratè fontes, nisi qvod in ultimo territorio erravit in subjecto. Versio in opere Vatabli: Et *humiliaberis, & qvasi de terrâ loqveris, & velut ê pulvere erit eloqvium tuum, eritq; ut Pythonis qvasi de terrâ Vox tua, & ac si exiret de pulvere eloqvium tuum garriet.* Tollantur illa epenthetica: *qvasi, velut, ac si exiret,* qvæ accentuatio neglecta imposuit. Qvis enim ferret, Positum *Tlischagdola* in והיה qvi Distinctivus est seqventis Regis majoris *Pasta* in מארץ, cum Ministro Regis Pasta s. *Mahpach* in כאוב ita necti, ut legas והיה כאוב & *erit sicut Pythonis?* qvis ferret ita avelli hunc ministrum à seqventi *Pasta*, & hunc velut ministrum in libero positu necti cum *Sakephkaton* in קולך? Notandus hîc omninò est insignis usus Tlischagdola

gdola in viâ ad Pasta, ante qvem semper pro ratione suæ stationis distinctivus est. Positus autem illius ante *Pasta* semper ferè mediatus est, ad minimum unâ voce, unoq; adeò accentu mediante. Dicimus *semper ferè*: in loco enim Isaiano c. 9. 5. in nomenclaturâ sc *admirandi pueri*, de Virgine nati primum nomen, qvod est פלא s. *Admirandi* occupat Tlischagdola, uti secundum immediatum s. יועץ i. e *Consiliarii*, insignit Pasta. Inqvirendum, an etiam detur talis *Tlischagdola* alibi? Propterea enim accentuationi & per hanc interpretationi Catholicæ bellum inferre, ut non maneat *admirandus Consiliarius DEUS fortis*: sed in casu obliqvo: *admirabilis Consiliarius DEI fortis*, audacioris criticæ est. Sic accentuationi territorii ultimi inservire voluisse videtur Versio Vatabliana: sed ut adderet illud: *ac si exiret*: Verùm etiam hæc epenthesis suspecta. Belgica Versio habet: Dan sult ghy (Stadt van Jerusalem / ghy Inwoonders van Jerusalem) vernedert worden / ghy sult uyt der Aerde spreken / ende uwe Sprake sal uyt dem Stoff sachtkens (stille / nederigh / swackelick) voortkomen: of / uwe Sprake sal diepe / ende nederigh zyn / ghelyck der geener / die in eenen Put ofte Gracht liggen / ghy sult tot sulcke eenen elendigen Staet gebracht worden / dat ghy naeu en sult Durven spreken / om u te beklagen) ende uwe Stemme sal zyn uyt der Aerde / als eenes Tooveraers / (ofte Toover-Geests / waarseggenden Geests / die van wegen den Duyvel den geen die haer om om Raedt vraghen stillekens ende onverstandelichte Antwoorden met eene duystere verwerrende Stemme als uyt een Hol der Aerde voortkomende) ende uwe Sprake sal uyt den Stof piepen. Expressit planè Versionem J. & Tremell. de qvâ jam supra actum.

ORATIO XIV.

Concl. 1.

SUb unius Orationis titulo geminum VÆ supra signavimus. Fuit unum VÆ EPHRAIM c. 28. Fuit alterum VÆ ARIELIS c. 29 in qvo numerum V. Pharascharum notavimus. Sed in ipso statim limine subsistere nos jussit, qvæ occasione PYTHONIS DE TERRA excrevit disqvisitio. Qvem adeò ibi absolvere haut licuit PHARASCHARUM numerum, nunc, annuente qvi cum lacrymis (ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς, neqve id ὅμιλον ἀκλαύτως, prout in parallelis lacrymis, qvas non *Consvetudo lugendi:* sed *spectaculum mortis* expresserat, ineptit *Nonnus* Johan. 11. 35. 36.) intimavit Arieli propius funus, Oratore Θεανθρώπῳ, expediemus. Esto ergò (sed qvoad numerum primum nonnisi continuanda) iterum

PHARASCHA I.

Concl. 2. VÆ ARIELIS in v. 1. intimatum, in 2. 3. 4. Commatis hactenus pro modo *Historiæ Propheticæ* legitimatur. Seqvitur nunc Comma qvintum. Memoratur in illo apparatus hostium Arielis futurus 1. velut אבק דק f. *minutus pulviſculus.* 2. כמץ עבר i. e. *ſicut gluma tranſiens:* & qvidem 3. לפתע פתאום f. *ad momentum repente.* Ubi interpretativum bellum non movebimus. Consonant satis Interpp. Subjectum primum, seu המון זריך Lutherus expressit: Die Menge / die dich zerſtreuen. Pulcherrimè expressa vis & consilium illorum extraneorum, & affixi emphasis. Omninò enim barbarus hostis invadens *dispergit*, & veniebat tunc *ad dispergendum Jhudah.* Vid. Visio Sachariana *de 4. cornubus & 4. fabris* cap. 2. 1. 2. 3. Cœterum qvæstio nobilis & in hâc qvidem ζητήσει l. de sensu, an sc. hujus commatis Oratio dicat סיבת הפחד

s. *Causam illius trepidationis & submissæ de pulvere locutionis* s. *mussitationis*, ita ut notetur sive *numerosissima hostium multitudo*, sive *velocissima ad instar pulviculi & glumæ volantis huc illuc promtitudo, ac repentina invasio*, & titulo *multitudinis extraneorum* ipsa Barbari militis castra: titulo autem *violentorum*, Duces notentur castrorum? an dicatur מפלת האיבים הפתאמית s. *repentinum ipsorum hostium excidium*, ita ut non *activè*: sed *passivè* horum respectu habeant se comparationes. Ipsi sc. hostes erunt מפוזרים s. *dispergentur ad instar pulviculi & glumæ, & exscindentur de repente* Fatemur præter magnas autoritates non desunt posteriori rationes.

Concl. 3. Habet in praxi biblicâ אבק: habet inprimis מוץ applicationem passivam vid. de illo Jes. 5. 24. Comparatio autem *cum gluma* vix unqvam, præterqvam *in passivo impiorum suppl cio*, qvi se habent ad DEUM Judicem, prout *gluma* ad potentem *turbinem* vid. Psal. 1. 4. 35. 5. & *de hostibus Assyriis* (qvos eodem modo hîc intelligi vult sententia posterior) Jes. 17. 13. sed & Hos. 13. 3. Jes. 41. 15. Job. 21. 18 Sunto כמוץ גנבתו סופה: ubi notatur *velocitas exitialis ipsi subjecto*, qvod proinde hîc se habet *merè passivè*. Sic qvod de פתע פתאם subjungitur, in exemplis pariter applicatur *ad mortem repentinam* in eadem copulâ Num. 6. 9. *ad destructionem passivam* in discretâ & relativâ utriusqve vocis correspondentiâ Prov. 6. 15. & c. 29. 1. vel in transpositâ particulâ Jes. 30 13. Hâc ergò ratione ipsi *perstrepenti hostium multitudini exitium repentinum* denunciaretur, ac si diceretur: לפתע פתאם יבא שברו velut in loco Jobi: vel פתע ישבר ואין מרפא & פתאם יבא אידו prout in locis Mischl.

Concl. 4. Cæterum accuratior positus formalis observatio jubet concludere pro priori, ita ut notetur *repentina & velocissima invasio*, s. *velocitas invasionis & pervasionis hostilis*: atqve adeò non comparetur *hostis cum pulvisculo & glumâ*, resp. *Exitij, dispulsionis passivæ & evanescentiæ*. In אבק illud facilimè ostenditur exemplis 1 plagæ sextæ Ægyptiacæ, ubi *favilla fornacis* s. כבשן פיח, cujus *plenos pugnos sumere, eandemq; cœlum versus spargere* jussus Moses, ve-

locissimè

locissimè huc illuc volitavit & per Ægyptum universam sese diffudit, unde *Ulcera & pustulæ in hominibus & jumentis:* Illa autem *favilla* dicitur fuisse לאבק s. *in pulvisculum*, qvi profectò pulvisculus *pervadens, percutiens, ulcera, pustulasq; producens, activè* se habuit & omni magis hoste puniendos affecit Exod 9. 9. 2. *Pluviæ benedictæ* cujus loco descendens *pulvisculus*, sanè activè se habet, resp. illius terræ cui immittitur Deut. 28. 24. conf. etiam Ezech. 26. 10. & אבקת רוכל unde celebri apud Judæos libro titulus. Cant. 3. 6.

Concl. 5. Aliud est comparari למץ s. *glumæ:* aliud לְמץ עֹבֵר s. *glumæ pertranseunti.* In priori valent exempla superiora: at non in posteriori. Ubi datur *gluma* formalitèr *passivè* repræsentata e. c. מץ מְסֹעָר Hos. 13. 3. & *dispellenti vento* contradistincta e. c. Is. 17. 13. Psal. 1 4. Job 21. 18. ibi valet superior observatio: cœterum aliud est comparari hostem cum מץ עֹבֵר s. *gluma transeunte.* Ita enim & subjectum supponitur עֹבֵר, atqve adeò *hostes*, vel המון עריצים s. *strepera multitudo violentorum* esse עֹבֵר s. *transiens*, vel *invadens*, & sic manet relatio ad *velocitatem transitus* vel *invasionis*, non ad *seqvelam annihilationis* s. *destructionis.* Propositio adeò hîc est: עבר המון עריצים כמץ עבר i. e. *Multitudo terribilium pervasura est ad instar glumæ pervadentis.* Et sic מץ עֹבֵר non comparat *passivè:* sed *judicialitèr activè*, resp. *repentinæ illius invasionis.* Exemplum nobile Zephan. 2. 1. 2. Imperatur *Scrutinium pœnitentiale* & *discussio viarum accuratissima*, tùm præprimis *reflexa in Scrutatores ipsos* hactenus pœnitentiæ parum *appetentes* (voce התקששו) tùm *relata extrinsecus* ad alios (voce וקושו) in v. 1 ante Scrutinium seu excussionem judicialem DEI v. 2 s. *anteqvam* (DEUS) *pariat conceptum* (s. anteqvam illud impressum, qvod jam formatum, jam conceptum, jam qs. fœtus uterinus est, edat in lucem) anteqvam *invadat dies* (iræ, excandescentiæ, ἡμέρα ὀργῆς καὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ vid. m. 2.) *sicut* (invadens vel transiens) *gluma.* Hîc certè velocitas invasionis notatur, abstrahendo nunc à seqvelâ noxæ & *violentiæ*, qvæ in exemplo Isaiano jam in subjecto supponitur. Prout a. in exemplo Zephaniæ, *transitus subjecti* simul connotatur in comparato prædica-

ti: ita in Isaiano *transitus glumæ* i. *prædicati* connotatur velut *affectio* qvoqve *subjecti*. Sanè prout ibi *dies*: ita hic *hostis violentus* ita *transit*, ut ipso *veloci transitu* noceat, & seqvelam τῆς παρελθούσης secum ferat. Neqve in פתע עתאם illud materiale esse perpetuum, probatur non tàm loco Num. 35. 22. ubi *homicidium* בפתע describitur, qvod sc. *antecedentèr* est בלא איבה ובלא צרירה i. *sine odio & insectandi hostili studio*, qvàm loco Chabacuc 2. 7. ubi in subjecto ponuntur נשכים & מועים de qvibus prædicatur פתע יקומו *de repente exsurgent*. Sic hostes erunt לפתע קריה חנה דור i. e. פתאם פתע יקמו למשסת קריה חנה דור i. *repentè aderunt ad destructionem Civitatis Castrorum Davidis*. Laudanda hîc Versio Lutheri, qvæ videatur.

Concl. 6. Pro illo facit seqvela textus tùm antecedentèr, tùm consequentèr v. 6. Lutherus noster expressit: Denn du wirst vom HERRN Zebaoth heimgesuchet werden / mit Wetter und Erdbeben und grossem Donner / mit Windwirbel und Ungewitter / und mit Flammen des verzehrenden Fewers. Alii ferè *in personâ tertiâ*, qvomodo & Vulg. *A DOMINO Exercituum visitabitur in tonitruo*. Ita & Jun. & Tremell. sed & Versio in opere Vatabli, qvi in notis consentit, & addit: *Nescio qvâ ratione qvidam in personâ secundâ vertunt*. Benè tamen in Versione Belgicâ hîc ita redditum, prout jam ante Lutherus, in pers. sc. 2. **Ghy sult van den HEERE der Heyrscharen besocht worden met Donder.** Præterqvam enim qvod positus Propheticus in delitiis habet, tales Orationis inter personam 3, & 2. alternationes, conf. in hoc ipso Væ Arielis v. 2. & 3. 4. hoc in exemplo pro Luthero nostro faciebat *forma* versus 5. qvæ resp. *Sionis* & *Arielis* est in personâ 2. faciebat *Vinculum* 5. & 6. commatis, faciebat *subjecti* in v. 5. & 6. *formalis dispanatio*, ubi proinde *emphasis Prophetica* reqvirebat enunciationem exprimi in personâ 2. prout antea in pers. 3. Neqve obstat ex hypothesi personæ 2. *prædicatum masculinum*, cum relatio sit Hierosolymitana, seu, sive ad Arielem, sive ad קריה חנה דור s. *Civitatem Castrametationis Davidicæ* v. 1. referatur, *fœminina*. Præterqvam enim, qvod *Arielis forma* qvoqve

datur

datur *Masculina*, Vocabula *Universitatis* (s. significativa *populi, cœtus, gentis*) *gaudent privilegio generis*, i. e. *etiam ubi formaliter fœminina, admittunt prædicatum masculinum & contra.* Scilicet in his, Synonymiæ Grammaticæ & complexus habetur ratio: conf. Jud. 18. 7 ibidemq; sub *uno subj. masc.* diversi generis duplex prædicatum.

Concl. 7. Sed panditur qvæstio 2. An scil. h. l. notetur *Visitatio Arieli gratiosa ac jubilæa, hostibus autem dolorosa ac ejulæa?* an contra *ipsi Arieli* Hierosolymitano *onerosa, panalis, exitialis*, hostibus autem *triumfalis?* Affirmatur poster. Ratio 1. modificatio *Visitationis*, qvæ reflectitur passivè *ad Objectum Visitationis*. JEHOVAH ZBAOTH Visitationem minatur Arieli: Media Visitationis memorantur *validissimum tonitru, fremitus bellicus, turbo, ignis absumens.* Debuit E. *Ariel* ipse *experiri passivè*, & *expertus quoque est* in oppugnatione terribili *tonitru hostile*, qvo attonuerunt illum Babylonii, & deinceps Romani, *validissimam commotionem, fremitum strepitumq; bellicum*, gros Kriegeo-Geschrey / Marm/ רעש וקול גדול, *turbinem, procellam, flammam ignis absumentis*: atqve adeò omnis illa φοβερὰ ἔκδοχὴ κρίσεως καὶ πυρὸς ζήλου ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους reflectitur ad *Civitatem Castrorum David.* Ratio 2. *Defectus exegeseos qvoad speciem*, qvalis additur alibi in exemplis *Visitationis gratiosæ* e. c. Gen. 21. 8. c. 50. 24 Exod. 4. 31. Ruth 1. 6. Jer. 27. 22. c. 29. 10. prout in N. T. Luc. 1. 68. Visitatio per speciem λυτρώσεως statim modificatur & hoc ipso legitimatur.

Concl. 8. Omnino Visitatio novissima & novissimi diei (ad qvam respectus hic typicus ultimatus) qvatenus erit in turbine, tonitru & flamma absumente, seu πυρὶ φλογὸς διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ ὑπακούσι τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ K. I. X. non gratiæ: sed iræ Visitatio erit, terribilis futura illis qvi per flammam absumentem visitabuntur, iisdemq; ὅλεθρον αἰώνιον ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου allatura, ubi venerit ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασιν 2. Thess. 1. 7. 8. 9. Omninò ergò hîc non satisfaciunt, qvi de *Visitatione Castrorum Assyriorum Angelicâ*, Sioni triumfali ac jubilæa explicant, ita ut aliud sit *Visitationis*

tionis passivæ subjectum, aliud e. c *Ignis illius vindicis absumtoris* passivum objectum. Qvos JHOVAH visitabit igne absumente, illis omninò pestem, exitiumq; (מות ובדין) afferet, seu illos qvoq; eadem flamma Vindex absumet. Referatur qvoq; *turbo & procella* v. 6. ad *glumam pervadentem* in v. præc. Sc. unde illud qvod *turmæ hostiles* adeò sint *promtæ, velocissimæ, celerrimæ & magno cum impetu advolaturæ?* Resp. in v. 6. *Impelluntur* ab ipso *Spiritu* JHOVAH, qvi *turbine & procellâ judiciali illas impellit glumas*, imò protrudit ut adsint velocissimæ, *ocyores impulsâ glumâ* s. ipso *Euro vel turbine* conf. Isa. 5. 26 27. unde & huic & superiori versiculo major lux.

Concl. 9. Illam Visitationem *in tonitru, potenti motu, sono magno, turbine, procellâ, flammâ absumente*, exemplo hostilis rabiei designat v. 7. & 8. Cœterum qværitur hîc; An h. l. notetur *inanis hostium* (e. c. illorum sub Sancheribo Assyriorum) *appetitus*, & *conceptus phantasiæ somniantis* ורעב נפשו s *famelici comparatus?* Sc. velut hic in somnio videtur lautissimè & pollucibilitèr cœnare, mane autem expergefactus, elusum se sentit & magis etiam esurit, sititq: ita habiturum se Consilium Assyriacum (qvo illi jam qs. expugnatâ urbe de spoliis Judæorum, de patrimoniis dividundis triumfabant) uno verbo futurum *Somnium:* non saltem enim nihil illorum occupaturos: sed & ab Angelo unâ nocte internecione delendos, ipsum autem Regem mane palantem trepidumq; in patriam reversurum & agniturum illius militaris Somnii de eradicandâ Sione Vanitatem. An notetur *crudelis hostium insaturabilitas?* Sc. his crudelibus Tyrannidis & infandarum calamitatum, qvibus hactenus affecerunt Arielem, exemplis non magis saturabuntur, qvam *Somniator famelicus* prandio illo imaginario nocturno, qvin prout hic *expergefactus esurit magis appetitq; magis:* ita illi hostes Arielis illatas magnas clades, Somnium interpretabuntur, esurient, sitientq; magis, & majoribus cladibus in Arielem insurgent? Prius placet ferè Judæorum Magistris: neqve intendit aliter Lutherus: **Aber wie ein Nachts-Gesicht im Traum / so sollen seyn die Menge aller Heiden / so wider Ariel streiten.** Affirmandum autem posterius. **Non hic actus vel status hostium Somnium appellatur, neqve in**

Somnio:

Somnio: nec in vanitate: sed appetitu Somniatoris famelici expergefacti comparatio datur: atqve adeò v. 8. est exegesis septimi & planè explicat comparationem. *Hostis militans contra Arielem*, in illâ militiâ non habet se velut *Somniator*, in prandio, ut, velut hoc merum φανταζόμενον & vanum prandii simulacrum, ita illa qvoqve mera sit φαντασία. Supponitur jam hostis *angustans Arielem, obsidione, aggere, turribus militaribus premens* Arielem v. 2. 3. *Veniens in tonitru, & habens se velut flamma ignis consumentis* v. 6. Loca adeò, in qvibus *Somnium* vanitatem consiliorum vel *celerem qvoqve evanescentiam hostium* notat, non sunt huic loco parallela Job. 20. 8. Psal. 73 20. Porrò in v. 7. notetur relatio subjectorum ad v. 1 sc. 1. illi צבאים respondent Castris illis כרור s. pilatæ aciei in v. 3. 2. Vox צביה in v. 7. respondet illi מצב in v. 3. 3. Vox מצרה respondet illis מצרות in v. 3. 4. Illi מציקים לה s. *angustantes Arielem* respondent illi והציקותי לאריאל s. *Angustabo Arielem* in v. 2. Vocem צביה pro צבאיה habent fere Interpretes: neqve negandum radicalem א alicubi excidere, prout in יהל pro יַאֲהֵל (אֲ sc. Eclipticum esse potest: sed non Epentheticum, unde e. c in כָּאֲרִי Psal 22. & in רָאֲמָה non potest non esse radicale) Jes. 13 20. Cœterum hoc loco à rad. צבה habitâ materiali relatione ad superius מצב facilè deducitur, ut opus haut sit syncopâ.

PHARASCHA II.

Concl. 10. Causa VÆ ARIELIS est *affectata excœcatio oculorum cordis, inebriatio, Spiritus vertiginis & vehementissimi Soporis, velamen tenebrarum* v. 9 cujus inductio, qvatenus pœnalis est in illis, qvi repugnant φωτισμῶ τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ imputatur *DEO ut Judici* v. 10. ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτοὺς, immittenri intentione conseqvente judiciaria (postqvam sc. ordinem gratiosæ intentionis illuminatricis, per oppositos actus, qvoad se ipsos s. obtentionem intentæ illius illuminationis in seipsis evertit morosa & vel μετ' ἀντιλογίας καὶ βλασφημίας conjuncta repugnantia) illis ἀπολλυμένοις, ἐνέργειαν

γενεσθαι πλάνης εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει 2. Thessal. 2. 11. 12. Consequens illius est *Visio* Prophetica *apocrypha* (habens instar *libri obsignati*) tùm resp. primariorum, literatorum, *qui proinde legere non possunt, quia est liber obsignatus* v. 11. tùm resp. Idiotarum & inferiorum, *qui legere non possunt*, quia *literas nesciunt* v. 12. Ita *Spiritus soporis* non saltem effusus super *plebeios*, *illiteratos* v. 10. m. 1. Sed etiam super *primarios Prophetas*, *Sacerdotes*, *Ecclesiasticas* æquè & *Civilis ordinis personas*. Ipsi *Prophetæ* & *primarij videntes*, qui *Capita populi* æstimantur, & inprimis habere debebant πεφωτισμένους ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας v. 10. m. 2. nominantur *velati* (*velamine* sc. *cæcitatis* s. *tenebrarum cordis*, ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς διὰ πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν: Ephes. c. 4. 18) v. 10. m. 2.

Concl. II. Qvæstio circa hanc Pharascham triplex inprimis est, atqve adeò qværitur hîc 4. *Qvæ natio Verborum in v. 9. qvoad formam temporum?* &, uti propter contientiam copulemus alteram, qværitur 5. *Qvænatio eorundem qvoad materiale s. sensum?* Resp. ad 1. in m. 1. obtinet *formale imperativorum*: in m. 2. *præteritorum*. Probatur in m. 1. ex *posteriori* utriusqve binarii, ad cujus formam in resolutione reducitur *prius* per ministerium *copulæ*. Qvale E. in formâ תמהו, tale התמהמהו: qvale in posteriori ושש, tale primum seu השתעשעו. At ibi forma *imperativa*. E. & hîc. Accedit *accentuatio nectens* in *primo* & *Tiphcha necessitatis* in secundo. Qvod ergò hîc J. & T. qvos Belg. Versio seqvitur in illo binario, primum reddiderunt in formâ præteriti, alterum in formâ imperativi: *Cunctantur: admiramini. Delitias agunt: vociferamini*, non probatur, & suspecta meritò illa alia, ad qvam in suis manuscriptis exemplaribus à se inventam hîc provocant, distinctio: neqve probatur Versio nova in opere Vatabli: *Tardate & admiramini: excæcati sunt Prophetæ, & vos excæcaverunt*. Paralleliſmus & anatomia territoriorum repugnant. Probatur in m. 2. ex formâ evidenti ubi proinde Lutherus noster in formâ non satisfacit reddens: Werdet trunckē/doch nicht vom Wein/ taumelt/ doch nicht von starckem Getränckē.

Nunqvam

Nunqvam præterita Hebræorum absoluta imperant: nec Imperativa forma supponit pro præteritâ. At hîc præteritum. Illud præterea ושעו omissum.

Concl. 12 Resp. ad 2. In membro primo proponitur *divinum Consilium*: in m. 2. eidem opponitur *contrarium Judæorum factum*. Ibi meri Imperativi sc. 1. *Cunctamini*, (i. durate, perseveranter insistite) & 2. *admiramini: frequenter ad vos ipsos respicite*, (vos ipsos probè excutite, vias vestras benè considerate) & *ingenui* (liberales, redargutioni divinæ non reluctantes: sed liberaliter illam admittentes) *estote*. Hactenus Consilium: Cæterum qvales illi sese præstiterunt? Hoc verò docet membr. 2. Longè abest, utita agant qvin potius שכרו i. e. *inebriati sunt*: etsi *non vino: Vacillarunt* (poplite succiduo nutarunt) *etsi non inebriante potu*.

Concl. 13. Patet inde qvid sentiendum de versione Belgicâ, qvæ in membro 1. statuit alternationem inter *Israelis* impii *factum* & præscriptum à DEO piis *Consilium* sc. 1. Sy vertoeven (van de Woorden der Propheten te ghelooven / ende van haer Leven te beteren) daerom verwondert u (ghy vrome ende Godtsalighe) sy zyn vrolick (sy begheven haer tot alle Wellüsten) derhalven roept ghy-Lieden (tot den HEERE dat hy u ghenadigh zy.)

Concl. 14. In membro 2. præterita sunt evidentia. Debebat sc. in illis esse רוח רעת ותבונה *Spiritus* ζωώσεως πνεύματικῆς. Cæterum in illis est רוח שכר unde sunt κλυδωνιζόμενοι, σφαλεόμενοι, *fædè titubantes*, imò inde רוח תרדמה *Spiritus ecstaseos* i. *profundi soporis*. Sed hîc qværitur 6. למרת ויחס רוח תרדמה לשם יתו i. *qvomodo adipsum DEUM refert effusionem Spiritus soporis & illam obstipationem oculorum* in v. 10? Respondet facilè Rabbinus, non absolutè: sed propter antecedentem contumaciam מעלליהם לרוע factam illam חשיכת עינים per מניעת חסר התשובה i. *subtractionem gratiæ medicinalis*: Cæterum de his jam supra Concl. 10. Negandum tamen haut est si de solâ formâ loci disputetur non deesse compendium difficultati. Notatum doctissi-

mè à Pagnino in Lexico ad particulam כי, Talmudistas *qvatuor* illius particulæ *suppositiones* notasse, ut adeò sint ארבע לשנות שמושיו s. *qvatuor modi Ministerij ejus.* Scil. 1. idem qvod אי si. 2. תשמש בלשון דלמא s. supponit pro דלמא *an fortè? an forsan? Num? Forsan?* 3. pro אלא sed Gen. 45. 8. 4. דהא *Ecce.* Certum secundam illam sibi probè constare. Vid. Isaiæ c. 29. 16. c. 36. 19. Deut. 7. 17. qvo modo si reddas h. l. resolutio esset (sine contradictione tamen superioris, ob mutatum respectum) *negativa.* Scilicet: Antecesserat *Vocatio:* Successerat *actus* contrarii oppositio vid. v. 9. m. 1. & 2. Qværitur nunc unde illud: *Num à* JHOVAH *est ille stupor vester, illa affectata vestra cæcitas?* an fortè ipse JHOVAH *perfudit vos Spiritu soporis? num obstipavit oculos vestros? num denegavit vobis Prophetas? An omnes illos velavit cæcitate*, ut exinde vobis sit Visio omnis *sicut libri obsignati?* v. 11. & 12? i. e. *neqvaqvam.* Non DEI, sed unicè vestra illa culpa est (planè prout Deut. 32. 5. *An DEUS perditè sibi egerit? Neqvaqvam. Filiorum ejus est macula: sunt generatio perversa & planè contorta*) qvoniam sc. vos estis *populus ille hypocriticus, qvi ore & labiis DEUM honorat: sed ab illo Cor habet remotissimum* vid. v. 13. In עינים s. oculis *Prophetas & Doctores* intelligi, qvi sint populo לעינים s. *velut oculi*, eo modo, qvo Jetro futurus erat Israelitis *in deserto* לעינים Num. 10. 31. & Princeps indigere dicitur *multis auribus & oculis* (πολλοὶ βασιλέως ὀφθαλμοὶ καὶ πολλὰ ὦτα ait Xenoph.) statuit Abrab. Cæterum de *Prophetis & Doctoribus populi* agitur demum in m. 2.

PHARASCHA III.

Concl. 15. Hæc duobus absolvitur commatibus v. 13 & 14. In illo ponitur geminum nationis Judaicæ maleficium, unum est *hypocrisis* s. *Cultus oralis ac labialis, unà cum elongatione cordis* in m. 1. alterum *indiscretio præceptorum divinorum & humanorum*, ac per & propter hæc *transgressio illorum* in m. 2. In hoc eidem denunciatur Admirandum DEI *Judicium*, idq; generaliter sub titulo *Mirifici admirandi nationalis Judaici* in m. 1. tùm specialiter sub titulo destruendæ sapientum sapientiæ, & intelligentium intelligentiæ in m. 2. Qvoad formam notamus 1. exemplum nobile *Iuv* ante

Pasiæ

Pasta in יַעְלָ cujus in emphaticâ interpretatione nobilis usus (ne qvis illum accentum cum homogeneâ figurâ in כְ confundat, hic enim Minister *Mahpach* est) Notamus 2. illud בפיו non nectendum antecedenter & distingvendum consequenter: Sed contra, neqve obstat allegatio N. T. Matth. 15. v. 8. Commata enim N. T. ex distinctione V. T. in allegationibus mensurantur, & proinde ibi Comma ponendum post ὅτι, ut copuletur totum illud sequens: τῷ στόματι αὐτῶν καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ: Darumb/ daß diß Volck herzu nahet/ also daß es zwar mit seinem Munde und mit seinen Lippen mich ehret/aber daß Hertz ferne von mir wendet. Ita jubet accentuatio. Notamus 3. in m. 2. v. 13. talis propositio: *Præceptum hominum benè edoctum* (& observatum) *est omnis timor illorum, quo* (juxta suam opinionem) *timent* (religiosè colunt) *me.* Scilicet Præcepta DEI vel penitus negligunt, vel certè τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου τοῦ κρίσιν, καὶ τὸ ἔλεον καὶ τὸν πίστιν abjiciunt, in externis saltem occupati e. c. rigorosissimis ipsius etiam *Menthæ, Anethi, Cumini decimationibus,* de qvibus Servator ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι Matth. 23. 23. vel falsis interpretamentis & traditionibus involvunt, ita ut in ipsâ praxi traditiones merè humanas divinis legibus anteponant: atqve hoc est illud παραβαίνειν τὸν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ἀνθρώπων, prout in Elencho traditionali Pharisaico Salvator loqvitur Matth. 15 3.

Concl. 16. Talis sc. παράδοσις παραπαράδοσις τῶν πρεσβυτέρων vel מצות אנשים מלמדה erat: non est manducandum ἀνίπτοις χερσὶν: idq; κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον s. *inqvinat hominem:* sed prius δεῖ πυγμῇ νίπτεσθαι vel etiam, *si de foro venias, ante cibum* sumtum βαπτίζεσθαι, cui opponit Servator in Conclusione Disputationis contradictoriam: Τὸ ἀνίπτοις χερσὶ φαγεῖν οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον Matth. 15 20. Marc. 7. 2. 3. 4. Tale ibidem exemplum per σύγκρισιν cum præcepto Decal. 4. v. 5. proponitur, interpretatio de DEO & Synagogâ, Pharisaica v. 6. Not. 4. יוסף non est Futur. in Hiphil. sed Benoni in Kal. Not. 5. idem יוסף immediatè

referendum ad הפלא ופלא, ita ut deinceps seqvatur illud להפליא את העם הזה *additurus sum mirificationem & admirandum*: finis illius est *mirificatio nationalis*, ad *mirificè tractandum hunc ipsum populum*. Docet accentuatio Tvir & Tiphcha.

Concl. 17. Qvoad *materiam* notamus, utramqve hanc tàm *maleficij*, qvàm *judicij* classem in N. T. non allegari saltem: sed & plenissime explicari. Probationi exemplari in Disputatione traditionali Salvator ipse subjicit auctoritatem hanc Propheticam, ad JESAIAM provocans: Ὑποκριτὰι, καλῶς προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ησαΐας λέγων. Matth. 15. 8. Respectus ergò Prophetæ nationalis hîc fuit secundùm excellentiam *ad nationem Judaicam prout erat futura temporibus Messiæ*. Ostendit ibidem *hypocrisin* & *vanam* tùm *dogmaticam*, tùm *practicam traditionum prælaturam*, vanumqs adeò cultum hîc perstringi, ostendit gemino exemplo, qvorum unum in Conclusione: alterum in medio termino proponit, qvid sit *Præceptum hominum traditum* s. *doctum* מלמדה מצות אנשים. Ostendit in prædicato per יראתם אתי v. 13. Vanum cultum notari, unde reddit μάτην σέβονταί με. Ostendit per tale מצות אנשים, *Verbum DEI* authenticâ suâ majestate & independenti autoritate ac eminentiâ, qvam habet supra λόγον ἀνθρώπων, eo ipso qvod ἀληθῶς est λόγος θεοῦ 1. Thess. 2. 13. 14. qvasi deturbari (hoc est enim illud ἠκυρώσατε Salvatoris Matth. 15. 6. cujus insignis hîc in applicatione sc. ad praxin Elenchticam Pharisaico-Papisticam, in materiâ de *autoritate Verbi scripti* non *absolutâ*: sed *respectivâ infra Ecclesiam*, usus)

Concl. 18. Sic *exemplum judicij admirandi* in v. 14. adducitur & explicatur 1. Cor. 1. 19. Thesis est: *Crux Christi gaudet humili Sermone: repudiat affectatam & ostentatam Rhetoricam, in qvâ laus humana qværitur sapientiæ & eloqventiæ, & cui nullus inest Spiritus nulla efficacia*, vid. v. 17. 18. Probat ex hoc Isaiano: qvia *destruenda est Sapientia Sapientum*, & ἡ σύνεσις τῶν συνετῶν, ipsi σοφοὶ, γραμματεῖς, συζητηταὶ τοῦ αἰῶνος τούτου (דרושא לעלמא חנא Syrus expressit) *abolendi, eorumq mundana & carnalis Sapientia insipida & stultitia reddenda*.

Concl

Concl. 19. Notetur autem, triplicem ibi memorari Sapientiam 1. Σοφίαν τ κόσμ τότε, cujus Professores sunt συζητητὴν τ αἰῶνος τότε vers. 20 2. ἡ Σοφία τ θεῦ, per qvam DEUS verus erat Gentibus cognoscibilis, etsi non cognoscebatur: imò, qvia per hanc Σοφίαν non cognoscebatur: sed illa ipsa *affectato Atheismo & excœcatione* supprimebatur, inde qvoad exercitium in illis jam est σοφία τ κόσμ, cui adeò Crux Jesu Christi Stultitia: & sic *gentes qværentes Sapientiam accipiunt Stultitiam*, seu μωρίαν τ κηρύγματος. 3. ἡ Σοφία θεῦ ἀποκεκρυμμένη ἐν μυστηρίῳ Crucis, qvæ cognoscitur tantùm τοῖς κλητοῖς, τοῖς ζωζομένοις, vid. v. 24. Hoc loco non 2 non 3. sed 1. obtinet, illa sc. qvam Apostolus vocat σοφίαν τῶν δοκούντων, & σοφίαν τ κόσμ τότε, qvæ ipsa Μωρία παρὰ θεῷ vid. 1. Cor. 3. 19 neqve ita destructa, ut Cruci Christi subjiciatur per viam eminentiorem gratiæ: Sed ut illius Autores eorumq; Διαλογισμοὶ μάταιοι confundantur per modum pœnæ ab illo qvi est δραστόμος τοῦ σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν.

PHARASCHA IV.

Concl 20. Proponit hæc Væ peculiare pro *Sophistis* s. *arcanorum argutiis q; stupendorum, profundorum & imperveſtigabilium Consiliorum*, qvæ mortales omnes, qvæ Diabolum, imò vel *ipsum DEUM fugere videantur, Consiliorum architectis*, de pietate & providentiâ cœlesti securis v. 15. qvorum *arrogans insipientia* & lutea s. infra *lutum figuli* ἀγνωσία & defectus Judicii acerbissime notatur v. 16. & per antithesin Judicium denunciatur adusqve v 22. s. imprimis v. 20. 21.

Atqve hic qværitur 7. qvæ ratio illius הֲפִכְכֶם in v. 16. & cum illud dubium sine immediatè seqventi positu non liceat expedire, qværitur 8. qvæ ratio illius positus: אִם־כְּחֹמֶר הַיּוֹצֵר יֵחָשֵׁב Resp. 1. reddendum per exclamationem: *O perversitatem vestram!* Seqventem positum L. de Dieu ita exprimit: *An sicut lutum figulus reputabitur* (sc. *Creatum* se habet *ad DEUM*, sicut *lutum ad figulum*: prout ergò absurdum, *figulum* reputari *sicut lutum*, ita æqvè absurdum *DEUM* reputari *ut creaturam*): Obstat Ludovico de Dieu accentuatio:

atio: requireretur *Tiphcha liber* in כחמר qvi constanter est in חיצר, velut ibi *Merca minister*: neqve E. est *utergve Nominativus*: nec erraverunt reliqvi Interpp. qvi hic dederunt *regimen*, ut adeò posterior s. *figuli* vox sit casus Genitivi. Trem. expressit: *Res inverti à vobis an sicut lutum figuli reputandum? (Putatisne vos tàm facilè evertere posse DEI Consilia, qvàm figulus tractare vel transformare lutum?)* i. e. *nequaqvam.* Et Vatabl. *Subversio vestra verè sicut lutum figuli reputabitur.* Vers. Belgica: U Lieden omkeeren is / als of de Pottebacker gheacht wierde als Leem. Luth. noster: Wie seid ihr so verkehret? Gleich als wenn des Töpffers Thon gedächte, und dem Werck spreche von seinem Meister: Er hat mich nicht gemacht.

Concl. 21. In illo הפככם laudandus L. de Dieu & Lutherus. In seqventibus huic obstat positus Atnach & punctatio passiva in יֻחָשֵׁב. Præstaret subjectum ex v. præc. repetere sc. ipsum JHOVAH à qvo illi Scotistæ *abscondita sua esse Consilia* volebant, ut jam talis sit Elenchus: *O perversitatem vestram!* An *ille* JHOVAH *reputatur vel reputabitur sicut lutum figuli?* Solte man den alles-sehenden allmächtigen GOTT halten/ wie ein ohnmächtiges Thon? sc. Menschen. Vel affirmativè: Haltet ihr denn den HERRN ewren GOTT / wie das nichts verstehende Thon des Töpffers? אם enim in qvæstionibus aliqvando resolvi in *affirmativam* docet locus Jer. 31 20. eadem ratio ה sine seqvela לא vid. ib. & 1. Sam. 2. 27. Vers. in op. Vatabl. ab accentuatione non culpanda, si ita intelligatur: *Qvod attinet ad perversitatem vestram*, nonne *illa sicut lutum figuli reputabitur?* h. e. *Omninò, reverà* באמת: ita enim אם nudum esse sæpè סלת תאמתות *Kimchi in libro rad.* probat exemplis Job. 22. 20. Num. 16. 30. Prov. 3, 34. Gen. 47. 18. Es. 4. 4. Prov. 23. 18. Psal. 63. 7. Conf. etiam Psal. 139. 18.

Concl. 22 Reddendum: *O perversitatem vestram!* O welch ein Unverstand! O wie ein verkehrter Sinn und Verstand! Planè prout alibi in Hymno refutaturus tales Atheos David Elenchum præmittit: Mercket doch ihr Narren unter dem Volck/ und ihr Thoren / wenn wolt ihr klug werden? Ps. 94. 8. Reddendum ita, ut & argumento comparativo & *formæ* (ad qvam accent. punctatio, totusq; positus Grammaticus pertinet) & *materiæ satisfiat*. *O perversitatem vestram: dummodo sicut lutum figuli considerabitur* (ratiocinatione vestrâ comparabitur;

Ipsum *lutum figuli* vos refutabit, modo חשבון ſ. מחשבה *Cogitationes, Conceptus de Luto figuli formentur)* O wie seid ihr so verkehret! vel Ihr seid freylich gäntzlich verkehrt/ wenn mans nur nach des Töpffers Thon beobachtet/ bey sich erweget/ bedencket/ Oder: gegen den Thon des Töpffers hält. In חשב significatio *formandi enthymema, cogitandi, ratiocinandi.* Igitur liqvidus sensus: *Dummodo secundum lutum figuli ratiocinatio instituatur, patebit verum esse qvod de vobis exclamavi* הפכפכתם *ô perversitatem vestram!* ſ. *O qvanta est perversitas vestra!* Porrò illum חשבון ſ. comparationem *Luti vel Vasis lutei fictilis,* qvâ ratione sc. per lutum figuli ſ. *Conceptum formatum de luto figuli* refutetur ille *Conceptus Sophistarum,* ostendit nunc in m. 2. *Num dicet Vas* (opus) *de Opifice suo: Non fecit me? Num figmentum dicat de figulo suo: Non intellexit?* Neqvaqvam. Ita ergò dummodo juxta lutum figuli vel vas figuli res examinabitur, constat vestra perversitas. Wenn man solchane ewre Rede und Werck (da ihr nemlich ewer Fürnehmen/ und Wercke der Finsternüß für dem HERRN verborgen halten wollet/ und sprecht: der HERR sihet uns nicht/ Er kennet uns nicht) und des Töpffers Thon gegen einander hält/ so ists augenscheinlich/ wie gar unverständig und verkehrt ihr seid. Es spricht ja kein irrden Gefäß von seinem Töpffer also/wie Ihr von GOTT. Conf. v. 15. 18.

Concl. 23. Qværitur 8. Qvorsum in v. 21. *Portæ* Vocabulum? an *ad redarguentem?* an ad *redarguenti laqveos tendentem?* Resp. Aff. 1. ex evidenti accentuatione nectente מוכיח בשער & distinguente בשער יקשון, & positu. Juxta 2. reqvireretur positu ולמוכיח יקשון בשער. Sic sc. vinceret Versio Trem. & Ludov. de Dieu: *Redarguenti laqveos in portâ tendunt:* nunc cum sit positus: ולמוכיח בשער יקשון reddendum omninò: *Laqveos tendunt redarguenti in portâ:* Uti ergò positus formalis Amos 5. 10. שנאו בשער מוכיח non reddendus: Sie sind dem gram/ der sie im Thor straffet: sed: sie sind demselben im Thor (im Gericht/ auff dem Rathhause) gram der sie straffet: Ita hoc loco non reddendum: Sie stellen demnach im Thor der sie straffet: sed: Sie stellen demselben nach/ der sie im Thor straffet. Confexatur utrumqve exemplum, & patebit, qvomodo positu formali mutato, mutetur sensus.

PHA-

PHARASCHA V.

Concl. 24. Summarium jam supra datum. Et sunt hîc liqvida omnia. Privilegium hîc est *reliqviarum*, qvibus DEUS promittit *immunitatem à pœnis illis, servationem & informationem gratiosam.* Nexus in לכן *Rviato.* Post illam, dictum explicatur JHOVAH *ad domum Jacobi* (seu *de domo Jacobi*) & qvidem Orator Jhovah: nominatur idem sc. JHOVAH *qvi redemit Abrahamum.* Fundatur adeò hæc promissio in Testamento s. pacto jurato Evangelico DEI cum *Abrahamo*, ad qvod provocant in Musicâ N. T. Sacharias & Maria. Summa promissionis v. 22. *Jacob non amplius erubescet, nec facies ejus amplius expalleſcet.* (*Iacobi* suppositio non hic, prout Michæ 1. 5. ubi contradistingvitur illa *Jhudah*, & velut hic ad metropolin *Hierosolymitanam:* ita ille ad *Samaritanam* reducitur: notatur Ecclesia) unde illud? Ex jubileis *Qvasimodogenitorum* v. 23 Intuente ipsâ matre Ecclesiâ, filii ejus (Ecclesiæ) qvos in medio Ecclesiæ DEUS ex cœlesti semine genuit, & potenti gratiâ adoptavit, memorantur unâ cum Matre futuri Confessores & Nominis JHOVAH Sanctificatores. Benè notetur illud בקרבו non ad *actum sanctificandi* consequentèr: sed ad actum *productionis* s. *generationis & filiationis mysticæ*, & inde ad *actum videndi* antecedenter referendum docet *accentuatio*, atqve adeò non rectè redditur: *Vidente ipso, filij ejus, opera manuum mearum sanctificabunt nomen meum in medio ejus.* Sed reddendum: *Nam ubi visurus est Jacob in medio sui filios suos, qvi sunt opus manuum mearum, tunc* (& Jacob s. *Ecclesia Jacobæa Mater & Filij ejus*) *sanctificabunt nomen meum: Sanctificabunt*, inqvam, *DEUM Jacob, & DEUM Israelis reverentèr prædicabunt.* In *medio* videt *Jacobus:* in medio producit DEUS sobolem Evangelicam. Generat qvidem Ecclesia, & sunt illi filii Ecclesiæ: sed ita ut totum illud procedat ex divinâ potentiâ Evangelicâ, cujus illi opus sunt. Ubi ergò *in medio sui videt Ecclesia* talem turmam Filiorum Confessorum, tunc jam svaviſſima erit Symphonia jubilæa Matris & Filiorum in prædicando SANCTO JACOBI, DEO ISRAELIS. Et sic *miseri & errabundi antea Spiritu homines cognoscent prudentiam, & susurrones obstrepentes hactenus cœlesti Vocationi discent doctrinam.* v. 24.

ORATIO XIV.

Concl. 1.

SEqvitur VÆ Confœderatorum c. 30. & 31. Patet nexus illius cum ARIELIS funere. Fuerat jam olim contra Assyrios, Judæorum sub Hiskiâ, & Israelis sub *Hoseâ* respectus fœderalis ad Ægyptios qvod de priori testatur c. 20. Isaiæ: de posteriore 2. Reg. 17. v. 4. ubi *ad So Ægypti Regem* legatos contra Assyrium fœdus & patrocinium solicitaturos misisse *Hoseæ* memoratur. Cæterum, post Assyrios per Angelum capite deminutos, cum his minus jam formidabilibus circa noviſsima *Josiæ* succederent *Babylonij*, proinde post *Josiam* minus Ægyptium adfectu, qvi, autoritate in primis Pharaonis, succesſere Reguli, ad fœdus cum Ægyptio contra *Nabopollasarem* & *Nebucadnezarem* Babylonios iterum iterumq; conclamarunt. Ex illo respectu totiens, etiam jam Vasallus Sceptri Babylonici arma sumsit rebellis Jhojakimus & perjurus Zedekias: sed in funus, templi, urbis, gentis, filiorum, proprium. Conspiratum etiam deinceps, & conclamatum ad itinerarium Ægyptiacum. Testes *libri Regum*, *Chron.* & *Jerem.* Conf. 2. Reg. 34. 9. 2. Chr. 36. 3. & seqq. Illius *perjurij & defectionis Zedekiæ à Babylonio* inductivum, fuisse *subsidium & fœdus Ægyptiacum*, ex solemni *Legatione Zedekiæ* ad Ægyptium pro impetrandis *eqvis* & *supplemento exercitus* Ezech. c. 17. 15. constat. Neqve illos saltem datos: sed &, obsessâ jam *à Babylonio* urbe, auxiliares copias Ægypto emissas, ipsumq; adeò *Pharaonem* pro liberando Rege confœderato, ipsaq; obsidione solvendâ bellum movisse Babylonio, & ad tempus hujus arma in se convertisse, etsi post infelicem pugnam, majore id Judæorum casu, ex Jer. c. 37. 5. 7. 8. colligitur. Ita Consilium hoc de fœdere sociali bellico & protectorio contra Ba-

 bylonios

bylonios Ægyptiaco nunqvam fuit conspectius, qvàm circa tempus funerale *Arieli* sub *Jhojakimo*, *Jechoniâ*, *Zedekiâ* novissimis Regibus. DEUS per Prophetas illud itinerarium interdixit, sine rebellione in Babylonium Monarcham, pacatum, sub illo DOMINO divinitus ordinato, humilemq; statum admittere imperavit, & post perjuria qvoqve spontaneâ deditione antevertere graviores iras jussit Jer. 38. 17. Ut alia planè ratio sit itinerarii JESU pueruli in Ægyptum, cujus Consilium deducitur ex speciali præscriptione & vaticinio Hos. 11. 1. & imperativo cœlesti qvoad abitum Φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, qvoad terminum ἕως τῆς τελευτῆς Ηρώδου, qvoad reditum: πορεύου εἰς γῆν Ισραήλ. Matt. 2. 13. 15. 20.

Concl 2. Orator JHOVAH *Væ* intimat & Judicia denunciat *filiis rebellibus*, præterito DEI Spiritu, in qvo illis turissimum esse poterat *protectorium*, de *Consilio fœderali*, de *Protectorio* seculari Ægyptiaco parando solicitis. Ubi in m. 2. conciliantur facilè interpp Lud. de Dieu: *Et fundendo fusionem & non est Spir. meus* (i e. agitant Consilia qvæ non qvadrant meæ menti) Ed. Vat. *Ut tegant se tegumento & non ex Spiritu meo.* Trem. *ad obducendum tegumentum: at non Spiritus mei.* Vers. Vulg. *Ut ordiremini telam & non per Spiritum meum.* Luth. Die da ohne meinen Geist Schutz suchen. Vers. Belgica: Om haer met eene Bedeckinghe te bedecken / maer niet uyt mynen Geest. Væ denunciatur *Filiis deficientibus* in terr. 1. Terminus *defectionis* primus ponitur in terr. 2. *ad agitandum Consilium, qvod tamen non est ex me:* alter in territ. 3 & *ad adornandum tegumentum* (protectorium) qvod tamen *non est Spiritus meus* (in qvo solo, non verò in *externo robore & fœdere* firmitas Sanctorum) Finis obtentionis s. qvi obtinetur illâ apostasiâ est in m. 2. *Cumulus peccatorum*, daß sie also Sünde über Sünde machen / Sünde mit Sünde häuffen.

Concl. 3. Senatus Consultum illud v. 1. descriptum explicatur v. 2. Atqve uti ibi nominabantur סררים לעשות עצה: ita hîc in v. 2. ההלכים לרדת מצרים: Uti ibi סררים לנסך מסכה Ita hîc ההלכים לעז במעוז פרעה ולחסות בצל מצרים sc. Finis itinerarii Ægyptiaci, qværere sub potentiore regno umbraculum & firmamentum status. Sic qvod v. 1. dicit לא מני לא

רוחי

רוחי i. e. *tantum abest, ut Spiritum meum pro asylo & protectorio eligant, ut ne quidem Consilium Spiritus mei requirant*, illud v. 2. exprimit paucis æqvè verbis: פי לא שאלו *Os meum non interrogaverunt.* Ita hic illi sine Consilio Patris JHOVAH, Oris JHOVAH i. e. Filii, Spiritus JHOVAH s. S. Spiritus decernunt itinerarium & protectorium Ægypti. Patet ex hâc relatione v. 2. ad 1. m. non ibi mutatis verbis idem dici in לעשות עצה & לנסך מסכה prout vult in h. l. Ludov. d Dieu. Atqve uti relatio v. 2. ad 1. ita versus 3. ad 2. Promittebant sibi Judæi in Ægypto 1. מעוז s. *firmamentum.* 2. מחסה s. *refugium*, tranqvillum in *umbrâ Ægypti receptaculum* vid. v. 2. Nunc v 3 Propheta, *illud*, inqvit, מעוז *erit vobis* in בשת s. *pudorem*, & illud מחסה s. *receptaculum* לכלמה s. in *ignominiam*: erit *pudendum*, ignominiosum.

Concl. 4. Poterat magnam de Ægyptiaco protectorio & felici federis eventu spem facere *Splendor Legatorum*, qvos ad Ægyptium m sit Zedekia, & ipsa Legationis felicitas. Misit *Legatos Principes*, data illis in *publicis regni Ægyptiaci comitiis* & locis augustis *audientia: (fuerunt qvippe Principes ejus in Zoan, & Legati ejus ad Chanes pervenerunt* v 4.) pactum fedus bellicum defensivum: promissum in rem illam grande subsidium *eqvorum* & *eqvitum*: Cœterum totum illud frustra, dicit, fore, neqve לעזר ולהועיל; sed לבשת ולחרפה i. e. tantum abfuturum, ut ullum exinde Judææ Sceptro *adjutorium* vel *commodum* expectandum, ut potius illud legationis & fœderis Consilium exitu *pudendum*, *ignominiosum* sit futurum: atqve adeò occupatio hîc est v. 4. & 5. qvâ legitimatur sententia versus tertii, qvæ erat: מעוז פרעה יהיה לכם חסות בצל מצרים לכלמה & לבשת. Nexum qvoad particulam כי qvæ hîc per *qvamvis, etsi*, prout alibi Gen. 8. 21. Ruth. c. 3. 12. in v. 4. pulchrè noster Lutherus: **Ihre Fürsten sind wol zu Zoan gewesen, und ihre Botschafft gen Chanes gekommen. Aber sie müssen doch alle zu Schanden werden.** Ita hîc Interpretis boni officium Lutherus ostendit, cujus est, positum particularum sive explicitè positarum, sive implicatarum Virtutem eruere, ut non tàm litera constet,

qvàm genuinus & perfectus aliqvis literalis sensus. Qvoad Topicam Ægyptiacam succurrit Paraphrasta Chaldæus, qvi expressit: הוו בטאנס רברוהי ואוגרוהי עד תחפנחס מטו. *Zoan* adeò illi *Tanis* (de qvo pluribus egimus in Massa Ægypti ad c. 19. 11. 13.) & Chanes, illi *Tachpanches* de nomine Augustæ Pharaonis, Salomonis tempore vid. 1. Reg. 11. 19. Jer. 43. 7. Apparet inde & Legationis pompa & ubi data Legatis audientia.

Concl. 5. Poterat illam *legationem* Ægyptiis æstimandam facere, apparatus regalium donorum, qvæ in illà Legatorum pompâ, *Mulis Camelis, jumentisq;* adeò, sive qvod ex australi Arabia essent, sive qvod in Ægyptum australem Palæstinæ irent, dictis *australibus* imposita deportabantur in Ægyptum: sed *id qvoqve frustra fore*, certè *non profuturum Judæa*, occupat Propheta v. 6. & 7. imò tanqvam paradoxum ponit Propheta: *Judæos adeò pretiosè, per splendidissima sc. munera, ibi protectorium qværere, unde ipsis oppressio & angustia totiens extiterit, unde Leones, Viperæ, Dracones volantes* velut ex *spelæo* toties prorepserint, & in funus *Sceptri Jhuda* conspirarint, qvales Sesacus, primus Urbis sanctæ postqvam fuerat *Urbs Castrorum David*, expugnator, & *templi Spoliator* 2 Chron. 12. 2. 3. & seqq. *Necho* Josiæ sanctissimi Regis *Interfector* & magnus Vasallagii Judaici sub *Jhoachaso* & *Jhojakimo* exactor 2. Chronic. 35. 20. & cap. 36. 3 4. Prophetiæ specialis titulum hîc in m. 1. seu vocibus: משא בהמות נגב ponit edit. Vatabl. reddens: Prophetia animalium meridiei: neqve aliter noster Lutherus: Diß ist die Last über die Thiere / so gegen Mittag ziehen / ut jam illi *Oneri jumentorum* s. *ipsis potius onerantibus mulos* (vid. m. 2.) & *Camelos* hîc *Onus* intimetur s. onerosa prophetia. Talem qvidem hic dari, sed ita ut non per titulum MASSA *Onus Prophetiæ* hîc significetur: sed *Onus jumentorum*, vult Versio *Belgica:* negant utrumqve *Junius* & *Tremell.* idq; putant perspicuè verborum serie commonstrari: cæterum parum interest, sive ita, prout noster Lutherus anteivit, reddas, sive exprimas: *Qvod attinet Onus jumentorum Australium* s. *munera illa Mulis Camelisq; in Ægyptum iturîs imposita, onerabunt qvidem illos opibus, thesauris pretiosissimis:* sed *nihil illis proderit.* Facit tamen pro Luthero positus (tàm

hîc,

hîc, qvàm in seqvelâ m. 2.) absolutus Atnachatus, parallelus (Jes. 21. 1. c 22. 1.) & character Propheticus. Neqve obstat hîc particulare MASSA homogeneum argumento VÆ & parentheticum dari.

Concl. 6. De membro 2. qværitur, *qvæ ejus vera Interpretatio?* Resp. Lutherus noster cum distinctionibus fontium egregiè conciliatur, si mutato alicubi commate, vel transpositâ voce ita legas: Ins Land der Trübsal und Angst (Ægyptus notatur, sive *activè* de *Oppressione* & *Angustiâ*, qvam ipsa Judæis totiens & inprimis, per illa post Josephum tempora sævitiæ *ante-Exodica* attulit, sive *passivè* de angustiâ qvam ipsa expertura à Babylonio propediem erat, explices, licet illud hîc magis conveniat ei qvod seqvitur immediatè) auß welchem (Land/oder von welchen/ ac si esset מהם אשר, uti sc. aliàs in *positu collectivo*, ita hîc in relatione affixi masculini plur. ad fœm. sing complexus incolarum, Synonymiæ materiæq; habetur ratio) Löwen und Löwinnen (immanes & veterani Leones) ja Ottern und fewrige fliegende Drachen (mächtige/grimmige und schädliche Feinde dem Jüdischen Land) entstanden/ (in dasselbe Land) führen sie (die Jüden) ihr Guth auff der Füllen Rücken/ und ihre Schätze auff der Camel Höcker zu einem Volck/ das ihnen nicht nütze seyn kan. Ita illud על עם & בארץ hîc unum eundemq; respectum habent, unde jam patet qvare dicebatur מהם & qvomodo hoc ad præcedens ארץ. Notetur pro interpretatione hujus versus accentuatio. 1. *Qvicqvid post Atnach fluit, per Gereseh* in צוקה *referendum ad Rvia* in מהם, & *per Rvia ad Sakephkaton primum*, eundemq; ex regulâ generali *maximum* in מעופף, ubi proinde maxima in membro 2. danda distinctio: determinatur sc. hîc *terminus ad qvem terrestris*, idemq; prolixior propter Characteres veteris crudelitatis, qvæ adumbratur Symbolis *Leonum*, *Viperarum* &c. 2. Eodem modo, per *Gereseh secundum* in עירם itur ad *Rvia* in הילוחם, & per hoc *Rvia* sc. tanqvam Distinctivum majorem, & *Pasta* in גמלים tanqvam Distinctivum minorem itur ad *Sakephkaton secundum* in אוצרותם. 3. Dato *Sakephkaton secundo*, mediante *Tiphcha libero* in עם, datur *Sylluk in voce ultimâ*. 4. Territorium primum correspondet duobus posteri-

oribus, & contra: atqve adeò *nequaquam primum territorium copulandum cum secundo, & secundum distingvendum à tertio:* sed *primum distingvendum à secundo, & secundum copulandum cum tertio*, primum autem *adæqvandum & secundo & tertio.* Ita & hîc & semper procedendum in territoriorum ternario, eâdemq; proportione adhibitâ in *qvaternario.*

Concl. 7. Ita ergò & non profuturum v. 6 imò & הבל וריק *s. vanissimam vanitatem & inanitatem* futurum *Subsidium Ægyptiacum* docet v. 7. m. 1. Legitimat inde Consilium cœleste (qvod erat: *in fiduciâ solius Numinis tranqvillè, etsi statu regni humiliore,* sub *Babylonio Domino potentiore* vid Ezech. 17. 12. 13. 14. *sedendum*, nec *contra Babylonios Dominos*, qvibus fides terribili jurejurando obstricta, vel Pharaonem vel qvemcunqve Acheronta *movendum*) DEUS v. 7. m 2. Fundatur hoc in προγνώσει decretoriâ *vanitatis fœderalis Ægyptiacæ* ex hypothesi exeqvendi decreti qvod est Jer 27. 5. 6. 7. 8. & seqq. Inde ergò profluxit superius Consilium, & illud *Sigillum DEI Oratoris* in v. 7. m. 2. לכן קראתי לזאת רהב הם שבת Mercerus: (propterea proclamo de hoc) *fortitudo sunt* (sunt fortissimi) *sedendo (si in silentio soli DEO confisi sedeant*, longè sanè sic fortiores, qvàm si in Ægyptum auxilii qværendi gratiâ abeant) Trem. expressit: *Idcirco proclamo de hoc* (instituto sc. mittendorum ad Ægyptios legatorum *pro impetrando supplemento militum* contra Babyloniam) *fortitudinem ipsis fore ut maneant* (ut si fortes & salvi esse volunt, nullos in Ægyptum legatos mittant) vid. Jer. 37. 5. 7. 8. 9. Versio nova in opere Vatabli: *Ideò clamavi ad hanc Jerusalem: Fortitudo eorum est manere.* Versio Vulgata ibidem: *Ideò clamavi super hoc: Superbia tantummodò est quiescere.* Belg. Versio: **Daerom hebbe ick hier over gheroepen; Stil sitten sal haer sterckte zyn.** Luth. noster: **Darumb predige ich davon also: die Rahab wird stille dazu sitzen** Ludov. de Dieu: Ægyptus in vanum & frustra auxiliabitur, propterea vocavi eam: Rahaf hem Schafeth i. e. *Rahab est cessatio.* Qværitur adeò qvid Juris de hoc bello interpretum. Resp. 1. Pro *Luthero* & *Ludovico de Dieu* (conveniunt enim, nisi qvod hic *Nomenclaturam* statuat in vocabulo קראתי) facit relatio

latio pronom. בוא ad propius antecedentem מצרים, facit רהב *ob robur & superbiam* famosum in sacris, Ægypti nomen vid. c. 51. 9. Psal. 87. 4. Obstat tamen accentuatio ſ Tiphcha. liber non positus in רהב: sed in הם cum juxta illos esse deberet רהב הם שבת i. e. *Ægyptus* ſ. *Ægyptij, illi erunt cessatio:* (ut taceamus שבת à rad. שבת in significatione cessandi, etsi haut improbatum Kimchio, tamen ferè sine exemplo.) Obstat qvoqve complementum: non sanè *sedit otiosa*, non *cessavit Ægyptus:* misit *magnum equitum supplementum.* Eduxit ingentes copias in Babylonium obsidentem tunc Hierosolyma, *Pharao*, totamq; belli summam in se transtulit: certè tantum effecit, ut ad tempus solveretur obsidio. Explicare alii ita: Rahaf est cessatio i. e. nihil amplius potest, desiit, cessavit, longius petitum: sed nec victa Rahaf ita cessavit, qvin Exulibus & rebellibus Judæis asylum contra Babylonium dederit.

Concl. 8. Resp. 2. Vulgatus pro se habet usum famosiorem רהב, qvi ferè est *in malam partem*, ita ut de illis dicatur robustis, qvi abutuntur *robore ad superbiam, ad fastum:* neqve ab accentuatione h. l. culpandus: obstat tamen שבת hic non Imperativus, utcunqve detur radix: reddendum erat ex hypothesi Vulgati: *Illi sunt superbi* i. e. *superbissimi qvieſcendo, ſedendo*, & sic sensus perit. Resp. 3. Vers. in op. Vatabl. non satis legitimat illud לאמר qvod refert ad Hierosolymam, cujus hîc nulla mentio: licet hîc agatur *de populo Judaico*, cujus metropolis Jerusalem, tamen haut antecessit ullus conceptus formalis Hierosolymitanus, propter qvem hîc ita referendum. Qvoad hanc particulam, faciendum cum J. & Tremell. Resp. 4. De cœtero eadem, uti & Tremell. ac Belgica Versio in positu formali vincunt, nisi qvod durius illud רהב הם per Enallag. pronominis integri pro affixo. Resp. 5. Vincit omnes Versio *Mercer.* Sedendo ſ. tranqvillè sine appetitu bellici fœderis in loco suo manendo, illi sunt רהב, *Fortitudo* i. e. *fortissimi* benè satis se habebunt, dafern ſie nur daheim bleiben/ ſtill ſeyn/ kön, nen ſie in ſicherer Ruhe ſitzen. רהב qvid sit non à posteriori: sed à priori dandum. A *robore* ad *fastum* ſ *superbiam* applicatur. Suffi-

cit

ficit hîc *præcipuum*, *prævalentiam*, *robur* pro ratione ſtatus & temporum notari. Conf. Pſal. 90. 10.

Concl. 9. Neqve ſufficit *proteſtatio illa divina* v. 7. Jubet qvoqve Prophetam tanqvam *cœleſtem Notarium*, conficere ſuper illo *Inſtrumentum publicum*, in *memoriale teſtimoniumq; ſempiternum* v. 8. (conf. ſimile factum Deut. 31. 19.) Ratio talis *inſtrumenti*, continuata rebellio populi vocationi cœleſti ad pœnitentiam pertinaciſſimè reluctantis, & congregari per Verbi JHOVAH audientiam nolentis v. 9. ipſi Prophetiæ, adulterari hanc poſtulando, & Prophetis, ſive ſilentium, ſive mendacium imperando, vim facientis v. 10. idq; blaſphemâ voce v. 11. Vos Prophetæ *recedite à viâ*: (&, qvos in illam viam induxiſtis) *declinare facite à ſemitâ*: *facite ut ceſſet à facie noſtrâ Sanctus Iſraelis*, neqve amplius *oneroſis Prophetiis* occurrat: ſed *ut nobis in viis noſtris pro arbitrio incedere permittat*. Blaſphemiæ illi prævià *recapitulatione criminali* in v. 12. extemplo ſupplicium dictatur in v. 13. & 14. Conferatur לכן *Rviatum* in v. 13. relatum ad לכן *Rviatum* in v. 12.

Concl. 10. *Propterea* (verba ſunt DEI ad illos ἀνθ' ὧν σκληροτραχήλως) *erit vobis illa iniqvitas*, *illa ipſa* (inqvam) *iniqvitas* כפרץ נפל נבעה בחומה נשגבה ſ. *ſicut ruptura caſura* (ſtudiosè) *qvæſita* (& qvidem) *in muro excelſo* (non tanqvam *qvælibet ruptura*, ad caſum diſpoſita: ſed velut *ruptura operosè*, *adhibitis arietibus*, *inſtrumentis ferreis*, qvibus verberatæ Saxorum compages laxentur & perrumpatur murus, *reqviſita*, & à perfractore muri appetita: conferatur in protaſi v. 10. 11. Sc. *ipſe populus rebellis* affectato ſtudio qværebat & appetebat *talem fracturam* ſ. illam à Prophetis expetebat: Weichet doch ab vom Wege / machet doch / daß die / ſo auff ſolcher Bahn wandeln / davon abweichen / laſſet doch den Heiligen in Iſrael auffhören bey uns v. 11. Ita, Prophetis imò ipſi Spiritui S. revelanti ſe Prophetis præſcribebant, ne Prophetis revelaret נכחות ſ. *rectitudines*: ſed מהתלות ſ. *illuſiones* v. 10. Ita ergò hîc qvoqve in apodoſi illa *ruptura ad caſum vergens*, ſ. *ſeſe inclinans* non habet ſe ut qvalislibet ruptura muri, à qvâ non adeò extemplo periculum: ſed ut *ruptura muri operosè* & *affectatè qvæſita* (& qvidem) *in muro excelſo*

excelso cujus repente & vel momento veniet fractura & franget illam contundendo, non parcet (iniqvitas vestra habens instar *rupturæ* affectatæ *cadentis franget vos* minutissimè, ac si in mortario contudisset) *sicut* (est) *fractio utris figulorum* (s. sicut frangitur *uter figulorum*) *de cujus* sc *fragmentis non invenitur testa sive ad recipiendum de foco ignem, sive ad hauriendum ê lacunâ aqvas.* Ita se habet v. 13. & 14.

Concl. II. Patet qvid sentiendum de Interpretibus. Qvoad versum 13. notandum nihil, nisi qvod in נבעה *Ventrū* vel *extuberantia* significatum dederint, ut sit נבעה פרץ *ruptum inclinatione ventrem faciens & extubemantiam in muro.* Ita L. de Dieu. Versio qvoqve in opere Vatabli, *tumorem* intellexit, & addendo particulam *aut* qvæ non est in fontibus, duplex hîc simile dedit. Sed ubî in בעה vel נבעה talis, ventris, vel extuberantiæ significatio? Chaldaismus non mensurat Matrem Lingvam. Locus unus qvî affertur ex Isaiâ c. 64. 2. non probat *bullas* vel *ebullitionem:* commodè enim satis redditur: *Aqvam expetit ignis.* Nec אֲבַעְבֻעוֹת seu *pustulæ Ægypti* Exod. 9. 9. 10. probant illam *concretionem* in radice. In versu 14. L. de Dieu membrum primum expressit: *Et qvi frangetur, sicut frangitur uter figulorum, cui contundendo non parcitur.* Si ושברה *impersonaliter* sumendum, non reddendum: *& qvi frangetur:* sed: *Et franget* (hic vel ille sc.) *illud* i. e. *frangetur istud.* Ita concedimus: aliàs nihil obstat ad פרץ נפל s. *ad rupturam illam cadentem & fracturam referre.* Illa pars *muri* qvæ prima rumpitur, & cujus *fractura* venit *repente*, dum jam de *edito muro cadit*, vel magnam muri partem, qvam secum trahit, simul confringit, vel murum totum rumpit, & qvidem ita ut *utri fictili similis sit*, ita contuso, ut ne testa qvidem, sive ad ignem è foco colligendum, sive aqvam ê fossâ excipiendam supersit. Hoc in membro I. intellexerat per fracturam, contusionem. Erratum præterea in illo כתורת qvod retulit Ludovicus ad seqvens לא יחמול cum sit referendum ad antecedens & remotius וישברה, qvæ accentuatio etiam, cum hîc varient Codices, magis facit pro

Infinito ſ. כָּתוֹר qvàm participio כָּתוּר, Juxta Ludovicum vel in כָּתוֹר debebat eſſe accentus *Munach, Tiphcha* in יוצרים & inter לא יחמל *Maccaph:* ut ſit ושברה כשבר נבל יוצרים vel debebat in figulis ſ. יוצרים eſſe *Sakephkaton*, hoc modo:

ושברה כשבר נבל יוצרים כתור לא יחמל

Concl 12. Neqve ſatisfactum in illo יחמל qvod qvidem idem ſubjectum habet, qvod ושברה & objectum נבל יוצרים; Cœterum in reſolutione alitèr ordinandum, qvam fecit Lud. de Dieu. Reddendum ita: Et contundendo confringet illam (confringetur, vel rumpetur illa) ſicut frangitur uter figulorum (non parcet i. e. ita ut non parcat ei) Hâc ratione illa duo כתור & לא יחמול referenda ad ושברה, ita ut ad ſenſum præſtet ſimili *utris fictilis* illa anteponere, atqve ita jam conſtat egregiè ſeqvela membri 2. ejusdemq; correſpondentia. *Confringet contundendo* (in minutiſſimas partes redigendo) *confringet* (inqvam) ita ut *non parcat, illam ſicut confringitur Uter figulorum* (hactenus membr. 1. ſeqvitur nunc m. 2.) *in cujus* (utris figulorum) *contuſione* (ſ. *fractur*â *facta per contuſionem*) *non invenitur teſta:* Illud ולא ימצא idem qvod אשר לא ימצא planè ex Hebraiſmo: & ſic affixum in במכתתו habet ſuum principale propinqvius, qvàm ſi in ſenſu vel reſolutione interponantur illa כתות לא יחמול, prout Trem. expreſſit: *Franget eam qvaſi fractura utris figulorum contuſi, non eſt uſurus clementiâ: adeò ut non inveniatur in contuſione ejus teſta* &c. Hîc ſeqvela minus liqvida. כתות habitum pro Participio & relato formaliter ad Utrem ſ. נבל; qvomodo etiam Chaldæus per דמרקק expreſſit. Ita ergò illud 1. כתור. 2. לא יחמול in membr. 1. formaliter ad actum, non modum actus comparativum pertinet: qvi ex m. 2. petendus erat.

Concl. 13 Legitimatur ſuperius ſupplicium conteſtatione magnificâ

magnificâ à v. 15. in qvâ comparatur 1. hypotheticum salvæ gvardiæ cœlestis Consilium v. 15. m. 1. Sic enim dicit ADONAI JHOVAH ELOHIM SANCTUS ISRAELIS: *In reversione & qviete servabimini: in tranqvillitate & fiducia erit robur vestrum.* J. & Trem. primum illud: *In reversione & descensu* ad Babylonium sc. cui vos DEUS tradidit vid. Jer. 38. 17. & seqq. Præferendus hîc Vulgatus, *Si revertamini & qviescatis, salvi eritis: in silentio & spe erit fortitudo vestra.* Ita & Lutherus contractione hîc usus, ita ut notetur *reversio animæ in qvietem.* Wenn ihr stille bleibet / so würde euch geholffen / durch stille sein und hoffen würdet ihr starck seyn. Omninò hypothesi illâ Babylonicâ sententia hæc haut absolvitur. Anima *à DEO vivente* abalienata ad *humanum protectorium* (e. c. *Ægyptiacum*) & post longos vanosq; tumultus, qvia sc. *nullam ibi invenit qvietem, ad DEUM revertitur*, & tunc ponitur in שובה: cumq; animarum *qvies* & *pax* non nisi in solo DEO, proinde ad illud שובה seqvitur נחת, & ad utrumqve *Salus* vera. 2. Oppositum Judæorum *rebelle Consilium:* Generaliter in v. 15. m. 2. ולא אביתם, cui consonat illud in Evangelio Matt. 23. 37. οὐκ ἠθελήσατε NON VOLUISTIS: Specialiter in v. 16. ubi notetur oppositio dicti. Scilicet, dictum JHOVAH Sancti Israelis reqvisivit 1. שובה ונחת s. *reversionem & qvietem:* 2. השקט ובטחה s. *tranqvillitatem & fiduciam.* v. 15. Reclamant hi Consilio cœlesti v. 16. per illud כי לא i. e. *non utiqve, non certè, neutiqvam, neqvaqvam.* Opponunt porrò dicto primo dictum rebellionis: על סוס ננוס s. tantum abest ut qvieti sessuri simus, ut potius *super eqvos ituri simus:* dicto alteri: tantùm abest, ut tranqvillè DEO & tempori nos commissuri simus, ut potius *celerrimo jumento invecturi simus.*

Concl. 14. Seqvitur ergò 3. rebellium illorum, *qvietis & fiducialis tranqvillitatis*, ad qvam vocabantur, præfractorum contemtorum *supplicium*, idq; 1. generale & respectivum, ad dictum sc. rebellium, v. 16. Scilicet: *Vos eqvos ad festinum iter paratis.* (Hactenus primum dictum: seqvitur nunc supplicium respectivum) Ergò *fugietis* Vos super *celeri jumento invehi paratis.*

(Hactenus dictum secundum: seqvitur supplicium) *Propterea illi qvoqve persecutores vestri leves erunt* (& ut vos fugitivos assequantur, & occidant, cervis velociores) 2. Supplicium speciale, exegeticum illius fugæ pœnalis (qvam memoraverat versus 16.) in v. 17. Sc. ad præsentiam *unius* hostis imperiosioris, fugient mille, ad vultum autem truculentiorem qvinqve hostium fugietis omnes (comparatur adeò unus hostis, idemq; non tàm reipsâ persecutor, qvàm verbis & vultu increpitans: sc. *ad nudam increpationem*, ad *Minas hostis unius*, anteqvam accingatur, ad *unius* hostis *increpantis faciem*, fugiet *unum mille* illorum fugitivorum Judæorum: atqve adeò qvorum *fuga, crimen*, eorum & *pœna* erit) Laudandus hîc Lud. de Dieu retractans novam versionem & subscribens versioni Junii & Tremell. Vincit omnes hîc Versio Lutheri nostri: Ewer tausend werden fliehen für eines einigen schelten/ja für Fünffen werdet ihr alle fliehen. Facit pro Luthero accentuatio Rvia in *millenario uno*, qvi subordinandus est in *hoste uno Sakephkatonato*, ut ita detur relatio unius *millenarij* ad *unum individuum hostis*. Neqve hîc valet proportio ab 1. ad 1000. ut inferas. E. *qvinqve hostes* non fugabunt nisi 5000. Sanè Deut. 32. 30. uni hosti subjiciuntur mille: duobus autem hostibus fugandi subjiciuntur 10000. s. *myrias*. Ex hâc hypothesi si computes juxta paritatem parallelam, illis qvinqve subjicerentur sive *fugandi* sive *cædendi* 25000. juxta paritatem proportionis autem 90000000. & sic apparet qvorsum respexerit Versio Lutheri: Für Fünffen werdet ihr alle fliehen. Vix enim unqvam excessit Natio Judaica illum Virorum bellatorum numerum, qvod ex *Arithmeticâ Davidis* & Regum Jhuda ac Israelis *lustrationibus* habetur.

Concl. 15. In termino tantæ calamitatis *privilegium* nihilominus inculcatur *reliqviarum*, tum jam in m. 2. v. 17. sub titulo תֹּרֶן s. *Cippi* & נֵס s. *perticæ* (seu signi in editiore parte perticæ) qvorum positus in *monte illo* & *colle illo*. Scilicet illæ reliqviæ erunt publicum & ex *sublimi Sionis arce* elatum & belli præteriti & placati nunc DEI *signum*. Ita hîc & *supplicium* inculcatur & *beneficium*, ostenditurq; *Consilium cœleste infrustrabile*. Licet non obtineatur primus finis ordinatus gratiæ, obtinetur tamen, excusso illo, finis justi-

tiæ, &

tiæ, & hoc obtento, nihilominus ex ipso medio vindicatricis justitiæ procedit finis gratiæ, qvem specialitèr exprimit v. 18. 19. 20.

Concl. 16. Cœterum *parum gratiæ* apparet in pane angustiæ seu לחם צר & aqvis oppressionis s. לחץ מים, vel in pane arcto, & aqvâ brevi: prout Vulg. expressit v. 20. Neqve hoc prandium m. r. v. 20. sive promissioni v. 19. antecedentèr, sive membro 2. v. 20. consequenter convenit. Igitur subvenit J. & Trem. ita reddentes thema 20. *Dabit qvidem vobis Dominus panem angustiæ & aqvam oppressionis, verum non includetur angulo amplius ullus docentium te: sed oculi tui videbunt Doctores tuos.* Cœterum, cum in fontibus non sit מי לחץ; sed לחץ מים, neqve facilè confugiendum ad Enallagan absoluti pro constructo, proinde Lud. de Dieu propius ad fontes: *Reddet vobis DEUS angustiam, panem, ut panis loco vobis sit, & oppressionem, aqvas,* ende de HEERE sal u Benautheyt tot Broodtmacken/ ende Verdrückinghe tot Water. (i. e. tanta vos comitabitur benedictionis vis, ut ipsa angustia vobis cibo, & tribulatio potui sit futura) Sensus qvidem haut absurdus: sed qvem nec accentuatio, nec positus formalis admittit: Videndum etiam an in Scripturis ita explicare liceat positum *panis, qvi sit ipsa angustia*, vel *contra*. David *lacrymas sibi panem* professus, in his tunc non agnovit *optabilem hilaremq; cibum* Psal. 42. 2. Proximè convenit Versio Lutheri nostri: Und der HERR wird Euch in Trübsal Brodt/ und in Engsten Wasser geben: qvomodo & Belgica Versio doctissimè jam olim: De HEERE sal u in Droeffenisse Broodt/ ende in Verdrückinghe Water geven: qvæ tamen nuper decreto ordinum publicata, Tremellianam sequitur: De HEERE sal u Lieden wel Broodt der Benautheydt/ ende Wateren der Verdrückinghe geven/ (sal u Lieden wel wederom in Bruys en tegenspoet laten vervallen) maer uwe Leeraers en sullen niet meer als met Vleughelen wech vliegen (maer uwe Zielen sal hy met de Spyse synes Woordts/ ende met den Dranck der Predicatie verqvicken ende versterecken) Ellipsis tamen illa particulæ in צר & לחץ, ac si esset לחם בצר, item מים בלחץ durior in præsenti positu: Conveniret

magis positus ונתן לכם אדני צר לחם ולחץ מים i. e. *Dabit vobis Dominus quod ad angustiam attinet, panem, & quod ad oppressionem attinet, aquas* s. in illâ angustiâ & oppressione dabit vobis *panem & aquam.* Si posterior illa *Belgica Tremelliana* paulisper immutatur, nullum illi in fontibus obstaculum. *Quamvis daturus sit vobis Dominus panem angustiæ & aquas oppressionem*, licet non adeò lautam in hoc seculo fortunam & mundi gloriam experturi sitis: sed *panem lacrymarum, panem doloris & angustiæ* manducaturi, & de Calice doloris bibituri, nihilominus *Cibus animarum, Verbum cœleste*, ejusq; *Doctores & Professores* vobis non deerunt, *imò Oculi tui Doctores tuos videbunt: Aures tuæ Verbū Doctoris tui audient, ut ta sine declinatione, sive ad dexteram sive sinistram, in viâ Regiâ continearis* v. 21 Particulæ כי talem suppositionem relativam, ut כי, *quamvis, etiamsi* in versu vel membro uno, in altero eadem respondeat in significatione: *Nihilominus*, non esse insolentem Sacris Prophetarum docent exempla Gen. 49. 23. 24. ubi pulchrè Lutherus: Und wiewohl ihn die Schützen erzürnen/und wider ihn kriegen/ so bleibet doch sein Bogē fest / und die Arm seiner Hände starck: Sed & eodem particulæ privilegio reddere licebat: *Postquam dedit vobis* ADONAI *panem angustiæ & aquas ipsam oppressionem* (postquam permisit vos ad tempus aliquod affligi, miserando miserebitur vestri, nec relinquet vos in tribulatione) *non elongabitur ultra Doctor tuus.* כי per *Postquam* Es. 64. 4. Exod. 16. 20. c 14 21.

Concl. 17. Illiipsi *emendationi temporum & reformationi* tùm *dogmaticæ* v. 20. 21. tùm *practicæ, benedictio copiosa* promittitur v. 23. 24. 25. alligatur autem hæc ad יום הרג רב בנפול מגדלים s. *diem magnæ cædis, ubi celsæ graviore casu decident turres* s. רברבין i. e. Principes hujus seculi, Magnates, prout egregiè in h l. Chaldæus v. 25. ad *diem*, in qvo אור הלבנה s. *Lux Lunæ erit* כאור החמה i. e. *sicut Lux Solis:* & hæc, seu *Lux Solis erit septupla* seu *velut Lux septem dierum* v. 26. m. 1 qvi ipse dies, veluti præferocibus DEI & Ecclesiæ hostibus illis sc. eminentibus hoc in seculo Heroibus, sive *turribus* exitialis seu *cædis dies* erit: Ita populo DEI hactenus ab illis Turribus miserè afflicto, sauciato, percusso, erit *dies Obligationis & salutaris*

taris Cuvationis v. 26. m. 2. Qvæ ex intellectu Prophetiæ carnali de utriusqve *Luminis, Solis & Lunæ*, in futuro Messiæ adventu & congregatione Judæorum, *incrementis*, hîc nugantur Rabbini, ex ספר אבקת רוכל, Abrabinele & aliis facilè constabit. Videtur sanè Jonathan jam olim præivisse. Reddidit ille versum: ויהי נהור סיחרא כנהור שמשא ונהור שמשא יהי עתיד לאזהרא עד חר תלת מאה ארבעין ותלתא כנהור שבעת יומיא ביומא דיתיב יהוה ית גדות עמיה ומרע מחתיה יסי i. e. *Et erit lux Lunæ sicut Lux Solis: & Lux Solis splendebit continuò 343. dies, in die quo reducet* JHOVAH *captivum populum suum, & morbum percussionis ejus sanabit.* Intellexit Jonathan illud, qvod dicitur de *Luce Solis* s. אור שבעתים ימים i. e. *Luce 7. dierum*, resp. antecedentis שבעתים non exegeticè vel identicè: sed Arithmeticè per modum multiplicationis, ut sint *septies septem hebdomades*, i. e. 49. hebd. qvæ faciunt 343. dies, qvod hîc seqvitur Raschi. Cœterum benè explicare licet *Jonathanem:* & meretur hîc Sociis & Successoribus Rabbinis opponi Antecessor *Kimchi*, qvi ita in h. l. רוב המפרשים פירשו פסוק זה לעתיד ויש שפירשו כמשמעו ואיננו נכון ויש שפירש משרד לרוב הטובה שתהיה לעתיד בימי המשיח וכן הוא אבל יתכן לפרשו גם כן משל בימי חזקיהו שיהיה להם טובה רבה אחרי מורד מחנה אשור והתשועה ממנו היתה גדולה וכמו שקרא הצרה חשך ואפלה כן יקרא התשועה אורה כמו שאמר ליהודים היתה אורה ושמחה לא שחוסיף להם אור השמש והלבנה אלא הישועה היא האור וכן לא יבא עוד שמשך וגו׳ ושבעתים רד אורות גדולות רבות כמו שבעתים יוקם קין רל נקמות רבות לא שבע פעמים לבד כי חשבון ז׳ יבא להגדיר החשבין כמו שבע יפול צדיק וקם שבע כחטאותיכם ורל וכן אור שבעת הימים דרך משל כאלו אור שבעה ימי השבוע יהיו כאחד בתוספת האחר עד תבחו Summa Kimchianæ Commentationis est 1. Prophetiam de incrementis illis *Lucis Lunæ & Solis* à multis qvidem

qvidem Expositoribus Rabbinis explicari juxta משמע s. *literam*: Cæterum illud solidum non esse: neqve adeò in tempore futuro tale complementum literæ expectandum esse. 2. Rectius alios *figuratè* & *Metaphoricè* explicare de *abundantiâ felicitatis futurâ in diebus Messiæ*. 3. Cæterum rectissimè explicari *de Complemento felicitatis triumfalis jam præteritæ*, illius sc. qvæ *ex clade Assyrij Angeli* câ contigit *Judæis temporibus Chiskiæ* 4. Ex illâ *Victoriâ incomparabili* fuisse illos Judæis Soles. 5. *Stylo* sc. *Prophetico* angustiæ tempora *tenebrarum & Caliginis*: Salutem autem s. triumfales dies *lucis* appellatione venire. 6. Illius Exemplum Joel. 2. 10. c. 4. 15. hujus, Esther 8 16. 7. Neqve adeò intelligendum de continuatione copiosâ *Lucis solaris*: sed *salutaris* s. *illius Salutis*: eo modo qvo Paralleliſmus Jes. 60 20. 8. Septenarium dualem non notare duas saltem heptadas dierum: sed plures ex Usu sacri septenarii. c. Prov. 24. 16. Lev. 26. 21. Ita Kimchi refutavit Sociorum hypothesin, qvi ex literâ Prophetica non Propheticè: sed historicè & דרך משמע sumtâ, parum attentô Charactere Stylo; Prophetico, hîc delirarunt, qvibus Censuram Kimchianam opposuimus. Si enim *litera* ita nudè & crasse hîc sumenda, ut השמש i. e. Sensus literalis à Spiritu S. intentus præcisè fuerit de *Corporibus cœlestibus* s. *Sole & Lunâ*, in qvibus exhibendum sit tale *miraculum*, qvomodo huic Prophetiæ conveniret enm alterâ Isaianâ c. 60 19. 22. Die Sonne soll nicht mehr des Tages dir scheinen / und der Glantz des Mondes soll dir nicht leuchten: sondern der HERR wird dein ewiges Liecht / und dein GOTT wird dein Preiß sein: qvomodo cum superiori Is. c. 24. 23. Der Mond wird sich schämen / und die Sonne mit Schanden bestehen / wenn der HERR Zebaoth König sein wird auff dem Berge Zion: Sed & qvomodo cum illis qvod de eodem Statu regni Jes. 60. 21. dictum: Deine Sonne wird nicht mehr untergehen / noch dein Mond den Schein verlieren.

Concl. 18. Confirmatur superior Prophetia illustri exemplo in Theatro cædis Assyriacæ (unde constat, qvorsum respiciat supra *dies magnæ cædis*, & qvinam per *turres* à Prophetâ notentur) qvod qvoad ipsam *Substantiam judicij* ab irato DEO profecti designatur

v. 27. 28.

v. 27. 28 qvoad *finem jubileum Ecclesiæ & glorioſum DEO* v. 29. 30. 31. qvoad *generalem accommodationem* v. 32 33. Summa primi eſt: *Nomen* JHOVAH (ipſe JHOVAH in majeſtate & gloriâ ſuâ) *venturum eſt ê longinqvo: ardebit ira ejus & gravitas* (erit) *incendij* (grave erit incendium) *labia ejus erunt plena indignatione & lingva ejus velut ignis conſumens* v. 27. *Spiritus ejus erit tanqvam torrens inundans, adusqve collum dividens* (Tremell. malè: inundans eum, qvi ad collum usqve dividebat: obſtat accentuatio) *ad ventilandum gentes ventilabro vanitatis: erit* (inqvam, tanqvam) *frenum vagari faciens, ſuper maxillas populorum* v. 28. Summa ſecundi: Illa Apocalypſis majeſtatica DEI, ἐν πυρὶ φλογὸς venientis 1. ἀνταπόδοσιν ἐκδικισιν τοῖς μὴ ὑπακούσι, 2. ἐνδοξασθῆναι καὶ θαυμασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις erit Vobis in *Canticum, ſicut Canticum noctis, in qvâ ſanctificatur feſtum* (noctis primæ, à qvâ poſt παρασκευὴ exordiuntur feſta ſolemnia Panegyrica, qvæ ſolemnibus hymnis & jubileis Canticis tranſigitur, atqve ita totum feſtum illâ nocte שמרים ipſi יהוה vid. de primâ nocte Paſchali Exod. 12. 17. 42. Num. 28. 16. c. 33. 3. ſolemnitèr conſecratur) & *lætitia cordis, ſicut incedentis cum tibia illa* (ſolemni & perſonante ſacris Canticis ζωοδόκα) *ad veniendum in montem* JHOVAH *ad rupem Iſraelis* v. 29. Ratio jubili: vox & brachium Domini hoſtibus irati, & variis illos ſuppliciis per Angelum affecturi, eò *qvod audire fecerit* JHOVAH *majeſtatem vocis ſuæ, & demonſtraverit deſcenſum brachij ſui, idq; in æſtu iræ & flammâ ignis conſumentis* (imò) *diſperſione, & inundatione & lapide grandinis* v. 30. atqve ita à voce JHOVAH *perterrefactus conteretur Aſſur:* qvi totiens virgâ ſuâ percutere Iſraelem ſolitus, ipſe nunc *divinâ virgâ* percutietur v. 31.

Concl. 19. Illam Aſſyrii contritionem & percuſſionem (vid. v. 31.) nunc probat v. 32. & 33. Summa illius eſt: Ita erit (ita ſc. fiet) *Omnis tranſitus Virgæ fundatæ*, (omnis locus, per qvem pertranſibit trepidans hoſtis in qvamcunqve regionem tranſibit, *illa Virga* immutabili decreto divino *fundata*) talis (eventu) erit, *ſuper qvem* (per illam crudelis hoſtis cædem) JHOVAH *qviescere faciet* (pacem ſecuramq; habitationem dabit) *cum tympanis & citharis, poſtqvam bellis agitationis debellaverit eos* (Aſſyrios ſc. vel gentem Aſſyriam.

בם juxta קרי; בה juxta כתיב) v. 32. Ita autem etiam Assyrium etsi potentissimum tunc Regem debellari posse, & debellandum esse probat tm. seqventi: Nam *jam ante paratus est locus exitialis, idemq; constitutus etiam illi Regi, factusq; & profundissimus & latissimus: qvod attinet Structuram ejus durabilem, qvæ sunt ignis & ligna multiplicata* (qvod attinet ad infinitum apparatum ejus Tophteh, qvi est ignis maximus, penetrantissimus, & Cruciator exqvisitissimus) *halitus Jhovah* (potentissimus) *tanqvam torrens Sulphuris accendet* (& ardebit) *eam* v. 33.

Concl. 20. In v. 32. magna Crux Interpretum. J. & Trem. expresserunt: *Sic erit omnis locus, qvà transibit Virga fundatissima, cui imposuerit Jhovah eam cum tympanis & cum cytharis: qvando bellorum agitationem ipsam expugnaverit.* Sensus: Omnem transitum s. loca omnia subjicienda qvidem Virgæ hostili, eidemq;, qvia ab ipso JHOVAH imposita, fundatæ: Cœterum exitum fore jubileum, & ex miraculo liberationis illa ipsa loca fore cum tympanis & cum citharis, ubi DEUS hostes bella horrida bella semper appetentes & agitantes expugnaverit. Non erraruntin *accommodatione* hîc data, pro qvâ facit hic *Rvia* in והיתה. Nec in regimine *transitus* s. relatione hujus ad *Virgam fundatam*: illam enim & *proportio Rvia* ac *Pasta*, & *Punctatio* docet. At in territorio medio s. illo אשר ינוח יהוה עליו *antecedentèr* ad *subjectum* relato, cum sit ejus respectus *consequenter*, idemq; pars *prædicati*: In membro item 2. per hypallagen paritèr erroneam, & voculam בה vel בם indignè tractatam, satis aberratum. Versio in opere Vatabliano, qvoad membrum primum, etsi alia sensu, iisdem tamen laborat anomaliis, qvibus illa Tremelliana. Reddidit ita: *Et erit omnis transitus Virgæ fundatæ, cum requieverit Jehova faciet super eum, in tympanis & citharis.* Emendetur ita: *Ita erit* (erit, inqvam) *omnis transitus Virgæ fundatæ* (mutabitur sc. omnis locus qvem antea Virga hostilis pertransibat, in talem) *super qvem requieverit faciet Jhovah* (populum liberatum) *in tympanis & cytharis.* Loca hostili turmarum transitu infesta, qvieta & jubilea erunt Statio Sanctorum:

postqvam

postqvam sc. bellis tremendis ſ potentissimæ agitationis, DEUS oppugnavit illas, qvibus hactenus velut iræ suæ Virgis ex fundato decreto cœlesti usus est, hostium turmas.

Concl. 21. Patet ex illâ fontium propositione, qvid hîc sentiendum de Versione nostrâ Germanicâ: Denn es wird die Ruhte gantz durchdringen / und wol treffen / wenn sie der HERR über ihn führen wird mit Paucken und Harffen / und allenthalben wider sie streiten. Sanè ita non intelligitur sive usus ille Tympanorum & Cithararum, sive totus Prophetæ Sensus. Patet, qvid de Vulgato: Et erit transitus Virgæ fundatæ, qvam reqviescere faciet *Dominus super eum in tympanis & citharis: & in bellis præcipuis expugnabit eos.* Secutus est קרי in בם: qvod si ita corrigatur: *Erit omnis transitus Virgæ fundatæ is super qvem faciet Jhovah reqviescere in Tympanis & Cytharis*, jam nihil culpandum. Belgica Versio dum territorium secundum parentheticum expressit, propius ad sensum reddidit: **Ende alwaer die Gegrontveste Staf doorgegaen sal zyn (op welcken de HEERE dien sal hebben doen rüsten) daer sal men met Trommelen en Harpen zyn: want met Bewegende bestrydingen sal hy tegen haer stryden.** Referatur pauculis immutatis illud parentheticum consequenter v. 3. **Daerop sal de HEERE Ruste geven met Trommelen en Harpen:** Sic nihil desiderandum.

Concl. 22. Liberalissimè Interpretem hîc dedit Ludovicus de Dieu in Animaverſ. ad h. l. *Difficilis*, inqvit, *est hic Versus: qvig; cum ita interpretantur, ut in omni loco ubi transitura sit Virga, promittantur Tympana & Citharæ, non video, qvomodo* (1) *cum præcedenti versu &* (2) *cum fine hujus ejusdem versus, &* (3) *cum versu seqventi id aptè conciliare qveant: cum ea omninò postulare videantur, ut hic qvoqve minæ proponantur.* Dubiis illis jam supra satisfactum, primo, per Rvia, & textum antecedentem jubileum liberatis ab Assyrio: secundo per ו rectè explicatum: tertio per membrum 2. pœnale, ad qvod referendus versus ultimus. Explicat autem sententiam Ludovicus. Nos, inqvit, מעבר *putamus esse Benoni Hiphil pro* מַעֲבִיר *aut* מַעֲבֵר *& sic interpretamur:* Et erit qvicunqve Virgam fundatam,

qvam reqviescere faciet Dominus super eum, transire fecerit tympanis & citharis, bellis agitationis oppugnabit eos. *Scilicet* (verba sunt L. de Dieu) *versu præcedenti dixerat, fore ut DEUS Assyrium virgâ cæderet: qvod si qvis, inqvit, virgam illam fundatam, qvæ ob immutabilitatem decreti divini averruncari non potest, Tympanis & Citharis averruncare conetur, qvod aulici solent & Reges, frustra erit: DEUS enim ejusmodi bellis tales homines oppugnabit, qvibus vel maximè agitandi sint.* Tympana (eadem ratio Citharæ) malè relata ad מעבר (& hoc malè pro Benoni habitum) cum referenda sint omninò ad actum יניח. Sensus præterea longè petitus: unde ipse Ludov. de Dieu, expressurus illud בה *Scriptum*, dat aliam Versionem: *Et erit omnis regio, per qvam Virga fundata, qvam reqviescere facit Dominus super eum* (Assyrium) *transierit cum Tympanis & Citharis, bellis agitationis oppugnabit eam* (regionem). Sensus. *Si qvæ regio Virgam illam qvæ cum pœnitentiâ & dolore excipienda erat, exceptura est cum tympanis & luxu, oppugnabit eam.* &c. Manet erratum superius, *transitus* sc. *cum Tympanis & Citharis* non est in fontibus. Illud etiam: אשר יניח יהוה עליו pessimè relatum, tùm qvoad אשר, tùm qvoad עליו. Sed iterum huic parum fidens aliam ponit. *Vel*, inqvit, *hoc modo:* Et erit in qvamcunqve regionem transierit Virga fundata, qvam reqviescere faciet Dominus super eum, cum Tympanis & Citharis, & bellis agitationis pugnabit adversus illam i. e. *non evadet Assyrius Virgam, qva versu præced. dixerat DEUM eum percussurum. Faciet DEUS Virgam illam reqviescere super eum: sic, ut in qvamcunqve regionem fundata illa Virga sit transitura, DEUS cum Tympanis & Citharis & bellis agitationis (læto admodum bello & velut convivali) adversus eum sit pugnaturus.* Sensus coactus & illatus. Tympana & Citharæ malè relata ad m. 2. אשר malè ad מטה.

Concl. 23. Qvod ad Versum ultimum attinet de inferno damnatorum intellexit illum & rectè qvidem Jonathan reddens: ארי מְסַדְּרָא מן עלמין לקבילל חוביהון גהנם אף היא מלך עלמיא אתקנה לעמיקא ולאפתאה מדורא דאשתא דלקא בה כדבאעין סגיאין מימרא דיהוה כנחל מגבר גפרית דלקא בה:

i. e. *Qvo-*

i. e. *Qvoniam ordinata est gehenna à seculis propter peccata eorum. Rex qvoqve populorum præparavit eam profundam & latam: pyra ignis incensa est in eâ, ac qvæ est in lignis multis.* VERBUM JHOVAH *qvasi torrens Sulphuris inundans succendens eam.* Patet qvomodo illud אתמול s. *tempus hesternum* intellexerit Paraphrasta, qvod noster Lutherus juxta literam expressit: Die Grube ist von Gestern her zugericht/ne qvis à conflagratione mundi demum, *ex crassioribus & impurioribus ignis, per qvem & in qvem cœli & terra resolventur, partibus locum supplicij sive infernum, & ê subtiliore & puriore portione cœlum gloriosum conditum iri, inductâ sc. in cœlestis ac terrestris materiæ residuæ partem unam, formâ Carceris s. habitaculi miseriæ, congrui damnatis, in alteram regiæ gloriæ, aptæ beatis, somniet.*

Concl. 24. Seqvitur Paraphrastam Kimchi: תפתח, inqvit, הוא גיהנם *Thophtheh* est *gehenna.* Ex interpretibus alii subjectum pro *appellativo* habent, & per *foveam*, vel *exitij locum* exprimunt: alii velut nomen *proprium*, qvomodo Vulg. *Præparata est ab heri Thopheth*, & Versio nova in op. Vatabli: *Præparata est ab heri Thophtheh.* Ita sc. est in fontibus, non *Thopheth:* sed *Thophthe:* qvia tamen hæc illi conjugata & affinis, facilè conceditur Vulgatum hîc rem s. locum ipsum rectè expressisse. Fuit sc. *Thophet locus amplus ad portam Hierosolymorum ab Idololatris celebratus*, & ἀνθρωποθυσία s. *exustis ab Achaso filiis fœdè famosus.* De facto Achasi vid. 2. Chronic. 28. 3. Cœterum, illud damnatum Achasi Sacrificium peractum fuisse בגיא בן הנום i. e. *in Valle filij Hinnom* ibidem memoratur. Ita est. Scilicet Thopheth illud fuit *in illâ Valle filij Hinnom.* Jerem. 7. 31. atqve adeò ἀνθρωποθυσία ignea, qvæ fiebat in Thophet, dici qvoqve poterat fieri in Ge ben Hinnom, s. *Valle filij Hinnom*, vel contractè *Gehinnom*, unde *ab illo igne homines exurente* nomen *Gehennæ*, & loco illi, ad qvem in mentione *pyræ*, *lignorum*, *ignis*, respectus literæ Propheticæ, & damnatorum inferno: Ut appareat, qvare & *Chaldæus* & *Kimchi* hîc *Thophtheh* per *Gehennam* explicent. De *Valle Hinnom* ad latus Hierosolymitanum extra portam orientalem, ubi & vicus suburbanus

banus figulorum, qvia sc. totus ille tractus erat argillaceus & figlinæ accommodatus confer Jos 15. 8. Jerem. 19. v. 2. 6. 14. unde simul patet, qvâ ratione *Thopheth* & *Vallis Hinnom* aliqvando unum idemq; in suppositione.

Concl. 25. Illam תפתח in eodem *tmemate* nunc בלשון זכר s. *genere masculino*, nunc בלשון נקבה s. *fœminino* exprimit. Qvare dicatur *paratus* מאתמול s. *ab heri*, rationem reddit Kimchi, qvæ meretur audiri: ערוך הוא להם מאתמול קודם מותם שהנביא התנבא בטרם בוא הגזרה עד נפילתם ובמות גופם תמות גם כן נפשם ותהיה בגיהנם Summa est: per *heri* intelligi tempus ante mortem: Prophetam sc. prædixisse illud exitium anteqvam immineret illorum capitibus: item, moriente corpore (impiorum) mori qvoqve animam illorum (morte sc. secunda) & existere in Gehennâ (ἐν τῷ ἅδῃ prout ille ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ἐν τῇ φλογὶ Luc. 15. 23. 24.) Notaretur adeò *singulis damnatis non demum parari ignem infernalem post hanc vitam: sed unicuique jam adjudicatum esse ante mortem, futurum miseriæ & ὀλέθρου αἰωνίου Statum*, vel ipsâ, in novissimo agone, teste conscientiâ. Subtilius Raschi hîc Scrutator literæ, cum aliàs tempus præteritum, per שלשום s. אתמול *heri & nudius tertius*: hîc autem per solum אתמול s. *heri* describatur, concludit exinde: tale hîc dandum *heri*, ante qvod non detur dies alius, cujus respectu addi potuerit illud שלשם s. *nudius tertius*: atqve ita descendit ad secundum in Hexaemero creationis diem, יום שני לבריאת עולם יום שיש לו תמול ואין לו שלשום, i. e. *Dies secundus Creationis seculi est dies, cui fuit heri: sed non nudius tertius.* Illo ergò die UBI infernale fuerit conditum. Idem in תפתח egregiâ allusione: *Gehenna inqvit*, dicitur תפתח, qvoniam *omnis* מתפתח i. e. πᾶσα καρδία ἀνῳγῆ vid. Ep. Jacob. 1. 16. incidit in *Gehennam* שכר המתפתח ביצרו נופל שם.

Concl.

Concl. 26. Illam Thopheth infernalem *etiam ipsi Regi* (in exemplo propiore, Assyrio, Babylonio, de cœtero, omnibus infidelibus terræ Regibus, Principibus, ut notetur כי מתגאה ומתנשא בעצמו s. *superbè sese efferens* &c.) *paratum* s. *constitutum, habent* fontes. In *Rege illo* Chaldæus aberravit, subjectivè sumendo *Regem* & ut illius UBI infernalis instauratorem, cum ille *Rex* ponatur in illo *Thopheth passivè*. Cui הוכן? Resp. Etiam *illiipsi Regi*, imò *omnibus Regibus terræ infidelibus*, ferocibus & in potentiâ suâ terrestri sese efferentibus: *eorumq; castris, populis*, subditis infidelibus: qvia *DEUS illam profundissimam & latissimam fecit*. Vulgatus Chaldæum videtur secutus & inde errasse: *A Rege præparata est*.

Concl. 27. Ipsum *ignem infernalem*, respectu literæ ad *Topheth* s. *Vallem hinnom* continuante, specialius describit in membr. 2. territ. 1. sc. מרחב (Rvia hîc notetur) s. durabilis imò infinita illius Gehennæ constitutio, erit *ignis & ligna multiplicata*. Notatur sc. Status vel apparatus infernalis positus in *flammâ infinitâ*, qvæ proinde erit infinitum damnatorum *habitaculum*. Suppositio illo non malè Jarchi: מרוחה לשון אש נסק, Scil. מערכת עצים על האש קרויה מרוחה i. e. Ordinatio lignorum super ignem vocatur מרוחה. Uno verbo: *Pyra*: nec malè Kimchi finem illius מרוחה ponit לשרף נפשות הרשעים i. e. ad urendum animas infidelium, s. ad pœnam sensus exqvisitissimorum cruciatuum infernalium: nec noster Lutherus: Die Wohnung darinnen ist Fewr und Holtz die Menge.

Concl. 28. Illud sc. πῦρ αἰώνιον, ἡτοιμασμένον τῷ Διαβόλῳ καὶ τοῖς Ἀγγέλοις αὐτοῦ illam γέενναν seu τὸ πῦρ τὸ ἄσβε-

σον

ςον Matth. 25. 41. Marc. 9. 43. incendit & sustentat נשמת יהוה s. *magnificentissimus & potentissimus irati DEI halitus*, ipsum VERBUM JHOVAH, ipse DEI FILIUS, qvi est δύναμις Θεοῦ, & *majestatem Justitiæ vindicatricis* exserit plenissimè *in inferno damnatorum*, & habet se per modum *torrentis sulphurei*: inde sc. est qvod illa מדורה *infernalis* sit infinita, seu πῦρ ἄσβεςον. Apparet facilè, qvare illam נשמת יהוה s. *halitum* JHOVAH per VERBUM JHOVAH expresserit Chaldæus. Id sc. qvod per modum halit⁹ *egreditur ore, vocatur* נשימה. Ita Messias Verbum JHOVAH Patris, tanqvam proferentis illud. נשמה talis duplex datur respectus, *unus interior*, qvatenus intrinsecè concipitur: *alter exterior*, qvatenus jam assumtâ materialitate egreditur. Ibi est ad intra animæ & inde *anima* vocatur Job. 41. 12. hîc forinsecus egreditur. Ita duplex respectus VERBI non incarnati & incarnati. Omninò etiam nunc & post consummationem Θεάνθρωπος, s. *Verbum*, etiam *ut incarnatum*, idemq; præsens *incendit sustentatq;* illud *infernale* πῦρ φλογός: Convenit qvod ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ (Act 13. 33.) γέγραπται. Exardescet circa pusillum (temporis) ira ejus. **Sein Zorn wird bald anbrennen**/ cujus exarsionis terminus ad qvem שאל תחתית s. *infernus infimus*, ponitur in Cantico Mosis Deut. 32. 22. Sermo autem Davidi qvidem de *Filio DEI genito* היום: Sed velut posito in statu *petitoris* pro impetrando regno *in orbe gentium* v. 8. 9. cui proinde, etiam velut in statu naturæ humilioris assumtæ, dandum illud osculum à Regibus & Judicibus terræ v. 12. idemq; qvâ talis, is est de qvo sub inductivo *Osculi cum timore & tremore* dandi v. 11. dicitur in v. 12. יבער כמעט אפו. **Sein Zorn wird bald anbrennen.**

ORATIO XV.

Concl. 1.

SUperioris Prophetiæ, tùm qvoad *Minas* v. 1. 2 3. tùm qvoad *promissionem* bis figuratam & explicatam, superioris *Protectorij* & *Salvæ guardiæ* cœlestis v 4.5. recapitulatio & concluſiva ad Consilium pœnitentiæ exhortatio à v.6. ad ultimum datur in c. 31. Summa tmematis I. *Va*, spreto ad SANCTUM ISRAELIS *respectu*, & excusso ejusdem potentissimo protectorio, *eqvorum*, *eqvitum*, *curruumq; militarium* robori subsidioq; fidentibus & illorum impetrandorum causà, *sine reqvisito DEI Consilio in Ægyptum* splendidam legationem parantibus, imò jam *descendentibus*.

Concl 2. Habebatur illud in Concilio Judæorum grande Sophisma, ipsorumq; Ægyptiorum non saltem postulabatur auxilium, qvia Potentes: sed & Consilium, qvia Sapientes: atq; adeò & Sapientiæ & potentiæ nomine commendabatur fœdus Ægyptiacum. Opponitur autem illi *Sapientia* & *Potentia DEI Judicis*. Frustra sc. in illo fœdere, in arcanis vestris Consiliis Sapientiam vobis persvadetis, qvâ prudenter, destinatum vobis excidium declinare possitis, qvia etiam *Sanctus Israelis* sapiens est, & *qvia sapiens*, *malum pœnæ adducet*, *& verba sua* (supplicia vobis decreta ac intimata) *non retractabit* (amovebit) Insurget potius (DEUS iratus) *in domum malefi corum* (contra populum rebellem, contra illos petitores Ægyptiaci fœderis) *& in auxilium operantium iniqvitatem* (i. e. contra ipsos Ægyptios vanos opitulatores.)

Concl. 3. Supplicium illud tùm Judæis auxilium Ægypti solicitantibus, tùm Ægyptiis opitulatoribus in v. 2. generaliter intimatum legitimat Propheta in v. 3. Scil. *Ægyptii sunt saltem homo: non fortis DEUS: eqvi illorum Caro, non Spiritus.* Ad solam ergò

extensionem manus Jhovah corruet עֹזֵר *s. adjutor, & cadet* עָזוּר *s. Adjutus, & sic nexi in fœderis delicto, nectentur qvoqve in supplicio, in tali sc. coadunitione omnes illi deficient.*

Concl. 4. Protectorium verum, & cœleste, illi opponit Ægypti protectorio, geminâ assimilatione s. modificatione v. 4. & 5. Simile primum est ab *invicto impavidoq; Leone* v. 4. Summa ejus ordinata in dicto JHOVAH ad Prophetam hæc est. *Sicut Leo, etsi adhuc Adolescens, vel Juvenis Leo, ubi contra illum advocatur plenitudo Pastorum* (vel, qvotqvot adsunt Pastores: Belgicè: **al Watter voor herders ontrent zyn**) *rugit super prædam suam, à clamore illorum non* (fractus animo) *reformidat, & à strepente multitudine illorum non demittet sese* (J. & Trem reddentes: *Sicut rugiens Leo & juvenis Leo ad prædam suam, cum vocatur contra eum multitudo pastorum, à voce eorum non terretur*, in formali non satisfaciunt. Positus יהגה האריה & accentuatio ֥, Kadma, Geresch non patiuntur יהגרה ad *subjectum* referri: neglecta præterea vis Rvia in טרפו, eminentia *Sakeph-katon primi* in רועים, præ *secundo* in יחת qvæ merebantur hîc in tantâ inprimis territorii i. prolixitate observari.) Ita JHOVAH descensurus est ad militandum pro monte & colle Sionis (s. pro Ecclesiâ)

Concl. 5. Simile 2. est ex *Ornitologiâ sanctiore* v. 5. Summa est: *Sicut aves volucres* (alarum beneficio & vel ipso rostro ac unguibus, velut apparatu bellico suos pullos protegunt, & contra feras noxias, viperas, vel accipitrum de grege prædones nidum populaturos ita defendunt, ut qvi nido creabant periculum, fiant sæpè nidificantibus pabulum) *ita* (eodem planè modo) *protecturus est* JHOVAH ZBAOTH *Jerusalaim* (scutum, clypeus illi futurus) *protegendo etiam eripiet, transiliendo etiam liberabit.* Egregiè Versio Germ. nostra: **Der HERR Zebaoth wird Jerusalem beschirmen (wie die Vögel thun mit Flügeln) schützen / erretten / darinnen umbgehen / und außhelffen.** Respectus ad miraculum primæ noctis Paschalis in Ægypto.

Concl. 6. Inepta planè hîc animadversio est Ludovici de Dieu: *Conjungo*, inqvit, *inter se ex more Hebraismi* יגן גנון. *Itaqve neglectui habeo accentum Atnach in* ירושלם, *qvi non ad sensum est adhibitus:*

bibitus: sed cantus gratiâ, qvia inter יגן & גנון *magna erat verborum interpositio.* Vertit ergò: *Sicut aves volant: sic proteget Dominus exercituum Jerusalem protegendo, & liberabit transeundo & servabit.* Delirium illud *de accentuatione* (c. c. Atnach) non ad *sensum:* sed *ad cantum*, refutari non meretur, qvia nimis crassum. Et qvare alibi utitur ille accentuatione ad sensum, si non ad sensum: sed saltim ad cantum? Esto verò. Sit hîc Atnach ad Cantum. Ergone ibi subsistendum in canendo, ubi non in legendo? Absurdum. An non Cantus eosdem debet habere terminos, qvos lectio? Si ergò in cantu, etiam in lectione & sensu. Si non in his, nec in illo. Et si hîc Atnach nihil ad sensum. E. nec qvicqvid antecedit accentuum: E. illa omnia ad Musicam. Sed qvam? Mirum qvod non apponendo modos hîc specimen dent Musicæ illius, de qvâ adeò sunt clamosi. Et qvod inductivum ad neglectui habendum accentum Atnach? Hebraismus sc. יגן גנון. At, an hîc talis positus s. illarum vocum nexus, prius ex conscriptis signis erat dispiciendum: non ex illo suppositio, in Civitate DEI extemplò turbandum.

Concl. 7. Non qværitur de Atnach, an scilicet in illo, qvoad plenum semper sensum sit subsistendum? Illud enim æqvè ineptè affirmaretur, ac ex ignoratâ proportionis & distinctionis accentuum ratione, vulgò, negatur Atnach sempèr distinctivus, qvia sc. alicubi e. c. in 1. Versu Bibliorum non crassè pro ratione occidentali distingvit. Licebat ergò hactenus Hebraismum superiorem applicare, salvo jure Regis Atnach per repetitionem יגן in m. 2. qvo nihil familiarius, qvod totum tamen mensurat accentuatio & positus m. 2. Reddendum hâc ratione erat: *Sicut aves volantes, sic proteget* DOMINUS ZBAOTOH *Jerusalem* (hactenus membrum 1. & Atnach distingvens sensum primum, etsi ex hypothesi qvoad modificationem nondum absolutum) Proteget inqvam, *protegendo, ita ut liberet, transeundo, ita ut servet.* Sic Salvus Atnach. Obstat tamen διχοτμία parallela membri 2.

Concl. 8. Cœterum prout Ludov. de Dieu expressit, absurdissimum. Sc. 1. Atnach habetur pro nectente & Merca seqvens in

m. 2. pro Accentu totum membrum primum distingvente. 2. Ita Atnach fieret Minister, Merca Rex: & Atnach cum anteced. distinctivis, minore Tiphcha & majore Sakephkaton subjicerentur in sensu, Ministro Merca. Tiphcha item suos anteceſſores subditos Reges, minorem Tvir, majorem Rvia eidem subjiceret. 3. Ita Merca ante Tiphcha qvidem tractum vocum antecedentem distingveret, non autem vocem suam cum seqventi Tiphchatâ necteret. 4. Tiphcha Rex liber iterum fieret Minister, nec antecedentem tractum in m. 2. distingveret: sed vocem suam cum seqventi necteret. 5. Merca secundus ante Sylluk iterum ex Ministro Rex fieret, antecedenter distingveret. non conseqventer necteret. Hoc reveta est חמסו תורה חללו קדש & per βιαιων ἐρεῖλλῶν τὰ γεγραμμένα Zeph. 3. 4.

Concl. 9. Hebraismus autem, qvalem Ludovicus hic voluit, impertinens, ut sc. *infinitum verbo subjunctum, sine altero infinito copulato, seqvatur in tantâ ejusdem membri distantiâ.* At, qvi nescit Hebraismum esse, positum talem *infiniti* cujus hîc *duplex exemplum in uno membro*, nescit, qvod in SS. literis freqventissimum. Obstat Ludovico posit°. Uti sc. se habet פסוח והמליט: ita גנון והצירל, Obstat accentuatio. Debebat juxta illum esse Tvir in צבאות, Tiphcha in ירושלם, Atnach in גנון, Merca in והציל, Tiphcha in פסוח. Hæc si ita neglectui habere licet, fiat periculo negligentis. Dederunt sanè hæc neglecta Ecclesiæ mala luctuosa.

Concl. 10. Conclusio, qvâ vocantur ad pœnitentiam profundissimi hactenus Apostatæ, est in v. 5 ubi *imperativus pœnitentialis* expressus, idemq; *Rvia* Rege signatus est in voce statim 1. שׁבו *Revertimini.* Subjectum reversionis sunt *Filij Israelis*, qvi proinde hîc stant in casu vocandi non in casu nominandi, ut sit: *O Filij Israelis revertimini ad eum qvem profundâ apostasiâ provocarunt:* Erravit hîc Tremell. Versio: *Revertimini* (ô reliqviæ) *ad eum qvem summâ apostasiâ provocarunt Filij Israelis.* Ita sc. *Consilium pœnitentiæ* non daretur illis, qvi hîc dicuntur *Filij Israelis:* sed *tacitis qvibusdam reliqviis.* Obstat *accentuatio.* Juxta Tremell debebet in שׁבו esse ad minimum

mum Rex *Territorialis* l. accentus superior Rege Tiphcha: nunc cum sit Rvia, cujus subordinatio hîc est & relatio ad Tiphcha velut inferioris ad superiorem, reddendum: *O Filij Israelis revertimini.* Qvâ ratione a. hîc in *imperativo pœnitentiali persona*, 2. *in actu criminali* העמיקו persona 3. ex Hebraismo concilietur, elementare est, & jamdudum à Kimchio notatum ad Isa. 1. 28. Ratio præterea h. l singularis. *Consilium pœnitentiæ* etiam illis *individuis* præscribebatur, qvi non erant in gradu Apostasiæ æqvè profundo. Neqve enim opus est, ut qvi ad pœnitentiam vocantur sub titulo Universitatis, sint in eodem gradu profundissimæ rebellionis & apostasiæ. Reddendum: O filii Israelis revertimini ad illum, cui (maxima pars vestrum) profundavit apostasiam (rebellionem) s. à qvo horrendâ & profundissimâ apostasiâ defecit. Conf. qvâ accent. Malach. 2. 1.

Concl. 11. Post Consilium pœnitentiæ admissum (cujus signum *abdicatio otanis Idololatriæ & sculptilium factorum in peccatum* v. 7.) sub placato jam DEO omnia succedunt prosperè, & Ecclesia est sub magno satis defensore, ita ut nemo hanc impunè lacessat. Tunc *Assyrius hostis* vel Angelicis præliis debellatur (neqve enim, ubi Protectoris terrestris *hominis gladius* deest, DEO Protectori deest *gladius*) tunc *ipse Assyrius* fit *palans miles*, ejusdem *regnum antea sveta tributa orbis terrarum accipere, fit tributarium* v. 8. tunc *transit gloria Castellorũ ejus*, dejiciuntur munimenta: *Principes ejus bellatores metu vexilli cœlestis exanimantur*, & confringũtur. Atq; ita Pharaschâ hanc obsignat sigillo majestatis: *Dictum* JHOVAH *cui ignis est in Sion & furnus in Jerusalem* v 9. Succedit nova de *Emendatione temporũ.*

Concl. 12. Oratio Cap. 32. à vers. 1. ad vers. 9. apud Hebræos annectitur superiori. Malimus tamen habitâ argumentorum ratione distingvi. Tmema primum ita habet in fontibus: הֵן לצֶדֶק ימלך־מלך ולשרים למשפט ישרו. Dubium hîc panditur geminum, unum *de positu formali* illius לשרים in m. 2. alterum *de accommodatione materiali totius* s. פסוק *Versus Biblici*, vel *etiam Phamschæ*. Patebit utrumqve ex repræsentatione seqventi paraphrastarum & Metaphrastarum. Chaldæus expressit: הא לקושטא ימלך מלכא וצדיקיא למעבר פורענות דין מן עממיא יתרבון:

יתרבון: i. e. *Ecce justè Rex regnabit, & Justi ad exercendam ultionem judicij à populis magnificabuntur.* R. Kimchi: *Ecce ad (procurandum jus &) justitiam (& per justitiæ meritu, victoriam, seu ab Assyrio liberationem gloriosam) regnabit Rex (Hiskias) & Principes principatum gerent ad* (procurandum) *judicium.* Addit idem: למד לשרים להורות על העצת ויספק זורתה Sc. ל in לשרים *non esse sine aliquo Consiliorum respectu significato*, ut e. c. notetur: *Consilia Principum Consiliariorum fore* למשפט: *extra illud autem abundare æquè prout alibi.* Allegat loca 2. Sam. 3. 30. הרגו לאבנר, 2. Chron. 3. 11. לאמורית חמש, 1. Chron. 3. 2. השלשי לאבשלם. Raschi: *Ecce propter justitiam regnabit Rex (Hiskias) & super Principes, qui judicio præsident.* Aben Esra eodem modo de *Hiskiâ* ejusdemq; *Consiliariis* s. *Proceribus aulicis* explicat, & de ל in לשרים allegato exemplo superiori 1. Chron. 3. 2. inqvit: לא ידעתי לו טעם.

Concl. 2. Abrabinel: יש מפרשי הכתובים האלה על מלך המשיח מהרה יגלה שימלך לצדק וגו אבל כפי האמת והקשור הפרשיות לא נאמר כל זה כי אם על חזקיהו מלך יהודה שבזכותו תהיה תשועת ירושלים i. e. *Sunt ex Commentatoribus qvi textum hunc explicent de Rege* MESSIA *propediem manifestando: sed veritas & catena* s. *nexus Pharascharum jubet nos explicare de Hiskiâ Rege Judæorum, sub qvo Rege sancto Jerusalem servata, prout sub Hoseâ Israelis Rege impio Samaria deleta.* Reddendum adeò: *Ecce* (Hiskias) *Rex regnabit ad justitiam* (non velut sive Achasus, sive Hosea: sed ut administret justitiam: neq; hoc saltem apud subditos inferiores: sed & apud ipsos potentiores Principes, Officiales: regnabit enim vel imperabit) *etiam ipsis Principibus* (s. propter ipsos Principes: id sc. aget, ut singuli officiales sui candidè justitiam administrent, & adeò) *in judicio verè Principes sint* (sine omni fuco & fallacia se velut Principes & Justitiarios gerant) Græci: ἰδοὺ ἐις δικαιοσύνην βασιλεύσει βασιλεὺς, καὶ ἄρχοντες ἐις κρῖμα ἄρξουσιν. Vulg. *Ecce in justitiâ regnabit Rex & Principes in judicio præerunt.* J. & Trem. *En justè regnaturus est Rex* (Christus) *& Principes jure Principatum gerent* (administri Regis & Ecclesiæ sanctè ministrabunt)

Addunt

Addunt in notis: *de Chiskiâ aut ullo alio præter Christum accipere tùm sequentes promissiones prohibent, tùm verò antecedentium calamitatum descriptio.* Luth. noster: *Ecce in justitia Rex regnabit* (Dabo justum Regem Ezechiam) & (sub eo tanquam justo capite erunt quoque) *Principes justi.* Versio German. Sihe/es wird ein König regieren/Gerechtigkeit anzurichten/ und Fürsten werden herrschen das Recht zu handhaben. Belg Versio: Siet een Coninck (Christus JESus) sal regeeren in Gerechtigheydt: ende de Vorsten (de Dienaers deses Koninghs in syn geestelyck Ryck) sullen (door het Woort Godes) heerschen nae Recht.

Concl. 14. Pro *Hukia* omninò facit *nexus* antecedentèr: idq; rectè agnitum *ab Abrabinele & Anteceſſoribus*: sed & ipso nostro Luthero. In tmemate immediatè antecedente s. 8 & 9 c. 31 memoratur *Rex, hostis Jhuda*, Assyrius sc. ejusdemq; PRINCIPES qvibus nunc opponitur in ipso regno Jhudâ Rex Chiskias & PRINCIPES ejus. Illi furebant vel insaniebant contra *Regnum Jhuda*, in cujus funus blasphemè conspirabant. Hi pro Civitatis Davidicæ salute lacrymosis precibus DEO supplicabant, & Victoriam Sioni, clademhosti impetrabant. Nexus adeò pulcherrimus: Licet Rex Assyrius, ejusdemq; Principes fuerint contra Jhudam ejusdemq; Regem in primis & Principes, tamen illis etiam invitis & furentibus manebit Regnum & qvidem tunc pulcherrimè reformandum: imò Assyrius *Rex* trepidus post excisa gladio Angelico castra fugiet: *Principes* ejus, metu vexilli cœlestis attoniti conterentur: *Juvenes* cœteriq; in regno Assyriæ superstites reddentur *tributarii* (vid. c. 31. v. 8. 9.) at in Civitate David supererit *Rex*, idemq; *regnabit in justitia*: supererunt Principes, iidemq;, qvæ summa Principum laus est, *Principatum gerent pro Justitia*: supererit liber & servitutis oblitus populus. Promissiones v. 15. 16. probant qvidem ibi *agi de regno Christi*: sed non in hâc Pharaschâ, inter qvam & illa loca intercedit Pharascha de Calamitate Judæorum Babylonicâ à v. 9. ad 15. Saltus ille ab Assyrio ad tempora Messiæ & ab his iterum ad Babylonicam calamitatem, non convenit Prophetiæ: cum juxta hypothesin alteram hîc ordo accuratus fluat ab Assyrio debellato

ad [illegible]liæ

ad Hiskiæ reformationem & triumfale regnum à v. 1. ad 9. ab hoc deinceps ad *Calamitates sceptri Babylonicas & post-Babylonicas*, adusq; *Christum*, à v. 9. 10. ad 15. unde felicisfimorum temporum Character, *effundendus de excelso super Sionem Spiritus* à v. 15. ad f. In *Chiskia* tamen Rege ejusq; regno typum Regis infiniti & sublimioris regni nemo negabit. Qvoad dubium *positus formalis* notamus 1. לא f. illud *non est pleonasticum, neq; h.l. Nominativi casus signum:* nec probant *duo priora loca Kimchii* pleonasmũ: nec *Nominativi signum* loca Jos. 10. 21. Deut. 24. 5. Videndum tertium Kimchii, & an alia e. c. 2. Sam 16. 2. c. 17. 16 2. Reg. 7. 2. Jer. 30. 12. Dan. 4. 33. Job. 16. 21. 2. Chr. 23. 6. *Apparens* sc. vel etiam *resolutus Nominativus* non probat Nominativum in formâ: & specialis particulæ talis suppositio determinanda semper ex inspectione positus particularis & accentuationis Sic, si hoc loco reddas: *Et qvod attinet ad Principes, juxta Judicium gerent principatum*, resolutio qvidem foret in Nominativum: cœterum in formâ non esset Nominativus. Sic ex hypothesi, si daretur לשרים *Nominativus* in formâ, non tamen exinde flueret Pleonasmus particulæ: sed explicanda nihilominus vis illius particulæ e. c. **Fürsten werden nach dem Ampt rechtschaffener Fürsten / ihr Regiment in Recht und Gerechtigkeit führen / vel: Die den Fürsten Titul führen / werden auch Recht und Gerechtigkeit Fürstlich handhaben.** Hoc sc. vel parallelo aliqvo modo legitimanda foret vis particulæ.

Concl. 15. Ponimus 2. לא תבא למר באופן ההכרית f. *non habet particula* ל *hic respectum sive objectivum sive finalem*, ut sc. reddere possis eo modo, qvo supra Raschi, & Abrabinel, ac si ל in לשרים subordinetur *Verbo regnandi*, & dicatur ille *Rex imperaturus* לצדק etiam *ipsis Principibus, ut ita ipsi Principes jure principatum sint administraturi.* Reqvireretur accentuatio: ולשריִם למשפט ישרו: obstat præterea paralleliſmus membrorum, in qvo illud למשפט ישרו correspondet illi לצדק ימלך, non obstante qvod propter *copulam actus cum subjecto* in m. 1. לצדק per *Tiphcha* distingvatur: in m. autem 2. propter *copulam actus* cum משפט velut

regulæ

regula actus vox למשפט per *ministrum* copulatur, cujus ratio *Subjectorum in membris positus disparatus.* Parallelissimus est:

לצרק	ימלך	מלך
למשפט	ישרו	לשרים

Concl. 16. Particulam ל idem qvod *propter* Psal. 17. 4. ex Genes. 2. 23. malè probatur. Eandem Accusativi notam, dandum non saltem in positu Jud. c. 17. 10. 13 Jesa. 49. 4. Psal. 74. 19. אל תשכח לנצח; sed & extra e. c. 2. Sam. 3. 30. Jer. 40. 2. 1. Reg. c. 6. 16. (ubi *triplex exemplum* particulæ ל) in לו, in לדביר, in לקדש & in 1. errarunt *Genevenses: Ædificavit* (Salomo) *illud intrinsecus in adytum scilicet in Sanctum Sanctorum:* in 2. *L. de Dieu* exprimens: *Et struxit illi* (templo) *intrinsecus oraculum in Sanctum Sanctorum:* in 3. *Tremell.* reddens: *Contabulavit* (Salomo) *ipsi* (DEO) *intra adytum in Sancto Sanctorum.* Reddendum: *Contabulavit illi* (templo) *ab intra ipsi adyto,* (futurum) *in Sanctum Sanctor.* i. e. *id qvod esset S. Sanctor.*

Concl. 17 Sic in *Voto Davidis* Psal. 74. 19. egregiè nostra translatio: Du wolteſt nicht dem Thier geben die Seele deiner Turteltauben. Ita in loco Jobi c. 12. v. 6. *Tranqvilla sunt tentoria vastatoribus & securitates concitantibus DEUM* (seqvitur לאשר הביא אלוה בידו juxta L. de Dieu) *in eos qvos introduxit DEUS in manum suam* (i. e. in pios, qvos DEUS qv. gestat in manibus) Obstat illi Consilium fontium. Reqvireretur accentuatio talis in ישלו אהלים לשֹׁדְדִים ובטחות למרגיזי אֵל; Sed & in לאֹשֶׁר vel æqvalis accentus. Mercerus expressit: *Securitates sunt concitantibus DEUM* (irritantibus DEUM confidenter) *propter ea qvæ adduxit DEUS in manum ejus* (eorum i. e. ob *summam felicitatem, qvam largitur eis DEUS*) vel, qvod mavult L. de D. *irritantibus DEUM per ea qvæ adduxit DEUS manu suâ* (qvi abutuntur ipsius DEI bonis, qvæ propriâ suâ manu attulit) *Ter* hic mutavit sententiam *Ludov. de Dieu.* Difficultatis ratio principalis circa לאשר, an *casum signet* ל? & si, *qvem? an qvoqve significet?* & si, *qvid?* an *per*, an *propter*, an *in?*

Concl. 18. Merceri Verba malè à Ludovico correcta. Manus illa *Vastatoris* est. *DEUS* non dicitur *adductus*, vel *manu idololatræ gestatus*: sed *adducens*. Exprimendum: *Tranquilla sunt tentoria, & securitates* 1. *illis Vastatoribus*. 2. *Illis DEUM fortem irritantibus*. 3. *Illis in quorum manus DEUS induxit* (quibus manus implevit, quos hujus seculi bonis locupletavit) Præcesserat v. 5. *Justus est lampas contemtus imaginationi splendidæ securi* (Impius, cujus secura sunt tentoria in superbis suis conceptibus *justum pro contemtâ habet lampade*, insultat misero superbè) *imò talis Lampas quæ est parata nutantibus pede*.

Concl. 19. Manet ל in לצרק & למשפט eandē habere suppositionem, sive illud appelletur ל קו ושורה ut dicatur, Regum ac Principū esse Regnum Principatūq; juxta jura administrare: sive ל תכלית i.e. *finale*: sc. *propter justitiam* &c. Illud a. ל in ולשרים, exprimendū h m *Et qui sunt in Principes* (ac si esset ואשר הם לשרים) i. e. *Qui Principum munere excellunt*. Qvâ ratione de cœtero Chaldæus reddens Principes per *justos* intelligendus: qvâ ratione item credentes, *Apostoli* inprimis in regno JESU triumfali dici possint שרים f. ἄρχοντες ex Psal. 45. 17. Psal. 68. 28. & vel ex unâ *Apocalypsi* satis constabit. Sed de illo משרה Evangelico hîc in sensu literali agi, nobis jam supra probabile haut visum.

Concl. 20. Atqve hîc dubium ex v. 2. secundum. An ille איש habeat se *passivè* per modum indigentiæ? An habeat se *activè* per modum correlatæ prævalentiæ? Aff. 1. Ratio, evidentia tum *totius qvaternarij*, tùm inprimis *binarij comparitionis novissimi*, unde & ipsa Versio Germ. Lutheri, qvæ *binarium primum* expresserat *passivè*, per posteriorem satis accuratè ostendit, qvo sensu prior sumendus binarius: Es wird iederman seyn als einer / der für dem Winde bewahret ist / und wie einer / der für dem Platzregen verborgen ist / (hactenus binarius 1. nunc 2.) wie die Wasserbäche am dürren Orth / wie der Schatten eines grossen Felsen im trucken Lande. Fatemur. *viâ eminentiæ* ὁ ἀνὴρ futurus ἡ ἀποκρυφὴ ἀπὸ πνεύματος καὶ λαίλαπος in regno, Rex Christus est. Cœterum ex illâ suppositione activâ non statim conclamandū *in Messiam* velut exclusivè & formaliter hîc נשא המאמר f. *Subjectum Orationis*. Agnovit hoc magnus noster Luth. in Scho-

liis ad h. l. graviſſimis, ex qvo morale extruxit tale: 1. *Magiſtratus eſt murus defendens à vi ventorum & pluviæ, eſt rivus in arido loco, eſt petra umbræ. Magnifica res eſt Magiſtratus, ut rectè à Chriſto* ἐυεργέται *ſint dicti. Nam Magiſtratus officium eſt ut ſit qſ. tutela adverſus Diabolum, & omnia ejus membra. Adverſus hos ventos, procellas, ac tempeſtates Magiſtratum in mundo conſtituit DEUS. Ad Magiſtratum non animus ſolùm ingens: ſed & magna ſapientia ac patientia reqviritur.*

Concl. 21. Neqve ſaltem *Emendatio temporum politica:* ſed & *Eccleſiaſtica* ſub Hiskiâ prædicitur, tùm reſp. *Doctorum*, v. 3. m. 1. tùm reſp. *Diſcipulorum*, m. 2. Ita *Eccleſiæ & religioni ſervit Politia*, & *pax publica:* Sic naſcituro in *Bethlehem* IESU ſervivit *Cæſar Auguſtus* & ἡ ἀπογραφὴ οἰκουμενικὴ. οὐ γὰρ (prout elegantèr Chryſoſt.) οἴωθεν, οὐδὲ παρ' ἑαυτοῦ τότε ὁ Αὔγουστος τὸ δόγμα τοῦτο ἐξέπεμψεν. ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ κινοῦντος αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, ἵνα καὶ ἄκων ὑπηρετήσηται τῇ τοῦ Μονογενοῦς παρουσίᾳ. Effectus illius *auſcultationis* eſt in v. 4. Ponitur ſc. 1. accurata *Verbi illius auditi* & agniti mentalis *diſcretio*, qvippe Cor נמהרים ſ. *ſimplicium* (antea *ex ignoratione myſteriorum cœleſtium, inconſideratè impingentium*) *intelliget* (prudenter diſcernet) *notitiam:* Ponitur 2 expromta & ſvavis elocutio, qvia ſc. *lingva antea balborum, expromta erit ad eloqvendum pura, elegantia.* Et ita illi antea נמהרים ſ. *inconſideratè feſtinanter acti*, nunc erunt ממהרים ſ. *feſtinantes elocutores:* ſed דבר צחות ſ. *ad loqvendum nonniſi ſacra, nitida, gratioſa*, DEO & Eccleſiæ pretioſa. Applicatio in regno Chriſti ad illos διδακτοὺς τοῦ Θεοῦ Joh 6. 45. & doctrinæ Chriſti efficaciam diſcretivam, per qvam *Angelus fœderis eſt DEUS Judicij* Malach. 2. 17. c. 9. 2.

Concl. 22. Illam *temporum emendationem* per exempla, & *diſcretionis illius* ſigna deſcribit à v. 5. Theſis eſt: *Titulus Evergetæ* ſ. *munifici Principis* (נריב) *non attribuetur amplius Stulto* (flagitioſo) *nec Titulus Nobilis Avaro.* Ubi *Nominativus Grammaticus* abſolutè poſitus, ita habendus ut *Dativus particulatus Objecti*, fiat *Nominativus Subjecti*, gemino oſtenditur exemplo 1. *Non vocabitur amplius Stulto Princeps*, i. e. Ein Narr wird nicht mehr Fürſt heiſſen. 2. *Avaro non dicetur*

cetur Nobilis: i. e. Es wird nicht mehr ein geitziger Herr (Edler) genand werden: uti egregiè hîc iterum Versio *magni nostri Lutheri*, qvi in titulis נדיב & שוע *dignitatis & officij* respectum habuit, non præcisæ Virtutis e. c. *Munificentiæ & liberalitatis*, ita contextu postulante, qvi *Emendationem temporum à Magistratu Politico & Doctoratu Ecclesiastico* perseqvitur, nec alitèr שוע *(extra clamoris significationem)* qvàm ut notet einen Edlen / Edlen Herrn / Job. 34. 19. conf. etiam in abstracto pro *nobilitate* Job 36. 19. Benè idem Lutherus sensum hîc in Scholiis expressit: *Reformatio*, inqvit, *politiæ sequitur. Stultus non vocabitur amplius Princeps* i. e. *qvi malè aliis præsunt, sive in politiâ, sive in officio verbi iis abrogabitur imperium.* Ita sc. *intendisse* Prophetam, patet ex indole *Stulti*, v. 6. & *Avari*, v. 7. qvam ita describit, ut ad *honores publicos & gerendum Magistratum ineptissimum* utrumqve esse doceant, eorundemq; moribus & indoli *Characteres boni Principis* opponat v. 8. qvos iterum egregiè Lutherus noster expressit: Aber die Fürsten werden Fürstliche Gedancken haben / und darüber halten: Princeps sc. qvem daturus sum populo meo, vel qvi verè mensuram Principis implet, non saltim beneficentiæ Consilia inibit vel publicabit, non saltem *liberales cogitationes, qvâ ratione prosit potius, qvàm præsit bono publico, habebit:* sed etiam in illis immotus firmusq; perseverabit, eorum executionem procurabit.

Concl. 23. *Status* omninò *corrupti* signum, ubi *honorum munerumq; indiscreta distributio*, ubi summis etiam muneribus, sive in Ecclesiâ, sive in Politiâ, *Avari & Stulti* s. corruptissimi, & impii præficiuntur, iidemq; *excellentissimis Nobilissimorum & Illustrium qvoqve* imò *Principum titulis per obnoxios* honorantur. Illam *hypocrisin* hîc Prophetam perstringere *& subjusto Rege, illi qvoqve Reip. pesti hîc exitium denũciare*, ita ut tunc non futuri sint מחניפים זה אחר זה s. *tales hypocritæ, qvales sub Achaso eminuerunt*, non malè à Rabbin. notatum in h. l. Commendatur ab illis dictum suorum Antecessorum: אחר מארבעה כתות שאינן מקבלות פני שכינה היינו כת החנפים i. e. *Ex 4. turmis, qvæ non admittuntur ad facies majestatis, est turma hypocritarum.* Probant ex Job. 13. 16 לא לפניו חנף יבא i. e. *Non veniet in conspectum ejus hypocrita.* Qvomodo alibi in tentoriis

tentoriis divinitatis locandus memoratur, der die Gottlosen nicht achtet/sondern ehret die Gottfürchtigen Psal. 15 4.

Concl. 24. Sed qvid illud עוד in v. 5. an notat *durationem infinitam* עוד כל ימי הארץ s. עוד *infinitum* eo modo qvo Gen. 8. ult. ita ut absolutè negetur unqvam futurum, ut dicatur לנבל נדיב ולכילי שוע? an *durationem* determinatam seu certo tempore (e. c. ætate imperiali Chiskiæ) *circumscriptam*, ita ut notetur אותו דור של חזקיהו? Affirmat posterius Abrabinel allegans exemplum parallelum Prov. 31. 4. ubi notetur עוד היין בו s. *tempus illud, qvo miser præ sumto Vino se non sentit miserum.* Admittimus hanc Confessionem *de Suppositione* Vocis עוד eandemq; *Rabbinis* aliis opponimus. Illi, ubi *de Charactere pacis in temporibus* MESSIÆ agitur, & ex hypothesi, vel ex abundāti etiam, à nobis ostenditur PAX *tempore nati nostri* JESU *sub Monarchiâ* AUGUSTI *ab ipsis Gentilium Scriptoribus adeò decantata*, ex Is. 2. 4. urgere solent illud: לא ילמדו עוד מלחמה *non discent ulterius bellum* i. e. *nunqvam ultra* bellum est futurum: & hîc in illo עוד se magnificè efferunt. Prolixè Raymundus in Pugione fidei illam objectionem diluit, adductis, in qvibus עוד post negativam non dicit *absolutam & infinitam actus negationem:* Gen. 35. 10. 1. Sam. 7. 13. c. 13. 5. Sed nos jam *præcipuum Rabbinorum Confessorem* in hoc loco Isaiano notavimus, qvem adeò Judæis opponentibus opponimus.

Concl. 25. Thesis specialis v. 5 fuerat: כילי & נבל *non appellandos* נדיב & שוע qvi æqvè *illustris* titulus est. Legitimat illam per *inductionem oppositam Characterum* 1. *Stulti* s. נבל v. 6. 2. כילי s. *Avari* v. 7. 3. נדיב s. *Principis boni* v. 8. Atqve hîc circa classem priorem geminā, qværitur: *an in illis describantur* גנות הנבל והכילי s. *ignominiosi Characteres Stulti & avari?* an רוע המחניפים s. *detestabile ingenium adulatoris hypocritæ*, ita ut exprimatur, *qvanta pestis sit hypocrita & qvot malorum causa?* Posterius vult in h. l. Abrabinel. Cœterum errat. Aliud est: *Assentatorem talem Hypocritam qvi Stulto dat titulum Principis, & Dominatoris illustris*, esse qvoqve reipsâ *Stultum, & Stultum esse hypocritam* (vid. v. 6.) aliud illum sub *formali talis*

Hypocritæ Adulatoris contradistincti Stulto in v. 5. hîc intelligi per *Stultum*, & illum *Stultum* in v. 5. hîc intelligi per כרי s. *Avarum* in v. 7. qvod vult Rabbinus. Prout נבל in v. 5. ita & in v. 6. Prout כלי in v. 5. ita & idem in v. 7. Prout נדיב in v. 5. ita idem in v. 8 qvæ anatomia theseos v. 5. evidens & accentu Regio signata in v. 6. נבל per Pasta: in v. 7. וכלי per *Tiphcha*, & eodem modo נדיב in v. 8. propter *parallelum vocum & numerum & positum*.

Concl. 26. Characteres נבל ponuntur 1. *in Ore*. 2. *in Corde* v. 6. m. 2. *Cor* sc. *Stulti unicè intentum est ad scelerum & iniqvitatis machinationes*: & *Os Stulti eloqvitur stultitiam*. Finis ponitur duplex v. 6. membr. 2. unus *formalis in ordine ad ipsum DEUM*: *exercitium hypocriseos & prolocutio errorum ipsi DEO & revelatæ per illum veritati* ac *voluntati repugnantium* (territor. 1.) alter *intentionalis* subordinatus, vel *ultimatus qvoad proximum* sc. להריק נפש רעב *evacuare animam famelici*, omnem cibum imò succum vitalem proximo etiam jam pauperi, jam *esurienti*, subtrahere, extremè illum ad Sangvinem usqve exhaurire: non saltem per commiserationis opitulatricis denegationem: sed & per despoticam ac crudelem tractationem interficere (in terr. 2.) Idem alio signo notatur in territ. 3.

Concl. 27. Scil. *Talis* נבל *non saltem ipse destituitur liberalitatis & commiserationis Spiritu*, non saltem ipse non cibat, non famelico sitienti potum præbet, non saltem aliis cibaturis Symbolum nullum addit: *sed etiam* להחסיר s. *facit deficere* משקה צמא i. e. *Potum præbituros sitienti*. Sensus est: Si qvi adhuc dantur subditi paulò opulentiores, qvi per opes possint potare pauperes Messiæ fratres & Confessores, *Princeps Stultus* horum opibus inhiat, iisdem plumas omnes evellit, vel eos ingeniosis Sophismatis in tantum emungit, ut deinceps non amplius possint Charitatis illa opera præstare, & pauperi fratri sitienti potum subministrare. Et sic *Princeps Stultus* משקה צמא להחסיר s. *deficere facit & potum & potatorem sitientis*. In להחסיר formæ *conjugationis* hîc insistimus. Unus, præter hunc locus non obstat *transitivæ*: in משקה *suppositio personalis* retinenda

nenda & *vis* qvoqve *conjugationis*. Si in יחסיר intransitiva, & in משקה potus saltem significatio, positus reqvireretur: ויחסיר משקה צמא. Si tamen ipse צמא subjectum, prout vult Abrab. vel positus reqvirebatur talis: ומשקה יחסיר צמא vel: וצמא יחסיר משקה: vel in illo יחסיר suppositio *impersonalis*, qvæ materialitèr ipsum צמא haberet subjectum, ac si sit: *Sitiens destituitur* משקה צמא *potante sitientem*, de qvo positu pluscula jam supra. Mirum qvid Græcis Interpp. in mentem venerit, qvod in v. 5. illud: *Avarus non dicetur Nobilis* reddiderint: οὐκέτι μὴ εἴπωσιν οἱ ὑπηρέται σου σίγα i. e. *Ministri tui non amplius dicent tibi: Tace.*

Concl. 28. Character כילי ponitur in v. 7. tùm *generalitèr* & insigni elegantiâ Lingvæ, eaq; duplici in m. 1. Una in *Nominativo emphatico præposito*. Sc. *Avarus, instrumenta ejus mala sunt:* altera, in *allusione eleganti* inter *Chilai*, qvæ vox *tenacem avarum* notat, & *Cheli* qvæ vox *vas vel instrumentum* notat: dicitur e. *Chelai*, *Chelav* i. e. *Avarum qvod attinet, instrumenta ejus pessima sunt.* Specialitèr in m. 2. sc. formaliter (in terr. 1.) *init scelerata Consilia:* finaliter (in terr. 2. & 3.) *ad perdendum afflictos* (humiles) *verbis mendacij.* Seqvitur ובדבר אביון משפט Abrabinel exprimit: *etiamsi pauper eloqvatur Jus vel ad ipsum DEUM pro jure & justitiâ sibi administrandâ in causâ suâ appellando, supplicando.* Ita ferè etiam Genevenses & Junius. Propiùs ad rem h. l. *Ludovicus de Dieu*, juxta qvem משפט referendum ad לחבל, & sensus: *Avarum & corrumpere afflictos verbis mendacij, & ipsum jus ubi pauper loqvitur: non attendere sc. ad verba pauperis, qvæ pro sui defensione profert: sed qvicqvid tandem pauper dicat, eum jus pervertere.* Laudandus iterum *Lutherus* exprimens membr. 1. *Fraudulenti vasa pessima sunt* i. e. *Avari marsupium malignum est, ut sic qs. Proverbium qvo describit malum* MAGISTRATUM *sive Politicum, sive Ecclesiasticum qvi sub optumâ specie nocet.* In posteriori Lutherus noster exprimit *Mapistratus Officium:* Wenn er des Armen Recht reden soll: at in fontibus exprimitur corrupti Magistratus factum. Reqvireretur juxta Lutherum positus: ובדבר משפט אביון

Concl 29. Character boni Principis s. נדיב geminus ponitur v. 8. unus

v. 8 unus *Consilij* in m. 1. alter *operis* ſ. *facti*, in m. 2. Objectum utrobiq; ſunt נדיבות unde, prout in m. 1 de eo prædicatur יעץ נדיבות: ita in m. 2. והוא על נדיבות יקום Sc. non ſaltem talis נדיב *ingenuo Principe digna, conſulit*: ſed etiam *illis ipſis Conſiliis beneficis magno animo inſiſtit*. Non ſatisfecerunt J. & T. reddentes: Sed *dicetur ingenuus, qui ingenua conſulit, & qui rebus ingenuis inſiſtit*. Tollatur illud *dicetur*. Tmema hoc non dicit *qvis dicendus* נדיב: ſed *qvis Character* נדיב? planè prout v. 6. qvis נבל? v. 7. qvis כלי? Qvi verè eſt נדיב illum dicendum נדיב, ad *tmema 5.* pertinet: Neqve probanda *interpretatio Raſchij* explicantis *Characterem alterum* נדיב de *mercede* talis Principis, qvæ ſit *incolumitas & excellentia Status*, ut ſit idem illud והוא על נדיבות יקום, qvod עי נדיבותיו יהיה לו קומיות ומעלה i. e. *propter beneficentias ejus erit illi Status incolumis & glorioſus*. Seqvitur eundem h. l. in animadverſ. L. de Dieu, qvi reddit: *Princeps propter beneficentias ſtabit* i. e. *everti non poterit*: ſed *immotus firmusq; conſiſtet, qvia benè de aliis meritus fuerit*. Paralleliſmus juxta illos fuerit Proverb 18. 16. Cæterum prout in ſuperioribus c. c. מדרגת נבל ſ. Claſſe *Stulti* v. 6. item מדרגת כלי i. e. *in Claſſe Avari* v. 7. *Indolem moresq; Magiſtratus Stulti & Avari*: ita hîc *Characterem Principis ingenui* deſcribit Propheta in utroqve membro v. 8 idq; docet *oppoſitio claſſium*. Deſcribuntur illi corrupti, non ſaltem ut *Conſiliis cordis* ſeu *corde*: ſed etiam ut *Conſiliorum executione* ſeu *opere* perverſi.

Concl. 30. Debet adeò *Princeps ingenuus* ita *opponi*, ut non ſaltem commendetur *à Conſilio* נדיבות: ſed etiam *à Practicâ perſeverantiâ & executione*. Sic v. 7. de כלי dicitur: הוא זמות יעץ i. e. *Ille ſcelerata Conſilia init*. Opponitur v. 8. נדיב de qvo dicitur: והוא נדיבות יעץ i. e. *Ille ingenua gratioſa Conſilia init*. Sic v. 6. de נבל dicitur qvod non *corde ſaltem & verbis noceat*: ſed & *opere hypocriſin exerceat, qvod animam famelici exhauriat, & liberales pauperum Chriſti fratrum cibatores & potatores futuros, ipſumq; adeò potum ſitientis removeat*. Opponitur noſter נדיב v. 8. μεσὸς ἐλέους καὶ κρεπῶν ἀγαθῶν illorum ſc. qvi *etſi non placant in foro juſtitiæ, placent tamen in foro miſericordiæ*, & commendabuntur aliqvando ante thronum, ubi *Cibatio & Potatio eſurientis & ſitientis* JESU in acie ponitur Matt. 25. 35.

ORATIO XVI.

Concl. 1.

AD hanc Orationem *audiendam*, illâ, qvâ par erat, reverentiâ, imperat *Surrectionem* Propheta, *reverentemq; auscultationem* v. 9. Cap. XXXII. נשים שאננות קמנה שמענה קולי Stehet auff / ihr stoltzen Frawen / höret meine Stimme. Idem vult membrum 2. Ihr Töchter die ihr so sicher seid / nehmet zu Ohren meine Rede. Qvomodo etiam Belgica Versio: **Staet op / ghy geruste (sorgelooſe / sekere / verwaende / die nu weeldigh en dertel zyt / gheen quaet of ongemack nu ghevoelende noch vermoedende) Wyven / hoort myn Stemme: ghy Dochters die soo seker zyt / neemt myne Redenen ter Oore.** Neqve in Interpretibus hic aliqvid desiderandum: qvod si qværatur, qvænam illæ נשים שאננות seu *Fœminæ tranqvillæ*, qvæ jubentur ad audientiam verbi cœlestis surgere, respondet *Paraphrasta Chaldæus* jam olim ita exprimens m. 1. מרינן דיתבן שלין קומא שמענא קלי i. e. *O Civitates, qvæ hactenus habitatis tranqvillæ, surgite, audite vocem meam.*

Concl. 2. Si qværatur, qvænam illæ בנות בטחות s. *filiæ confidentes* in m. 2. respondet idem Jonathan antiqvâ Paraphrasi: כרכין די שרן לרוחצן אציתא למימרי i. e *O Oppidula* (rusticana, qvæ vel *vici* vel *oppida videri possunt*, κωμοπόλεις vocat Marcus c. 1. 37.) *qvæ habitatis confidenter, auscultate sermoni meo.* Ita *Fœminarum* titulo, Urbes Judææ majores s. *Matres* & excellenter Metropolin Hierosolymitanam: *filiarum* autem nomine, vicos, & oppidula intellexerit Propheta: & ad audientiam vocaverit totam Universitatem Judaicam, tàm *Matres*, qvàm *Filias*. Ad solas tamen *Ma-*

tres refertur Imperativus: *Surgite* seu קמנה. *Filiæ* qvidem jubentur *audire Sermonem Propheticum*: sed sine prævio Imperativo SURGITE.

Concl. 3. *Surrectio* sc. reverentialis imperanda erat non tam *Filiæ humiliori*, qvàm MATRI *sedenti*, cui in illâ superbæ tranqvillitatis, & status opulentioris ac supinæ securitatis sessione videbatur indecorum, vocari ad humilem audientiam, eandemq; dandam in stando Prophetæ vaticinanti metropolitani status eversionem, unde etiam attributum Fœminarum 1. *Matrum, splendidiorem* dicit securitatem s. *tranqvillitatem*, qvàm *attributum Filiarum*. Illæ sc. dicuntur שאננות; hæ saltem בוטחות. Sed Propheta noster autoritate Prophetica: SURGITE, inqvit, Vos *ex nimiâ tranqvillitate superbæ Matres!* & vel *surgendo*, date *Majestatem DEO nostro*.

Concl. 4. Surrectionem ê statu criminali, velut somno profundiori & narcosi letali, è qvâ illi longo otio torpentes, & de fato securi, superbæ tranqvillitati sine ψευδοκία futurorum indormientes, excitentur ad iras cœlestes audiendas, earundemq; vim occupandam pœnitentiâ, eo modo, qvo acclamat Apostolus: ἔγειραι ὁ καθεύδων καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός Eph. 5. 14. in ipsis Imperativis auscultationis non excludimus: Cœterum talis Surrectio effectus est audientiæ s. λόγε ἀκοῆς: non principium.

Concl. 5. Iubentur hîc *surgere ad audiendam vocem Prophetæ*: atqve adeò Surrectio imperatur ad & propter audientiam s. auscultationem: eo modo qvo Ehud, Eglonem Moabitarum Regem, etsi idololatriæ immersum, ad surgendum de throno, cui in עליית המקרה s. Cœnaculo refrigerationis insidebat, & dandam in stando audientiâ verbo Elohim, permovit, protestatus: sibi non saltem דבר סתר: sed & דבר אלהים ad Regem esse Iud. 3. 19. 20. Sic Bileamus Orator Verbi cœlestis apud Balakum Moabitam futurus, præmisit illud: SURGE BALAK *& audi: aures attende ad me Fili Zipporis.* Num. 23. 22. Salvator ipse σκληρώσας ἐν ἡμῖν in Sabbaticis Lectionibus Prophetarum STETIT, qvomodo in Synagogâ Nazarenâ

ἀνέστη

ἀνέστη ἀναγνῶναι & STETIT sub totâ textus Isaiani lectione: post qvam demum absolutam, complicatoq; volumine Isaiano & Ministro Synagogæ reddito ἐκάθισε, Luc. 4. 16. 17. 20. cujus etiam nunc signum qvoddam supereſt, ut ad sacri textus publicam in Ecclesiis lectionem assurgant, & STANTES audiant, licet non desint delicatulæ sedentariæ, qvæ mereantur sibi acclamari illud Prophetæ: Stehet auff / ihr stoltzen Frawen.

Concl. 6. Cœterum ad qvæ tempora respiciat Vox Prophetæ, ad qvam jubentur illæ *Matres Filiæq; surgere*, qvæstio nobilis est ex ipsâ voce Prophetæ decidenda, de qva ita in h. l Abrabinel: ראיתי המפרשים שפירשו הפרשה הזאת על חרבן ערי יהודה שהחריב סנחריב מלך אשור בבאו ע"י ירושלם ושאחר כך היתה מפלתו בחיותו צר ע"י העיר הקדשה ומהם פירשו"ה ע"י חרבן בית שני ואורך הגלות הז"ה והגאולה ממנו ויותר נכון אצלי שטוב משניהם שנפרשה על חרבן ירושלם והבי"ת הראשון i. e. *Vidi Expositores, qvi de Calamitate allatâ Civitatibus Judææ per Sancheribum explicant: alij autem ad templi 2. excidium & prolixam captivitatem nostram, & qvam ex illâ speramus liberationem, referunt: Cœterum placet magis mihi, referendum ad excidium templi primi Babylonicum.* Pergit idem: Prophetam ab hoc v. 9. (unde novæ Pharaschæ initium) כנגד המדינו"ת והעריים היושבות לבטח בארץ יהודה אחרי מפלת סנחריב שגם שלות יהוד"ה לא תתמיד שנים רבות כי הנה יביא הבה מלך בבל שיחריב אותה אבל אחרי חרבן ישרא"ל וחרבן יהוד"ה בהיותו כולם בגלו"ת נמשך וארוך ישוב ה' לשוש עליהם לטוב ושבו בנים לגבול: i. e. *Alloqvi Prophetam Civitates & Urbes Jhudah securè sub Chiskiâ post deportatas X. tribus & excidium Assyriacum habitantes, iisdemq; prædicere, non per multos annos duraturam illam Jhudæ tranqvillitatem: sed ponendos in eodem exilij statu per Babylonios, in qvo positi jam erant Israelitæ fratres per Assyrios: atqve ubi per annos multos in prolixâ continuaq; captivitate fuerint, DEUM iterum gratiosè illis affulsurum & filios in terminos veteris patriæ reducturum.*

Concl. 7. Post restitutam *sub Chiskia religionem & politiam*, ex illâ temporum felicitate & duraturæ in omne ævum illius floridæ tranqvillitatis imaginatione, in veterem impietatem, supinam securitatem, luxumq́; tùm in intervallo inter Chiskiam & Iosiam summos & illibatos Sceptri Ihuda Reges, tùm inprimis postqvam Iosia *occidit occidit*, prolabebantur & prolapsuræ erant amplius res Iudæorum securorum jam lætorumq́; sui status velut æternaturi. Opponit illis Propheta hanc Orationem hoc nexu: *Vos qvidem Judæi restitutâ sub Rege illo religione & politiâ, in urbibus & pagis, securi vivitis, sensimq́; & in veterem impietatem, luxumq́; effusi, vestro statui postqvam sc. nullum nunc adeò ab Assyrio debellato capitaliter periculum, superbè confiditis:* Cœterum *hoc ipso iram suppliciumq́; cœleste jam vobis cumulatis*, qvod, ut nunc *autoritate DEI* vobis intimem, SURGITE ad illius audientiam.

Concl. 8. Prædicit inde Propheta Iudæorum non excidium saltem Babylonicum: sed etiam post hoc solutum, pœnarum cœlestium, persevera sæpiùs, in illâ humiliore & viliore Sceptri Ihuda conditione exempla, omnesq́; adeò illas populi Iudaici calamitates à morte Iosiæ usqve ad felicissima tempora DEI in carne manifestati & glorificati seu δικαιωθὲν ἐν πνεύματι, ὠφθὲν ἀγγέλοις, κηρυχθὲν ἐν ἔθνεσι, πιστευθὲν ἐν κόσμῳ, ἀναληφθὲν ἐν δόξῃ 1. Tim. 3.16. (qvi articulus chronologicus exprimitur v. 15. 16. 17. 18. per tempus, qvo *effundatur super nos Spiritus de excelso, qvo ex deserto fit Carmel, & ex Carmel, Sylva: qvo habitat Judicium in deserto & justitia in Carmel, & opus justitiæ erit* PAX) imò adusqve τὸ πλήρωμα seu βδέλυγμα ἐρημώσεως Romanum futurum paulò post IESUM *glorificatum & ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι* prædicatum Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας Matth. 24 14. qvi proinde terminus in v. 19. capitis 32. seu undecimo Pharaschæ præsentis exprimitur, & ipsa adeò Pharascha epiphonemate versu seqventi eodemq́; ultimo clauditur.

Concl. 9. Erravit Rabbinus superior in *termino ad qvem*, s. tempore illo *effundendi Spiritus de excelso*, qvod posuit velut adhuc *in tem-*

in tempore futuro, ex hypothesi nondum revelati: sed revelandi demum Messiæ, omnium tribuum dispersarum futuri Congregatoris & corporalis Liberatoris, ut adeò nectatur v. 14. de *Calamitate Judæorum Babylonicâ*, cum v. 15 de *liberatione per Messiam in fine mundi*, qvod desperet post Babylonicam desolationem aliam temporum emendationem successuram, qvam qvæ speratur à Iudæis in fine sexti millenarii.

Concl 10. Rationatium illud temporum prolixiorum exprimit v. 10. *Conturbabimini, ô Filiæ confidentes*, & qvidem ימים על שנה, juxta literam: *Diebus supra annum*, qvod Genevenses & Ludov. de Dieu reddunt: *intra annum & dies aliqvot* (vastabitur sc. Iudæa ab Assyrio) Vulg. *Post dies & annum vos conturbabimini*. Eodem ferè modo Versio nostra German. Es ist umb Jahr und Tag zu thun / so werdet ihr sichere zittern / ut designetur articulus chronologicus principii calamitatis, non totius extensivæ durationis. Omninò autem positus formalis alius reqvireretur juxta illam hypothesin sc. בעור ימים על שנה, vel עוד ימים על שנה ותרגזנה בטחות. Omninò ergò extensive de mensurâ durationis explicandus positus. Sed neqve hic satisfecit Vers. in op. Vatabl. *Dies super annum pavebitis ô confidentes*. Rectius I. & T. *Annis multis continentibus commovebimini*. ימים Hebræis integri sæpè anni vocabulum (qvia sc. revera annus nihil aliud est qvam *dies plurales* s. mensuratus à Sole Zodiaci signa percurrente *dierum* 365. *complexus*) nemo doctorum est qvi nescit. Idem ergò hoc loco, qvod alibi שנה על שנה Ein Jahr nach dem andern / viel Zeit und Jahre / Jahr und Tag (viel Jahre) werdet ihr entsetzo stehn und sichere zittern. Qvomodo h. l. recte Abrabinel expressit per זמן על זמן תסבלו רגז גדול; i. e. *Longo tempore sustinebitis commotionem magnam*: addit idem & rectè contra Rasch. ium: יותר נכון לפרשו ערך אורך הגלות שיבא עליהם ביד האויבים i. e. *Rectius explicatur, id qvod hic dicitur, de duratione captivitatis, qvæ superveniet illis manu hostium*. Probamus illud, notato saltem, qvod ad has voces notavit in Scholiis Lutherus: *Significat vastitatem futuram per Chaldæos, in qvam includit omnia*

dit omnia alia mala usqve ad Christum. Eousqve sc. imò ultra extendendum hoc ימים על שנה Propheticum. Causa illius רגז s. Conturbationis in m. 2. explicatur *Vastitas terræ sanctæ.* Signa Vastitatis 1. כלה בציר i. e. qvia vitis & vinea ab hoste desolata, nullæ uvæ, nullaq; adeò erit *vindemia:* neq; saltem deficiet vindemia: sed & 2. messis aliarum frugum proventuumq; terræ, qvos Colonus antea solitus fuit in horrea vel granaria colligere *qvia non amplius* (in domum) *veniet Collectio:* obtinuisse autem illam fundi Iudaici calamitatem non saltem per tempora Babylonicæ deportationis s. LXX. illos annos μετοικεσίας: sed deinceps qvoqve Iudæis jam redditis patriæ, & sub templo 2. adhæsisse fundo Iudaico per longos sæpe tractus temporum, vel ex duobus Prophetis Haggæo c. 1. 7 8 9. 10. 11. cap. 2. 15 16. & seqq. Malach. c. 3 8. 9. & seqq. constat.

Concl. 11. Illum *ejuléum fremitum* v. 10. prædictum, nunc *Propheticè imperat* v. 11. habito respectu ad *imperativos audientiæ* in v. 9 unde prout ibi jubebantur שאננות s. *Matres securæ* ad audiendum verbum cœleste *surgere*, & *filiæ confidentes* s. בטחות *auscultare*, ita hîc illas שאננות alloqvitur Propheta Imperativo חרדו *trepidate ô vos tranqvillæ:* & illas בטחות Imperativo רגזה i. e. *Commovetor* (commovemini) *ô confidentes:* Subjungitur sub eadem Imperativi (non *Infiniti*, prout vult Raschi) formâ (eademq; masculinâ, habito respectu Synonymiæ & suppositionis) ratio m. 2. sc. futura ignominiosa, non *pœnitentialis*, prout Ioel. 1. 14. Sed *pœnalis* denudatio, eaq; tùm *Ecclesiastica*, tùm *Politica*, tùm *corporalis*, & *denudatorum* fœdè Iudæorum in captivitatem deportatio: *exuitor*, & *denudator*, vel (si illa adhuc gratia ab hoste Spoliatore dabitur) *accingitor lumbis* (ad operienda saltem τὰ αἰσχήμονα s. pudenda corporis) Benè noster Lutherus sensum imperativorum παραφράζει his verbis: *Imminet, ut exuamini regno, pace politicâ, ac opibus & ut nudemini*, i. e. *ut redigamini ad miseram vastitatem & accingamini sc. sacco.*

Concl 12. Inde ergò מספד s. planctus v. 12. & qvidem 1. על שדים

s. plan-

s. *plangentes erunt* (non *super*: sed) *propter ubera* (neqve h. l. nec endum, ut sit: *super ubera plangentia* sicut Hos. 9. 14. שדים צמקים sunt *ubera arentia*, prout docet *Tiphchia* in Hoseâ *positus necessarij*, hic *liberi*) Notatur *planctus* talis, qvalem in Evangelio designavit Servator per illud: Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις Luc. 21. 23. & per *intimationem temporum*, in qvibꝰ prædicandi sint μακάριοι αἱ στεῖραι αἱ οὐκ ἐγέννησαν Luc. 23. 29. 2. Planctus על שדי חמד i. e. *propter agros desiderij* (qvia sc. non datur de illis benedicta אסף s. *frugum Collectio* v. 10. m. 2.) & 3. Planctus על גפן פריה s. *propter vitem fructiferam* (qvia sc. כרה בציר i. e. *defecit vindemia* v. 10. m. 2.) qvæ duæ *planctus causæ* respiciunt ad causas רגז s. *perturbationis* in v. 10. m. 2. prout jamjam notatum. Lutherus noster in m. 1 non satisfecit. Reddidit: Man wird klagen umb die Ecker (obstat & punctatio in dextro, שׂדים; non שׁדים & terminatio in ים inusitata in absolutâ formâ plurali שדה & forma dualis: reqvireretur juxta Lutherum עַל שְׂדֵי, vel עַל שָׂדַיִם qvod constantêr est in fontibus עַל שָׂדוֹת) Membrum autem 2 egregie: Man wird klagen umb die lieblichen Ecker / umb die fruchtbaren Weinstöcke. Apud veteres Rabbinos extat hujus tmematis דרש s. *allegorica expositio*, sc, שדים s. *ubera* sunt משה לסנהדרין s. ænigmaticè notant ipsum *Synedrium* כי מהם יונקו ישראל את התורה *qvoniam è Doctoribus Synedrij sugunt Israelitæ Lac legale*: שדי חמד s. *agri desiderij* notant ipsum בית המקדש s. *domum Sanctuarij*: גפן פריה s. *Vitis fructifera* ipsum *Israelem*: applicationem talem דרך דרש ומשה non excludimus.

Concl. 13. Planctus illius super *agros & vitem* causam negativam expresserat *defectum collectionis & vindemiæ*: nunc positivam v. 13 sc. *universalem vastitatem*, cujus signum קוץ שמיר *Spina sentica*, *spina & vepris* assurrectura non saltem 1. *super agros* seu על אדמת עמי i. e. *super humum populi mei*, super universam terram Ihudah in m. 1. sed etiam 2. dominatura per *urbem exultabundam*, in m. 2, ubi illud כי *assevemtivum*, & αὐξητικὸν hoc sensu: *Omninò*

sentis

sentis spina adscendet (etiam) על כל בתי משוש i. e. *super omnes domos gaudij* (domos, inqvam, vel palatia) *Civitatis exultabundæ* (vel, ut repetatur ex more Hebræorum על ex territorio 1. in 2. & ita sit positus parallelus: *Super omnes domos gaudij, imò super ipsam metropolin* Hierosolymitanam, velut *Civitatem exultabundam*) Vincit hîc alias Versiones Lutheri nostri versio: Es werden auff dem Acker meines Volckes Dornen und Hecken wachsen/ darzu über allen Freuden Häusern in der frölichen Stadt. In membro 2 Tremellii Versio singularis ita habet: *Ustio* (assurget) *in omnibus domibus lætis, in urbe exultabunda:* Applicatio juxta eundem ad excidum Hierosolymitanum, in qvo signantèr notantur *Templum, Regia, Palatia Principum, Domus, Portæ* incendiis haustæ vid. 2. Reg 25. 12. 2. Chr. 36. 19. 20. Neh. 1. 3. Constaret benè, si significatio *Ustionis* in כי esset legitimata. At Locus unus Ila. 3. 24. qvi pro *Ustione* adducitur, non probat, in qvo erratum ab Interpretibus jam ad illum locum ostendimus. Nec *Itiv* accentus probat, cujus ratio eadem in כי membr. 2. qvæ in עי membr 1.

Concl. 14. Ludovicus de Dieu: *In posteriore*, inqvit, *versus membro, non video, cur variis interpretationibus se torserint Interpp. cum ipsa verba, ut jacent, liqvidum satis sensum præ se ferant, hoc modo:* super terram populi mei sentis spina adscendet, qvia propter omnes domos gaudii Civitas exultabunda est q. d. *Ferre DEUS amplius non potest Civitatis hujus luxum & petulantiam. Omnes domus plenæ sunt gaudio, hinc tota Civitas exultabunda: hæc desolationis causa erit, qvæ spinas & sentes proferat.* Obstat accentuatio: neqve על aliter sumendum in m. 2. qvàm 1. Nec convenit causam hîc criminalem allegari, propter qvam sit *Civitas exultabunda & in vastitatem redigenda:* cum *seqvela* hîc tota *pœnalis* sit: nec illa criminis vocabula: כי sæpè idem qvod ἡμὲν, *utique certè*, notatum ab ipso Ludovico *ad lib. Ruth c 3. 12.* Eandem particulam *augere solummodo id, qvod dicitur* ex Iesaj. 7. 9. 1. Sam. 14. 41. Gen. 45. 26. constat, unde usus ejusdem hoc loco tutissimè petitur.

Concl. 15. Facit pro illo v. 14. sc. Unde illud qvod *palatia* antea jubilis *personantia* ipsaq; *Civitas exultabunda* qvondam, degeneratura

neratura sint in loca *Spinis & sentibus* horrida? Resp. v. 14. qvia 1. ארמון נטש i. e. *Palatium deseretur, desertum erit* vel *eremum:* ubi sive ipsum intelligas *Sanctuarium* s. *templum*, propter qvod secundùm excellentiam, Metropolis Hierosolymitana *Civitas exultabunda*, sive arcis *regiæ* palatium, parum interest. Sanè priori modo intellexit Paraphrasta Chaldæus antiqvus reddens: ארי בית מקדשא חרוב i. e. *Qvoniam domus Sanctuarij est desolata*, etsi Raschi hîc domum Regiam: Templum autem in Ophel intellexit: qvia 2. המון עיר עוב s. *personans cœtus urbis* (incolarum urbis s. *ipsa Civitas antea personans* numeroso populo) *derelinqvetur* (derelicta deportabitur, migrabit exul) qvia 3. non *Templum* saltem, & *Civitas* tristi luctificâq; solitudine laborabit (v. 14. m. 1.) sed etiam desolabuntur mœnia, Urbs ipsa, omnia ejus fortalitia, *turres* eminentissimæ, speculæ editæ, מגדלים גבהים וחזקים, prout benè h. l. Kimchi (v 14. m. 2.) Scilicet *Clivus* & *Specula* erunt *in spelunças usqve in seculum, in gaudium* (uti olim hominibus: ita nunc) *onagris & pascuum gregibus.*

Concl. 16. Tremell. expressit: *Clivus & exploratoria specula erit pro speluncis usqve in seculum.* Lutherus noster egregiè: **Die Thürme und Fästunge werden ewig Hölen werden/und dem Wild zur Frewde/ den Heerden zur Weide.** Belg. Versio, vocem priorem velut propriam retinuit: Notaverat jam olim Raschi. *Ophel & Bachan* שניהם לשון מבצר i. e. *duo illa significare munimentum:* **Ophel ende de Wacht-torens sullen tot Speloncken zyn tot in der Eewigheyt / een Vreughde der Woudezelen / een Weyde der Kudden.** In Ophel sanè *eminentiæ* significatio (vid *Num. 14. 44. Chab. 2. 4* non obstante allegatione Apostolica *Heb 10. 38.* & Ophel notans Clivum, Collem non procul à Samariâ 2 Reg. 5. 24.) unde *Colli*, cui imposita erat *pars muri* Hierosolymitani *eminentior* vel *editior* proprium nomen, & ipse murus חומת העפל vid. in architectonicâ *Jothami* & *Manassis 2. Chron. 27. 3. c. 33. 14.* in qvo habitacula Netinæorum s. Palatii sacri Ministerianorum, *devotorum* sc. ad *servitia* perpetua *Gibeonitarum* (vid. Jos. 9 21 23 Esræ c. 2. 43.) conf. *Nechem. 3. 26. c. 11. 21.* בחן autem, in qvâ *speculæ exploratoriæ editioris*

significatio, præter hunc locum nullibi: בחונים tamen plurale in eâdem significatione semel sc. Jes. 23. 13 ut ita עפל ובחן hîc *insigniora & editiora loca, munimenta, fortalitia, mœnia, turres exaggeratas* notet, qvomodo Chaldæus expressit membrum 2. בית תקיפנא ומטמורנא אתבדש וכרי חרוב וצרי עד זמן i. e. *domus roboris & refugij nostri perqvisita & desolata est ad tempus* i. e. לזמן ארוך *ad tempus longum* prout h. l. Abrabinel.

Concl. 17. His proinde עולם h. l. est *tempus finitum & certâ duratione circumscriptum.* Subscribit Lutherus noster: *In æternum*, inqvit, *id est, per longa tempora. Hic clarus locus est, qvod particula in æternum significet indefinitum tempus & non æternitatem:* idq; videtur probare determinatio temporis in v. 16. Unde non malè hîc à Rab. Abr. notatum לפי שאמר עד ערם כרי שלא יחשב ארם שהכונה בו שיחזרו זה בצח נצחים עכ"ל כן אמר אחריו עד יערה עלינו רוח וגו i. e. *Qvandoqvidem dixerat: in seculum fore illam Conversionem Clivi & Speculæ in spelunçam, ne qvis opinetur, intendi hîc absolutam infinitatem, proinde terminum ponit in* v. 16. *donec effundatur Spiritus de excelso.* Videndum tamen, qvomodo qvæ hîc dicuntur *de Vastitate Palatij, Civitatis, Urbis,* si de *solis annis Babylonicæ deportationis* sunt intelligenda, nectantur cum illo Charactere temporis Evangelico? si autem *includantur secula, qvæ succesßére Judæis jam patriæ suæ redditis, adusqve felicissima tempora Evangelica*, qvomodo legitimetur id, qvod de *Palatio deserto*, de *Civitate viduâ*, vel *sine personanti Civium multitudine residente solitariâ*, de *Clivo & Specula* futuris in *spelæa perpetua, onagrorum gregumq; delitia* dicitur v. 15. Per secula templi 2. ex rationario temporum res explicanda. Sed & si nullum inde obstaculum Judæis complementum v. 16. adhuc expectantibus, minus longè erit Christianis qvi nexum & contactum propiorem facilè ostendimus.

Concl. 18. Lutherus noster *in merito* videtur posuisse medium solvendi dubium, qvi ita hîc παραφράζει: *Ingratitudo nostra merebitur, ut Civitas & totum hoc regnum redigatur in nihilum, donec veniat omnium malorum finis Christus, & effundatur Spiritus ejus super*

nos

nos sc. in die Pentecostes Act. 2. Alij referunt particulam Donec *ad Cyrum: sed ego reliquam hujus capitis partem intelligo de regno Christi.* Et omninò ita merebatur ἱεροσολήμ, etiam ubi dabantur intervalla qvædam lætiora. Cœterum *solo merito* res non expeditur. Non saltem per X. Schmitah s. *Sabbata annorum captivitatis* (in qvibus *terra exsolvit Sabbatha sua*, prout prædixerat DEUS Lev. 26. 34. & 43.) sed & ultra post intimationem libertatis, ostendere licet calamitatem fundi Judaici. A Cyro ad Darium usqve Nothum, sub qvo tandem processit architectonica templi, fluxerant ultra 100. anni: per qvos magna adhuc Templi, metropoleos, Urbium filiarum, totiusq; Universitatis Judaicæ חרב s. *Vastitas* decantatur ab Haggæo c. 1. 10 11. 12. Nec tacet Sacharias, apud qvem ANGELUS Mediator repræsentatur velut Orator intercedens apud DEUM Patrem solemni Litaniâ: O JHOVAH ZBAOTH, *qvousqve tu non es miserturus Jerosolymorum & Civitatum Jhudæ, in qvas indignatus es jam LXX. annis?* c. 1. 12. Apparet inde Status Judæorum jam patriæ suæ redditorum. Hi enim LXX. anni à 28. anno Darii Hystaspidis incipiunt & in 2. Darii Nothi desinunt, per qvod intervallum temporis Judæi adversariam hostium majorem qvam antea & novam indignationem Numinis experti. Nec tacet Malachia, post 176. annos ab excidio templi 1. & casu Zedekiæ, Propheta, qvi *maledictionem* non *sacerdotali saltem ordini:* sed & genti *universæ* denunciat. *Maledictione estis maledicti, gens ipsa tota* c. 3. 9.

Concl. 19. Consulantur *preces & lachrymæ Nechemiæ*, qvas illi Susis Urbe Imperiali tristis ex Judæâ *Referendarius* expresserat. Fluxerant tunc vel 153. anni, ex qvo in patriam reversi jam sub Cyro Judæi. Qvis autem tunc Status illorum in Judæâ, his verbis respondit ille percontanti: *Reliqvi ex Captivitate in eâ provinciâ, in malo magno & opprobrio sunt: Murus Jerusalem diruptus, & portæ eorum manent succensæ igne.* Vid. Nechem. 1. 3. 4 5. c. 2. 2. 3. 4. 5. Inde per hebdomadas qvidem Danielis usqve ad CHRISTUM Antecessorem stetit ædificata à Nehemiâ platea & fossa, cœterum cum addito בצוק העתים *in angustiâ temporum* Dan. 9 25. Scilicet simul Nechemia pedem Hiesolymis extulit, ad Regem inde profecturus

nova statim angustia & calamitas Judæam, Hierosolymitanam inprimis, premere cœpit vid. Nechem. 13. 6. Successêre inde sub Selevcidis, qvos inter eminuit Antiochus ὁ Ἐπιφανὴς ſ. Ἐπιμανὴς, tempora sævitiæ, per qvæ è regno Asiæ minoris Syriæq; , qvod illi Antiochi, Selevci, Demetrii, in exitium gentis Judaicæ conjurati tenuerunt, Judæa totiens infestata. Tacemus qvæ deinceps per Romanos sub Pompejo. De his Daniel c. 8. 10. 11. libri item Maccabæorum haut tacent. Ita & ex Prophetiâ & ex Historiâ liqvidum: *Post reversionem populi ex captivitate adusqve adventum* JESU MESSIÆ *& justam regni instaurationem mala multa populo fuisse inferenda & illata:* neqve verò negatur post revelatum Messiam & regni per *effusum de excelso Spiritum* instaurationem, continuatura calamitas, vel grandior etiam ultimata futura: sed de illo saltem intervallo, qvod ad terminum Evangelicum pertingebat, hîc affirmatur, cum qvid deinceps futurum, non taceat Propheta in v. seqq. unde apparet hoc עלם materialitèr hîc infinitam notare durationem, etsi non formalitèr.

Concl. 20. Benè à nostro Luthero dictum (vid. sup. Concl. 18.) v. 16. intelligendum de regno Christi, idq; clamat evidentia Prophetiæ: *Donec* (pleniſſimè, copioſiſſimè) *ex ipsâ altitudine effundatur super nos Spiritus*, & parallelismus tùm Propheticus Joel. 3. 1. 2. tùm Apostolicus Act. 2. 16. Ut effunderetur S. Spiritus *ex altitudine* adscendendum prius erat Regi Sionis *in altitudinem*, & accipiendum à Patre, qvod effunderet super homines Psal. 68. 19. Factum illud. Ascendit Messias noster ἐις ὕψος, imò ὑπεράνω πάντων τ̃ ὐρανῶν ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα Ephes. 4. 8 10. atqve ita τῇ δεξιᾷ τ̃ Θεοῦ ὑψωθεὶς, τὴν τ̃ Ἐπαγγελίαν τ̃ ἁγίου πνεύματος λαβὼν παρὰ τ̃ πατρὸς, ἐξέχεε id, qvod qvondam viderunt & audiverunt Cives Hierosolymitani Act. 2 33. & sic πνεῦμα ἅγιον illo miraculoso profluxu non profluxit, nisi postqvam JESUS ἐδοξάσθη Joh. 7. 39. Apparet ita ex nobilissimo N. T. parallelismo Virtus illius ממרום ſ. qvare effusio illa S. Spiritus promittatur *ex altitudine*. Convenit illud Salvatoris blandissimum monitum: ὑμεῖς καθισατε

σατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν (sc. Πνεύματος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς Act. 1. 8.) ἐξ ὕψους Luc. 24. 49. & pentecostale miraculum, in quo ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ intonuit, totamq; domum, in qvâ tunc Apostolorum Collegium, attonuit, ἦχος Act. 2. 2. Sed & qvare dicatur de Spiritu S. יערה i. e. *ad evacuationem vel nudationem usque effundetur.* Conferatur ex Marc. 7. 34. vis Verbi βαπτίζειν (ubi amplius qvid dicitur per illud: ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, qvàm per illud: ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται, utrumqve in contubernio Pharisaico) & qvoad applicationem illud Johan. 7. 8. Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος uti & Act. 1. 5. ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ, qvoad explicationem autem illud Paulinum: οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Tit. 3. 6. loqvitur autem de S. Spiritu effuso ἐν λουτρῷ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως.

Concl. 21. Patet qvid sentiendum de Judæorum Magistris: Jonathan expressit: עד די יתי לנא רוח מן קדם שכנתיה בשמי מרומא i. e. *Usque dum veniet nobis Spiritus de coram Schechinâ ejus in Cœlis excelsis.* Egregiè illud, sive per *Schechinam* ejus intelligas *præsentiam Christi glorioſam in Cœlis excelsis* ad dextram Patris, ut sensus sit: *Spiritum S. non effundendum nisi à Christo jam glorificato, jam exaltato, jam posito super omnes Cœlos,* vel sedente ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, Heb. 8. 1. sive intelligas ipsum DEI filium, more Chaldæis soltio, ut dicatur non nisi per Christum, qvi est σκιὰ τοῦ Θεοῦ, profundendum à Patre S. Spiritum, omne illud consonat fidei Christianæ in N. T. explicatæ. vid. sup. Concl. 20. Kimchi παραφράζει: *durabit hæc desolatio, usque dum effundet super nos Spiritum beneplaciti ex altitudine.* Benè qvidem illud: sed errat, dum רוח hîc nihil aliud vult esse, qvàm רצון s. *beneplacitum.* Meliùs tamen *Abenesrâ*, dum hîc statuit notari effusionem לשבח s. *in gloriam Israelis*, cum ille pœnalem s. רפורענות. At Raschi egregiè paralleliſmum hîc ponit geminum,

unum, in Joele c. 3. 1 (vid. supra & illius Exegeta Petrus Act. 2. 16.) alterum in Sachariâ c. 12. 10. ubi memoratur JHOVAH transfigendus effusurus *super domum Davidicam & super Cives Hierosolymitanos* Spiritum gratiæ & deprecationum רוח חן ותחנונים. Non poterat Rabbinus aptius hîc parallela ponere. Abrabinel qvoqve: *Illud*, inqvit, *qvod dicitur:* Donec effundatur super nos ex altitudine Spiritus, רל idem est ac: עד עת קץ להביא מרך המשיח i. e, *adusqve tempus novissimum, ubi revelandus erit Rex Messias.* Admittimus, ad tempus Messiæ hæc pertinere: Cœterum ἦ πληρωμα τοῦ χρόνου jam venit, ut novum miraculum effundendi ita S. Spiritus expectare sub novo Messiâ prohibitum sit.

Conel. 22. Ad illam Spiritus de excelso effusionem, post qvam demum Apostoli, qvos in illâ qvadragesimâ, triumfali DEO resurgenti, obligabat Lex: μὴ χωρίζεσθαι ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ Act. 1. 4. debebant esse Martyres JEsu, non in Judæâ saltem: sed & ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς Act. 1. 8. c. 10. 42. & ex illâ plenitudine Spiritus infusi Præcones & Oratores Magnalium DEI in omnium gentium Lingvis Actor. 2. 11 futurum erat, qvod v. 16. m. 2. Propheta subjicit sc. *Desertum in Carmel* (seu arvum lætas habens segetes) *& Carmel pro Sylvâ reputabitur.* Ita Jun. & Tremell. in interpretatione hîc non culpandi: at explicatio non convenit. Explicant prius: *Pius qvi antea habebat instar horridi deserti, erit tunc Carmel i. e ager excultus fructum ferens Domino,* Posterius autem territorium: *Impij elati, qvi prius videbantur excultissimi,* planè velut Carmel, *erunt in horridam Sylvam mutandi.* Contra 1. מדבר s. *Desertum* in sensu compositio non habet *pios:* & *Carmel in sensu composito*, reduplicativè, non supponit pro *impiis:* 2. *Carmel* in territorio 2. tàm vere fuit *Carmel*, qvàm verè in territorio 1. Desertum *fit Carmel*, & qvàm verè fuit desertum, anteqvam fit *Carmel.* Neqve e. in territorio 2. notatur *Carmel* saltem secundùm *apparentiam:* sed omninò secundùm *existentiam.* 3. Unius ejusdemq; vocis *Carmel* suppositio adeò disparata in eodem tmemate non probanda.

Concl. 23. Vatablus in notis ex mente Hebræorum ita reddit:

dit: *Urbes qvæ sunt velut desertum absqve arboribus fructiferis (vel desertum qvodvis) erunt (erit) in Carmel (sicut ager ferax vel mons plenus arboribus fructiferis & agris) & ager ferax in Sylvam reputabitur* (i. e. *tandem fiet similis Sylvæ pomiferæ & horto amœnissimo*) Præter applicationem erroneam, non convenit illa *Sylvæ* suppositio, ita ut sumatur in bonam partem, pro *Sylvâ benedicta* & qvidem in gradu superlativo præ *Carmel*, adeò ut *Carmel* in *Sylvam* sit Symbolum *ferocis, amœni, in ferocissimum, amœnissimum*. Vid. v. 20. & Mich 7. 14.

Concl 24. Sunt ex Rabbinis, qvi idem dici putant utroqve illo *enunciato ænigmatico* juxta modum familiarem Prophetiis, qvem vocant כֹּה מֹשׁ s. *iterationē ejusd. argumenti sub diversis vocib⁹*, ut sensus sit primi: המקום השמם ישוב להיות מקום זרע i. e. *loca desolata redigentur in Carmel* s. *apta lætæ sementi loca*: & secundi: *Loca* qvæ מקודם *olim reputabantur in Sylvam, erunt Carmel*, vel contra: *Carmel erit* (instaurabitur, innovabitur) id *qvod qvondam reputabatur in Sylvam*: ut adeò in *Carmel* non nisi læta restauratio hîc prædicatur. Obstat resolutio territorii 1. Prout in hoc לכרמל, ita in illo ליער, atqve adeò *Sylva* hîc non ponenda in *termino à qvo*: sed *ad qvem*. Obstat relatio והיה & יחשב utrobiqve suppositio futura, qvam in priori confirmat forma posterioris. Prævaleret juxta hunc sensum Versio *Ludovici de Dieu*, statuentis hîc talem Hebraismum, qvalis est e. c. Is. 1. 26. *Urbs Justitiæ dicetur tibi* i. e. *Tu diceris Urbs Justitiæ* vid. Is 62. 4. illius Idiotismi 4. Exempla & in præsenti Oratione Isaianâ: *Stulto non vocabitur ingenuus, Avaro non dicetur illustris (Liberalis)* v. 5. i. e. *Stultus non amplius vocabitur ingenuus, nec Avarus dicetur Illustris* (Liberalis) in qvo positu resoluto terminus particulatus per ל fit Nominativus subjectivus. Ita h. l. *Desertum erit in arvum, imò ipsi Sylvæ reputabitur arvum*. i. e. *ipsa Sylva reputabitur arvum*: ut ita ליער sit in resolutione *Nominativus* & *Subjectum*: כרמל autem pars prædicati: atqve adeò idem planè in utroqve territorio dicatur sc *Desertum erit in Carmel, & Sylva reputabitur Carmel* Obstat Ludovico Idiotismus superior non promiscuè applicabilis: sed saltem *cum verbis dicendi, vocandi, nominandi*. Obstat accentuatio Pasta in מדבר & Tiphcha in כרמל & suppositio parallela in לכרמל & ליער.

Concl. 25. Probatur nobis in formâ h. l. Abrabinel. Verba ejus sunt: אפשר לפרש שהוא דבור המשלי ערך דרך כל גיא ינשא וכל הר וגבעה ישפלו i. e. *Possibile est explicare ita ut hîc stet parabolicus sermo palindromus & paralleliſmus* Is. 40 4. *Omnis Vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur:* qvomodo egregiè Lutherus noſter: Alsdann wird die Wüſten zum Acker werden/ und der Acker für einen Wald gerechnet werden. Cæterum in applicatione erraviſſe Rabbinum, ex hypotheſi velaminis, mirari haut licet.

Verba ejus ſunt: רמז שהאומות שהיו ככרמל רשנים ורעננים ישובו ליער וישראל שהיו כמדבר שמם ישובו ככרמל i. e. *Voluit Propheta dicere: Nationes gentium, qvæ hactenus ad inſtar pinguis & floridi Carmeli ſeſe habuerunt, redigendas in Sylvam: Iſmelem autem, qvi hactenus habuit inſtar deſerti deſolati nunc fore feraciſſimum Carmel.* Qvantò divinius noſter Lutherus παραφραζει: *Deſertum* i. e. *reliqviæ Judæorum & gentes erunt ceu cultiſſimus ager: ferent uberrimos fructus in fide Chriſti. Et Carmel* i. e. *Synagoga qvæ nunc floret, redigetur in ſaltum & deſolabitur.* Senſus: Adeò & fides vera de Meſſiâ, de vero DEO Iſraelis, pœnitentia, charitas, vinculum pacis, deficiet, ut totum illud floridiſſimum Carmel Judaicum videri poſſit in Sylvam degeneraſſe infidelitatis. Qvâ ratione ſc. Eccleſia Judaica qvondam verè Carmel degeneraverit in apoſtaticam & impuriſſimam ſylveſtremq; planè Synagogam & ex Sach. 11. 8. & Malach c. ult v. 6. & ex totâ conſtat hiſtoriâ N. T. Qvomodo ipſa Topica Eccleſiæ Judaicæ qvondam *Carmel*, in horridam dudum Sylvam deſierit, experientia clamat potius, qvàm loqvitur: Conf. clauſula Michæ in Orat. 1. c. 3. 12 ejusdemq; honorifica allegatio Jerem. 36. 18. *Veſtri causâ mons domus abibit in excelſa ſylvoſa.* Der Berg des Tempels wird zu einer wilden (Wald) Höhe (zum wilden Walde) werden. Fuit qvidem jam olim qvoqve velut egregiè Propheta יער בתוך כרמל ſ. *in medio Carmel, Silva* i. e. *Vaſtitas horrida* Mich. 7. 14. Cæterum hîc longè amplius prædicitur, *Carmel reputabitur in Sylvam:* neqve hîc tam de deſolatione corporali, qvàm *ſpirituali*, eo modo, qvo ex *deſerto* fit *Carmel* intelligendus Propheta.

ORATIO XVI.

Concl. 1.

EFfectus effusi πλησίως *ex alto Spiritus* expressus erat in tm. 15. sc. *mutatio deserti in Carmel.* Et ita, per *Spiritum effusum*, formandum erat illud *Carmel* Evangelicum, & ponendum in Statu. Hoc supposito addit *firmamenta Status*, eadem sc. per qvæ fuerat formatus. *Spiritus effusus* per illos διαμεμαρτυρημένους μάρτυρας & κήρυκας ἀναστάσεως Ιησῦ (qvæ Apostolorum descriptio est Act. 1. 22. c. 10. 41.) sub inductivo *Oecumenicæ comparitionis coram tribunali JESU*, velut resuscitati ἀνδρὸς ᾧ ὥρισε, vel ὡρισμένου ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριτοῦ ζώντων καὶ νεκρῶν Act. 10. 42. c. 17. 31. 2. Cor 5. 10 *redarguit totum mundum de peccato, de judicio, de justitiâ* Joh. 16. 8. & *jubet omnes homines ubique* μετανοεῖν Act. 17. 30. Unde jam prædicatur non saltem *pœnitentia* (per *Spiritum judicij* s. משפט) sed & *remissio peccatorum* (per eundem *Spiritum Justitiæ* s. צדקה vel רוח בער vid. Is. 4. 3) *in nomine JESU inter omnes gentes*, salvo *Hierosolymitanorum primitatis* privilegio Luc. 24. 47. ipsaq; ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην κατέλαβε δικαιοσύνην Rom. 9. 30. Imò ἔχαιρον, ἐδόξαζον τὸν λόγον Κυρίου Act. 13. 48. & sic, uti per *Spiritum judicij & justitiæ* fit ex deserto Carmel: ita per משפט וצדקה s. *Judicium* & *Justitiam* Carmel in Statu servatur: & inde jam in *qvondam deserto*, nunc habitat *Judicium* (S. Spiritus pœnitentiale) & *in eodem nunc Carmel, habitat Justitia* (δικαιοσύνη δὲ πίστεως Ιησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας vid. Rom. 3. 22.) v. 16. unde simul apparet, qvare משפט copulet *cum deserto*, & *Justitiam cum Carmel?*

Concl. 2. Illius *Justitiæ* in Carmel habitantis *effectus* est *Pax* v. 17. m. 1. Explicat plenissimè Apostolus hoc aureolum Rom. 5. 1. 11.

Justificati ex fide pacem habent πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Δικαιωθέντες sunt καταλλαγέντες, & acceptatam habent τὴν καταλλαγὴν. Pacis illius consequens est שקט ובטח עד עולם s. tranquilla & fiducialis παῤῥησία, per quam *gloriantur justificati* ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, etiam ἐν τῇ θλίψεσιν, certi de *finali perseverantia* & *inseparabilitate* sui ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Rom. 5. 2. 3. c. 8. 39. Et ita in hoc שקט ובטח s. *tranquillo fiduciali*que *statu* justificatorum & *habitantium in tabernaculo Pacis, solidissimæ fiduciæ & quietis opulentissimæ* v. 18. legitimatur illud עולם infinitum, quod notatur v. 17. m. 2.

Concl. 3. At longè alia ratio יער s. *Sylvæ*, cui *horrida grando*, vel commista grandine *nimbus* denunciatur v. 19. Magnum fatemur hîc bellum Interpretum. J. & Trem. *Utut grandinet ruente Sylvâ, & depressione deprimatur Civitas.* Aliter Lutherus: Aber Hagel wird seyn den Wald hinab/und die Stadt darnieder wird niedrig seyn. Ita & Vulg. *Grando in descensione saltus.* Versio Belgica: Maer het sal haghelen daer men afgaet in t' Woud.

Concl. 4. Agnovit interpretativæ Propheticæ difficultatem Ludovicus de Dieu in anim. ad h. l. *Difficillimus*, inquit, *est hic locus, quem qui illustrare vel conatur, laudem meretur.* Sententiam de eo suam ita proponit. *Eodem*, inquit, *spectat hic versus, quo & præcedentes & sequens, ad demonstrandum scilicet, sub regno Messiæ ita prorsus immutandam esse omnium rerum faciem, ut novus planè videatur orbis. Dixit versibus 15. 16. 17. 18. deserta & sylvas in arva mutatum iri. Nihil amplius fore vastum, nihil horrendum, nihil periculosum populo DEI. His subjungitur v. 19. quem sic ad Verbum transfero:* Et grandinabit in imo Sylvæ, & in planitiem humiliabitur Civitas. Sensus: *Omnia adeò erunt secura, & innocua, ut nec Sylvis præ grandine, nec Civitatibus præ latrocinio opus sit: sed sine ullo securitatis detrimento, Sylvæ detectæ & denudatæ in imo suo grandinem possint excipere, & Civitates in planitiem redire.* Addit tamen Versionem aliam: *Et grandinabit pro dejectione Sylvæ* (i. e. ita ut dejiciatur Sylva, quippe cujus, uti & Civitatis tunc nullus amplius erit usus). Kimchi: (Ubi)

grandinabit

grandinabit (non cadet grando super Civitatem, nec super sata: sed erit) *in descensu Sylvæ: & in loco humili humiliter desidebit Civitas* (ita ut non notetur שפלות המעלה, *s. humiliatio excellentiæ*) vel (qvod ex mente aliorum adducit idem Kimchi qvoad m. 2.) *Civitas* (non in montibus vel exaggeratis munitionibus, sed) *in Valle* (qvippe tuta satis sub protectorio cœlesti) *considebit.*

Concl. 5. Raschi autem planè aliter & explicat & applicat: *Et grandinabit* (S. & Benedictus) *grandinationem Sylvæ* (i.e. qvæ illa qveatura est *impios filios Persiæ*, qvi ipsi jam olim *extructi urbibusq; repleti sunt ad modum Sylvæ*) *& pro humiliatione* (qvâ deprimentur ab illis Israelitæ deinceps) *deprimetur Urbs* (metropolis Persiæ) Cum Raschio facit nova Versio in op. Vatabli: *Grandinabit autem grando in Sylvam.* Provocat idem Raschi ad Jonathanem Chaldæum, qvi expressit: ויחות ברדא ויקטיל משרית עממיא ויצדון ויכופון דיריהון i.e. *Et descendet grando & occidet castra populorum, & vastabuntur ac consumentur inhabitatores eorum.* Iterum, planeq; aliter *Abrabinel*, juxta qvem de Israele sensus hîc fluens per vers. 18. & 19. Scilicet *populus meus* (Israel) *habitabit in caulâ pacis* (Hierosolymis) *& in tabernaculis fiduciarum* (urbibus munitis) *& in locis qvietis tranqvillissimis* (atqve uti in adscensu & excellentiâ terræ, ubi ex Sylvâ fit Carmel, adscendit Israel, & pace terræ fruitur v. 19. ita) *Et in descensu* (erit populus Israel) *qvando descendet Sylva* (i.e. qvando terra Israelis *descendet de excellentiâ suâ*, descendet qvoqve *populus* eadem sorte fruiturus, qvâ terra, sive adscendendum, sive descendendum) *& in depressione* (eâdem habitabit Israel, qvâ) *deprimetur Urbs.* Hebraicè ערה לעם מה שלארצו כמו מעלת ישראל במעלת ארצו ברדת ארץ ישראל ממעלתה גם במקום ותחת אותה ירידה יהיה ישראל ושפל באותו שפלות שתשפל העיר. Cœterum non fore ita בזמן הגאולה s. *tempore futuræ liberationis:* ubi הצלחה מרובה s. *amplissima benedictio & felicitas terrestris* promittatur v. 20.

Concl. 6. Ostendimus hactenus & bellum Interpretum, & Sensus à S. Spiritu intenti grande periculum. Tollendum nunc

omne dubium ex *Consilio fontium*, cujus praxis consistit, tùm *in judicio elenchtico discretionis*: tùm in judicio positivo declarationis. Ibi ex Consilio fontium & ex habitu Ἀκριβείας καλοῦ τε καὶ κακοῦ (qvem postulat Apostolus Heb. c. 5 ult.) de variis interpretationibus crisis datur, qvid sive magis sive minus, sive laudandum, sive culpandum notatur, & verum interpretationis, sive jam ab Interprete eductum, sive demum educendum (de utroqve enim benè meretur tale *practicum Consilium fontium*: de illo, δεικλικῶς, *ostendendo*, qvænam ex multis & variantibus lectionibus Interpretum, vera sit translatio, βεβαιωλικῶς s. *legitimandi illius jus* ex principiis fontium, Ἀκριλικῶς *discernendo* eam à falsis & rejiculis, ut ita qvod *aurum est*, *cognoscatur aurum*: de *hoc*, per modos consulendi fontes, educendo & declarando sensum Scripturæ S. Spiritus) à falso disparatur: hîc ex eodem Consilio, verus, à S. Spiritu intentus ejusdemq; menti adæqvatus sensus positivè declaratur: cujus utriusqve Capitis summam uti *difficultatem*: ita *necessitatem* & *dignitatem* qvisqvis non æstimat, nec עֵר nec עִבָּה Malach. 2. 12. *dici* i. e. (prout doctè ibidem Aben-Esra) nec בחכמים nec בתרמידים poni, nec Studiosi nec Doctoris Theologi nomen meretur, in cujus ore debet esse Lex veritatis, nec perversitas in labiis, qvippe qvæ debent esse depositaria דעה s. *notitiæ veritatis cœlestis*: qvia est (debebat sanè esse) *Angelus Domini Zbaoth* Malach. 2. 6. 7. שליח לאל יתברך להורות דברי האל prout ibid. Kimchi, vel משמש קדם יהוה *Nuncius DEI benedicti ad docendum Verba DEI*, & *Minister coram DOMINO ZBAOTH*, prout ibidem Chaldæus.

Concl. 7. In tmemate præsenti principium belli Interpretum resolvitur in dubium *Grammaticum radicale*, circa voces ברר & בררת. An sc. utraqve vox habeat eandem radicem ירד, & adeò ב utrobiqve servile? An utraqve Vox habeat eandem radicem ברר, & adeò ב utrobiqve radicale? An disparata radix, eademq; *pura & plena* sc. ברר in voce primâ: *defectiva* autem sc. ירד *in voce secundâ*, atqve adeò ב in voce 1 *radicale*, in voce 2. *servile*?

Juxta

Juxta primam classem, qvam defendit Abrabinel, utrobiqve significatio *descendendi*. Juxta 2. qvam Raschi, Vers. nov. in op. Vatabl. utrobiqve significatio *grandinandi*. Juxta 3. qvam pluralitas tenet Interpretum, in primâ voce *grandinationis*, in altera *descensus* significatio.

Concl. 8. Pro primo ita pugnat Abrabinel: כפי הפירוש הזה יהיה וברד ברדת שניהם מלשון ירידה והכ"ת שמושים בשניהם ומיסב על וישב עמי בנוה שלום והנ"ת אמר שישב העם ברד ר"ל בירידה וא"ל תתמה על חסרון יו"ד ירד במל"ת וברור כי הנה מצאנו ויהודה עוד רד עם א"ל היום רד מאד i. e. *Juxta expositionem meam ambæ voces* ברד & ברדת *sunt ex radice eadem* ירד *s. descendendi, & litera* ב *utrobiqve servilis: reflecturq; vox prima ad v. præced.* Sc. sedebit populus meus in רַד i. e. s. *descensu*: nec mireris defectum 1. rad. י in voce בְּרַד: nam ecce invenimus alibi: *Jhudah adhuc* רַד *cum DEO fort.* Hos. 12. 1. & Jud. 19. 11. Dies רַד *declinavit valdè.* Improbanda autem sententia est. Obstat 1. רד nomen in significatione ירידה s. *descensus* sine exemplo: neqve id saltem: sed & cum *repugnantiâ Grammaticâ.* Repugnat sc. Grammaticè à rad. ירד derivatum nominale dari רַד vel רָד, æqvè prout repugnat à rad. e. c. 1. ירש. 2. ירך. 3. יצב. 4. יקש. 5. ישר. deducere 1. רַשׁ. 2. רַךְ. 3 צַב. 4. קֹשׁ. 5. שָׁר. Confunduntur ita formæ radicum sive deficientes, sive qviescentes 2. rad. cum formâ qviesc & defic. 1. rad. qvarum in originatione discrimen accuratum. Etenim 2. *Nullum derivatum nominale à radice Pe Jod* (s. abstractâ prima radicali י) *absolvitur solâ radicali 2. & 3. sub punctatione* sive (-) sive (ֵ) sed eadem cum literâ servili semper concretâ. Omnis derivatio hîc vel est plenæ radicis, vel (sive cum, sive sine plenâ radice) concretæ. Ita sc. prima rad. י in derivatis nominibus nunqvam deficit sine compensatione. Unum qvidem datur רַע, à rad. ירע: Cæterum nec extat illud *absolutum*: nec ibi abest *Compensatio, etsi per Patach furtivum*, nec ibi datur vel *punctatio* - vel ֵ. Imò extra illud

unum, cujus ratio jam data, *nullum extat derivatum à radice Pe Jod*, qvod absolvatur 2. & 3 *radicali solis* s. *nullâ servili Heemanticâ concretis:* non saltem *sub punctatione* - vel ־: sed etiam *absolutè in qvâcunqve punctatione.* Ut adeò רַד *descensus* vocabulum à ירד non saltem sit sine exemplo: sed implicet qvoqve. Obstat 3. positus in m. 2. qvi reqvirebatur talis ex mente Rabbini: ובשפלה כאשר תשפל העיר; vel ובשפלה אשר בה תשפל העיר. Obstat 4. Seqvela ab *habitaculo pacis, tabernaculo fiduciæ, palatio gloriosæ tranqvillitatis & qvietis*, ad *descensum illum* s. *depressionem*, mirabilis *descensus est.* Obstat 5. Inutilis Sensus. Qvis enim dubitat *Israelem* pati ubi *metropolis*, & *tota terra?* Obstat 6. hypothesis falsa. In v. 15, prædici, *ex Sylvâ Hierosolymitanâ* fieri *Carmel.* Invertatur & constabit. vid. sup. Obstat 7. Accentus in voce וברד. Reqvirebatur territorialis.

Concl. 9. Nec obstaculum 1 & 2 tollunt exempla Rabbini. Non 1. ex Hos. 12. 1. qvia ibi non est רַד Patachatum, sed רָד Kametzatum, qvod proinde à radice non ירד: sed רוד vel רָאַד. Opponitur ibi Status *Jhuda* statui *Ephraim* in facto, æqvè prout c. 4. 15. in cœlesti Consilio, *Ephraimo* tribuitur כחש ומרמה *mendacium* & *dolus:* at de *Jhuda* dicitur עוד רד עם אל ועם קדשים נאמן. Trem. *Jhuda dominatur adhuc cum DEO forti*, ac si רוד & רדה eâdem gauderent significatione: unde & in loco Jer. 2. 31. רדנו לא נבא עוד אליך, vox רדנו sanè non est à ירד: sed à רוד, ubi proinde Kimchi & eum secuti pleriqve Interpretes: *Dominamur: non veniemus amplius ad te.* Nolumus nunc de significato רוד contendere, an illud sit *dominari?* an *plangere?* qvia sic novo implicaremur Interpretum bello: qvomodo Gen. 27. 41. ad illud כאשר תריד וג׳, noster Lutherus, *dominandi:* Trem. *Plangendi* significatum dedit. Ille: **Es wird geschehen daß du auch ein Herr/und sein Joch von deinem Halse reissen wirst.** Hic: *Erit cum planxeris* (sc. ob hæredem Regni à Moabitis captum & super muro in holocaustum oblatum) *tunc rumpes jugum de Collo tuo* (tunc excuties jugum sub Rege Joramo, ut adeò hîc sit *Prophetia historiæ illius*

2. Reg.

2. Reg 3. 27. & c. 8. 22.) sic Jer. 2. 31. L. de Dieu: *Planximus: non veniemus amplius ad te.* Luth. noster: Wir sind Herren / und müssen dir nicht nachlauffen. Ostendit Lutherus noster verum & primarium significatum רוד in l. Hoseæ, qvem accuratissimè reddidit: Aber Juda hält annoch fest an GOtt. Unde & lux loco Jeremiæ reddendo: Wir bleiben fest dabei / daß wir nicht wieder wollen zu dir kommen: sed & illi Gen. 27. 41. & Psal. 55. 3. extra qvæ loca non reperitur.

Concl. 10. Nec probat locus alter Abrabinelis, qvia nec ibi nomen est: sed verbum, nec à radice ירד: sed רדר, in qvâ *remittendi, resolvendi, explicandi, extendendi, expandendi, repellendi* significata subordinanda, ad qvam *remissionem* materialiter aliqvando sequitur *infirmatio, debilitatio virium.* Ubi in corpore datur vehemens expulsio & expansio qvasi, ac resolutio Spirituum vitalium, ad illam sequitur debilitatio: sic DEUS Antecessor dedit פחד s. roburipsi Cyro, לרד לפניו גוים, ut *resolverentur* qs. *coram eo gentes* Isa. 45. 1. Aulæum *expansurus, remittit* illud, non complicat, vel *constringit:* sed *resolvi permittit,* & sic fit *extensio.* Sic ubi *Sol* movetur ad *Meridianum,* & *lux calorq; lucis* roboratur, tunc diei qvoddam qs. *robur* est, & *Sol* tunc *esse* dicitur *in robore suo.* A meridiano autem magis magisq; lux, calorq; Lucis ירד s. ἀσθενεῖ, *infirmatur, debilitatur,* & hoc est qvod dicitur in loco Jud. 19. 11. *Rem sit se dies* ita ut *ad vesperascceret.* Qvo propior enim occasui & occiduo Horizonti, eò lux remissior, & tunc non saltem ירד יום, qvod etiam fiebat aliqvot horis ante: sed etiam מאד i. e. *Valde.*

Concl. 11. Satisfactum adeò jam classi primæ, & probatum: illud ברד esse puram radicem, & *grandinationis* habere significationem. Admutit illud classis secunda: sed ita, ut seqvens qvoqve ברדת sit à rad. ברר & *grandinis* habeat significationem. Videndum, si hæc detur, qvalis secutura sit Versio. Illa nova in ed. Vatabli: *Grandinabit grando in Sylvam,* rejicienda. Obstat ex Consilio fontium illi 1. *Accentuatio* Tiphcha in voce 1 qvi tunc ex hypothesi retinendi talis vocum positus esse debebat in voce 2. Obstat 2. *Punctatio* sub ב in ברדת: reqvirebatur ibi (־) non Schva (:) sed & obstat 3 *Positus:* debebat juxta illam esse; וּבְרָדַת בָּרָד הַיָּעַר Grando autem grandinabit in Sylvam.

Concl.

Concl 12 Propius ad formam qvadrat *Versio Raschij* (vid. sup. Concl. 5) sic enim *Punctatio Schva* in ברדת legitimaretur *ex regimine*, & *Tiphcha* staret legitimè. Neqve ex illâ hypothesi hîc magnum aliqvod culpandum (de *applicatione* enim Raschii erroneâ *ad excidium Persarum*, nihil attinet hîc apponere, nec de *Jonathane*, qvi generalius hîc loqvitur) nisi qvod præstaret *Nominativus*, ut sit: *Et grandinabit grandinatio Sylvæ* illius (i. e. hostis ad instar grandinis vehementis, Sylvam in primis attonantis, perstrepentis, detonabit, diruet, prosternet) Neqve obstaret *subjectum fœmininum* & *prædicatum Masculinum*, qvia illud ex *complexu masculino* sc. *hostis* habituri se *ad instar grandinis Sylvæ*, *ex Synonymia* item ברד *masculinâ* facilè legitimatur: neqve pro ב particulâ in ברדת allegare licebat ב in בשפרה, ut, qvæ hujus, eadem illius asseratur ratio. Si enim ita *ex parallelismo membrorum* agendum: E. & in m. 1. debet esse *Subjectum explicitum*, qvia tale est in m. 2. sc. עיר: atqve adeò in m. 1. ברדת היער erit subjectum, qvod erat probandum. E. prout in m. 2. Verbum תשפל & nomen בשפלה ejusdem radicis, ita & ברד & ברדת: atqve ita iterum vincit & classis 1. & 2.

Concl. 13. Si ברדת in *grandinationis* significatione sibi constaret, vinceret omnes illa translatio, qvam paulò ante dedimus. Cæterum dantur illi obstacula qvæ faciunt ut concludamus pro *Classe tertiâ*. Sc. 1. ברדת sub ב *radicali* sine exemplo in Lingvâ S., neqve apparet, qvare hîc uti Propheta voluerit insolenti vocabulo, cum detur in usu sacro familiare ברד *grandinis* vocabulum. 2. *Derivata à radice, cujus 2. radicalis* ר *terminata in geminum* (*) *sub primâ radicali non præfixâ semper habent Kametz, nunqvã Schva:* ita est צָרֶבֶת Inflammatio. Lev. 13. 23. שָׁרֶטֶת Cæsura, incisio Lev. 21. 8. בָּרֶקֶת Chald. ברקן *Carbunculus*, prout & *fulguris* significatio & cognatio vocum persvadet, Gemma *Sacerdotalis* in pectorali Exod. 28. 17. Non hîc disputamus exemplo פָּרֶכֶת Exod. 26. 31. qvia datur etiam חַרֶשֶׁת Exod. 31. 5. & sunt hæc aliaq; similia hîc aliena, e. c. מַעֲרֶכֶת 1. Sam. 17. 8. ubi nemo non videt tale exemplum per regulam non postulari. Si qvis objiciat: Schva hoc esse ex regimine, illi hoc docendum

cendum vel uno saltem *exemplo:* sc. *tales voces in regimine Schvari.* Exempla aliena hîc frustra objiciuntur. Nemo non videt in formâ etiam absolutâ alitèr se habere e. c עֲטֶרֶת aliter פָּרֹכֶת alitèr בָּרֶקֶת. Ex tertio hic pronunciandum. 3. Vox ברדת *in suppositione infiniti particulati* non saltem freqventissima: sed etiam in planè parallelo positu s. seqvela conjunctivâ nominis articulati, familiarissimum in sacris, ut dubium nullum sit, qvin ברדת היער eodem modo se hîc habeat, qvo alibi ברדת האש 2. Chron. 7. 3. ברדת הטל Numer. 11. 9. ברדת המלך 2. Reg. 7. 17. ברדת משה Exod 34. 29. 4. Accentuatio facilè legitimatur e. c. uti alibi se habet Pasta ad Sakephkaton Is. 30. 2. 2. Chron. 7. 3. ita hîc se habet Tiphcha ad Atnach. 5 Omninò שפלה in m. 2. respicit ad רדת in m. 1.

Concl. 14. Illo ergò supposito videndum de illis Interpretibus Classis tertiæ, qvos allegavimus supra. Vulgatus erravit in ברד habito pro nomine: qvod non esse שם דבר s. *nomen verbale:* sed לשון פעל, item בלשון פעולה *suppositionem* habere *verbalem,* & *actum grandinationis* notare, ex puncto non ד sed - sub radicali 2. constat, idq; rectè hîc R. S. Jarchi notat: sc. בלשון שם דבר נקוד חציו קמץ i. e. *in formâ Nominali* ultimò *Kametzatur* in *Verbali* ultimò *Patachatur.* Lutherus noster reddens: Hagel wird seyn/ non probatur exinde ברד pro nomine habuisse. Perinde enim est sive dicas: Es wird hageln/ sive: Hagel wird seyn

Concl. 15. Nec vox ברדת supponit *Topicè,* nec vox היער *terminativè:* sed illa *indicativè:* hæc autem resp. vocis ברדת s. *descendendi,* nonnisi *subjectivè.* Probatur tùm ex *positu,* tùm ex totâ *praxi Biblicâ,* in qvâ omne ברדת pro *Subjecto* habet *nomen immediatè seqvens,* & ipsa vox ברדת, ita, ut *Qvando* potius actus, qvàm UBI ostendat. Uti ergò e. c. ברדת משה *in descendendo Mosen,* (*Regem, ignem, Rorem* vid. sup. Concl. 13.) resolutio fit subjectivè: *ita ut ipse Moses, Rex, Ignis, Ros* memorentur descendere: ita hoc loco non resolvendum, ut dicatur: grandinationem futuram *in descensione Sylvæ* i. e. versus Sylvam declivem, den Wald hinab/ ita ut Jerusalem vocetur descensio saltus propter situm declivem, ad Aqvilonem.

Daer men afgaet in t' Wout/ vel *in imo Sylvæ*, vel, *non super Civitatem:* sed *super Sylvas*, *in Sylvis:* nec *(cum descenderit) in Sylvam*, prout supra Kimchi, Ludov. de Dieu, Vers. in op. Vatabl. Vers. Belg. German, Vulgata: sed Sensus est: *Descendet Sylva & illâ descendente* (vel ruente) *grandinabit.* Reddendum adeò: *Sed grandinabit descendente Sylvâ illâ: & in humiliatione illâ* (illà ipsà sc. qvæ fit ubi descendet Sylva) *humiliabitur Civitas.*

Concl. 16. Dixerat supra: Carmel Hierosolymitanum s. Judaicum degeneraturum in Sylvam v. 15. non qvod è lignis Libani constaret (illis enim semper, etiam tunc constitit, qvando Carmel, non Sylva fuit) sed qvod qvondam florida *fide Messiæ, pœnitentia, charitate*, Ecclesia Judaica, per apostasiam tùm dogmaticam, tùm vitalem, fœdissimam, fervida Schismatis, & dissidiis infidelitatis, totaq; adeò sylvestris circa novissima tempora futura esset (licet sub illà *Sylva* non negaverit Prophetâ futuros adhuc *resipiscentes qvosdam ordinatos ad vitam æternam*, propter qvos futuram *abbreviaturam temporum & accelerandum perfidæ gentis excidium* prædixit Servator Matt. 24. 22. unde est, qvod non de Carmel mutando in Sylvam loqvatur eodem planè modo, qvo in territor. 1. de deserto mutando in Carmel: sed יחשב dicit, i. e. reputabitur, adhibitâ etiam accuratissimâ ratiocinatione, nihil aliud ibi invenietur, qvàm *Sylva:* sub qvâ Superstites adhuc Electi non videbuntur, non rationis judicio observabuntur: sed *credentur)* Nunc illi ipsi *Silvæ excidium*, ruinam, casumq; denunciat (idem sc. qvod propius intimavit Salvator Matth. 24. 2. 14. 15. 16 21. 22.) *Descendet Sylva illa* (cadet, ruet infidelis illa Synagoga, excindetur illa Sylva Judaica) *& qvidem descendet* (ruet alto à culmine) *cum grandine* (immistâ tonitrui & fulguri, ut terribilitas exprimatur supplicii conf. Exod. 9. 22. 23. Ps. 18 13.) Et ita, *qvando descendet Sylva, grandinabit* (s. horrida tempestas, conjurante qs. cœlo soloq; detonabit, tumultuabitur, omnia diruet, prosternet) *& in depressione illa* (ubi sc. ita descendet Sylva) *humiliabitur Urbs* (ἱερουσαλὴμ de suo fastu dejicietur, desolabitur, eidemq; ὁ οἶκος ἔρημος relinqvetur Matt. 23. 38.) In interpretatione ברות היער probandus Abrabinel & Tremell.

Tremell vid. sup. Concl. 3. 5. Probamus vehementèr qvod Rabbinus per Sylvam *terram Israelis* intellexerit, & per *Urbem* idem *Metropolin Hierosolymitanam*. Ludov. de Dieu in Interpret. formali jam supra est notatus. Erravit qvoqve in applicatione, hilarem *pacis* sententiam statuendo, qvam *tristem pœnalemq;* esse satis clamat litera. Coacta præterea est & contorta exegesis interpretationis. *Grandinatio* enim *adusqve imum Sylvæ* ἄυξησις potius *supplicij* esset, qvàm *signum beneficij*. Et ubi ita *grandinatio* beneficium? Sed & *Civitatibus*, juxta illum, opus haut erit, *qvia nulla amplius erunt latrocinia*: E. nec *Sylvis*, qvia nulla amplius grando. At juxta illum supererit grando: *Grandinabit enim in imum Sylvæ*. E etiam latrocinia. Et sic aut retinendæ Sylvæ & Civitates, neqve *grandinatio* deducenda ad imum usqve Sylvæ, aut miserè prospectum illi *instrumento pacis*, qvod hîc descripsit de Dieu. Satis de uno illo tmemate ex Consilio fontium.

Concl. 17. Claudit Orationem insigni Epiphonemate, qvod est ἀλληγορέμενον & ad pios reflexum, propter qvod prima statim vox fuit ita distingvenda territoriali, licet eandem poposcerit qvoqve proportio vocum seqventium ad Atnach. tm ultimo. *O vos beatos, qvi seritis ad omnes aqvas* (qvi nobilissima terræ loca, agros optumos liberrimè excolitis) *& mittitis* (liberrime) *pedem Bovis & Asini* (armenta sine metu immittitis, ut ita *tutus bos rura perambulet*: qvod æqvè prout libera sementis & messis signum est pacis publicæ.) Abrabinel expressit: *Beati eritis* (מאושרים) *ó vos seminantes, propter ipsas aqvas, non tam* propter laborem *sementationis*, qvam *fœcunditatem*, qvam *aqvæ irrigantes præstabunt agris vestris: inde enim tanta vobis erit messis* vel תבואת הקציר, ut non sufficiant *triturationi, pedes bovis trituraturi* עד שלא יספיקה לדוש השוורים ברגליהם: sed יצטרכו לדוש גם התבואה בחמרים i. e. *indigebunt ad triturationem frugum etiam ipsis Asinis*. Erravit in positu עד כי מים propter omnes Aqvas. Obstat accentuatio major in 1. qvam 2. voce. Juxta illum contra debebat sese habere. Obstat Tiphcha in 2. post territorialem in 1. unde infallibiliter probatur,

illud על כל מים ad actum seminandi, non ad antecedens אשריכם referendum, ut adeò non dicantur *Seminatores beati, propter omnes aqvas:* sed *Beati* prædicentur *illi qvi seminant secundùm, juxta, ad omnes aqvas.* Obstat illi Status regiminis in זרעי, cum juxta illum esse deberet אשריכם הזרעים על כל מים.

Concl. 18. Cœtera haut improbanda, qvod de הצלחה מרובה s. *multiplicatâ benedictionis abundantiâ explicat literam de pede Bovis & Asini*, ita ut ad *messem* referat: cum Jun. & Tremell referant ad *sementem & culturam agri.* Utraqve pars in membr. 2. particulam, per qvam reflectatur *immissio pedis bovis & asini* ad m. 1. s. illam *culturam* sive sementis sive messis jam consummatæ, addit, qvæ non est in fontibus, juxta qvos geminum hîc disparatum pacis signum eo modo, qvem supra expressimus. Parum tamen interest, sive hoc sive illo modo. Et omninò ratio danda, qvare non dicatur משלחי השור i. e. *immittentes bovem:* sed רגל השור i. e. *pedem bovis.* Pagninus tamen addens in m. 2. *in agrum vestrum*, non probandus. Mavult L. de Dieu reddi: *qvi seritis super omnes aqvas, qvi eò immittitis pedem bovis & asini*, ita ut notetur transsubstantiatio rerum omnium sub regno Messiæ, ubi *apta futura sint sationi frugum, & pastioni jumentorum*, qvæ nunc *inepta*, atqve adeò *beati qvoqve futuri, qvi super qvasvis aqvas severint, & in qvasvis aqvas boves agrosq; pastum immiserint.* Si particula על in parallelâ suppositione fert expositionem Tremellianam, ut sit על מים *secundum, juxta aqvas, in locis irriguis*, frustra hîc illa culpatur à Ludovico de Dieu.

Concl. 19. Ἀλληγορούμενον hîc agnovit Bresith Rabba explicans seminationem illam per צדקה וגמילות חסרים i. e. eleemosynam, & bona opera: sed clarius *Jonathan Chaldæus Paraphrasta*, neqve absurdè illud explicuit, reddens ita tmema præsens: טבין דאתון דמן לדזרעין על שקיא משלחין לאדרכא בתוריא ולמכנש בחמריא i. e. *Beati estis (vos justi qvi fecistis opera bona:) qvi similes estis seminantibus super irrigua (qvi similes estis) immittentibus boves ad calcandum* (לדוש i. e. *ad triturandum*) *& asinos ad colligendum*

gendum (להביא אל הבית *ad deportandum domum*) Apparet qvorsum respectus *Bovis & Asini* discretus apud Chaldæum: Utriusqve sc. in *agricultura Judaica* usus, illius inprimis in triturando, s. ברוש: hujus in *bajulando* s. בסבל, ut ita hic tria ponantur applicanda. 1. Sementis benedicta. 2. καρποφορία pura. 3. ejusdem ζωάξις εἰς τὸν ἀποθήκην, qvæ omnia, qvomodo, suppositio jam ex v. 16. 17. articulo justificationis, locum habeant in articulo renovationis, in qvo e. c. jubet Apostolus κατ' ἐπιστολὴν ἔργα ἀγαθὰ ζητεῖν δόξαν &c. item ἀγαθοεργεῖν, καλλίονα ἐν ἔργοις καλοῖς, ἀποθησαυρίζειν θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον ἵνα ἐπιλάβωνται ζωῆς αἰωνίου ex Rom. c 2. 5. 1 Tim 6 18. aliisq; N. T. locis constat.

Concl. 20. Lutherus noster de *Apostolis* explicuit: *Beati estis vos Apostoli, qui* dum Synagoga respuit Evangelium, *seminatis* i. e. *prædicatis verbum passim juxta aqvas* i. e. *inter omnes gentes, ubi immittitis tàm Boves, qvàm Asinos pro pascuis* i. e. *docetis, exercetis, instruitis, tàm perfectos Doctores, qvàm imperfectos & infirmos discipulos.* Apparet, qvos per boves & asinos hîc intellexerit Lutherus. Ostendimus autem jam supra pacem hîc spiritualem describi duobus signis pacis terrestris, uno agriculturæ, altero pastorali. Consequens *Justitiæ Evangelicæ* PACEM Propheta descripserat magnificè, & habitationem in tabernaculis pacis promiserat reliqviis populi v 17. 18. Objici poterat *excidium Sylvæ*, & *metropoleos Hierosolymitanæ*, qvippe futurum magnum illi paci obstaculum v. 19. Occupat Propheta v. 20. Licet ita cum tonitru & grandine excindenda sit Resp. Judaica, tamen nullum exinde illi paci vestræ obstaculum. Manebit PAX & in illâ vos beati.

Concl. 21. De *Bove* & *Asino* ampliora hîc ponere nolumus: Copulari enim ex *Usu terrestri in Rep Judaicâ amplissimo*, vel ex Decalogi præcepto 3 & 10. constat. Fit idem in hymno Genethliaco Salvatoris, in qvo *Puerum Dominum* memoratur *Bos* & *Asinus* agnovisse. Qværitur an rectè? Affirmatur eo modo qvo Isaias c. 1. 4. *Bovi agnitionem Possessoris* & *Asino præsepij Dominici notitiam* tribuit, & inde νωθεότητα Israelis populi DEI potenter redarguit. Elenchus ille nullibi tàm legitimatur, qvàm in Synagogâ, *tempore nati*

Servatoris, ad qvod etiam ex intentione S. Spiritus ibi respectus facilè probatur. Omninò rectè dicur *Bovem & Asinum* (in jumentorum classe & stupidiora & Usu apud Judæos præcipua) tunc magis agnovisse *Nativitatis Dominicæ admiranda*, qvàm *Herodes*, *Pontifices*, *totaq; Hierosolymitana*, qvæ multis diebus post, ad famam jam nati ex Oriente allatam ἐταράχθη. Ita sc. *Carmel* in obscuram, caliginosamq; *Silvam* degeneraverat, ad qvam gentis νωθείαν pudendam, & pudefaciendum vel etiam nunc, illos qvi ἀγνωσίαν Θεῦ inter Christianos habent, illud rectè retinetur in hymno Ecclesiæ. Neqve hoc ipso alligatur *Bos* & *Asinus* τῇ φάτνῃ JESU infantis (qvod tamen, cum natus sanè sit in stabulo jumentorum Bethlehemitico, Salvator majori probabilitate affirmatur, qvàm sive per illos ποιμένας ἀγραυλοὺς Luc. 2. 8. sive per aliam rationem negativa propugnatur) nec patrocinium sumitur principii errantis, qvod imposuit Patribus, translationis sc Græcæ in Habacuc c 3. 2. ubi *admirandum in interiori* (plenitudine temporum sc.) *annorum producendum* memoratur à Propheta, qvod expressêre Græci Interpp. ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ i. e. in *medio duorum animalium agnosceris*: Unde in Bovem & Asinum conclamatum à Patribus. Errarunt sanè in translatione, ejusdemq; accommodatione.

Concl. 22. Cœterum potest qvis sententiam veram & modo loqvendi Prophetico congruam, erroneè deducere & intelligere. Eadem ratio, qvod in eodem Hymno *Reges de Saba venisse*, *Aurum*, *Thus*, *Myrrham obtulisse*, decantatur in Ecclesiâ. Explicetur populo sensus pius, Prophetiæ & Historiæ σύμφωνος & retineatur formula. Erraret sanè, qvi inde ad 3. Reges concluderet, eosq; tanqvam necessarium credendum ibi inculcari, crederet: magis autem, si vel nomina qvoqve vel sepulcra Colonienſia credi postularet. Erraret præterea, qvi sive Prophetiam *Isaianam* c. 60. 6. sive *Davidicam* Psal. 72. 10. præcisè absolvi statueret complemento *Magorum Anatolicorum* Matt 2. etsi in loco Isaiano nulla Regum mentio. At de *numero* & *nominibus* nihil in hymno. Reges saltem vocantur. Unde probabitur, qvod non fuerint? De Saba vel סבא venisse dicuntur.

tur. Unde probabitur, qvod *inde non venerint?* An qvia יהא מעבר לנהרא? At qvis nescit dari posse tùm שבא tùm סבא Anatolicum? Ita ex fide Magorum Regum & adventus de Saba nullum pietati periculum. Neqve verò propter illa individua Magorum (qvi titulus Regalis in Anatola non repugnat) ita decantat Ecclesia: sed propterea qvod illi fuerint & principium & exemplum futuræ post glorificatum JESUM plenariæ Vocationis gentium & subjectionis Evangelicæ ipsorum qvoqve Regum, uti JESUS infans simul ἡγεμὼν & in templo Hierosolymitano *Judæis* & in hoc Theatro Magorum, *Gentibus* sese revelavit, & his inprimis fidem futuræ universalis Vocationis obsignavit.

Concl. 23. Illud autem planè commentum est, qvod ex ultimo hoc tmemate Isaiano m. 2. geminum Messiam deducit Bresithrabba ad Gen. 49. sc. Voce משלחי notari Eliam ex Mal. 4. 5. per bovem, intelligi Messiam filium Joseph ex Deut. 33. 17. per Asinum Messiam filium David ex Sach. 9. 9. Admittimus, & exinde evertimus duos MESSIAS. Sc. 1. Messias Sacharianus insidens Asino est pauper. E. Messias F. David idem qvoqve Pauper. At hic F. Joseph. E. idem MESSIAS Filius David & Joseph, dives & pauper. 2. Messias in Deuter. 33. 17. est M. F. David. Ita Midras Tillim vid. Pugionem. fidei p. 332. At idem Messias F. Joseph. Ita h. l. Bresith rabba רבי השור זה משיח בן יוסף כמו שנאמר ראשית בכור שורו הדר לו Ita in fidei Capite convenit illis *Magistris sacrorum scriniorum*.

Concl. 24. Status piorum, in qvo desierat c. 32. v. ult. opponitur Status *Ecclesiæ hostium* sub titulo *Vastatoris & perfidi* s. שרר ובגד c. 33. 1. Ibi pax, cujus signa: *sementis* benedicta, & *Bos Asinus* & tutus rura perambulans: Hîc bellum & excidium: *Vastator sc. vastabitur & contra perfidè agentem perfidè agetur.* Ibi Propheta est Præco *beatitudinis* & exclamat אשריכם *O Vos Bentos!* hîc est Præco *maledictionis* & exclamat הוי s. Væ. Inde ergò illud הוי שרר i. e. *Væ tibi ô Vastator*, & sic nexus legitimatur, unde parum interest, sive hoc tmema habeas pro ultimo c. 32. sive pro primo c. 33.

Concl. 25. Utrum ille positus ואתה לא שרור in territor. 1. &

& ולא בגדו בך in territorio 2. habendus *absolutè*, ita ut neget sive *Jus* vel inductivum juris? sive *experientiam talionis* conseqventer in Vastatore cum seqvelà formidabilioris potentiæ? an habeas *interrogativè*, ita ut modificatio interrogativè enunciata resolvatur in affirmativam vehementissimæ asseverationis, atqve adeò correspondeat illi, enunciatio utraqve absoluta in membro 2? qværitur. Primo modo intellexit Belgica Versio: **Wee u ghy Verwoester/ die ghy niet verwoest en zyt / ende ghy die trouwloos lick handelt/ daer men niet trouwlooslick tegen u gehandelt en heft.**

Concl. 26. Ita & Vers. nov. in op. Vatabli: *Væ qvi prædaris & tu non es prædationem passus, & qvi prævaricaris, & non sunt prævaricati in te.* Sed & jam olim Vers. Græc. Symm. Οὐαὶ ὁ ταλαιπωρίζων, αὐτὸς δὲ μὴ ταλαιπωρήθης &: Væ qvi miserum facis, miser ipse non factus, & qvi reprobas, ipse non reprobatus. Secundo modo noster Lutherus in Scholiis: *Sic*, inqvit, *censeo vertendum, ut respiciat obliqvè ad illorum voces, qvi populum metu Assyrij terrebant qvasi dicat:* Scio eum esse Vastatorem, & à nemine hactenus vastatum esse: sed nihil est, qvod infirmos his vocibus terreatis: *Omninò enim* cum consummaverit deprædationem, *& jam in manu se habere putabit victoriam, rumpetur arcus cum nervo ac deserent impium Vastatorem in ipso conatu, & sic pij cum videntur prorsus perditi eripiuntur, &, ubi desperata omnia, liberantur.* Utroqve autem modo videntur intendisse J & T. in paraphrasi: *Væ tibi Vastator, qvi ipse non vastaris* i. e. *qvi præsentibus commodis & divitiis benignitatis ac patientiæ DEI abuteris, ut alios non lacessitus circumvenias.* Tertio autem modo Lutherus in versione posteriore, in qvâ illud qvoqve obiter notamus, Lutherum addendo voculam Aber/ qvæ in fontibus explicitè non coutinetur, egreglè nexum superiorem ostendisse, & relationem hujus tmematis antecedentem: **Wehe aber dir / du Verstörer/ meynest du/ du werdest nicht verstöret werden? und du Verächter / meynest du / man werde dich nicht verachten?** Correspondet nunc egregiè m. 2. qvod pulcherrimè idem: **Wenn du das Verstören vollendet hast / so wirstu auch verstöret werden/ wenn du des Verachtens ein Ende gemacht hast/ so wird man dich wieder verachten.**

ORATIO XVI.

Concl. 1.



Ta jam olim Symmach. tm. 1. c. 33. egregiè: ὅταν ζωτελέσης ταλαιπωρίζων, ταλαιπωρηθήσῃ καὶ ὅταν καταπάσῃ ἀθετῶν, ἀθετήσουσι σε. i. e. *Ubi miserum facere desieris, fies & ipse miser: ubi reprobando fueris defessus, ipse reprobaberis.* Belg. Vers. non adeò convenit. שדד s. Vastator, hoc ipso qvod שדד dicitur, tunc שדוד s. vastatus & ταλαιπωρηθεὶς negatur. Qvis dubitet e. c. Assyrium qvando Vastator adscendit, non fuisse vastatum? Ita Assyrius adscendens contra Regem perfidum s. rebellem, non fit בגד: sed tunc legitimare potest jus belli: neqve adeò opus erat illud exprimi vel addi, de qvo nemo unqvam dubitare poterat, postqvam audiverat illud הוי בוגד s. *Væ perfidi.* Manet ergò in subordinatione sub duplici respectu, talis sensus, qvalem expressit noster Lutherus in Scholiis & versione.

Concl. 2. Abrabinel ita παραφράζει: כנגד האיבים אשר העבירו אותם בגלות אמר הוי שודד ואתה לא שדוד וגו׳ אוי לך האיב שאתה תמיד שודד ואינך שדוד אבל הוא לך כי כאשר תכלה להיות שודד את האחרים והם בני ישראל אשר בגלות תושד גם אתה ויבגדו בך רמז אל הענש אשר ישיגם בזמן הגאולה i. e. *Respectu hostium deportantium Israelem in captivitatem dicit hîc Propheta: Væ tibi ô hostis, qvi semper es Vastator nec iterum vastaris: Cæterum scito, qvod, ubi consumaveris mensuram vastandi alios, filios sc. Israelis qvi sunt in captivitate, etiam tu vastaberis, & perfidè tecum agetur: respicit sc. Propheta ad supplicia obventura hostibus in tempore liberationis.*

Concl. 3. Solent & Christianorum & Judæorum Dd. *ad Assyrium* hoc tmema referre, & *Cædem Angelicam*, ut illius rei hîc sit Prophetia, cujus in Oratione seqventi datur historia. Cœterum longius, & ad futura adhuc tempora liberationis Judæorum ex captivitate præsenti per Messiam nondum revelatum revelandum, refert Rabbinus, juxta qvem proinde Vastator nondum התים שדד i. e. *Consumaverit esse prædator*, & ille *perfidus* s. *prævaricator* nondum כלה לבגד s. *absolverit prævaricationē*, nec adeò expertus sit ἀντιστροφὴν illam *passivam Vastationis & perfidæ tractationis*: sed adhuc illam experturus: ut ita in m. 1. per *durationem status Vastatoris floridi* sine oppositione alterius שדד hostis, insinuetur אורך הגלות s. *prolongatio Captivitatis*, in membro autem 2. הגאולה העתידה s. *Liberatio futura signata per cladem hostis Vastatoris*.

Concl. 4. Hypothesis Rabbini alibi excussa. Assyrius hîc nec excludendus, velut exemplum possibilis accommodationis, nec exclusivè allegandus. Si Væ hoc æstimatur in thesi, generale est, & tàm futuri etiam nunc, qvàm præteriti temporis. Si in hypothesi intentâ principalitèr, illa tutissimè petitur ex contextu antecedente c. 32. Si in hypothesi materiali, tam hîc Babylonius non excludendus, qvàm Assyrius includendus. Placet de cœtero ὀρθοτομία textus Prophetici talis: Propheta hîc proponit Theatrum JHOVAH Judicis exaltandi in judicio vid. c. 33. v. 10. In illo Theatro repræsentatur I. Duplex Litania Ecclesiæ precantis & alternatio DEI respondentis: ac in utroqve apparatus Judicii tùm resp. impiorum hostium, tùm resp. Zionis s. Ecclesiæ Sanctorum ad v. 13. II Specialiter præviâ magnificâ ad audiendum convocatione v. 13. describuntur Characteres Mediatoris v. 14. 15 & regalia Sanctorum (multiplicatis excellentiarum promissionibus) à v 15. adusq; f. c. 33. III. Æqvè specialitèr prævia æqvè autoritativâ ad auscultandum invitatione, explicatur ille apparatus resp. Judiciorum ab irato JHOVAH gentibus infidelibus s. hostibus improbis obventurorum toto capite 34. IV Concluditur Oratio Sigillo triumfali de majestate floridâ regni Jesu Christi, & in illo jubiléa gloriatione Sanctorum illius regni Civium toto c. 35.

PHA-

PHARASCHA I.

Concl. 5. A precibus & solemni Ecclesiæ Litaniâ auspicatur hæc Pharascha. Illa arma potentiæ *Vastatoris*, violentiæ *Prævaricatoris* (vid. tm. anteced.) *grandinationi*, *Sylvæ ruenti*, *metropoli cadenti* vid. c. 32 19. per tempora angustiæ, opponit Ecclesia, de suis desperans viribus, qvippe nonnisi infirmitatis magnæ sibi conscia & exinde unicè de salutari brachio JHOVAH s. protectorio cœlesti solicita. Litania autem intercalaris est, & alternans inter *precationem Sanctorum, & responsionem DEI.* Precatio inde æqvè ac responsio gemina. Prior illa absolvitur 1. *Misericordiæ* (ad qvam reflectitur, velut correlatum promissionis gratiosæ, Sanctorum fiducia) *brachij*, & *Salutis divinæ* imploratione cap. 33. 2. 2. *Brachij Omnipotentis* per effectum triumfalis majestatis & spolii, commendatione, qvæ se habet per modum rationis ad imploratum *brachium & salutem.* Sensus. Sufficit nobis in illâ calamitate temporum *brachium tuum, Salus tua* tm. 2. Tanta qvippe est *brachij tui* & sublimis adeò majestas, ut vel ad famam illius sonoram *diffugiant populi*, ut ad illud virium infinitarum exertorium *dispergantur gentes* tm. 3. & ita *de spoliis gentium* amplificetur Ecclesia tm. 4.

Concl. 6. Ita se habet prima precatio, cui nunc immediatè prima succedit responsio, qvæ absolvitur 1. commendatæ ab Ecclesiâ *eminentissimæ & triumfalis majestatis* asseveratione tm. 5. m. 1. Nexus: Ita est, prout tu Ecclesia es confessa. Revera *excelsus est* JHOVAH, *inhabitat ipsam altitudinem*, à cujus proinde exaltatione manifestatâ *dispergantur gentes*, *fugantur hostes* tm. 3. 4. *Servantur autem Sancti tempore angustiæ* tm. 2. Atqve ita legitimatur potentia DEI. Dubium autem an *exaltationem illam* seu *sublimem majestatem* manifestare tali modo velit? Affirmatur in eadem responsione, qvæ proinde absolvitur 2. *Præsentia DEI* tùm *Vindicatricis*, tùm *Servatricis* in Ecclesiâ contestatione, qvia 1c. *implet Zionem* & משפט s. illâ *Judicij parte*, qvæ consistit in *impiorum punitione* (redargutione, condemnatione) & צדקה s. illâ *Judicij parte*, qvæ consistit *in gratiosâ Sanctorum defensione & Credentium servatione* tmem. 5. m. 2. atqve adeò & in illâ plenitudine משפט qvæ est in Zion, erit

debellator hostium tm 3 & 4 & ex illâ plenitudine צדקה Servator Credentium tm. 2. qvod proinde asseverat in eadem responsione, qvæ absolvitur 3. magnificâ eademq; applicatâ specialissimè *promissione* territ. 1. & *firmamenti* (terr. 2.) ac *thesauri* credentium (territ. 3.) aureâ descriptione, toto tmemate 6.

Concl. 7. Precatio posterior succedit à tm. 7. 8. 9. & lacrymis ac precibus ardentissimis patheticè DEO repræsentat Statum miserabilem s. *Proceres foris ejulantes: legatos pacis amarè flentes* v. 7. (cujus planctus causam sine signo explicito subjicit) *desolatas* Sionis semitas, itineraria solemnia *cessantia*, (adeò ut videatur conclamatum de fœdere gratiæ, urbibus omnibusq; planè Incolis v. 8) *Terram* ex universali supremaq; vastitate *lugentem & langventem*, cujus signa nominantur *loca feracissima* & nobilissima, *Libanus* sc. cui *pudor* tribuitur versus Aqvilonem, *Scharon*, cui redactio in solitudinem, versus occidentem, *Basan* versus orientem, *Carmel* versus meridiem (dabatur *duplex Carmel* in Judæâ, unus in viâ Ægypti: alter ad mare, juxta Ptolemaidem) cui utriqve posteriori prædicatum נער s. *excussionis, fructuum* sc. tribuitur v. 9. Responsio secunda à JHOVAH ELOHIM precib⁹ Israelis immediatè succdit, eademq; & mysteriis & majestate plena & *pathetica*, tùm per triplicatam particulam עתה i. e. NUNC, tùm per *triplicationem mysticam actuum*, s. ipsorũ Verborum: Ego JHOVAH NUNC 1. *surgam*. 2. Ego JHOVAH NUNC *exaltabor*. 3 Ego JHOVAH NUNC *excelsus ero* tm. 10. Repræsentatur DEUS P. F. & S. S. post longam qs conniventiam, ad periculum usq; blasphemiæ inter hostes, atq; adeò ἐπ' ἄκραν γραμμὴν κακῶν seu ad extremum necessitatis articulum *Nunc Surrecturus*, & *sublimem majestatem* gloriosè publicèq; demonstratur⁹, idq; tum vindicando populum tm. 10. tùm puniendo hostes eorumq; conceptus & conatus dissolvendo, ut parturiendo s concipiendo *qvisqvilias* s. השש & pariendo *stipulas* seu קש, suo consumantur Spiritu tm. 11. & sint *velut lapides*, qvi *incenduntur* & excoqvuntur in fornace, ut vertantur *in calcem*, velut *Spinæ excisæ*, *igni absumendæ* tm. 12. ut ita *patheticâ promissione & modificatâ comminatione* absolvatur *Responsio* DEI *secunda*, per illud: *Dicit* JHOVAH: in tm. 10. intimata. Atqve ita se habet

habet ὀρθοβμία *Litaniæ* duplicis, & ad illam *divinæ responsionis*: Benè notetur relatio responsionis primæ tm. 5. ad responsionem secundam tm. 11. & notetur incrementum: Ibi memoratur JHOVAH *excelsus*, & *habitans in excelso*: at hic ostensurum se dicit illam sublimem majestatem.

Concl 8. Qværitur hîc 1. An in זרעם sit Enallage personæ, 3. sc. pro primâ, s. pro זרענו: qvomodo etiam Vulgatus: *Esto brachium nostrum in mane.* Resp. Neg. Ratio 1. In *Precibus vel Orationibus Universitatis* e.c. *Credentium*, Orator vel Oratrix singularis, uti nunc *in pers. 1. sing.* nunc *plurali*, ita liberè nunc *in pers. 1.* nunc *3. plurali*, loqvitur, prout, ubi de *tali Universitate* DEUS vel προφήτης *Propheta* loqvitur, liberè *nunc pers. 2. nunc 3. utitur*, cujus cum fundamentum detur divinum, non habendum illud pro enallagâ. Exempla talium plurima, tùm alibi, tùm in Cantico Canticorum e.c. 1. משכני אחריך נרוצה: *Trahe me, Curremus post te.* 2. נזכירה דודיך מיין מישרים אהבוך: *Celebrabimus amores tuos, præ vino: perfectissimè diligent te.* 3. ישקני מנשיקות פיהו כי טובים דודיך מיין: i.e. *Adspiret me ex copiosâ adspiratione oris sui, qvoniam pretiosiores vino sunt amores tui*, vid. c 1. 2. 3. 4. Ratio 2. Illud אף in territor. ult. hoc loco dispar tum jubet ut reddas: *Esto brachium eorum* (non uno: sed pluribus, imò) *singulis mane:* (at non tantum eorum: verum) *etiam Salus nostra in tempore angustiæ.* Planè prout Lutherus noster: Sey ihr Arm früe / dazu unser Heyl zur Zeit des Trübsals. Qvâ ratione Ludovicus de Dieu qvoqve rectè, *ex illo, qvod affixum 3. personæ collocetur inter duo affixa primæ personæ*, Enallagen hîc negavit, qvicqvid sit de illo, qvod disqvirendum reliqvit, an in hoc versu m. 1. *Ecclesia istius temporis precetur pro se:* at in m. 2. pro *Ecclesiâ N. T.* in verbis: *Sis brachium eorum singulo mane.* Erravit Oecolampadius, ita construens: *O DEUS qvi es brachium illorum* (sc. qvi in te sperant) *singulo mane, esto etiam nostra Salus in tempore angustiæ.* Ita & Genevenses: *Sis tu, qvi fuisti brachium horum mane, etiam Salus nostra* &c. Obstat accentuatio in היה nectens, in זרעם distingvens: sed & positus היה qvi debebat esse post זרעם לבקרים.

Concl. 9. Qvær. 2. Qvæ ratio illius משך גבים in tm. 4. an dicat *discursitationem locustarum*, ut ita גבים sint locustæ, prout alibi eædem nomine גוב, vel גובי in Scriptura veniunt Nahum. 3. 17. Amos 7. 1. & משך *discursationis* vocabulum s. לשון הלוך ופסיעה an dicat נהמת המקוואות הגדולות של מים שמערים נהמרר והמיה כשראספו בם המים i. e. *fremitum confluentium* s. *lacunarum* in qvas cum strepitu confluunt aqvæ, *ut ita* גבים sint *fossæ, lacunæ*, prout omne גבים in Sacris conf. 1. Reg. 6. 9. 2. Reg 3. 17. Jer. 14. 3. Ezech. 47. 11. Jes. 10. 31. cum qvo etiam convenit גבא ἅπαξ λεγόμενον in Sacris Jes. 30. 14. & מַשַּׁק sit fremitus, e. c Ursi, veluti נהם rugitus Leonis, Prov. 28 15. sic anima ex appetitu e. c. *Cibi & Potus, perstrepens* Is. 29. 8. sic de *exercitu DEI tumultuante* vel *perstrepente in Urbe, in Plateis* Joel. 2. 9. Nahum 2. 5.? Resp. In formâ explicitâ vincit 2. ut adeô notetur *Collectio Spolij*, qvæ fit *cum fremitu*. Qvær. 3. An tmema hoc qvartum contineat Apostrophen gratulatoriam ad pios, an minatoriam ad impios populos? Resp. Aff. 2. contra Junium, qvi reddidit: *Et colligitur præda vestra collecta bruchi: discursione qvalis est prasocuridum discursantium in eam*, ut sensus sit: *Vos, ô pij, de hostibus triumfabitis, eorumq; spolio locupletabimini: qvicqvid hostis, qvi tanqvam bruchus omnia depopulatur, collegit vel sibi comparavit, prædæ vobis erit.*

Concl. 10. Omninô *Præda* illa est *populorum fugientium, & dispersarum gentium* tùm *activè* tùm *passivè*, ad qvos proinde *populos & gentes* hîc Prophetica ἀποστροφή. Illa præterea אסף s. *Collectio* de *brucho* dicitur non *activè*: sed *passivè*, non *subjectivè*: sed *objectivè*: neqve adeô אסף החסיל s. *Collectio bruchi* est id *qvod bruchus colligit*: sed *ipse bruchus qvi colligitur*, prout & positus אסף verbalis & nominalis postulat. Recte Versio in opere Vatabli: *Colligetur præda vestra, ut colliguntur bruchi.* Benè qvoqve Lutherus: **Da wird man euch auffraffen als ein Raub/ wie man die Heuschrecken auffrafft.** Ita jam olim Abrabinel רל יאסוף שללם על ידי ישראל כאוסף החסיל והוא הארבה הבא לאכל את הזרעים שיוצאים בני אדם ומאספים

ומאספים אותם לאוכלם i. e. *Congregabitur spolium hostium per manus Israelis, sicut locustæ venientes ad absumendum sementem colliguntur & ab hominibus absumuntur.*

Coucl. 11. Qværitur 4. An rectè reddatur tmema 4. à Ludov. de Dieu: *Et perdetur spolium vestrum perditione bruchi* (i. sicut perdit bruchus) *& sicut discursitant locustæ, discursitabit* (hostis) *in illud.* Resp. In אסף significatio *perdendi* non convenit. Neqve valet conseq. Ad *congregationem* notatam vocabulo אסף aliqvando seqvitur *interitus congregati.* E. hic ipsâ notatur voce congregandi. Votum Davidis Psal. 26. 9. Precatoris: אל־תאסף עם חטאים נפשי i. e. Ne *Congregato cum peccatoribus animam meam*, formaliter non fuit: *animam non auferri, non perdi:* sed *animam cum peccatoribus non congregari.* Si perditio vel destructio Physica intelligitur, frustra David precator fuit, à qvâ tam liberi sunt *pectatores*, qvàm *credentes.* Si autem ὄλεθρον αἰώνιον & *mortem secundam* intellexit, ita ut talis *perditio* sit formalis in אסף significatio, cui bono additum illud: *Cum peccatoribus.* Si ex hoc addito demum fluit illa seqvela *perditionis*, Ergò illa absurdè infertur ipsi vocabulo *congregandi:* qvod ut ita sumatur, prout sonat, postulat terminus *aggregationis positivus: Cum Peccatoribus.* Uti ineptè dicitur *anima hominis auferri* vel *perdi* idq; *cum Peccatoribus.* Reverà datur congregatio animarum post hanc vitam. Congregantur non saltem *animæ Sanctorum ligatæ in fasciculo viventium apud Dominum DEUM* 1. Sam. 25. 29. sed & *animæ peccatorum*, etsi in regione *à terra viventium* remotissima ad infinitam *pœnæ damni & sensus*, in flammis experientiam. Sed propterea *Congregatio* non est ipsa *perditio. Congregatur* etiam *justus*, cum moritur Isa. 57, 1. & in exemplo Num. 12. 15. c. 27. 13. an illa *Congregatio* est perditio *Justi?* Absurdum. Reverà *congregantur* justi ad *patres suos*, in *pace* 2. Reg. 22. 10. congregantur ad *populum suum*, exemplo Sanctorum *Abrah.* Gen. 25. 8. *Ismaelis* v. 17. *Isaaci* Gen. 35. 29. *Jacobi* Gen. 49. 33. *Aaronis* Num. 20. 24. 26. *Mosis* Deut. 34. 20. Medium talis congregationis mors est, & hæc, interitus animalis: sed propterea talis interitus non notatur in vocabulo congregationis.

Concl.

Concl. 12. *Astra congregare splendorem suum*, familiaris est in Scholâ Propheticâ modus loqvendi: neqve negandum: notari *obscurationem & casum astrorum*, velut horrendæ calamitatis Symbolum: Cæterum propterea, *Congregatio* non est ipsa perditio: sed hæc illius consequens conf. Joel. 2. 10. c. 4 15. Sic, si detur eadem radix, Psal. 104. 29. *Congregatio Spiritus balænarum* non est ipsa *exspiratio* & *mors* balænarum: Sed hæc illius consequens, unde additur יגועו s. *exspirandi* vocabulum. Atqve hic peculiaris usus radicis אסף jam olim rectè notatus à Kimchio ad locum Joelis:

אֹא לֹ אין לשון קבוץ בלשון אסיפה בכל מקום כי לא יאמר קבוץ ידיך כשיאמר אסוף ידיך ולא יאמר ויקבץ רגליו כשיאמר ויאסוף רגליו וכן לא יאמר קבצו נגהם כי הקבוץ יאמר על הדבר המפוזר והאסיפה יאמר אף על דבר שאינו מפוזר

Sensus est: *Antecessores Hebræos observasse, non semper idem notari per vocem* קבץ *qvod per* אסף, *etsi in utraqve colligendi significatio. Scilicet non potuisse dici* קבוץ ידיך *ubi dicitur* אסף ידיך *1. Sam, 14. 20. neqve dici potuisse* יקבץ רגליו, *prout dicitur* יאסף רגליו *de Jacobo congregante super stratum funerale pedes, s. eos, durante Testamenti Patriarchalis publicatione, demissos recipiente Gen. 49. ult. Sic de Stellis, ubi obscurantur dicere haut licitum* קבצו נגהם; *sed* אספו נגהם; *ratio discretionis: qvia vox* אסף *tàm dicitur de collectione rei dispersæ, qvàm continentis non dispersæ: at vox* קבץ *non nisi de congregatione rei dispersæ.* Ita Kimchi, cujus observationis & hîc & alibi usus. Sed nec *vox Rahelis* Gen. 30. 23. אסף אלהים את חרפתי i. e. *Congregavit* in fasciculum qs. colligavit & ita colligatum *sustulit opprobrium meum* nec Jer. 48. 33. nec Zephan. 1. 2. probat *perditionis* significationem: Conf. Proverb. 30. 4. & qvoad superiorem distinctionem Kimchianam confer Mich. 2. 12. cum Joh. 11. 32.

Concl. 13. Qværitur 5. An recte tmema 6. J. & T. reddiderint: *Est itaqve firmitas temporis tui robur omnis salutis, sapere te & nosse: reverentia Jehovæ est thesaurus ejus?* Resp. reqvirebatur accentuatio והיה אמונת עתך חסן ישועות חכמת ודעת

Subjectum

Subjectum יהוה est idem qvod in tm. 5. יהוה excelsus s. נשגב item שכן מרום &, מלא ציון משפט וצדקה s. *implens Zionem judicio & justitiâ.* Character Messiæ. Ille יהוה promittitur futurus in plenitudine temporum fiducia temporis s. is, in qvem illo tempore feretur fides Israelis. Explicat Apostolus: ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν ὑὸν αὐτοῦ Gal. 4. 4. & de eodem c. 3. 23. 25 πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, item ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκέτι ὑπὸ παιδαγωγὸν ἐσμεν. Ipsa *Sapientia & mysteriorum cœlestium fidelis notitia*, ponitur *firmamentum omnimodæ salutis*, hujus autem thesaurus ponitur יראת יהוה seu imitatio reverens JHOVAH profluens ex thesaurario Messiæ, super qvem propterea reqvievit Spiritus non saltem חכמת ודעת: sed qvoqve יראת יהוה Isa. 11. 2 3. Ita hîc multorum fidei articulorum breviarium. Errant, qvi territorium 1. subjecto, secundum prædicato adscribunt vel contra. Benè in Vers. Germ. Er / der erhabene HERR / der da wohnet in der Höhe / der da Zion angefüllet hat mit Gericht und Gerechtigkeit / wird seyn der Glaube deiner Zeit / Weißheit und geistliches Erkänntniß wird seyn die Feste alles Heils / die Furcht des HErrn wird sein Schatz seyn. Qvær. 6. Qvinam per אראלם in tmemate 7. Resp. tales, qvales in m. 2. per מלאכי שלום. Probatur ex parallelismo prædicatorum sc. anteqvam ad portas veniunt clamant foris ut à longè audiantur: ingressi verò Urbem propter malorum magnitudinem acerbissimè potius plorabunt, qvàm loqventur. Benè noster Lutherus: Sihe / ihre Boten schreien draussen / die Engel des Friedes weinen bitterlich. Abrabinel *Intelligentias* intellexit vel valentissimos *Spiritus Angelicos nationales ob prolongata Israelis exilia lamentatores & intercessores publicos* s. השכלים הנבראים הושבים ראשנה במלכות צעקים ערי גרותם מראכי עלון המליצים טוב ערי ישראל וצעקים על צרתם. Vox אראל Angelicis Spiritibus latis convenit. Hypothesis autem alibi est excussa. Junius & Tremell. per אראלם clamantes foris intellexerunt Proceres Judæorum missos à Chiskiâ ad audiendam in mœ-

nibus superbam Orationem Rabsake legati Assyriaci ex 2. Reg. 18. 17. per *Legatos* autem *pacis* illos Chiskiæ sive Subditos, sive Consiliarios, *qvi bellum detestantes, pacem factam cum Assyrio servari & coli postularint*, neqve illam defectionem ab Assyrio Domino 2. Reg. 18. 7. probarint. Utrumqve *de Legatis ad Assyrium missis, ut cum ipso de pace paciscerentur, cujus gratiâ & hîc nuntij pacis* (per Ironiam velut Lutherus existimat) *dicantur, qvi re infectâ domum reversi rumoribus in publicum sparsis miseram tenuerint plebeculam sc. dissipatas esse vias* &c. vid. v. 8. Försterus. Rectius ex illâ hypothesi, Belgica Versio membrum primum intellexit de Legatis Assyriorum ad Hiskiam populumq́; Judaicum, & clamosis illis ac ferocibus extra Metropolin Hierosolymitanam ad mœnia Oratoribus, ut complementum sit in historiâ 2. Reg. 18. 17. 18. Isa. 36. 13. cap. 37. 10. &c. **Siet hare (Sanheribs ende syner Vorsten) aldersterckste (Ambassadeurs/die welcke Sanherib aen den König Hiskiam ende de Inwoonders van Jerusalem gesonden heeft) roepen daer buyten (buyten de Stadt van Jerusalem)** membrum autem 2. de Legatis Hiskiæ ad Assyrium, futuris pacis Petitoribus ex 2. Reg. 18 14. qvi, denegato *instrumento pacis*, re infectâ lacrymosi Oratores sint reversi, **de boden des vredes weenen bitterlick.**

Concl. 14. Abrabinel autem ad præsentem Judæorum Διαστοραν & futuram liberationem refert, juxta qvem רשם בזה שלשה הסבות מחייבות ומעררות הגאולה מאורך הגלות i. e. *exprimeret hîc Propheta tria inductiva divina futuræ liberationis ex præsenti eâdemq́; prolixâ captivitate:* האחת מפאת מלאכי עליון המליצים טוב על ישראל וצעקים על צרתם i. e. *Primum à parte Angelorum supernatium, pro Israelis felicitate Oratorum, & pro abbreviaturâ angustiæ Israelis intercessorum* v. 7. Secundum מפאת העם ועלבונם i. e. *à parte populi humiliati & miserè afflicti* v 8. cujus signum illa viarum semitarumq́; in terrâ Israelis solitudo, s. *lugentes viæ Zionis, qvod nulli veniant ad solemnitatem.* Conf. Thren. Jerem. c. 1. 4. qvæ proinde miseria populi, etsi à DEO sive puniente, sive castigante illata, inducere debuerit DEUM ad liberandum. Tertium

מפאת

מפאת הארץ s. *miserabilem statum terræ sanctæ* qvondam fluminibus, fontibus, frumento, musto, oleo, lacte, melle, metallis, pluviis fœcundis *benedictæ*, & *speciali providentiæ Oculoq; Jhovah* subjectæ vid. Deut. 8 8. 9. c. 11. 10. 11 at nunc *lugentis, langventis* v. 9. unde jam Libanus Hierosolymitanus ignominiâ velatus קמל i. e. נכרתת *excinditur, deficit excisus*: ipsa autem terra Israelis, qvæ pulcherrima & feraciſſima frugum convallis s. *Scharon, Baschan* & *Carmel* est, fit excussis omnibus fructibus & proventibus, terra maledicta. Comparat porrò Rabbinus idem *responsum cœleste* in v. 10. & ad illud triplex inductivum, refert triplicatum responsum JHOVAH 1. *Nunc surgam*, inductus sc. clamore & intercessione *Angelorum pacis*. 2. *Nunc exaltabor* inductus illâ calamitate populi mei: *Exaltabor* sc. לנקם נקמת עמי i. e. *ad vindicandum populum meum*. 3. *Nunc elevabor* sc. inductus misero statu hæreditatis meæ s. terræ Israelis לחמל על ארצי, ut *gratiosus clementiâ utar erga populum meum*. Hæc, qvâ ratione, post hypothesin Rabbini de ANGELIS NATIONALIBUS INTERCESSORIBUS in Palatio cœlesti, excussam, admitti ex parte possint, Scrutatoris Judicio committitur.

PHARASCHA II.

Concl. 15. Succedit nunc Pharascha II. cujus, qvoad discretionem, Character est in tm. 13. qvoad nexum autem *Catena* datur ex collatione tm. 11. 12. cum tm. 14. Ibi, mentio *ignis absumturi populos infideles*: hîc, *ignis devorantis & ardorum perpetuorum*. Exordiolum illius est in tm. 13. Vocantur ad Theatrum *Operum* stupendorum & *majestatis* tàm *longinqvi*, s. tàm οἱ μακρὰν, i. e. increduli gentiles, ὄντες ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ισραὴλ καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν, τὴν ἐπαγγελίας ἐλπίδα μὴ ἔχοντες καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, qvæ aurea planè hujus tmematis est explicatio Apostolica Ephes. 2. 12. 13. 17. qvàm *Propinqvi* s. οἱ ἐγγὺς i. e. Judæi. Unde & illis imperatur *audientia* per Imperativum AUDITE. his autem *Cognitio* s. *notitia*, per Imperativum: COGNOSCITE. Illi ablegantur ad *Opem*: hi ad ipsam

majestatem invisibilem, in qvibus adeò jam supponuntur πεφωτισμένοι ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας. Erravit Abrabinel, juxta qvem in קרבים & רחוקים s. *longinqvis & propinqvis* suppositio realis & objectiva, ut sit idem qvod התבננו בדברים הרחקים אשר עשיתי בזמנים הראשנים i.e *Animadvertite ad longinqva, ad illa sc. qvæ feci temporibus antiqvis, & tunc* דעו גבורתי בדברים העתידים אשר אעשה בקרוב i.e. *Agnoscetis potentiam meam exercendam in futuris, qvæ paulò post faciam.* Obstat parallelismus membrorum formalis, qvi facit pro suppositione personali & subjectiva: *Audite ô longinqvi! Agnoscite ô propinqvi!* Sed & Accentuatio. Reqvirebatur territorialis Sakephgadol in Imperativis.

Concl. 16. *Majestatis illius & admirandorum divinorum* Theatrum, ad qvod convocavit *Gentiles & Judaos*, panditur in Sion, & describitur 1 ab effectu proximo qvi est *trepidatio in Sion*, s *experientia pavoris & tremoris* (qvæ operatio arguit majestatem JHOVAH ZBAOTH glorioſi in Sione) tm. 14. m. 1. 2. ab effectu mediato vel subordinato, qvod est inductivum Consilii de inqvirendo Mediatore, qvi *flammas ignis absumentis, & ardores infinitos* divinitatis, *loco peccatorum formidantium in Sione* possit sustinere: atqve uti illa *inqvisitio talis Mediatoris* proponitur tm. 14. ita ille Mediator *sublimis*, i. *habitans in excelsis*, Characteribus absolutis describitur tm. 15. 16. ejusdem velut *decori Regis* Visio gratiosa Sioni promittitur tm. 17. cum Seqvelâ abolitionis secularis & carnalis *Sapientiæ & potentiæ*, ut ita triumfet λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ, ad stuporem usqve animi exultantis in illâ majestate Regis; tm 18. 19. eo modo qvo id ab Apostolo explicatur 1. Cor. 1. 19. 29. 2. Cor. 10 4. 5 6.

Concl. 17. Cœterum hujus Pharaschæ occasione qværitur 7. Qvinam illi חטאים & חנפים s. illi *peccatores & hypocritæ*, in tm. 14. Resp. 1. Incredulos hypocritas sub Hiskiâ, parante obsidionem Sancheribo, diffidentes promissioni, & perfidiam suam obvelantes specie reverentiæ, eo modo qvo jam supra notatus Achasus c. 7. 12. intellexerunt *Junius & Tremell.* qvod, nominato *Sebnâ*, de qvo vid. supra c. 22. 15. probat: sed non nisi juxta tenuem historiæ

umbram.

umbram *Oecolampadius*, vel uti impios & hypocritas in Sione h. e. in Ecclesiâ Hierosolymitanâ, in notis *Forsterus*: neq; abnuit in Scholiis *Versio Belgica*, juxta qvam hîc exprobraretur *impiis Judæis*, inprimis *Hierosolymitanis*, supina securitas, qvi sc. trepidarunt nunqvam ad voces Prophetarum, autoritate publicâ intimantium imminentia supplicia, illos nunc ad famam Assyrii in tremorem pavoremq; desperabundos dari: allegatur complementum hujus Prophetiæ 2. Reg. 18. 37. c. 19. 14. Judæos sub *Hiskiâ*: sed post *cladem Sanchcribi Angelicam*, ex hujus majestate in tremorem pavoremq; datos, *Abenesra*: Judæos, *incolumi adhuc Sione*, ad prædicta à Prophetis supplicia trepidantes, *Abrabinel*: at *peccatores pœnitentes*, i. *pœnitentiâ seriâ DEO appropinqvantes* (propter qvam dicantur קְרוֹבִים s. *Propinqvi* in versu præcedente) & adeò *justos Ismelis* intellexit *Raschi*, inter superiores præcipuè h. l. probandos. Ad periculum Assyriacum sub Hiskiâ trepidationem hanc restringere, nulla cogit necessitas. Neqve verò tunc trepidatum saltem ab impiis, hypocritis, incredulis: trepidavit Hiskias ipse, extra παράπτωμα à S. Spiritu notatum 2 Reg. 20 13. 2 Chron. 32. 25. Rex Sanctus, & in purpurâ æqvè Regali ac Cilicio pœnitentiali post Davidem hactenus sine pari conf. 2 Reg. 18. 14. c. 19 1. 2. Trepidarunt illi in saccis Oratores ad Isaiam legati, qvos nullius hypocriseos & impietatis reos egit: sed honorificè cum responso divino Hiskiæ reddendo dimisit Isaiah vid. 2. Reg. 19. 2. & seqq. Fuit sanè tunc Hiskia justificatus, atqve adeò non ἄπιστος, etsi ὀλιγόπιστος, qvem hîc propter infirmitatem fidei sub titulo peccatorum *hypocritarum* argui, non convenit laudibus Regis in historiâ sacrâ. Neqve convenit satis Versioni Belgicæ allegatio superior. Reddidit ita: **De Sondaren te Sion (de Godloſe onder de Joden/die alle Vermaningen verachtt hebben) zyn verſchrocken (als ich ſe door de Aſſyriers beſocht hebbe)** Provocavit autem ad loca 2. Reg. 18. 37. c. 19. 14. Verùm in his amplissima Hiskiæ, Sanctorum procerum: nulla *impiorum* vel *hypocritarum* memoratur *trepidatio*.

Concl. 18. Sed & in fontibus non dicitur: *Peccatores qvi sunt in Sione, expaverunt*: prout Versio Belgica, & noster Lutherus:

Die Sünder zu Zion sind erschrocken: sed: *Peccatores expaverunt in Sione.* Reqvirebatur juxta priorem Versionem positus פחדו חטאים בציון. *Pavor* autem & *tremor* s. פחד ורערה, pro variâ circumscriptione objectivâ, varie se habet, neqve adeò semper vel desperantis, vel increduli perseverantis, vel ὀλιγοπίστου s. infirmi credentis est, non talis qvi vel ipsi substantiæ fiduciæ filialis, vel robusto & qs. superlativo fidei justificatorum gradui opponatur conf. Is. 12. 2. Datur etiam פחד s. pavor religiosus, virtute Spiritus S. sive in homine peccatore convertendo, sive jam converso, mediante Verbo productus vid Psal 119. 161. Hos. 3. 5. Jes 60. 5. Datur פחד s. Pavor *pœnitentialis*, tùm in *non renato convertendo*, cujus illa est passio, tùm in *renato* s. *converso*, in qvantum hic ex parte, s. secundum veterem hominem adhuc carnalis est, de qvo illud in Proverb. c. 28. 14. אשרי אדם מפחד תמיד i. e. *Beatus homo, qvi admodum pavet jugiter* (de pœnitentiali sc. pavore ob νόμου ἁμαρτίας ἐνεικόσης ἀναστρεβόμενον, eo modo, qvo se ipsum exemplum allegavit Apostolus Rom. 7. 14. 23. 24. ibi agi, circumscriptio docet in tm. 13. in qvo misericordia promittitur *Confessori peccatorum*, atqve adeò hic *Pavor* est illa λύπη κατὰ Θεὸν, qvæ μετάνοιαν εἰς ζωὴν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται. 2. Cor. 7. 10.) Datur רערה s. *tremor* in articulo renovationis, de qvo illud Epiphonema Davidis ad Reges terræ: גילו ברערה i. e. *Exultate in tremore* Psal. 2. 11. Convenit monitum Apostoli jubentis μὴ φόβῳ καὶ τρόμῳ τὴν ζωὴν κατεργάζεσθαι, qvalis pavor & tremor s. פחד ורערה opponitur הקשת הלב s. superbæ obstinationi cordis, & dicit τῷ ὑπερηφανοφρονοῦντι vid. Prov. 28. 14. & Philipp 2. 4. 5.

Concl. 19. Concludimus: פחד ורערה hoc loco talem notant *pavorem & tremorem*, qvi ex *audientiâ magnificentiæ & agnitione tremendæ majestatis* ac *potentiæ* divinæ revelatæ per modum *ignis absumentis & ardorum infinitorum*, influit in peccatores & qvondam hypocritas. Probatur ex nexu antecedenti in tm. 13 & consqventi in

ti in tm. 14. m. 2. atqve ita notatur *pavor pœnitentialis* s. *contritionis*: & tales adeò sunt illi *peccatores* & *hypocritæ*, non qvod in *sensu compositi*, ubi jam compuncti corde, operante S. Spiritu, ad majestatem DEI Zelotæ trepidant, & Viam Salutis ad Mediatorem opponendum flammis inqvirunt, adhuc ex toto sint tales: sed in sensu diviso, qvod sc. tales antea fuerint. Neqve verò hi sunt soli Judæi qvos קרובים paulò antea vocavit: sed & illi רחוקים s. Gentiles vid. tm. 13. neqve enim hîc nominantur peccatores in Sione: sed trepidantes in Sione: atqve adeò etiam peccatores hactenus & hypocritæ extra Sionem, virtute Majestatis adducuntur ad Sionem, & religiosè trepidant ac *deinceps cum tremore exultant* in Sione. Qvare autem ibi *trepidant*, & *cum tremore exultant*? qvia sc gloriosum Majestatis & gratiæ divinæ habitaculum est in Sion Psal. 76. 3. Cujus portas diligit JHOVAH supra omnia tabernacula Jacobi Psal. 87. 2. ibi ignis & furnus jhovah Isa 31. 9 atqve adeò ibi datur plenissima revelatio majestatis s. דעת גבורה vid. Is. 33. 13.

Concl. 20. Nexus adeò pulcherrimus. *Magnalia DEI gloriosa* prædicantur in Sione (tmem. 13. membr. 1) ibidemq; datur דַּעַת גְּבֻרַת יהוה s. *agnitio majestatis* JHOVAH (tm 13. m. 2.) Inde, advocatis eò & *longinqvis & propinqvis pavor religiosus in Sione* (tm. 14. m. 1.) ex illo *pavore* Consilium *Mediatoris* (in tm. 14. m. 2) qvod ab illis in Zione trepidantibus his verbis enunciatur: *Qvis assoctabitur nobis* (nostri causâ, nostro loco, nostro bono, Uns zu gut! tanqvam Advocatus, Mediator noster) *Illi qvi est ignis & qvidem devorans* (absumens)? *qvis associabitur nobis* (nostri causâ, pro nobis, propter nos) *ardoribus infinitis*? Vocem hanc velut *plenam terribilis desperationis à perseverantèr impiis, hypocritis*, desperantibus penitus de Salute promissâ à DEO per Prophetas, abutentibus hypocriticè apertis DEI verbis Deut. 4 24 *expressam* notarunt multi Tractatorum. Neqve negandum, Oratores illos *peccatores* hîc & *profanos* s. *hypocritas* vocari: sed tales qvi jam sint *in sensu peccatorum iræ divinæ* velut *ignis absumentis* (s. illius ζῆλος πυρὸς vid. ad Hebr. 10. 27) & ס אֵ֫ש דָּת Θεὸν λύπης s. pavoris pœnitentialis, in qvo, ex conscientiâ malæ causæ, qvæ non admittit illas flammas sustinere, vel ad illas

illas subsistere, ad Intercessorem appellare, non jam desperantis: sed desperationem contra luctantis, & tandem virtute Intercessoris superantis est. Hebræi veteres ita exponentes: *Quis pro nobis accedet ad ignem absumentem, ut illum extinguat?* in formâ hîc veritati propiores fuerunt: sed errarunt, qvi illam interrogationem in resolutione pro *negativâ* habuernnt, ut idem sit, ac: *Nemo est*, unde conclusum: *vocem hic esse incredulorum, qvi Christum nesciunt, atqve adeò desperantium.* Contra Vox hîc est in illâ *trepidatione consulentium, & ad Mediatorem*, per qvem subsistant, sine æterno ab illis flammis infinitis periculo, *appellantium.* Neqve illi trepidantes si ita qvæsivissent, prout Interpretes reddiderunt, errassent: Omninò enim Characteres tm. 15. ostendunt illam *consistentiam* vel *sustinentiam ignis absumentis*, omnibus etiam piis & justis, nedum peccatorib⁹ impossibilem, uni soli MESSIÆ κεχωρισμένῳ ἀπὸ τ̃ ἁμαρτωλῶν ex asse convenientem.

Concl. 21. Bellum hîc grande & Metaphrastarum & Paraphrastarum & in illo qvæstio 8. Jonathan Orationem hîc statuit illorum חיבין דהוו מגנבין ארוחתהון *i. peccatorum vias suas suffurantium* אסרין מן ירור לנא בציון רבה זהור שכנתיה כאשא אכלא מן יתוהב לנא בירושלם עתידין רשיעיא לאתרנא לאתמסרא לגהנם יקדות עלמא: i, e. Dicunt: *Qvis habitabit nobis in Sion ubi est splendor majestatis ejus, sicut ignis consumens? qvis habitabit nobis in Jerusalem ubi impij sunt judicandi & tradendi in gehennam incendio ignis sempiterno?* In formâ non satisfactum. Qvæ de *splendore majestatis in Sion & gehennâ damnatorum* habet, non planè hîc sunt impertinentia. Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον Epiphonema est Apostolicum Ep. ad Heb. 12. ult. conf. Deut. 4. 24. c. 9. 3. Illius Symbolum *flamma rubi* Exod. 3. 2. ubi proinde in ANGELO JHOVAH in mediâ flammâ ignis prohibente absumtionẽ rubi Symbolum Mediatoris *cohabitantis igni absumenti:* signavit idem Φοβερὸν Φανταζόμενον *Ignis in columnâ insistente* tabernaculo: neqve dubium qvin experientia illorum *ardorum infinitorum* excellentissima in inferno damnatorum post hanc vitam. De cœtero Paraphrastæ erranti alicubi, venia danda. Concl.

Concl. 22. Consilium illud peccatorum trepidantium in Sion, & datum Consultoribus responsum, non caret magnis difficultatibus. Atqve adeò à membr. 2. tmem. 14. c. 33. qværitur 1. An verbum יגור h. l. sit מלשון דירה s. habeat significationem *diversandi*, *commorandi*, prout Psal. 15. 1. An sit מלשון חבור וקבוץ s. habeat *significationem associandi*, prout Psal. 59. 4. An sit מגורת פחדי s. habeat significationem *formidandi*, prout Numer. 22. 3. Dubium hîc facit Abrabinel. Reddendum putat vel: מהו הרבר אשר ישכון ויתחבר עמנו כי אם אש אוכלה ומוקדי עולם, (*Si peccatores in Zion trepidaverunt & experti sunt pœnas cœlestes* קל וחומר *multò magis nos populi infideles terribili supplicio reservabimur*, atq; adeò) *quid nobis aliqvando cohabitabit vel sese associabit, præter ignem absumentem, & ardores infinitos?* vel ex significato formidandi, מה הפחד אשר יהיה לנו כי אם אש אכלה ומוקדי עלם i. e. qvæ formidatio imminebit nobis: sc. nulla alia præter Zelum ignis absumentis. Orationem hîc esse non nisi *Gentilium infidelium*, hypothesis falsa. Erratum præterea in particulâ ל qvæ non ad *cohabitationis subjectum*: sed *finem* referenda erat. Erratum in מי, qvod semper *interrogans personæ*. Juxta posteriorem sensum reddendum erat: מה נגור לנו i. e. *qvantum timendum erit nobis?* In גור significatio *formidandi*, & propter rem *formidandam* alteri *sese associandi, cohabitandi*. Ita subordinatur significatio una alteri.

Concl. 23. Propius ad rem Abenesra, ut hîc sit interrogatio, cui משיב הנביא i. e. opponatur *Prophetæ responsio* in tmemate 15. מי יגור לנו עם השם שהוא אש אוכלה i. e. *qvis nostrum commorabitur cum DEO benedicto, qvi est ignis absumens?* Ita & Versio Vulgata, nisi qvod Oratorem hîc statuit ipsum Prophetam alloqventem *peccatores trepidantes* in Sion: *Qvis poterit habitare de vobis cum igne devorante? qvis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* Et Versio nova in opere Vatabli: *Qvis habitabit ex nobis cum igne*

devorante? quis habitabit ex nobis cum ardoribus perpetuis? Sed & Jun. & Trem. *Quis diversabitur ex nobis cum igne consumente?* q. d. e. n. *cum ardoribus perpetuis?* (ut sit Oratio desperantium & desperationem svadentium hoc Syllogismo: *Populus fœderis Jhovah oblitus, & idololatra factus, nihil gratiæ fœderalis sibi amplius polliceri poterit: sed DEUM Zelotem, velut ignem absumentem, peccata ulcisicentem, ejusdemq; constantissima & mortalibus inevitabilia Consilia sustinere debebit.* Atqve populus Judaicus &c. E Major ex Deut. 4. 23. Minor ex Confessione: atqve ita juxta illos Conclusio hîc fuerit: Desperandum de salute) Versio Lutheri nostri: Wer ist unter uns / der bey einem verzehrenden Fewer wohnen möge? Wer ist unter uns der bey der ewigen Glut wohne? qvam plane hîc seqvitur Versio Belgica. Laudandus Abenesra, & cœteri tractatores, qvibus *ignis absumens* hic est *DEUS ipse* resp. *Majestatis vindicatricis & iræ adversus peccata:* licet enim ira illa, vel, Majestas vindicatrix in actu exercito, exorta fuerit in populo Judaico per Assyrium, qvi propterea *Instrumentum iræ, Virga indignationis divinæ* nominatus est à nostro Propheta jam supra, nimis tamen jejuna est expositio, qvæ ita reddit: *Qvis poterit habitare de nobis cum igne devorante?* i. e. *cum exercitu Assyriorum, & variis adversitatibus, qvæ ferendæ propter Christum & Evangelium ejus à Diabolo & mundo?* Prout contradictio est dicere: *Verba hæc esse modicæ fidei, qvalis fuerit Apostolorum in navi*, ad periculum, seu metum, ne submergerentur, expergefacientium dormientem in navi Christum Matt. 8. 26. & *Esse hanc vocem incredulorum, qvi Christum nesciunt.* Omninò enim *modica* vel *infirma fides*, adhuc *vera fides est:* & Apostoli non trepidabant velut *increduli*, velut *impij:* sed ita erant δειλοὶ ut simul πιστοὶ, etsi ὀλιγόπιστοι, ex qvâ fiduciâ proficiscebatur Consilium de excitando Jesu dormiente, voce: Κύριε, Σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα. Hypothesis Juniana jam supra est excussa.

Concl. 24. Qvod ad *formam & sensum formalem* attinet, in animadversionibus Ludovicus de Dieu superiores Interpretes illo nomine notavit, qvod ellipsin hîc bis ponerent intelligendo ante אש & מוקדי particulam עם *Cum.* Addit: non videtur necesse si sic distin-

sic distingvas: *Qvis commorabitur nostrum? ignis devorat. Qvis commorabitur nostrum? ardores æterni sunt.* Belgicè: **Wie van ons sal blyven woonen; een Vier verteert daer. Wie van ons sal blyven woonen? daer zyn eewighe Gloeden.** Sed illà animadversione haut opus. Verbum גור non saltem mediante particula: sed etiam *immediatè* s. nullâ particulâ mediante jungit sibi nomen, vel hujus vicarium pronomen affixum, ubi proinde nulla ellipsis est: sic Psal. 5. 5. לא יגרך רע Jud. 5. 17. דן למה יגור אניות Psal. 120. 5. גרתי משך, Qvod ergò alibi non insolens sacris Prophetarum, qvare hîc culpatur *ut ellipticum?* Neqve *ellipsis talis in fonte:* sed saltem in *qvadam occidentali interpretatione:* in *qvádam*, inqvam: neqve enim opus est ut particula ita exprimatur e. c. *qvis commorabitur cum igne absumente?* Poterit qvis facilè ita reddere, ut *sine hâc mediante* exprimatur modus loqvendi Hebræus e. c. *qvis immorabitur igni absumenti?* vel *qvis aggregabitur, consociabitur, igni absumenti?* vel: *qvis* (commoraturus) *sustinebit ignem absumentem?* In illo ergò Interpretes superiores notandi haut erant. Omninò יגור non obstante *Rvia* in territorio 1. & *Tiphcha* in 2. refertur ad מוקדי עולם & ad אש אכלת velut *correlatum* illius *commorationis* terminum.

Concl. 25. Non satisfactum autem ab Interpretibus superioribus in illo לנו. Hîc nihil animadversum: sed à Ludovico de Dieu æqvè erratum: מי יגור לנו *Qvis commorabitur nostrum?* æqvè absurdum hoc, ac si positum Isa. 6 8. מי ילך לנו reddas: *Qvis ibit nostrum?* vel: *Qvis ibit ex nobis?* ac si sc. *Orator Adonai* deliberaret de *unâ ex Trinitate personâ mittendâ:* cum contra ibi Vocatio sit *Prophetæ ituri & excœcationis sententiam* intimaturi *populo Judaico*, nomine & autoritate *Adonai S. S. S.* Juxta Ludovicum de Dieu reddendum fuerat מי לנו יגור vel מי לנו אשר יגור vel מי יגור ממנו. Qvod si autem habendum illud לנו ex Idiotismo lingvæ, prout Deut. 32. 5. שחת לו an *perditè egit sibi?* i. e. an perditè egit, vel Job. 19. 29. גורו לכם מפני חרב *Timete vobis à præsentiâ gladij* (excidii) i. e. *Timete:* vel Cant. 1. 8. תרעי לך *Cognosces tibi* i. e. *Cognosces* ibi-

sces: ibidem: צאי לך *egredere tibi* i. e. *egredere* & alibi אלך לי *ibo mihi* Cant. 4. 6. (licet in his exemplis nullus sit pleonasmus: sed tali affixo particulato insigniter emphatica & mystica sæpe insinuetur reflexio) debebat affixum particulatum stare in personâ sui principalis, atqve adeò esse מי יגור לו *qvis commorabitur sibi?* Nunc cum sit מי יגור לנו aut reddendum: *Qvis commorabitur nobiscum? Ignis devorans* (non: Ignis devorat, neq; enim אש אכלה facit totum enuntiatum: sed ejusdem saltem vel terminum, vel termini partem: reqviretur etiam sic, juxta Ludovicum, positus אוכלה אש) aut reddendum: *Qvis* (comparendo) *sustinebit nobis* i. e. nostri causâ, nostro bono, pro nobis, *ignem absumentem?* Non primum: qvia obstat 1. particula ל, qvâ mediante nunqvam גור jungitur suo objecto. 2. גור non competit DEO ut igni absumenti, neqve adeò præter Θεάνθρωπον personæ divinæ. Obstat 3. Interrogationis & responsionis in tm. 14. & 15. comparatio. Concludendum ergò pro secundo: ubi notetur benè Psik post מי & Itiv in אש.

Concl. 26. Mediator talis *qvi ignem absumentem, & ardores perpetuos sustinere possit loco peccatorum trepidantium in Zion*, Characteribus suis describitur tm. 15 Atqve hic qværitur 9. Qvis ille? Resp in thesi, talis, qvalem formaliter designant prædicata: in hypothesi, is qvem designat prædicatorum eminentia, atqve adeò actu ipso non Hiskias, vel ullus aliorum terræ Regum, non Universitas justorum, non ullum aliud individuum notatur, præter MESSIAM ISRAELIS, Regem & Mediatorem Θεάνθρωπον. Laudandi hìc veteres Hebræi qvi hîc designari dicunt illum qvi sit כלול בכר שלמיות s. *absolutè juxta omnes perfectiones perfectissimus & sine ullâ misturâ imperfectionis excellentissimus*, & qvidem כנגר שלשה מינים, s. juxta *tres species* 1. בפעלות המעשיות s. Operationum, qvia est *ambulans Justitias* i. e. *justissimè*. 2. ברבר שפתים s. *Oris, labiorum*, qvia est רבר מישרים *loqvens ipsas rectitudines* i. e. rectissimè s. is, in cujus labiis non invenitur ullus dolus. 3. במחשבות הרב s. *excellentissimam perfectionem cogitationum*

num cordis & sensuum, qvia est מאס בבצע מעשקות *mente suâ* detestatur, damnat, *reprobat lucrum fraudulentum.* Habet præterea qvoad *sensus*, 1. *puritatem tactus*, qvia *excutit manus ne teneant munus*, 2. puritatem *auditus*, qvia *occludit aurem, ne audiant Sanguines*, 3. puritatem *visus*, qvia *occludit oculos, ne intueantur malum*.

Concl. 27. Talis adeò esse debet, qvi nostro loco *ignem absumentem & ardores sempiternos sustinere possit*, vel, velut Apostolus loqvitur, ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, ut Placator, Reconciliator, & inter *DEUM, qvi est flamma absumens, ac peccatores trepidantes*, Mediator, sc. ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, ita ut per propriæ Justitiæ merita, *Sionis* ac trepidantium in Sione Servator esse possit, qvod & catena prædicatorũ & resolutio responsi ad thesin & interrogationem reflexi postulat. Hoc cum, per universalem Confessionem Chori SANCTORUM Psal. 32. 6. 1. Joh. 1. 8. 9. Rom. 7. 14. c. 11. 32. Job 14. 4, & privilegium *Unius* Joh. 8. 46. Heb. 7. 26. ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ 1. Pet. 2. 22. nulli hominum peccatorum, etiam τῇ δικαιοσύνῃ οὐκ πίστεως: sed uni, soli nostro πρὸς τὸν πατέρα Paracleto & περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ὅλου τοῦ κόσμου ἱλασμῷ Jesu MESSIÆ competat, pro hoc qvoqve solo hîc concludendum, eo modo qvo supra qvæsito satisfactum: & jam olim in Schola Hebræorum monitum: קרוב הוא שאמר כל זה על המלך המשיח מכתר בשלשיות כולם: i. e. *Convenit magis, totum hoc explicare ac dictum à Propheta de Rege* MESSIA, *absolutissimè omnibus illis excellentiis coronato.*

Concl. 28. Atqve de hoc solo excellentissimè dicere Propheta poterat: הוא מרומים ישכון i. e. *Ille inhabitabit ipsas altitudines* tmem 16. Sed hîc qværitur 10. *Qvanam* h. l. *notetur Schechina* s. *inhabitatio?* Resp. Commentatores nonnisi *securum justorum habitaculum & asylum* hîc describi statuunt, eo modo, qvo Prov. 18. 10. ut sensus sit: האיש כורח לא ירא ולא יפחד כי הוא מרומים ישכון במגדל עז i. e. *Vir talis non timebit nec trepidabit, qvia habitabit in*

bit in excelso, in turri munitâ. Concedendum facilè: *consequentèr, materialitèr* tale *asylum justorum* ex hoc loco probari: qvatenus NOMEN JHOVAH ſ. Meſſias Mediator credentibus eâ *Asylum majeſtatis* Prov. 18. 10. Cœterum, formalitèr non agit, niſi de uno ſingulari impavido *Inhabitatore altitudinum*, & *unâ ſingulari inhabitatione, Mediatoriâ* ſc. ut adeò reflectenda ſit *hæc habitatio altitudinum* in tm. 16. ad *commorationem* ſ. *cohabitationem ignis abſumentis* & *ardorum perpetuorum* in tm. 14. *Trepidantes in Sion* qværunt: *Qvis pro nobis habitabit, vel aſſociabitur DEO, qui eſt ignis abſumens? Qvis pro nobis cohabitabit ardoribus perpetuis?* Reſp. Propheta: *Ambulans juſtiſſimè* &c. tm. 15. Is *habitabit* non ſaltem altitudinem: ſed *ipſas altitudines*, ipſumq; adeò Φῶς ἀπρόσιτον 1. Tim. 6. 16. qvod inhabitat DEUS πῦρ καταναλίσκον tm. 16. Ille יגור לנו אש אכלה ille יגור לנו מוקדי עולם Ille, ut Mediator ſemper exiſtens εἰς τὸ κόλπον τοῦ πατρὸς, pro nobis ſ. ὑπὲρ ἡμῶν cohabitabit *apud ignem abſumentem, apud ardores perpetuos.*

Concl 29. Ita conſtat, qvales hîc notentur *altitudines*, & qvænam שכינת מרמים ſ. *inhabitatio altitudinum:* ſed &, an ab ipsâ unione hypoſtaticâ, an verò ab exaltatione demum & ſeſſione ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης, velut Principio immediato & adæqvato, Mediatoria hæc *inhabitatio altitudinum*, competat Meſſiæ θεανθρώπῳ, qvoad humanitatem? Dandum facilè Meſſiæ ut homini, triumfalem, jubileam ac majeſtaticam maximè fuiſſe illam שכינת מרומים ſ. *inhabitationem altitudinum* mediatoriam, poſtqvam ſc. Διὰ πνεύματος ἁγίου προσενέγκας ἑαυτὸν ἄμωμον τῷ θεῷ, & Διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια τὸ χειροποίητα, νυνὶ ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, qvæ explicatio hujus loci Apoſtolica eſt ad Heb. c. 9. 14. c. 1. 3. c. 9. 12. 24. conferatur etiam c. 7. 26. ubi ἀρχιερεὺς ὅσιος, ἄκακος ἀμίαντος κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν commentariolus eſt tmematis Prophetici Iſaiani 15. prout illud qvod additur ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν

γενό-

γινόμενος, πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ὑπερεντυγχάνειν αὐτῶν v. 25. explicatio tmematis 16. Omninò tamen etiam Messias in cruce pendens, in sepulcro jacens fuit מרומים שכן eo modo, qvo hîc refle-ctitur ad *compræsentiam* Mediatoris & *Ignis absumentis*. Verè sc. tunc גר המשיח אש אכלה. Verè tunc גר מוקדי עולם; imò passivè revera expertus est ardores infinitos Justitiæ divinæ vindicatricis.

Concl. 30. Neqve saltem inhabitabit ipsas altitudines: sed etiam *illa ipsa altitudo* vel *sublimitas ejus*, erit *arces, petræ* i. e. *erit arx munitissima, erit petra solidissima*, habebit *instar multarum petrarum editissimarum*, & munimentorum, erit omnibus numeris *tutum asylum vel refugium trepidantibus in Zione* s. peccatoribus pœnitentibus, verè fidelibus. Atqve ita, securum illud asylum justorum, qvod dabant supra Interpretes in territorio primo s. illo הוא מרומים ישכון dandum in secundo: מצרות סלעים משגבו juxta literam: Illa sublimitas ejus (habitantis sc. ipsas altitudines) erit arces, petræ, vel: Arces, petræ, erunt sublimitas ejus. Et ita *Christus inhabitans ipsas altitudines*, ipsum ὑψηλὸν peccatoribus ἀναβατὸν, simul parat *habitaculum excelsum, arces petras q;* credentibus: sed primò *habitaculum* CHRISTI, deinde Sanctorum. Illud in numero plurali מרומים; hoc in numero singulari משגב. Christus & ipse *inhabitat* מרומים & parat משגב Sanctis, qvod habeat instar מצרות s. *innumerarum arcium*, & qvidem *talium arcium*, qvæ sint סלעים s. *ipsæ petræ*, arces petrinæ. In positu מצרות סלעים habito velut regiminis, erratum commune Interpretum.

Concl. 31. Neqve saltem in regno Messiæ dantur *arces*, dantur *petræ* s. sublime tutumq; Sanctorum *habitaculum*. Datur & perseverans, & copiosum vitæ spiritualis sustentaculum. Datur *Panis ejus* (Messiæ sc.) dantur *aqvæ ejus eædemq; constantes, perennantes* tm. 16. m. 2. Non dicitur לחמו נתן sed: לחם לו נתן non: Panis dabitur illi: sed: Panis ejus dabitur. Is, cujus dicitur esse panis, non semper est in statu indigentiæ: sed sæpe in statu potentiæ, ut non habeat semper rationem accipientis: sed sæpè dantis, vel procu-

procurantis. De cœtero non τῷ βρῶσιν τῷ ἀπολλυμένῳ hîc intelligi: sed τῷ βρῶσιν τῷ μένοντι εἰς ζωὴν αἰώνιον cujus *Cibi incorruptibilis Autor*, ex impressâ qvoqve humanitati Sigilli autoritate, θεάνθρωπος vid. Johan. 6. 27. ex Prophetiâ liqvidum: atqve adeò *ille Panis vitæ*, de qvo ibidem prolixè Orator fuit Salvator à v. 30. ad 59. & illæ *aqvæ viventes* ſ. ὕδωρ ζῶν, de qvo idem qvi *Panis est & Aqva vitæ*, blandissimè concionatus apud Samaritanam vid. Joh. 4. à v. 10. hoc loco notatur: sed & uti in Isaiano tmemate memorantur Aqvæ נאמנים, *non fallaces, non deficientes: sed perennantes, perseverantes:* ita summus hujus vocabuli Interpres Salvator *aqvam vitæ* talem descripsit, ex qvâ datur πηγὴ ὕδατος ἁλλομένη εἰς ζωὴν αἰώνιον Joh 4. 14. Conf. c. 7. 37. 38. Ita hic verè immortalis Cibus & Potus est, & *hauriuntur aqvæ cum gaudio è fontibus* SALUTIS vid. Jes 12. 3. Patet qvid sentiendum de Expositione Rabbinorum, qvæ est apud Abrabinelem sc. 1. per שכינת מרומים ſ. *habitaculum altitudinum* intelligendam שכר הרוחני שהוא תחת כשא הכבוד ſ. *mercedem spiritualem in altitudine infra thronum gloriæ.* 2 *Panem & Aqvam* Symbola hîc esse על העונג הנפשי ſ. *Voluptatis & delitiarum non corporalium: sed spiritualium.* 3. אפשר לפרש הוא מרומים ישכון שבלך המשיח ישכון בירושלם i. e. *posse explicari tmema 16.* & qvod ibidem dicitur: Is inhabitabit altitudines, *de Rege* MESSIA *habitaturo in Jerusalem.* Sufficit vidisse etiam ex Rabbinis veteribus, de MESSIA hîc agere Prophetam, neqve talia hîc dici, qvæ sive merè *corporalitèr* intelligenda, sive *unicuiqve individuo Justorum* applicanda. In MESSIA *ut Mediatore, habitaculum ad thronum gloriæ*, si rectè explicetur, facilè concedimus: idq; illi verius convenit, qvam tale qvale de *corporali habitaculo Hierosolymitano*, vel in *arce Sionis*, sententia superior sub num. 3. describit.

Concl. 32. Neqve ita saltem Mediator intercessurus inter DEUM ignem absumentem, & peccatores trepidantes in Zion ostenditur, & sub illo asylum & cœleste sustentaculum piorum describitur tm. 14. 15. 16. sed & *Visio* illius *futura*, sub titulo REGIS *in decore*

in decore suo filiis Zionis promittitur, tm. 17. Atqve hîc qværitur 11. Qvis ille מלך ביפיו Der König in seiner Schöne / oder in seinem Schmuck? Resp. *Is qvi pro peccatoribus trepidantibus in Zione* intercedit *apud DEUM ignem absumentem & ardores justitiæ divinæ infinitos* tmem. 14. qvi est κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν tm. 15. qvi est ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν, & inhabitat thronum gloriæ, cujus sublimitas est arx & petra Sanctorum, in cujus regno panis & aqva vitæ abundantissima tm. 16 qvi vocatur יהוה מושיענו s. Jhovah Salvator noster v. 22. atqve ita MESSIAS MEDIATOR & Rex in decore trepidantibus in Zion designatur, ut errent, qvi literalem sensum hîc de Chiskiâ statuunt, *qvi antea occupatâ regione ab Assyrio sqvalens & luctuosus, nunc superatis inimicis, gloriâ magnificentissimâ sit abundaturus:* præterqvam n. qvod catena vel seqvela textus superior, illud non admittit, non sanè hæc Prophetia absolvitur aliqvali gloriâ exigui temporis, & vel 15. annorum, qvos tamen non ita exegit Chiskia, ut non interceserint qvædam turbulenta & diminutiva Regis minus decora Conf. 2. Chron 32. 24. 25. 31. Extra applicationem, ex hypothesi Judaicâ, de MESSIA nondum revelato: sed demum revelando, rectè id vidit Abrabinel, qvi ita h. l. לפי שהיה הייעוד הטוב הזה לישראל אמר כנגדם מלך ביפיו תחזינה עיניך ר"ל מלך משיח ביפיו ובשלמותו זה תחזינה עיניך עם היות שעתה יראו עיניך ארץ מרחקים בגלות i. e. *Postqvam tam insignis promissio* (ייעוד הרוחני spiritualis sc.) *intimata Israeli*, hunc *coram compellat dicens: Regem in pulchritudine suâ visuri sunt oculi tui: vult dicere:* REGEM MESSIAM *in decore suo & perfectione illâ videbunt oculi tui, et si nunc in captivitate vident terram longinqvitatum.*

Concl. 33 Si Visio Regis in decore, præreqvirit visionem Regis in deturpatione, non opus est, huc afferre Cilicium Chiskiæ obsidionis tempore, & repræsentare Chiskiam in sacco lamentatorem. Visus est noster Rex CHRISTUS, in cruce inprimis, sine exemplo deturpatus, imò *manus & pedes fuerunt ipsa deturpatio* Psal. 22. 17. Visus & auditus est sine pari *Vir dolorum* נבוכה וחדכה אישים

אישים adeò *contemtus*, ut *desineret qs. inter homines referri* Isa. 53. 3. & testaretur ipse, *se vermem, non hominem* Psal. 22. 7. sed visus qvoqve in decore glorioso resurrectionis, visus per 10. illustres ὀπτασίας vel φανερώσεις in *illo intervallo qvadragesimali resurrectionis & ascensionis* vid. Act. 1. 3. qvas inter *octava in monte Tabor* celeberrima, ubi *visus 500. Fratribus* ἐφάπαξ 1. Cor. 15 6. Visus ab Apostolis in triumfo majestatis, qvando sc. post benedictiones elevatis manibus Apostolis datas, διέστη ἀπ' αὐτῶν καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανὸν Luc. 24. 51. in qvo spectaculo τοῦ Δώδεκα Galilæos 1. Cor. 15. 5. velut ἀπενίζοντας εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ, vel ἐμβλέποντας εἰς τὸν οὐρανὸν observarunt ANGELI, Monitores inde & Doctores Apostolorum Act. 1. 10. 11. Visus in miraculo Pentecostali baptismi S. Spiritus Act. 2. Visus Stephano Martyri, testi se videre: Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ Act. 7. 55. Visus Paulo Act. 22. 18. 2. Cor. 12. 1. 2. 3. 4. ubi proinde adimpletum dici posset hoc aureolum Prophetæ: REGEM IN DECORE SUO VIDEBUNT (μὴ χαρᾷς μεγάλης) OCULI TUI. Imò Complementi, qvoad utramqve Visionem, status sc. in formâ servi, & formâ DEI, testis & Confessor publicus Apostolus Heb. 2. 9. VIDEMUS JESUM *illum, qvi paulisper fuerat inferior Angelis factus, propter mortis perpessionem, gloriâ & honore coronatum.*

Concl. 34. Cœterum in fontibus non ita distingvitur ut legas: *Oculi tui Regem videbunt in pulchritudine suâ:* Conveniret sc. accentuatio מֶלֶךְ בִּיפְיוֹ תֶּחֱזֶינָה עֵינֶיךָ: sed: *Videbunt Oculi tui Regem in pulchritudine suâ* s. *illum qvi est Rex in pulchritudine suâ.* Rex ponitur objectum jubilææ visionis, non *reduplicativè* qvatenus est *in decore suo:* sed *specificativè*, qvi *Rex est in decore suo*, unde non concludendum. E. *extra statum decoris*, & (ex hypothesi superiori) *glorificationis non videbitur Rex*, vel: *Si Rex semper est in decore, semper videbitur in decore, vel ipse decor Regis.* Messias ut homo per omne tempus σκλωώσεως ἐν ἡμῖν, atqve adeò per omnia momenta status κενώσεως fuit in decore δόξης ὡς μονογενὴς παρὰ πατρός, & Oculi

culi Apostolorum incessanter videre potuerunt & viderunt *Regem in decore suo:* sed non incessanter ipsum Regem viderunt in decore, seu ipsam δόξαν Regis: sed saltem per particularia signa, ubi ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτῦ e. c. *in miraculo transsubstantiationis nuptiali* Joh. c. 2. 11. Sic *Viatores Emauntini* viderunt *Regem in decore suo:* sed non *Regem viderunt in ipso Decore*, ante *apertos oculos* conf. Luc. 24. 13. 14. 15. 31. Sic in intervallo 40. dierum, Messias jam glorificatus s. jam εἰς τὴν δόξαν αὐτῦ ingressus Luc. 24. 26. etiam illo respectu fuit jam in decore suo, & sic visus qvoqve est *Rex existens in decore suo:* cœterum Apostoli non semper e. c. qvando ζωέφαγον καὶ ζωέπινον αὐτὸ μετὰ τὴν ἀναστασιν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, Regem illum *glorificatum* viderunt *in decore* s. exercitio plenario illius gloriæ Act. 10. 51. De יפי s. decore & pulchritudine MESSIÆ, sive eidem ut homini Physicâ, sive hypostaticâ, sive officiali Mediatoriâ (satisfactoriâ, meritoriâ) sive majestaticâ (resurrectionis, ascensionis, sessionis ad dextram Patris) qvâ ratione item MESSIÆ etiam *ut in formâ servi* acclamari potuerit illud Davidis Psal. 45. 3. *Pulcherrimus es* (pulcher es, & pulcher factus es) *præ filiis hominum*, dicitur alibi. Hoc loco omninò יפיו של מלך s. *Pulchritudo* Regis extmemate 15. & 16 explicanda, ut adeò Pulchritudo intelligatur utriusq; status, & *decor* Mediatoris Regis, *Officialis, Sacerdotalis, Regalis, Propheticus.* SACERDOTALIS, qvia Virtute *absolutissimæ* Obedientiæ & *Justitiæ* s. satisfactionis & meriti tm. 15. *inhabitat altitudines*, & pro nobis agit præsens apud *DEUM ut ignem absumentem*, tm. 14. & 16. (vel, prout paucis Apostolus: *Est ad dextram DEI, & interpellat pro nobis* Rom. 8. 34.) REGALIS, qvia *sublimitas ejus sunt arces & petræ* (Subditorum, qvorum defensor s. potentissimus Protector est) vid. tm. 16. m. 1. terr. 2. PROPHETICUS, qvia Procurator est *Cibi & Potus spiritualis*, & Sustentator *per Verba vitæ* vid. tm. 16. m. 2.

Concl. 35. Cum illâ Visione REGIS IN DECORE conjuncta futura promittitur *Visio* ארץ מרחקים. Sed hâc occasione qværitur 12. An hæc Visio ponatur ut gratiosa & in complemento futuro? an ut miserabilis & in complemento præterito, continuata?

Aff posterius Abrabinel, juxta qvem hoc loco reddendum: Deine Augen werden sehen den König in seiner Schöne/die biß daher (sc. tempore exilii, captivitatis) ein frembdes und fernes Land gesehen haben. Facit pro Rabbino parallelus locus Jer. 8.17. ubi ארץ מרחקים est *terra exilij, captivitatis*, unde intonat *exul filia Zionis*: Wil denn der HERR nicht mehr GOtt seyn zu Zion? oder soll Zion keinen König mehr haben? Ita *Rex Zionis in decore*, utroqve hoc loco commendatur. Præstat autem prius ponere, ex *formâ textus*, in qvâ ita se habet עינך תראינה in m. 2. prout עינך תחזינה in m. 1. ut adeò prout Visio *Regis in decore* qvoad complementum promittitur in futuro: ita etiam *Visio terræ longinqvitatum*. Neqve hæc *promissioni Evangelicæ* repugnat. Datur sc. *Visio* qvoqve *terræ longinqvitatum* jubilæa, qvalis illa Sach 10.9. ubi *in longinqvis locis* futura promittitur *Evangelica DEI recordatio*, & *Sobolis* spiritualis multiplicatio: Vidit *terram longinqvitatum*, qvando (prout jussit Propheta noster c. 60. 4.) *attollens circumqvaqve oculos suos* infinito numero *gentes ad splendorem lucis magnæ* MESSIÆ sc. *super se orientis* vidit concurrentes, & advocante Domino καὶ ὑμεῖς ἀπὸ μακρόθεν, Act. 2.39. *filios è longinqvo advenientes*, & ita per *confluxum gentium Evangelicum* jam inde à *longinqvis terris*, imò à *fine terræ* amplificantur pomœria Sionis, qvo sensu noster Lutherus conciliatur, qvi reddidit: Du wirst das Land erweitert sehen: cum aliàs in fontibus non sit ארץ מרחבים i. e. terra latitudinum vel dilatata: sed ארץ מרחקים i. e. *terra longinqvitatum*.

Concl. 36. Ex illâ admirandâ Regis in decore suo, & populi *concurrentis de longinqvo* visione, futurum, qvod nunc indicat in tm. 18. Benè noster Lutherus & observans nexus: Daß sich dein Hertz sehr vern undern wird: juxta literam: *Cor tuum meditabitur terrorem*. Planè prout c. 60. postqvam v. 4. dixerat: *Filij tui advenient è longinqvo*, subjicit statim v. 5. *Tunc timebis, tunc expaveſcet* & (ex lætitiâ & affectu charitatis materno erga filios) *dilatabitur cor tuum*. Notatur sc. *exultatio cum timore & tremore religioso*, ita ut animus obstupescat admiratione magnalium DEI, sive ex parte revelationis gratiosæ, sive judiciariæ, sive utriusqve, plane prout ad *Magnalia Penteco-*

Pentecostalia & Oratoriam Apostolorum *loqventium centuplice lingvâ*, Auditores ἐξίσταντο καὶ ἐθαύμαζον Actor. 2. 7. vel prout illi ἐκ περιτομῆς πιστοὶ, ad effusum etiam super gentes *advocatas ê terris longinqvis*, S. Spiritum, cujus signa audibilia erant, qvod *novis lingvis loqverentur, & DEUM celebrarent*, in ecstasin religiosam rapti memorantur Act. 10. 45. Umbra illius qvod fit in talibus mysteriis, in rebus humanis datur, uti etiam ad illa, qvæ optat animus, si transcendant longè mensuram voti, & in apparatu aliqvo gloriosiore, vel etiam admirabiliore spectaculo sese insinuent, primum animus attonitus & qs. territus admiratione ad terrorem usqve obstupescat, deinceps autem confirmatus in plausus & celebrationem facti erumpat. Illa autem *meditatio terroris*, deducitur tùm *ex duplici illâ Visione Regis in decore & siliorum ê loginqvo* tm. 17. tùm *ex operatione Regis in decore*, qvæ est judicialis sapientum hujus seculi τῶν ἀπολλυμένων s. τῶν καταργουμένων excœcatio, ipsiusq; *Sapientiæ mundanæ* s. τῆς σοφίας τοῦ αἰῶνος τούτου *abolitio*, ut ita triumfet ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ s. *Sapientia* CRUCIS JESU, dum sc. qvod mundus habet *pro Sapientiâ* (cum non sit talis) publicè ostenditur esse Stultitia, & qvod mundo *est Stultitia* (Christus sc. crucifixus) ostenditur esse Θεοῦ δύναμις καὶ σοφία, qvomodo non *accommodat* saltem: sed allegat, & ex allegatione tmematis hujus Prophetici disputat Apostolus 1. Corinth. 1. 19 20. Utriusqve signum γέγραπται γὰρ.

Concl. 37. Qvod ergò Rabbini totum tmema 18. ad captivitatis statum referunt, ita ut Oratio illa m 2. sit sive qverela populi Exulis, sive lamentatio de Sapientibus Israelis in exilio s. captivitate mortuis, qvod Junius & Tremell. *nervos bellorum gerendorum* hîc describi statuunt, ita ut ספר sit *Consiliarius Castrensis* שקל *Qvæstor militaris* ספר את המגרלים, *Præfectus machinis, tormentis, munitionibus bellicis*, ex qvorum negatione pii periculorum securi, hostibus insultent, improbatur æqvè, ac, qvod Rabbini qvidam ספר per הכותב גולגולות s. *Censorem, qvi capitationis causâ accuratè describit numerum subditorum*, שקל per *Qvæstorem* s. *ærario Præfectum*,

cui sc. ad ponderandum detur capitatio, ספר את המגדלים per *Præfectos turrium, Executores tributorum*, vel *Censores divitum, grandium*, explicant. Aliena illa omnia. Docuit jam olim Apostolus qvid h. l. איה ספר reddens: πȣ̃ σοφὸς. Conveniunt qvidam Rabbini veteres reddentes per איה חכם בספר התורה i. e. *Ubi sapiens* (ὁ χρηματισθεὶς σοφὸς) *in libro Legis?* Docuit, qvid h. l. איה שקל reddens: πȣ̃ γραμματεὺς. Conveniunt Rabb. Vet. exponentes: איה שקל הדברים בדעת ותבונה i. e. Ubi accuratus Ponderator Verborum Legis, qvi omnia sc. ex habitu notitiæ & discretionis subtilissimè librat? Docuit qvid h. l. ספר את המגדלים reddens: πȣ̃ ζυζητητὴς τȣ̃ αἰῶνος τȣ́τȣ דרושא לעלמא הנא, prout Syrus. Non malè qvidam ex Rabbinis expresserunt per: כתב על ספר הדברים הגדלים והרשומים i. e. *Scriptores admirandorum & magnificorum, qvi res insignes argutè describunt.* Apparet in voce מגדלים illos formæ institisse, ut notet illa, qvæ in hoc seculo, ἐν τῷ αἰῶνι τȣ́τῳ magna, splendida sunt, de qvibus qvi ζυζητεῖ s. argutè disputat, vel etiam illis inhiat, in illis triumfat, is jam fuerit ספר את המגדלים, qvales ζυζητηταὶ τȣ̃ αἰῶνος τȣ́τȣ, illi in Academiâ Hierosolymitanâ Hellenistæ ιȣδαίζοντες, de Synagogâ Libertinorum, qvi ἀνέστησαν ζυζητȣ̃ντες Stephano Act. 6. 9. & illustre exemplum complementi præsentis Prophetiæ fuerunt, qvando non valuerunt resistere Sapientiæ illi & Spiritui, qvo loqvebatur Stephanus, vid. ibid. v. 10. ut adeò ibi licuerit exclamare: איה ספר איה שקל איה ספר את המגדלים. Sive autem in מגדלים prout alibi phrasi Scripturæ, *domus, ædes majores, illustres, palatia, turres & alia sive exornandis, sive exaggerandis mœnibus & civitatibus reperta*, notentur, & adeò ספר את המגדלים *titulus politicus* sir, & ἐν δυνατȣ̀ς ἐν εὐγενεῖς τȣ̃ αἰῶνος τȣ́τȣ, *operibus publicis, palatiis* turribusq́; Regum vel etiam turribus Hierosolymitanis cum potestate Præfectos notet, nec allegatio Apostolica, nec argumentatio propterea perit. Neqve enim saltem probare vult

λόγον

λόγον τὸ σκανδάλον sive Stultitiam sive scandalum esse apud τοὺς σοφούς: sed etiam apud τοὺς δυνατοὺς καὶ ἐνδόξους τοὺς ἀπολυμένους, apud ipsos ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου & qvidem illos ipsos qvi DOMINUM GLORIÆ CRUCIFIXERUNT. Conf. 1. Cor. 1. 20. 26. c. 2. 8.

Concl. 38. Ad nationem sc illam, qvæ suos sapientes ἀρχιερεῖς, γραμματεῖς, velut profundissimos & Angelicos Doctores, Mosis & Prophetarum Depositarios, Interpretes, Responsorumq; ex illis e. c. de loco Nativitatis MESSIÆ, expromtos Magistros in Cathedrâ Mosis ostentabat, qvæ videns & audiens MESSIAM stupendum Doctorem & miraculorum patratorem, excœcata, tantum abest, ut agnosceret, & ab illo congregari se permitteret, ut potius, contranitente & absolvente Pilato, PRINCIPEM VITÆ cruci affixum interimeret vid. Act. 2. 23. c. 3. 13. 14. c. 4. 16. c. 10. 40. (in qvo Consilio crucifixionis, inprimis *Sapientum illorum & Procerum* in natione Crucifixo consangvineâ s. *Presbyterij & Synedrij* notatur excœcatio vid. Matt. 27. 12. 20. 62. Luc. 23. 10. 13. 23. Matt. 28. 11. 12.) hîc primum, principalemq; respectum Prophetæ, tùm à priori ex *oppositione Visionis terræ longinqvitatum* (qvæ signat concursum Gentium ex oriente & occidente ad regnum cœlorum) & *abolitionis Sapientum*, ex ipsis titulis, ex feqvelâ timoris & admirationis qvam ex hoc exemplo Apostolus deduxit Rom. 11. 18. 19. tùm à posteriori ex complemento, exiterato in N. T. Elencho (conf. Matt. 23. toto cap.) ex allegatione qvoqve constat Apostolicâ.

Concl. 39. Patet qvid sentiendum de occidentalibus Interpretibus circa hos titulos. Scilicet *primum* Græci: πῦ εἰσὶν οἱ γραμματικοὶ. *Ubi sunt Grammatici?* Hier. *Ubi Scriba?* Vulg. *Ubi est literatus?* Trem. *Ubi est legisperitus?* Luth. noster: *Ubi est Juris Consultus?* vel: *Ubi est* (Regis Assyrii) *Consiliarius?* Germ. Wo sind nu die Schrifftgelehrten? (volt autem intelligi, qvi habeant peritiam Legum, qvales in aulis, qvi sunt Principibus à Consiliis) Belg. Versio: Waer is de Schryver. Glos. Belg. Waer is de Monster-Schryver / ofte Kryghs-Secretaris. Secundum Græci: πῦ εἰσὶν οἱ συμβουλεύοντες i. e. Ubi sunt Consiliarii? Hier. *Ubi Verborum*

borum Ponderator? Vulg. *Ubi Legis verba ponderans?* Trem. *Ubi Pensator?* Vers. Vatabl. *Ubi Ponderator?* Luth. noster, Ubi Quæstor? (qvi curat census & est à pecuniis) Wo sind die Rentmeister? Versio tamen Germ. hodierna habet: Wo sind die Räthe? (qvos titulo primo intelligi voluit in Scholiis) Belg. Versio: Waer is de Betaelts-Heere? Glos. Belg. Waer is de Penningh-Meester? die de Suldaten hare Soldye betaelt. Tertium Græci: πᾶ ἐστιν ὁ ἀριθμῶν τὸν ζωτροφομένους, vel τὸν ἐκπεπαιδευμένους i. e *Ubi est qvi numerat enutritos*, ac si punctatio esset סֹפֵר אֶת הַמְאֻמָּנִים. Hier. *Ubi Doctor parvulorum?* Jun. & Tremell. *Ubi Censor turrium?* Vatabl. *Ubi numerans turres?* Luth. noster: *Ubi est Cancellarius?* qvi scribit edicta, componit causas? Germ. Wo sind die Cantzler? Belg Waer is hy die de toorens telt. Belg. Glos. Waer is die Bouwmeester of Ingenieur? In 1. prob. Vers. Germ. In 2. Vulg. In 3. Belg. Vers. Titulus 1. est Doctoralis. 2. Politicus. 3. Architectonicus. Ex horum abolitione poterat pavor ad terrorem usqve oriri in Sione: Cœterum solatium huic est Visio Regis in decore, & filiorum venientium de longinqvo.

Concl 40. Illi Visioni positivæ opponitur Visio negativa sc. *Oculi tui videbunt Regem in decore suo: videbunt terram longinqvitatum* tmem 17. utrumqve *ad stuporem usqve & terroris meditationem* tm. 17. m. 1. Atqve ita objectum Visionis positivè. Seqvitur nunc negativè & qvidem 1. qvoad *Proceres & Sapientes hujus seculi* τὸν καταργουμένους tm. 17. m. 2. 2. *Qvoad ipsum populum in affectatâ exœcatione, barbarâq;* blasphemiâ adversus JHOVAH & Messiam Regem Sionis *perseverantem* tm. 18. Atqve hæc est *illa barbaries, profunditas labiorum*, & *peregrina lingva*, de qvâ in illo tmemate Propheta. *Loqvi labio Cananæo* vel *Judaico* signum communicationis cum DEO Israelis & Civitate DEI: vid. Isaiæ 19. 18. Gentiles, qvamdiu fuerunt χωρὶς χριστοῦ, & ἄθεοι ἐν κόσμῳ, rapti πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, καθὼς ἤγεσθε, fuerunt *populus barbarus, profundus labio, peregrinus lingvâ:* ubi autem adjunxerunt sese Ecclesiæ in Zione, *& ex omnibus lingvis gentium apprehenderunt decem*

alam

alam Viri Jhudæi, dicendo: Ituri sumus vobiscum, qvia vobiscum est DEUS, ubi jam adorant *Jhovam & Messiam ejus in Spiritu & Veritate*, ubi jam sunt λαλοῦντες ἐν πνεύματι θεοῦ, & dicere possunt Κύριος Ἰησοῦς, ibi desinunt esse *populus barbarus*, & Jus politiæ Israelis & testamentorum testantur ipsa Confessione & διαλέκτῳ γλωσσῆς, prout h. l habet Symmachus, *in Spiritu, Communione*.

Concl. 41. Patet jam qvid sit, qvod in tm. 18. promittitur: *Populum barbarum non videbis: Populum profundioris labij, qvàm ut exaudiatur, populum exotici sermonis* (peregrinum lingva) *cujus non est intelligentia.* Qvid עם נועז sit, benè jam olim Abrabinel docuit: עם נועז הוא כמו לועז ויגיר עליו רעו עם עמקי וגו׳ i. e. *Populus* נועז (qvæ vox nusqvam alibi occurrit, nec radix יעז) *idem est qvod* עַם לוֹעֵז i. e. *Populus barbarus, prout testatur Socius ejus*, i. e. *prout docet id, qvod* statim additur, de *profundiori labio, & peregrinâ lingvâ.* Literas has *ejusdem organi*, facilè permutabiles, exempla qvoqve docent Chaldaismi, ut tamen opus haut sit talem permutationem hîc statuere, cum satis commodè יעז cognatum עוז vel ipsum etiam עזז, ut sit נועז pro נָעָז, hîc radix dari possit. Dantur multa ἅπαξ λεγόμενα: עם נועז populus *durus lingvâ*, idem est qvod *barbarus*, & sic materialiter עם נועז idem qvod לועז עם, ut jam facilè constet, qvid sentiendum de Interpretibus, ex qvibus אר עם נועז reddiderunt Græci: Τὸν λαὸν τὸ ἀναιδῆ i. e. *Populum impudentem*, qvod פנים עז alias vocant Hebræi, neqve dubium, qvin ita qvoqve olim habuerit *Vulgata Latina*, qvæ habet misturas *Græcæ Versionis*: nunc tamen hæc legit unius literæ insertione: *Populum imprudentem.* Vers. in opere Vatabl. *Populum fortem*, J. & Trem. *Populum robore præditum.* Luth. noster: Das starcke Volck. Belg. Versio: **Dat stuere Volck/ wreet Volck/ barbaris Volck.** In materiali jam supra probatus Abrabinel. In formâ perinde. Nihil obstat rad. dari vel יעז vel עזז, ut notetur σκληροστομία, βαρβαροφωνία. Barbarus sc. olim Græcis dicebatur, qvi non planè, nec expeditè verba pronuntiabat:

nuntiabat: sed pingviore sono & aspero, qvomodo Cares Homerus βαρβαροφώνους appellavit: postea omnes diversâ dialecto in totum utentes Græcis dicebantur Barbari.

Concl. 42. Fuit supra Visio *& Regis in decore, & terræ longinqvitatis* conf. tmem. 17. Seqvitur nunc Visio gloriosa Zionis, & ἱερουσαλὴμ τὴν ἄνω: atqve, velut ibi *actus videndi Regis* per verbum specialissimæ *Visionis* s. תחזינה: *terræ* autem *longinqvitatum* per verbum generalius *Visionis* s. תראינה exprimebatur: ita h. l. Imperativo Prophetico: חזה *Respice*, inqvit, *ad Zionem, ad Civitatem solemnitatis nostræ* (& certissimè respicies) Uti supra עיניך תראינה i. e. *Oculi tui videbunt terram longinqvitatum*: ita h. l. עיניך תראינה ירושלם i. e. *Oculi tui videbunt Jerusalem.* Objectum autem jubileæ *Visionis* formale ponitur *Jerusalem*, qvatenus illa 1. נוה שאנן s. *habitaculum qvietum, tranqvillum.* 2. אהל s. *tentorium*, & qvidem tale, qvod 1. בל יצען i. e. *non avehetur* (prout *tentoria* e. c. *Cedarenorum* jumentis imposita facilè transferebantur). 2. בל יסע יתדתיו לנצח *cujus paxillorum* vel unus *nullo unqvam tempore recedet.* 3. כל חבליו בל ינתקו nullus planè *funium ejus disrumpetur* (evelletur) Ita hic non ad veterem illam s. τὴν παλαιὰ ἱερουσαλὴμ & localem Zionem, cujus *tentoria jamdudum avecta, clavi remoti, funes rupti*, prout totius sub illâ & ἱερατωὴς & νόμου μετάθεσιν velut signum τοῦ ἀσθενοῦς καὶ ἀνωφελοῦς notavit Apostolus Heb. 7. 11. 18. sed *ad montem Sion, ad Civitatem DEI viventis, ad Jerusalem supracœlestem*, ad infinitam & immutabilem Sionem, virtute *Mediatoris* & *Regis in decore* deducitur peccator qvondam *trepidans in Sion*, qvod Summmarium nexus est à v. 13. ad 20.

Concl. 43. Immutabilem illam æternamq; Sionem sustentabit *præsentia* JHOVAH *magnificentissima. Non transferetur tentorium, non migrabit clavus, non rumpetur funis: sed ibi* (in illâ Sione & Jerusalem) *Magnificus verè nobis erit ipse* JHOVAH (erit, inqvam, nobis) *locus fluviorum, rivorum latorum spatiis: nec navis remigij* (classis impulsa remis) *itura est eo: nec navis prætoria* (magnifica) *pertransibit*

cum

eum tm. 21. Notetur jam relatio hujus tmematis ad Orationem antecedentis: JHOVAH erit ibi nobis MAGNIFICUS: erit *spatium amplum, habitaculum fluviis ad instar Paradisi irriguum* vers. 21. m. 1. E. erit *tentorium infinitum, & cujus nec clavi evellentur, nec funes rumpentur* v. 20. Sic: *Habitaculum tranquillum* in v. 20. correspondet illi, qvod dicitur v. 21. de *non pertransiturâ illuc sive navi minore, sive majore.* Atqve ita ubi JHOVAH אדיר לנו s. ita *Magnificus & gloriosus est*, ibi est נוה שאנן s. *habitaculum tranqvillum*, ibi *immutabile & indissolubile tentorium.* Totum illud de JHOVAH *Magnifico futuro & aterno in Sione illâ tentorio* v. 20. 21. *probat* v. 22. *qvia* JHOVAH *est Judex noster:* JHOVAH *est Legislator noster:* JHOVAH REX *noster is servabit nos.*

Concl. 44. Claudit tandem Pharascham hanc Apostrophâ gloriosâ, non *ad classem inimicorum*, vel *pereuntem Assyriorum Exercitum*, ad instar *naufragorum de salute desperantium, rudentes & funes*, qvibus malus firmatur, *deserentium*, prout notarunt Jun. Trem. Vatablus, & in Scholiis ac Versione Lutherus: Sed ad *Sionem, Civitatem solemnitatis nostræ & ad Jerusalaim* v. 20. in qvâ JHOVAH *est Magnificus* v. 21. idemq; *Judex Legislator, & Rex Servator noster* v. 22. in qvâ *habitat populus* beatus, *justificatus*, & in qvâ datur *remissionis peccatorum* thesaurus v. 24. Ad illam respicit affixum fœmininum, eandemq; mutatâ personâ alloqvitur v. 23. memb. 1. נטשו חבלך. Notetur apparens antithetum & paradoxum Propheticum. *Funes Jerusalem non rumpentur* (ita v. 20.) & *Funes Jerusalem evellentur.* Ibi de *funibus* Sionis & Jerusalem ut *Tentorij*, atqve adeò de funibus ut *sustentantibus Tentorium*; hic sine tali respectu de funibus metaphoricis, dolorosis hostilibus, Sermo Prophetæ. Atqve de his intelligendum tmema 23. *Avulsi sunt* (vel certissimè avellentur, deserentur, derelinqventur, ô Sion) *funes* (dolorosi) *tui* (hostes â qvibus totiens afflicta, & tot doloribus ac plagis hactenus es affecta,) Hactenus membrum 1. Seqvitur nunc membr. 2. primi *exegeticum* & confirmativum, cujus hæc ex Consilio fontium interpretatio: *Nondum roboraverint basin mali sui, nondum expanderint vexillum* (i. e. antequam vel malum terræ infigere, & eidem vexillum appendere

poterunt) *jam tunc divisa fuerit præda spolij, multiplicatione: Ipsi claudi diripuerunt prædam.* Belli signum *malus* vel *pertica terræ infixa*, cui impositum *Vexillum*, ad qvod explicatum confluit miles, accingiturq; prælio. Sensus adeò egregius: *Avulsi, diffusi, deserti* sunt hostes tui, qvi erant *fundi tui calamitas* s. perditio tua. Movebunt qvidem in te bellum, & huic fini parabunt efferre belli signum, *malum* sc. cum *vexillo volante:* Cœterum frustra illud, & in proprium exitium, qvod adeò antevertet, ut etiam anteqvam accingantur, calamitatem jam sint experturi, & non opinantes imparati, opprimendi, adeò, ut etiam *infirmissimi qviqve* & vel *ipsi* claudi sine ullo negotio illos sint *populaturi.*

Concl. 45. Ita membrum 2. correspondet primo, velut amplior exegesis breviario explicando. Observetur accuratè, proportio intensiva membrorum, & in membro 2. territoriorum, ut sc. primum correspondeat & secundo & tertio, extra qvæ obscurum planè hoc tmema est. Germanicè: Deine Stricke (i.e. deine Feinde/ so dich zu verderben gedacht/ und dir viel Schmertzen gemacht/) sind hintergelassen (sind/ ehe sie ihre blutdürstige Anschläge ins Werck setzen können/ dahin gefahren/ zerstrewet/ weggerissen. Hactenus membrum 1. cujus nunc Stereoma & exegesis seqvitur) da sie annoch weder den Schafft ihrer Krieges-Stange (in der Erde) fest gemacht weder das Kriegs-Fähnlein oben aufgesteckt (außgebreitet/ fliegen lassen) haben/ da wird schon der köstliche Raub vielfältig außgetheilet (und es demnach mit ihnen schon auß) seyn/ so gar daß auch die Lamen Beute machen/ (fleissig mit rauben) werden

Concl. 46. Ita hîc triumfus Sionis de portis inferorum *Virtute* JHOVAH Regis Servatoris (tm. 22.) *Regis in decore* (tm 17.) *Mediatoris inhabitantis ipsas sublimitates & ignem absumentem* (tm. 14. 15.) describitur, unde jam seqvitur id qvod habet tmema ultimum: *Non dicet Habitator:* ÆGROTUS *sum* (qvia sc. *funes illi dolorosi* jam sunt *derelicti jam avulsi*) *Populus ille, ille ipse*, inqvam, *habitans in eâ (Sione* sc. vel *Jerusalem) erit levatus iniqvitate.* Benè noster Lutherus: Kein Einwohner wird sagen/ Ich bin schwach/ denn das Volck so drinnen wohnet/ wird Vergebung der Sünden haben. Constat inde qvinam illi *funes dolorosi* in tm. 23. qvinam illi *morbi* in tmem. 24.

qvalis triumfus, qvæ ſpolia, qvinam claudi tm. 22. Revocetur nunc *Concluſio hæc Prophetica* ad *principium tractationis* v. 14. & patebit correſpondentia theſeos & Concluſionis. Incipiebat hæc Oratio à *Peccatoribus*, iisq; *trepidantibus in Zione:* atqve adeò ibi inhabitaturus Zionem trepidabat & trepidus dicebat: *Ægrotus ſum, immundus ſum:* hîc, intercedente nunc Virtute Mediatoris & Regis Salvatoris, *habitator non dicit: Ægrotus ſum:* ſed dicet: JUSTIFICATUS SUM: DEO RECONCILIATUS SUM: *Non trepido:* qvia *per Dominum Jeſum Chriſtum pacem apud DEUM nunc habeo.*

Concl 47. Subjiciemus nunc qvæſita qvædam interpretativa circa tmemata; poſteriora. Qværitur adeò 1 an rectè Græci poſitum tm. 20. expreſſerint: Ἰδοὺ Σιὼν ἡ πόλις τὸ Σωτήριον ἡμῶν, vel prout apud Aqvilam Ὁρᾷ κατίσθητι Σιὼν πόλις ἑορτῶν i. e. *Vide qvære Sion Civitas ſolemnitatum?* Reſp. Juxta priorem reqvireretur poſitus חזה קרית ציון מושיענו. Erratum dum מועדנו habitum ut viſionis objectum, ציון autem & קרית, prout Viſionis *Subjectum*, cum contra totum illud ſc. קרית מועדנו habendum vel ut viſionis *Objectum*, vel ut *Subjectum*, qvo modo poſteriori vinceret Aqvila. Rectius tamen hîc ſtatuitur *Viſionis Objectum*, prout Symmachus: Ἰδε Σιὼν πόλιν τῶν ἁγίων ἡμῶν i. e. Vide Sionem Civitatem Sanctorum noſtrorum (qvorum ibi ſc. datur externa qvoqve communio) Qværitur 2. An rectè tmem. 21. membr. 1. Ibi verè fortis Jhovah erit nobis locus fluviorum & rivorum latorum? Reſp. Obſervetur poſitus אדיר ante יהוה, & proportio territoriorum. Græci non malè: ἐκεῖ κραταιὸς ἡμῖν ὁ Κύριος, τόπος ποταμῶν, διώρυγες εὐρύχωροι i. e. *Ibi nobis potens erit Dominus, locus fluviorum, rivi latiſſimi.* In membro 2. contradiſtingvitur אני שיט i. e. *Navis remigij*, qvales triremes minores & illæ Liburnæ, qvibus in bello Antonii opponuntur alta navium propugnacula, & hoc loco צי אדיר *navis magnifica, prætoria.* Sym. expreſſit: ὅπου μὴ πορεύθῃ πλοῖον κωπηλάτου, οὐδὲ ἐντολὴ κραταιοῦ διαπεράσει αὐτὸν i. e. *qvo non ibit navigium remigis, nec prertranſibit præceptum potentis.* Qvorſum in צי reſpexerit, facilè conſtat.

Rectius autem Aqvila: οὐ μὴ πορεύθῃ ἐν αὐτῇ ναῦς κώπης καὶ ἐλεήσῃς ὑπερμεγέθης οὐ διαβήσεται αὐτὸν. i. e. *Non ibit in eâ navis remis acta, & triremis supra modum magna non transibit eum.* Egregiè expressum illud צִי אַדִּיר. Qværitur an rectè tmemate 23. Symmachus: ἐξερρίφη τὰ σχοινία σου ὥστε μὴ κρατῆσαι ἕτως ὁ ἰσχὺς αὐτῶν ὥστε μὴ ἀποδῶσαι ἴστον, τότε διένειμεν ἕως σκυλῶν πολλῶν i. e. *Abrupti sunt funiculi tui ita ut non retineant: sic malus eorum ut non extendat velum, tunc dimittit usque ad spolia multa.* Resp. Reqvirebatur membrum 1. tale: נִטְשׁוּ חֲבָלַיִךְ בַּל יְחַזְּקוּ vel נִטְשׁוּ חֲבָלַיִךְ בַּל יְחַזְּקוּ. Qværitur an rectè Versio Belgica tmem. 23. **Uwe Touwen zyn slap geworden.** Resp. Hypothesis Versionis est: Apostrophen hîc dirigi ad Assyrios, qvorum *funes laxati* opponantur *immutabilibus funibus Zionis*, de qvo jam supra actum. Reddidit præterea Versio ita, ac si membrum 1. terminum haberet in נס s. *Vexilli* vocabulo. Qværitur an rectè Ludovicus de Dieu Corrector Junii: *Relicti sunt dolores tui, non roborabunt basin mali sui non expandent vexillum: tùm dividetur præda spolij multi: claudi prædabuntur prædam.* Resp. in membr. 2. vincit Junius (qvi videatur) in membr. 1 Ludovicus de Dieu, qvem si ita explices, ut per *illos dolores* intelligas ipsos *hostes*, qvi fuerunt Sioni *causa dolorum*, sed nunc eidem præbeant militare pabulum, vel *spolium*, res omnis expedita, & ibi meritò notandus erat Junius reddens: *Deserent rudentes tuos.* Lutherus noster hîc Græcos & Vulgatum secutus illud hîc passus est, qvod illi Antecessores. Reddidit: **Last sie ihre Stricke spannen/sie werden doch nicht halten/also werden sie auch das Fähnlein nicht auff dem Mastbaum außstecken. Denn wird viel köstliche Raubs außgetheilet werden/daß auch die Lamen rauben werden** Obstat 1. positus Atnach in voce 2. Obstat 2. in fontibus חבריך non חבליהם. Obstat 3. Mahpach conjunctivus in יחזקו ubi à nostro Luthero maxumè distinctum. Obstat 4. positus כן. Obstat 5. territorialis in נס. Juxta Lutherum nostrum reqvireretur positus:

נִטְשׁוּ חֲבָלֵיהֶם בַּל יְחַזְּקוּ כֵּן תֵּרֹם בַּל פָּרְשׂוּ נֵס

Consulantur jam fontes. PHA-

PHARASCHA III.

Concl. 48. Ad audienda eventura improbis judicia, nunc novo exordiolo (conferatur cum hoc exordiolum Pharaschæ præcedentis c. 33 tm. 13.) convocat Propheta *Gentes, nationes, terram, orbem habitabilem & quæcunque sive illam implent, sive in hoc progignuntur* c. 34. 1. Ad judiciorum autem audientiam comitia hîc indicit docet tmema 2. *quia* sc *fervens ira est* JHOVAH *contra omnes gentes, & excandescentia contra omnem exercitum eorum:* hactenus membrum 1. Ipse autem apparatus judicii formaliter describitur à membro 2. *Internecioni eos devovebit, mactationi eos tradet* (imò jam in Consilio cœlesti & decreto inevitabili tradidit, jam devovit) Consequens judicii, ejusdemq; rigorem & magnitudinem ostendens est tm. 3. *Projicientur confossi illarum, & quod ad cadavera illorum attinet, adscendet fœtor eorum* (exhorrescet cœlum & terra, ad tam atroces pœnas, quas iratus JHOVAH sumet de inimicis, & inde) *colliquescent montes ex Sangvine eorum: imò contabescet totus exercitus cœlorum: convolventur cœli, sicut liber ille: universus exercitus cœlorum* (præ marcore) *decidet, velut decidit folium ê vite, & sicut deciduum de ficu* tm. 4. (ubi sive נבלת ad folium, prout noster Lutherus reddens: Und wie ein dürre Blat am Feigenbaum / sive ad fructum sive ad utrumqve referas, perinde).

Concl. 49. Specialissimè & in hypothesi judicium illud describitur tm 5. *quia* sc. *gladius divinitatis jam inebriatus est in cœlis* (jam sc. rubet, jam Sangvine circumfluit, usqve adeò in cœlis jam conclusum est hoc iræ & δικαιοκρισίας divinæ decretum) ECCE super EDOM ipsamq; Idumæam Judaicam, & Bozram Hierosolymitanam descendet in judicium (neqve verò super illos saltem: sed in universum) super populum anathematis mei (s. qvem devovi) ad judicium. *Inebriationem* illam *gladij* explicat tm. 6 per *Sacrificium cruentum*, qvo titulo describitur Judicium illud divinum. *Gladius* sc. JHOVAH *repletur Sangvine, impingvatur adipe:* atq; veluti in Sacrificiis *Sangvis & adeps* consumebatur ipsi JHOVAH per *ignem sacrificiatem*, etiam ex illis Sacrificiis, qvæ de cœtero erant βρώσιμα: ita penitus consumentur inimici, atqve inde Sangvis memoratur *agnorum & hœdorum, adeps* autem *renum arietum* atqve ita in Bozrâ (Edomæ

mæ metropoli) ipsi JHOVAH erit *Sacrificium, & mactatio magna in terrâ Edomæorum.* Ita sc. in locum Sacrificiorum qvæ per Mediatorem Christum odorem dederunt bonæ fragrantiæ, succedunt nunc Sacrificia iræ, & irato DEO etiam hæc odoratum dant glorioſum.

Concl. 50. *Descendent etiam Unicornes* (etiam indomiti & ferociſſimi hoſtium, prout indomita celebratur Unicornium natura) *cum illis: Descendent juvenci cum robuſtis tauris: adeò ut tota terra eorum copiosè perfundatur & inebrietur eorum Sanguine, & pulvis eorum ad pe pingvefiat.* tm. 7. & hic erit *dies ultionis ipsi* JHOVAH: *annus retributionum, ob cauſam Zionis.* Atqve prout hactenus judicia DEI contra homines improbos: ita nunc à v. 9. effecta judiciorum deſcribuntur *in terram, & res creatas omnes.* Scilicet *horribili incendio* vaſtabitur terra. Mutabuntur torrentes in picem, pulvis in ſulphur, terra ipſa erit pix ardens: nec noctu nec interdiu exſtingvetur: fumus ejus adſcendet in ſeculum: à generatione in generationem vaſtata manebit terra, in ſecula ſeculorum nemo petranſibit illam tm. 9. 10. Inde ergò terræ horridæ, ſolitariis tantùm beſtiis erunt habitabiles sc. *Pelicano, ericio, noctuæ, corvis.* DEUS extendet ſuper eam lineam deformationis & perpendiculum vaſtitatis tm. 11. Regnum vel Proceres Regales vocabuntur (juxta literam: man wird das Reich die Reichs-Räthe nennen) *Proceres illius, qvibus non eſt locus, ſtatus* (Egregiè noſter Lutherus: Ihre Herren werden heiſſen müſſen Herren ohne Land/ melius ſanè J. Tr. Ludov. de Dieu, Vulgato, Vatablo qvi videantur) *& omnes Principes ejus futuri ſunt nihil* tm. 12. *Aſſurgit jam ſpina & Chamæleon in palatiis & caſtellis: ſit jam caula draconum, atrium ululatum pullis* tm. 13. *Concurrunt fera animalia, reſidet ibi ſtrix* tm. 14. *nidificat ibi merula, & pullitiem excludit: Congregantur ibi milvi* tm. 15. Concluſio Pharaſchæ eſt tm. 16. & 17. Jubet *inqvirere ex libro ipſius* JHOVAH *& legere, ut obſervetur* veritas judiciorum divinorum, *qvod* sc. *ne unum qvidem defuerit Os qvippe* JHOVAH ſ. FILIUS ὁ λόγος, ILLE *edixit* (talia judicia intimavit ſ. denunciavit) *&* SPIRITUS JHOVAH, ILLE *eſt qvi congregabit ea* tm. 16. & qvi *regiones feris habitandas ſemel ſorte & funibus aſſignatas*, illis ſervabit, ut maneat *ſemper Terra maledicta*, & illis *terribilibus feris & hoſpitibus inhabitata* tm. 17. qvod Pharaſchæ 2. breve Summmarium eſt.

ORATIO XVII.

PHARASCHA III. EXPLICATA.

Concl. 1.

FUit Pharaschæ 3. breviarium, ex toto capite 34. cujus nunc dandum accuratius & luculentius scrutinium. EXORDIO, in qvo *catholica audientia gentibus, populis, terræ, orbi, & utriusqve plenitudini* ac צאצאים s. *progeniei*, imperatur tmem. 1. Propositione, in qvâ קצף & חמה s. *fervens ira & æstus iræ omnibus gentibus, & universo exercitui earum* denunciatur tmem. 2. Tractatione, in qvâ terribilis Judicii apparatus duplici ὑποτυπώσει, unâ personali s. qvoad *personas hostium* (tùm universaliter qvoad *omnes gentes infideles*, tùm singulariter qvoad *Edom* & *Bozra* vid. v. 5. 6. 7.) *eorundemq; tremendum excidium* describitur à tmem 2. ad 8. alterâ terrestri, qvoad ipsam sc. *prodigiosam vastitatem terræ* à tmem. 8. ad 16. atrociſſimè repræsentatur, Conclusione deniqve, in qvâ *superioris Judicij futuritio* vel infallibilis certitudo, tùm ex autoritate divinâ LIBRI JHOVAH, tùm ex Majestate JHOVAH, ORIS JHOVAH & SPIRITUS ORIS JEHOVAH confirmatur tmemate 16. & 17. absolvi hanc Pharaschâm, monitum jam supra in Summario.

Concl. 2. Invitantur ad audientiam non *Gentiles saltem* οὐ ὄντες μακρὰν s. remoti, per *imperativum primum* s. קרבו גוים לשמע; sed *Judæorum qvoqve tribus* s. *nationes* Oratori Prophetæ *propinqviores* & conlangvineæ, per imperativum 2. ולאמים הקשיבו i.e. *Et Nationes attendite.* Citatur *ad audiendam* sententiam cœlestem non saltem generaliter תבל s. *universus orbis habitabilis*; sed & sigillatim הארץ s. *terra illa* orbi gentium contradistincta *terra* לאמים s. *tribuum consangvinearum*, qvarum sive ad unam matrem, sive unum caput stemmatis vid Is. 51. 2 filialis respectus: Vocantur *ad audiendum* non saltem *universaliter* תבל כל צאצאי s. *Omnia pronata, vel edita totius orbis*: sed & sigillatim מרא הארץ

ſ. *plenitudo illius terræ*, terræ Iſraelis, terræ tribuum, ubi qvid ſit *plenitudo terræ* ex parallelo titulo צאצאי תבל egregiè colligitur: qvicqvid ſc. vel ex ſe vel intra ſe enatum productumq́; terra complectitur eſt *plenitudo terræ*, prout piſces, *plenitudo maris*, & *ſemen Ephraim plenitudo gentium*. Nullibi in *particularibus Maſſa* vel *Prophetiis oneroſis nationalibus Iſaiæ* tam *univerſale* & *magnificum* legitur Exordium.

Concl. 3. Patet adeò qvare in Imperativo primo *Gentes* jubeantur propius *accedere ad audiendum*: ſupponitur ſc. *ſtatus* illorum *remotior* à politiâ Prophetæ: in altero autem לאמים ſ. nationes jubeantur ſine mentione *advocationis de loco remotiore*, *attendere*. Qvare item *in primo* ſubjectum ſit univerſalius ſc. גוים: *in ſecundo* ſpecialius לאמים. Qvare in m. 2. *terra cum articulo* contradiſtingvatur ipſi תבל ſ. *Orbis* vocabulo. Et tamen tàm illas גוים ſ. *gentes*, qvam לאמים ſ. *nationes*, qvas tm. 1. diſtinxerat, in tmemate 2. copulat, unâq́; voce גוים ſ. *Gentium* enunciat, allegatâ ratione *univerſalis illius audientiæ* intimationis: קצף ליהוה על כל הגוים qvæ *eſt fervens ira* JHOVAH *ſuper* (vel *contra*) *omnes gentes*, & *excandeſcentia contra omnem exercitum earum*. Nexus adeò pulcherrimus: *Ira* JHOVAH *excandeſcentis ferviditſima eſt contra omnes gentes & exercitus illarum* tm. 2. E. *omnes gentes & nationes*, neqve illæ ſaltem: ſed & *Exercitus gentium*, & *nationum*, qvi ſunt *illa plenitudo terræ*, & *progenita orbis* מלא הארץ וצאצאי תבל debent PROPHETÆ intimatori ſuppliciorum imminentium auſcultare tm. 1. Errat autem *Burgenſis* dum ad nationem Judaicam, & illius proſelytos excluſivè refert hanc appellationem univerſalem, qvia ſc. tempore *paſſionis Chriſti*: Hieroſolymis fuerint κατοικοῦντες ἀπὸ παντὸς ἔθνους τοῦ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Act. 2. 5.

Concl. 4. Titulus אֻמִּים vel לאמים excellentiſſimè *nationalis eſt Judaicus*. Originaliter qvidem tota natio Iſraelis prout extitit *in utero Rebeccæ* fuit una גוי ſ. *gens*, & *una* לאם & tota natio Idumæa, prout in *eodem* extitit *utero*, fuit altera גוי & לאם ſ. gens & natio

& natio, & sic Rebecca ἐξ ἑνὸς κοίτου ἔχουσα *in utero habuit & peperit* שני לאמים s. *duas nationes*, & שני גוים s. *duas gentes*, Jacobæam & Idumæam Gen. 25. 23 qvæ singulæ hactenus fuerint non גוים s. gentes, & לאמים s. nationes in plurali: sed una גוי & לאם in singulari. Cœterum, ex qvo illa una גוי & לאם sive in multas tribus, sive regna qvoqve diffunditur, & situ, moribus, religione, sceptro discernitur, nihil obstat, sub unâ qvoad originem gentis לאם, dari in divisione gentis plures לאמים, & sub una originaliter גוי plures גוים, & utroqve vocabulo ita dici Δωδεκάφυλον Judaicum. Sub titulo sc. non saltem singulari גוי vid. Jos. 3. 17. & c. 4. 1. sed & plurali גוים Judæos qvoqve venire, sine maximâ capitis deminutione inficiari haut possunt Judæi vid. Gen. 17. 4. 5. 6. Rom. c. 4. 11 12. 17. Genes. 22 18. neqve in complexu saltem gentium: sed & extra illum, titulus גוים pluralis aliqvando Judæorum est vid. Ezech. 2. 2. &, juxta Chaldæum certè, Gen. 48. 19. ubi qvod in benedictione Jacobi Ephraimiticâ habent fontes וזרעו יהיה מלא הגוים i. e. *Semen ejus erit plenitudo gentium*, Chaldæus ובנוהי יהון שליטין בעממיא i. e. *Et filij ejus dominantes erunt in populis* i. e. ex Ephraim orientur qvi imperabunt tribubus Israelis, & inprimis dominatores Regni 10. tribuum ex Ephraim erunt, prout in Jhudah Reges ex tribu Jhudah.

Concl 5. Ita ergò גוים nunc *Judæi & gentiles*, nunc *soli Judæi*, nunc (qvæ famosior est accommodatio) *soli Gentiles*, οἱ ἀπηλλοτριωμένοι τ πολιτείας Ισραὴλ κ ξένοι τ διαθηκῶν. Atqve veluti in contradistinctione גוים & לאמים, sub priori titulo Gentiles, sub posteriori Judæi: ita extra talem sub communi גוים vocabulo & Judæi & Gentiles aliqvando veniunt. Posterioris exempla jam notata. Prioris insigne in Psal. 2. 1. ubi in classibus hostium regni Messiæ prioribus Interprete Apostolorum Choro Act. 4. 25. 27. גוים sunt Gentiles e. c. Romani sub Pontio Pilato, qvi proinde notantur per ἔθνη: at לאמים sunt ipsi Judæi, (inprimis οἱ ἀρχιερεῖς, γραμματεῖς & πρεσβύτεροι τ λαῦ vid. Act. 4. 6.)

qvi proinde ibidem non saltem versu 25. vocantur λαοὶ: sed per exegesin Apostolicam v. 27. appellantur λαοὶ Ισραήλ ſ *populi Israelis* (de vocabulo עם an sc. *unus Israel* populorum ſ. עממים nomine veniat, nunc non disqvirimus: actum de illo supra: videndum an idem probetur per locum Jud. 5. 14) Patet adeò nullum à formâ periculum superiori nostræ expositioni, qvæ in Imperativo primo per Subjectum גוים intelligebat *Gentiles*, in altero per Subjectum לאמים *Judæos*, & tam hos, qvàm illos per גוים in tmemate 2. ubi proinde universale signum addditum, ut adeò כל הגוים in tmemate 2. titulus parallelus sit utriqve illi & גוים & לאמים in tmemate 1. Sed & patet inde qvid sentiendum de Abrabinele in h l. לא נאמרה הנבואה הזאת על בית ישראל ולא על יהודה וירושלם כיתר הנבואות אשר קדמו אבל שנאמרה על כל הגוים המצרים את ישראל בגלותם וכן קראם כולם שישמעו הגזרה העליונה של יתברך ואינה מיוחדת למלכות אחת כי אם לכל ממלכות הארמה Summa Judicii 1. *Propheti-am hanc non dictam esse de domo Israel & Jhudah sicut antecedentes.* 2. *Nec de uno regno: sed de omnibus regnis terræ, & omnibus gentibus*, qvod *angustiâ affecerint Israelem in captivitate suâ.* Definiatur nobis verus Jhuda, Israel & sancta Jerusalem, & facilè conceditur. Cœterum errat, dum suam gentem universam ponit inter Sanctos.

Concl. 6. Argumentum totius Pharaschæ in divinissimo breviario datur tmemate 8 Describitur sc hîc יום נקם יהוה i. e. *Dies Ultionis* JHOVÆ, & שנת שלומים לריב ציון i. e. *annus retributionum contentioni Zionis* ſ. infidelibus injustè cum Zione contendentibus: Atqve adeò ad *Zionem* hîc, velut in præcedentibus, Prophetæ respectus. Describitur sc. qvàm terribili judicii apparatu *ulturus* sit JHOVAH *injurias Zioni illatas*, & qvantâ suppliciorum gravitate retributurus pertinacibus & contentiosis Ecclesiæ Sanctæ, appellatæ titulo Zionis, hostibus. Repetatur jam nexus capitis superioris à tmemate 2. Repræsentaverat Propheta lacrymas & supplicationes Zionis implorantis brachium cœleste contra potentiam Vasta-

am Vastatoris adusqve v. 10. Respondit DEUS promittendo *brachium* qvoad *exsertionem potentiæ* tùm *Opitulatricis* (in Zione protegendâ) tùm *Vindicatricis* (in Zione contra hostes vindicandâ) atqve adeò *diem hanc Ultionis* & *annum retributionis* potentèr intimando tmemate 10. NUNC *surgam dixit* JHOVAH: NUNC *exaltabor:* NUNC *extollam me:* Porrò inanes hostium conatus comparat *torrido gramini & stipulæ, Spiritum igni, ipsos* autem *populos spinæ excisæ, ignibus exurendæ* tm. 11. 12. Hoc adeò responsum lacrymis Zionis brevissimè datum c. 33. tm. 10. 11. 12. ex professo tractat, ejusdemq; SURGENTIS DEI & exaltandi in terribili hostium judicio, apparatum magnifice designat toto c 34. ut ita hactenus repræsentet Propheta in argumento Zionis 1. *Sanctos, misericordiam, brachium & salutare* DOMINI *supplicibus precibus implorantes* c. 33. ad v. 13. inde 2. *Peccatores in Zione trepidantes* & justificationem s. levationem ab iniqvitate, virtute Mediatoris impetrantes à v. 13. ad finem c 33. 3 Præfractos Zionis hostes, & infideles perseverantes, qvibus Judicium & supplicium consumatum denuntiatur toto capite 34. 4. Redemtos JHOVAH in Zione exultantes cap. 35. atqve ita qvæ à lacrymis Sanctorum incipit, in infinitis Sanctorum jubilis desinit Oratio Prophetica 17. Constabit inde qvam accuratè cohæreat Sermo Propheticus & qvomodo Responsum superius datum Zioni c. 33. 10. 11. 12 distincte deducatur 1 resp *peccatorum trepidantium in Zion* c 33 à v 13 ad f. 2 resp. *hostium Zionis perseverantium* toto c 34. & qvomodo hoc caput exegesis sit illius in c. 33. 10. *De Surrectione DEI gloriosa in die Ultionis & anno retributionum* pro *Zione*.

Concl. 7. Patebit inde qvalis illa Zion, qvæ in præsenti Pharaschà memoratur, velut potentèr ob injurias, qvas accepit, vindicanda, & *qvis ille Edom*, qvænam illa *Bozra*, qvæ in eadem memoratur, velut ob injurias qvas intulit *Zioni*, punienda? Judæi nonnisi de Israele secundùm carnem, de deportatis tribubus & Topicà illâ Hierosolymitanâ desolatâ interpretantur Zionis titulum, atqve adeò per *Gentes illas ab excandescente* JHOVAH *tradendas mactationi sacrificiali*, intelligendas statuunt כל הגוים המצרים את ישראל בגלותם

בגלותם s. *Gentiles Israelis deportatores* & in exilio s. *captivitate prolixâ excruciatores*, inprimis autem Christianos & Romanos, qvos hîc *Edomi* titulo notari, velut *Boznam* Romæ, magno consensu asseverant. Dispiciendum ex Orationis Propheticæ continentiâ, qvænam illa *Zion*, pro qvâ JHOVAH *irâ fervens* tàm *atrocem sumturus est Ultionem de Edom & Bozrâ?*

Concl. 8. Illa sc hîc *Zion* intelligenda, qvam præsens JHOVAH *implet judicio & justitiâ* c. 33. 5. in qvâ *expaveſcunt peccatores*, & appellant ad præsentem *Regem in decore suo*, eundemq; Mediatorem interponendum inter se & *ignem absumentem* s. *ardores justitiæ divinæ æternos* v. 14. qvæ, æqvè prout Jerusalem, *est Caula tranqvilla, tentorium stabile*, v. 20 in qvâ JHOVAH *futurus magnificus, & omnem hostium potentiam destructurus* v. 21. in qvâ JHOVAH *Vindex, Legislator, Rex* v. 22. cujus incolæ *pacem & incolumitatem* obtinent *justificati fide in* MESSIAM *Regem & Servatorem* v. 23. Hæc scilicet illa est pro qvâ *Dies Ultionis & annus retributionis* intimatur capite 34. v. 8. Constabit autem facilè ad *Topicam* Zionis *Hierosolymitanam terrestrem*, cujus *paxilli jamdudum recesserunt disruptiq; jam olim funes*, & *Israelem secundùm carnem*, qvippe qvi, etsi διώκων νόμον δικαιοσύνης εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασε: qvippe προσέκοψε τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος Rom. 9 32. hæc non pertinere: sed ad Jerusalem eminentiorem & τὴν ἄνω ad Ecclesiam credentium Evangelicam unione intrinsecâ cum Christo capite & inter sese unitate fidei arctissimè conjunctam, & ad articulum temporis Evangelicum Zionem hanc referendam esse, cujus Zionis, etsi in Judæâ, unà cum Rege suo gloriosè manifestatæ, non graviores extiterunt hostes, qvam ipsi Judæi & συλλησάντες Hierosolymitani MESSIÆ ipsius & Confessorum illius Carnifices & persecutores exqvisitissimi, qvod proinde qverelis, & protestationibus vehementissimis testatus *Messias visus in Judæâ Rex in decore*, testati Apostoli. Conferatur integra Historia Evangelica, & inprimis Matth. 23. 37. 38. Actor. 7. 51. 52. Omninò ille Israel, iidemq; Judæi non continentur sub titulo *Zionis* pro qvâ: sed *Bozræ* & *Edomæ* de qvâ Ultionem Jhovah sumturus, memoratur.

Concl.

Concl. 9. Apparet inde, qvænam hîc *Zion*. Videndum nunc qvinam hîc *hostes Zionis?* Nominantur in tmemate 2 *Omnes gentes*, & adeò non in *unâ gente Idumæâ:* sed *in omnibus gentibus* dantur hostes *Regis & regni Zionis:* atqve hinc illæ lacrymæ, qvod *ubi Filius hominis veniet in nubibus, plangent super eum omnes tribus terræ* Ap. 1. 7. qvia sc. *in omnibus gentibus* dabitur amplissima materia planctus, odium *Zionis* & inde *fervens ira Jhovah.* Monuimus jam supra nec ab hâc universalitate tituli *omnium gentium* in tm. 2. nec ab appellatione גוים & לאמים in tm. 1. excludendam nationem Judæorum: Probat idem *nexus amicitiæ* per Caput Crucifixi Regis Sionis renovatus *inter Herodem & Pilatum:* probat odium commune gentibus & λαοῖς Ισραὴλ qvod jam supra ex Act. 4. 25. 27. ostendimus. Imò odium Sionis majus in Judæis persecutoribus, qvam Gentibus. Contra JHOVAH & CHRISTUM ejus Regem Zionis non saltem Gentiles sunt tumultuati: sed Israelis qvoqve populi, ipsi inprimis Messiæ contribules *inania meditati:* non saltem *Reges Gentium* conspirarunt: sed etiam *Proceres* Judæorum simul *consultarunt:* & licet non defuerint qvi Filio JHOVAH *osculum dederint*, tamen & pauci illi, & longè numerosiores in *nationibus Gentium*, qvam *Judæorum:* Hîc sc. longè plures contumaces *efferveſcentem iram* Filii ejusdemq; *Regis Zionis* experti, *perierunt in viâ.*

Concl. 10. Erat tunc *Zion Evangelica* in Judæâ, & ipsâ metropoli Hierosolymitanâ, ubi *Ecclesia* & *Communio Sanctorum* ac flos Martyrum conf. Act 2. 41 c. 4 24 32. c. 15. 2. 4. 22. c. 21. 20. Erat sub Synagogâ: sed non erat Synagoga: qvin ab hâc patiebatur, qvæ à nullâ unqvam Edomæâ Act. 6. 9 c. 7. 58 c. 8. 1. 2. c. 9. 1 2. Solatur Apostolus Ecclesiam Thessalonicensium, qvod imitatrix facta sit Ecclesiarum DEI, qvæ sunt in Judæâ, in Christo JESU: eadem passa à contribulibus, qvæ illi à Judæis: *qvi* DOMINUM JESUM *& proprios Prophetas occiderunt, Apostolos exegerunt: qvi hæreditariâ impietate nec ipsi DEO placebant, nec alios placere volebant, qvi prohibebant Apostolos Gentibus loqvi, ut serventur, ut semper compleant peccata sua: qvos proinde occupavit ad extremum usqve fervens ira Domini* 1. Thes. 2 14 15.

Et li-

Et licet impurius & corruptius nunqvam egerit Synagoga Judaica, ipsa inprimis Hierosolymitana, qvàm circa tempora manifestati Messiæ *Regis in decore*, omninò tamen *odium Zionis* domesticum longè antea illam exeruisse, atqve adeò suæ in terris ætatis Judæos *Latrones Latronum Propheticidarum filios* extitisse, *ex monumentis Justorum & sepulcris Prophetarum* ostendit Servator ipse. Matt 23. 31. Testis paritèr Stephanus, qvi coronæ proxumus magnà voce ad illos σκληροτραχήλους, *Vos*, inqvit, *semper resistitis Spiritui Sancto sicut Patres vestri, ita & vos. Qvem Prophetarum non persecuti sunt Patres vestri?* videantur cœtera Act. 7. 52. Neqve, qvæ nunc toto divisa est orbe, Synagoga Martyrii incapax, mitiores in Zionem circumfert animos qvorum Seculis exilii prioribus truculenta dedit exempla: nec dabit facile progeniem generosiorem & Martyrii passivi pro Rege *Zionis* capacem, propter qvam sit ab hoc per pœnas hostium vindicanda. Concludimus adeò 1. Illa hîc *Zion*, qvæ posita in *statu Martyrij passivo* NUNC à *surgente* JHOVAH in *die Ultionis* gloriosè est vindicanda. Synagoga Judaica & Israel secundùm carnem non positus est &c. E non est illa Zion 2. Synagoga Judaica intulit injurias Zioni, & fecit in Zione Martyres. E. pertinet ad gentes hostes Zionis, ipsamq; Edomæam vel Bozram, non ad Zionem. Facit pro illo, qvod in tmemate 6. Judicium hoc describitur sub titulo Sacrificii JHOVÆ & in qvo mentio fit Sangvinis, ac adipis, qvod omnium optumè interpretari poterat illa natio, penes qvam erat SCHOLA SACRIFICIALIS. Facit provocatio s. *ablegatio ad librum* JHOVAH cujus prout Judæi erant *depositarij*: ita illorum qvoq; reliqvias concernit hic Imperativus divinus: QVÆRITE EX LIBRO JHOVAH ET LEGITE tmemate 16.

Concl. II. Neqve obstat tmema 5. & qvi in illo memoratur *descensurus super Edom gladius* JHOVAH. Præterqvam enim qvod statim additur: ועל עם חרמי למשפט i. e. *Et super populum anathematis mei in judicium*, cujus interpres Apostolus, testis *fratres suos & consangvineos anathema factos à* CHRISTO Rom 9. 3. & Malachias qvi *in anathemate terræ Ismelis* desinit. Sed etsi omninò in *Edom* memoraretur sine addito, facilè ostendere liceret *Edomæam*

Hiero-

Hierosolymitanam, totam tot Prophetarum Sanctorumq; aliorum cruore אדמה s. *rubram*, eadem sane facilitate, qvâ Rabbini hîc concipiunt *Edomæam Romanam:* neqve minus rationem dare liceret in *Apostaticâ Synagogâ*, qvæ indigna *Israelis* vel *Jhuda* nomine degeneraverit dudum in *Edom* vel *Edomæam*, facta *populus anathematis*, & à Messiâ qvoqve unà cum ipsâ terrâ *anathemate percussa*. Sed &, si *Idumæa* jam inde ab utero Rebeccæ divisa gens, Seculo circiter uno ante natum MESSIAM transivit in corpus, societatemq; populi Judaici, ita ut *unus* ex divisâ jam olim gente factus sit *populus*, cui *communis Metropolis Hierosolymitana*, ipsaq; adeò Idumæa pars magnæ Judææ, qvid mirum Edomæi appellatione, in Prophetiâ, cujus respectus ad illa tempora, illam qvoqve Judæam includi & ab illâ, unitam gentem ex memoriali veteris indolis Edomææ denominari?

Concl. 12. Testis *Josephus* l. 13. *antiqvitatum Judaicarum* c 17. Hircanum bellicosum, postqvam Antiochus Syrus occidit ab Arsace Partho, Syriam propugnatoribus vacuam Victorem intrasse, Samariam qvoqve & in illâ gentem Chutæorum, qvæ templum habuerit ad instar Hierosolymitani extructum, sibi subjecisse, ipsumq; templum autoritate Alexandri M. à Sanballeto Duce in gratiam Generi Manassis fratris Jaddi Pontificis extructum post 200. annos, qvibus steterat, desolavisse: neqve his contentum *Idumææ qvoqve urbes cepisse*, subjugatisq; *omnibus Idumæis*, illis *Circumcisionem* imperasse, qvam illi, ut & *reliqvam juxta Judaicos ritus vivendi formulam amore patriæ admiserint*, atqve *ex eo*, inqvit, *primùm tempore* IDUMÆI INTER JUDÆOS CENSERI cœpti sunt. Verba Græca egregia: Κρατῶν δὲ αὐτῆς χρόνον ὑπῆρχεν, ὥστε εἶναι τὸ λοιπὸν Ἰουδαίους. Neqve ignoravit id Abrabinel, qvi in tractatu de Edom, repræsentatâ sententiâ Burgensis ex Judæo facti Christiani, meminit *tempore templi 2. Reges Judæorum imperasse Edomæis:* addit: והכניסום בברית המילה i. e. Et *perduxerunt eos ad Sacramentum Circumcisionis.* Allegatur יוסף בן גוריון s. *Josephus Gorionides*, qvem eundem, qvod Græcè scripserat sub nomine Fl. Josephi, Ebræum sub illo nomine scripsisse, idemq; adeò indivi-

duum fuisse, statuunt Judæorum plurimi, contradicentibus *Josepho Scaligero*, *Vossio*, qvi velut fabulosum *Gorionidem* planè rejiciunt, & demum post annum Christi 600. ex Fl. Josepho compilatum, rabbinicisq; nugis refertum statuunt, neutrum sine ratione, prout ex contradictoriis, ex mentione Patris Gorionis, ex negatione Characteris Sacerdotalis, ex mentione Francorum in sepulturâ Herodis concludere licet. Extant illius unionis gentilitiæ vestigia insignia in historiâ Judæorum novissimâ & oratione *Jesu ad Edomæos armatos*, è mœnibus metropoleos: Contra Romanos & *Ananum ac Jesum Pontifices*, prodendæ metropoleos insimulatos, advocantur Idumæi à Zelotis Hierosolymitanis. Exprobrat illis Jesus, qvod veniant ac si essent κοινῷ βελευτηρίῳ τῆς μητροπόλεως vocati, velut ζύμμαχοι καὶ ἀλλοφύλων. Agnovit adeò Iduinæos tunc non habitos ἀλλοφύλους: sed Judæis ὁμοφύλους, ad qvos proinde non vocati communibus comitiis venire non debuerint tàm terribili belli apparatu, ac tantâ armorum alacritate, ac si in barbaros ituri essent bellatores. Miratur idem Jesus Orator qvid impulerit Idumæos ἁρπαλαξεῖν τὰς πατρῴας ἑστιὰς λῃστῶν κῆρ δημοῖ ζυγχοῦς s. *arripere arma pro Latronibus contra cognatum Populum.* Ita sc. Judæi & Idumæi ζυγχυσεῖς à Josepho aperte vocantur, & illo ζυγχυῶν χήμαλι intraturis, sive *armatis*, velut Opitulatoribus & Liberatoribus communis metropoleos, sive *inermibus*, ut Arbitris, promittuntur aditus liberi.

Concl. 13. Neqve aliter Idumæi, qvorum tunc Orator ad mœnia Hierosolymitana indignatur, τῷ ἐθνὶ κοινῷ πόλιν præcludi, Romanis autem pandi: item: sibi velut ζυγχυέσι τῷ τῆς Μητροπόλεως φυλακίῳ non credi: sed & τῷ ἅπασι τοῖς ἀλλοφύλοις ἀναπεπταμένῳ εἰς θρησκείαν πόλιν, τοῖς οἰκείοις νυῦ ἀποτειχίσθαι i. e. *Urbem omnibus alienigenis religionis causâ patentem*, nunc *domesticis præcludi*: Conqveritur, *Idumæos* ζυγχυέσταν ἔθνος τῆς πατρίων ἱερῶν ἔργεσθαι i. e. *conjunctissimam gentem à patriis sacris arceri*, & protestatur, se *defensores fore domicilij DEI, & propugnatores*

τῆς κοι-

τῆς κοινῆς πατρίδος s. *communis patriæ.* Ex eodem Josepho, etsi sub Gorionidæ titulo, allegat Abrabinel in sententiâ בורגינשש i. e. Burgensis: כאשר עלה בספסייאנוס וטיטוס להלחם על ארץ יהודה באו בני אדום לירושלם ונתחברו עם בני יהודה להלחם ברומיים i. e. *Vespasiano & Tito adscendentibus contra Hierosolyma, Edomæi venerunt & opitulatores & defensores Hierosolymitani cum Judæis fuerunt.* Vocat ibidem Josephus Idumæos θορυβῶδες καὶ ἄτακτον ἔθνος, ἀεὶ μετέωρον πρὸς τὰ κινήματα καὶ μεταβολαῖς χαῖρον, πρὸς ὀλίγην δὲ κολακείαν τῶν δεομένων τὰ ὅπλα κινοῦν καὶ καθάπερ εἰς ἑορτὴν εἰς τὰς παρατάξεις ἐπειγόμενον i. e. *Turbarum appetentem & inconditam nationem, semper ad motus facilem & suspensam, rerum mutationibus lætam & ad nutus petentium ad bella expromtam, quæ non minori tripudio properet ad prælia, quàm ad Festorum solemnia:* item φύσει ὠμοτάτους φονεύειν ὄντας naturâ crudelissimos ad cædes: sed & Jesus Orator Hierosol. illos vocat ἄνδρας φύσει φιλελευθέρους καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα τοῖς ἔξω πολεμίοις μάχεσθαι πασεσκευασμένους i. e. *Viros naturâ libertatis amantes, & exinde cum hostibus extraneis pugnare paratissimos.*

Concl. 14. Nec obstat mentio *Bozræ & terræ Edomæorum* tmemate 6. Rabbinus Abrabinel in h. l. בצרה היא רומי כי אם היות שמצאנו בצרה אחרת במלכות מואב שנקראת כן להיותה קריה בצורה מי המנע שתקרא גם כן רומי להיותה ככה Dicit Rabbinus: *Bozram hîc esse Romam: Scilicet, prout datur Urbs in Moab, quæ propter præstantia munimenta Bozra dicatur, ita nihil obstare, qvin eodem nomine veniat Roma æqvè munimentis valida.* Bozræ prima mentio in Catalogo Edomæorum Regum ante-Israelitico s. ante ætatem Israelis βασιλικὴν, in qvo Rex secundus Jobab (qvem pro Jobo habuerunt veteres, prout illum Eliphasum Esavi pro collocutore Jobi) celebratur fuisse ex Bozrâ Gen. 36. 33. Si hâc Bozrâ exclusâ qvaliscunqve appellativa significationis convenientia ad Bozram sufficit, iisdem Rabini verbis dicere licebat, מי המנע שתקרא גם כן ירושלם להיותה ככה i. e *Qvis prohibebit,*

bebit, qvò minus etiam Jerusalem dicatur Bozra, cum etiam illâ fuerit munimentis admiranda, ut ita detur non saltem Bozra *Romana* (qvod nos in accommodatione Typicâ etiam à S. Spiritu intentâ non negamus) non saltem *Edomæa* Jer. 49. 13. & *Moabitica* cap. 48. 24. sed etiam *Judaica Hierosolymitana.* De hâc certè lamentabili metropoli Eleazarus Orator funeralis apud Josephum l. 7. de bell. Judaic. c. 34. Πῦ ἡ μεγάλη πόλις, ἡ τῦ παντὸς Ἰδδαίων γένους μητρόπολις ἡ τοσόσοις μὲν ἐρυμνὴ τείχεσι περίβολοις, τοσαῦτα δ' αὐτῆς φρούρια καὶ μεγέθη πύργων περιβεβλημένη μόλις ἂν χωρῆσαι τὰς εἰς τὸ πόλεμον παρασκευὰς, τοσύλας ἂν μυριάδας ἀνδρῶν ἔχουσα τὸ ὑπὲρ αὐτῆς μαχομένων πῦ γέγονεν ἡμῖν ἡ τὸ θεὸν ἔχειν οἰκιστὴν πεπισμένη i. e. *Ubi est illa magna Civitas, totius gentis Judææ metropolis, tantis murorum septis munitissima, tot ante muros castellis, turriumq; objectis mœnibus tuta, belli q; apparatum vix capiens, tot autem Virorum pro se pugnantium multitudinem continens?* qvid *nobis facta est qvæ DEUM habere incolam credebatur?* Loqvitur idem operosa Tito Urbis lamentabilis expugnatio. Sed nec aliæ desunt rationes ob qvas illam *metropolin tunc Judæorum æqvè ac Idumæorum*, Bozram appellare Propheta potuerit, qvæ revera uti impietate, & incredulitate æqvè ac crudelitate: ita metropolitanâ qvoq; dignitate in locum veteris *Bozræ Edomæ* tunc succesſerat, id communi genti præstitura, qvod antea Idumææ *Bozræ:* fuerat præterea tunc iræ cœlestis *vindemia*, immissis in illam generosis palmitibus & racemis qvondam floridissimam DOMINI vineam בוצרים s. *vindemiatoribus*, post qvam vindemiam nihil amplius in illa generosi fructus imminente *Sacrificio illo* JHOVAH & *mactatione magnâ*, qvæ in nullius unqvam gentis metropoli conspectior fuit, qvâm in acropoli *sacrificiali* Jerosolymitanâ, prout crudelis apud Josephum loqvitur historia, & specimen dabat allegatus jam supra crudelis Orator Eleazarus, de qvo *Sacrificio humano illius Arielis*, actum jam supra in VÆ Arielis.

Concl. 15. Sanè *diem illum Ultionis* JHOVAH, *& annum retributionis* ita explicare, uti velut sub Schemate *Zionis vindicandæ*, repræsententur Judæi, qvos novissima Templi, Gentis & Urbis abstulit

παν ολε-

παντελεθρία & crudeli funere mersit, pro qvibus, ipsoq; adeò Templo & Metropoli gentis longa exilia sub Romanorum Monarchiâ passæ *Ultionem sumturus* memoretur JHOVAH sive ab Idumæis illis Judæorum qvondam vicinis, sive *Romanis* Christianis, velut *Esavi* vel *Edomi* genuinis posteris, absurdè & contra historiam dicitur. Legitimet prius illa natio, se *Zionem* & passam id qvod *Zion*. Ostendat qverelas sive veteris calamitatis, sive præsentis exilii, sive *Romanis* imputandas, sive Cognatis Idumæis. Egerint qvædam crudeliter in metropolitanos qvosdam tunc Idumæi: de qvibus videndus Joseph. l. 4 de bello Judaico c. 17. qvi inprimis duo plangit in hâc irruptione funera, Anani & Jesu, qvos περὶ ὀλίγα τῶν ἱερῶν ἐσθῆτα περικειμένους, καὶ τὴν κοσμικὴν θρησκείας κατάρχοντας τοῖς τε ἐκ τῆς οἰκουμένης παραβάλλουσιν εἰς τὴν πόλιν προσκυνημένους i. e. *Paulò ante sacris indumentis amictos & toto orbe celeberrimæ religionis autores, undique in civitatem commeantibus venerabiles*, cæsos, jacuisse nudos ac insepultos, prædam canibus ac feris conqveritur, adeò ut ex hoc die, qvo τὸν ἀρχιερέα καὶ ἡγεμόνα τῆς ἰδίας ζωτηρίας αὐτῶν ἐπὶ μέσης τῆς πόλεως ἔδον ἀποσφαγμένον s. *Pontificem Rectoremq; salutis suæ in mediâ civitate jugulatum viderunt*, principium ἁλώσεως s. excidii urbis, eversorumq; murorum deducat. Egerunt non ut aperti hostes & oppugnatores, qvi *portarum claustra*, nullâ tunc apertâ vi vel crudelitate sunt ulti: sed exclusi à factione contrariâ περὶ τὸ τεῖχος s. extra urbem ad muros substiterunt armati. Egerunt velut à *Zelotis Judæis* pro libertate Judæorum contra factionem Anani & Romanos communes hostes vocati Defensores communis *Patriæ, Religionis ac Templi* & qvi Zelotis sanctiores, cum nec horum flagitia ferrent, nec sibi imputari vellent, non sine magnis pœnitentiæ signis excessere metropoli, atqve adeò qvicqvid ibi actum, sceleratissimis & crudelissimis Zelotis Judæorum imputandum, qvi post Idumæorum abitum demum impunè & vindice nullo sævierunt in illustres animas, qvas inter Zacharias, Filius Baruch Gorion & Peraita Niger, de qvibus videndus Joseph. l. 5 de bell. Judaico c. 2 (juxta Ruff.)

Concl. 16. Meminit ille, *Peraitam cum occideretur*, Judæis Romanos ultores imprecatum esse, λίμόντε καὶ λοιμὸν ἐπὶ τῷ πολέμῳ καὶ πρὸς ἅπασι τὰς ἀλλήλων χεῖρας i. e *& præter illos famem, pestilentiam, bellum, ipsorumq; manus.* Addit Josephus Judæus de Judæis: καὶ δὴ πάντα κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐκύρωσεν ὁ Θεὸς καὶ τὸ δικαιότατον, ὅτι γεύσασθαι τῶν ἀλλήλων ἀπονοίας ἔμελλον οὐκ εἰς μακρὰν στασιάσαντες i. e. *Hæc universa apud impios confirmavit DEUS, efficiens, qvod justissimum erat, ut audaciam suam qvamprimum experirentur inter se dissidentes. intestinaq; rabie insanientes*, adeò ut Fl. Vespasianus maluerit *spectator* esse, qvàm *oppugnator* gentis, qvæ maximo malo h. e. *seditione* turbabatur. An autem illi Zelotæ & Sicarii qvibus sceleratiores Sol haut vidit, confer Jos. l 5. bell. Jud. c 3. I R. fuerint illa Zion, pro qvâ DEO *intimandus fuerit dies ultionis & annus retributionum?* Absurdum.

Concl. 17. Ita *ab Idumæis* nihil tunc hostile passa Metropolis: sed à domesticis, ab illis *Zelotis*, Sicariis & *factiosis domi Tyrannis*, propter qvos vindicandos *si intimandus fuerit dies Ultionis*, iidem & vindicandi fuerint & *puniendi*, iidem, *pro qvibus*, & *de qvibus* sumenda Ultio, iidem inqvam *puniendi*, qvod rabie efferati in propria viscera sævientes ruerint in crudeles mortes. Longè plus tunc Idumææ cladis intulisse Judæos, qvam Judææ Idumæos, vel unus apud Josephum c. 7. juxta Ruff. juxta Græc. 30. 31. 32. l. 4. loqvitur *Simon Giorides Gerasenus* qvi διὰ πάσης ἐχώρει τῆς Ἰδουμαίας, οὐ μόνον κώμας καὶ πόλεις πορθῶν ἀλλὰ καὶ τὴν χώραν ἅπασαν λυμαινόμενος ſ *totã pervasit Idumæam, non modò Civitates ejus depopulando: sed excidendo etiam territoria*, adeò ut per loca transit⁹ nullum superesset signum *Idumææ veteris* οὐδὲ σημεῖον τι κατελείπετο τοῖς πορθουμένοις τοῦ γεγονόναι. De cœtero Idumæa tunc pro communi pugnans metropoli non alios habuit hostes, qvam Judæa Hierosolymitana, Romanos sc. conf Josephus *de Bello Judaico l. 5. c. 4. vel 4. c. 26. & l. 7. c. 15.* vel juxta Græc. *l 6. 40.* qvod si Romani sunt *Idumæi*, & proptea super illos *descensurus gladius* JHOVAH, qvia hostili qvondam apparatu moverint in *Judæam*, sanè eximendi erunt,

erunt, illi in Zione pari cum Judæis privilegio, collocati *Idumæi Judaistæ*, & sic nullum his, amplissimum autem Romanis præsentibus vel futuris periculum inde, qvod ante 1500. annos sub *Vespasianis* Romani *Idumæi* desolaverint ὁμοφύλους Idumæos & Judæos, & sic *gladius Jhovah descendet super Edomæos* Romanos, qvia hi qvondam sævierunt *in Edumæos Judæorum Consanguineos* vel ξυγγενεῖς; atqve ita mactatio magna in terrâ Edomæorum futura memoratur, qvod Idumæi qvondam mactaverint Idumæos, & adeò pro *Edom* hîc *dies Ultionis* intimatur contra *Edom*. Vindicatur Edom, & punitur Edom qvi in Antecessoribus suis fuit Vastator Edom.

Concl. 18. Cœterum non adeò *infensos Judææ* Vespasianos & Romanos fuisse, ut propterea sint dicendi *Edomæi*, super qvos *gladius* JHOVAH *descensurus in judicium*, & *mactatio magna metuenda Bozræ* Romanæ post 1500. annos; apertè loqvitur Historia; & ἰδιώτης αὐτῶν προφήτης Josephus. Fato irato *furiæ & excandescentiæ* Jhovah, sceleribus, conjurationibus & crudelitatibus obstinatorum domesticis imputanda potius παιδολέθρια illa tàm prodigiosa. Romanus plus commiserationis habuit, qvàm crudelitatis, & pacem, fœdera, libertatem, ultionem, subditis qvondam, totiens, etiam jam Victor, etiam cum jamjam efferenda Judæa in metropoli esset, obtulit, modò illa daret *Cæsari, qvæ sunt Cæsaris*, & hujus imperia admitteret, à qvibus non nisi ingenti perfidiæ crimine se subduxerat. Nullum religioni & templo Judæorum à Romanis periculum, neqve culpandi, qvod rebelles subditos blandis pariter & severis mediis revocarint, & obstinatos mori suis furoribus permiserint. Constitisset sibi rectiùs illa Zion, si sub Romanis pacatè & ex æqvo egissent Hierosolymitani. Mitiores illis qvàm his animi. Notatur passim *Misericordia* Vespasianorum, Titi inprimis, qvem sceleste *Castor* Judæus docuit πρὸς βλάβης τὸ ἐν πολέμοις ἔλεον s. *intempestivam & noxiam sæpè in bello esse misericordiam* vid. Jos. de bell. Jud. l. 6. c. 9. ubi & ἀπώλοντο Titi notatur. Oravit Titus Judæos, interprete Josepho, ut *sibi, populo, patriæ, templo, parcerent*,

parcerent, neqve sint τῶν ἀλλοφύλων ἀπαθέστεροι s. *alienigenis in patriam duriores* vid. Jos. l. 6. c. 11. Agnovit hîc DEUM qvi damnaverat populum, *omnem viam salutis ad interitum vertisse* ibid. c. 15 & *templum Judæorum* non *à Romanis*, qvippe qvi *immissis etiam donis*, prout *Augustus* & ejus *Conjux Augusta* fecerat, illud *honoraverint*: sed è *Judæis* profanatum: Adspexere Romani templum cum honore, & adoravére. Miserunt, qvi cum lacrymis deprecarentur vastitatem templi. Hi ex ambitu fani sepulcrum: ex ipso templo fecerunt Castellum, & in sanctissimum qvoqve aditum insilivere Latrones cruenti. Indoluit Titus & illacrymatus est calamitati, Deos patrios obtestatus, per se servandum templum etiam Judæis nolentibus l. 7. de B. J. c. 4. & 5. Notat Josephus diem 10. Augusti velut Fatalem, qvo & 1. & 2. templum flammis haustum l. 7. c. 9. 10. & testatur apertè: ὁ Ναὸς οὕτως ἄκοντος Καίσαρος ἐμπιπρᾶται s. nolente & ad incendia restingvenda incredibili fervore contendente Cæsare combustum templum c. 10. Legatur Oratio Titi apud Josephum l. 7. de bello Judaico, vel juxta Græc. l. 6. c 34. & plura hujus argumenti constabunt.

Concl. 19. *Concludimus ex superioribus* 1. Nec Synagogæ Judæorum Hierosolymitanæ sub Zionis vindicandæ titulo, hîc gratiosè dies Ultionis JHOVAH intimatur, nec sive veteri Idumææ, sive Bozræ Romanæ, vel qvod idem est, Romæ, ex hypothesi Judæorũ, origine gentis & conditorum Idumææ, neqve ipsis Romanis nunc Christianis hîc sive propter Synagogam sub Vespasianis eversam, sive propter Judæorum captivitatem prolongatam, gladius JHOVAH cruentus denunciatur: *Concludimus* 2. Synagoga & natio Judæorum novissima continetur sub universali appellatione *omnium gentium contra qvas est servans ira Jehovah* tm. 2. & sub titulo *populi anathematis* tm. 5. *Concludimus* 3. Nec Titulus Edomæorum repugnat Judæis, nec Bozræ, Metropoli Judæorum: neqve à *Sacrificio* JHOVAH in Bozrâ & *mactatione magna in terrâ Edomæorum* qvæ memoratur tm. 6. excludenda est πανολεθρία novissima Reipublicæ, Urbis & inprimis Templi: Sed & nusqvam toto orbe conspectius fuit Sacrificum JHOVAH irati, & crudelior mactatio nationalis, qvàm in illâ novissimâ Clade Urbis, Templi, Gentis.

ORATIO XVII.

Concl. 1.

CONtradicit superioribus Conclusionibus de Synagogâ Jerosolymitanâ novissimâ, ipsaq; Judæorum gente collocandâ potius inter *Gentes*, *contra qvas est fervens ira* JHOVAH (vid c. 34. 2.) & super *qvas Gladius Jhovah inebriatus in cœlis*, *descensurus* memoratur, *tanqvam populum anathematis* (tm 5.) qvam in illâ Zione, pro qvâ intimatur *dies Ultionis & annus retributionis* (tm. 8.) Rabbinus Abrabinel, qvi ex professo hîc suam nationem in *Zione*: alias autem gentes, & inprimis *Turcos* & *Christianos*, sub *illarum gentium* nomine intelligendos: sed & EDOMI titulo CHRISTIANOS, inprimis *Romanos*, s Italos, & per *Bozram* illam *Romam* insinuari *in sensu literali* disputat, qvam Rabbini celebrioris sententiam nunc proponere, & succinctè alicubi examinare, instituimus.

Concl. 2. Paraphrasis juxta Rabbinum Latinitate donatum foret talis: *Accedite gentes* (qvæ molestiâ affecistis Israelem in captivitate suâ) *ad audiendum* (decretum cœleste) *& nationes attendite* (ad id qvod contra vos decrevit DEUS benedictus) *audiat terra* (non unum aliqvod regnum, sed omnia regna mundi) *& plenitudo ejus: audiat orbis habitabilis & qvæcunqve progignuntur in eo* (audiant sc. id qvod jam est comprobatum *in decreto vigilum* ex Dan. 4. 17.) Nam *fervens ira* JHOVAH *est contra omnes gentes, & excandescentia contra omnem exercitum earum* (idq; tum propter *corruptam illorum religionem* לפי מה שנפסרו באמונותיהם tùm propter *Israelitarum desolationem*, & propterea DEUS in decreto cœlesti jam) *devovit eas*, jam *tradidit illas mactationi.*

Concl. 3. *Et confossi earum projicientur* (super terram, sine sepulturâ, præ magnâ interfectorum copia, vel הפרגת הריגה) *cadaverumq; illorum* (s. ex *illis cadaveribus* multiplicatis) *adscendet putris fœtor* (סרחון רב) *& colliqvescent montes ex Sangvine illorum*

(tanta sc. confossorum multitudo erit, & ex illis tanti torrentes Sangvinis, ut vel *ipsi montes ex illo Sangvine liqvidi sint futuri & defluxuri*, atqve hoc dici דרך גוזמא s. *parabolicè*) *qvin etiam contabescet totus exercitus cœlorum & convolventur cœli tanqvam liber* (s. deficiet operatio Angelorum nationalium, influxu in nationes vel abrogato, vel à DEO ad alias gentes, qvibus magis favet, translato) *Cœli totusq; exercitus illorum* (sive illarum gentium, contra qvas est fervens ira JHOVAH, sive ipsorum cœlorum, ut notetur Exercitus Angelicus non qvidem qvoad substantiam: sed qvoad influxus in illas gentes efficaciam) *decidet, prout decidit folium à vite & prout deciduum de ficu.*

Concl. 4. *Nam inebriatus est gladius meus qvi est in cœlis* (ita ut notetur consumatum DEI Judicis decretum רמז לגזרתו והרווי והשבע, vel ut per *Cœlos* notentur *ordinationes turmarum cœlestium*, & influxus nationales, à qvibus divinitus eversis vel destructis deinceps idem gladius DEI) *descensurus est super Edomæos*, & *super populum, qvem devovi internecioni.* Ita adusqve tmema 6. Abrabinel παραφράζει. Subsistendum hîc paulisper: neqve verò prolixè immorandum *qverelæ Captivitatis* in tm. 1. cujus, qvoad *Captivitatem præsentem sub Christianis*, nullas habent Judæi causas, nisi fortè conqveri velint qvod non satis experiantur rigorem justæ *Captivitatis*: certè longè benigniorem hanc sub Romanis habuerunt, qvàm qvondam sub Babyloniis. Maxima Molestia Israeli & nunc & olim palanti ab ipso Israele (si nomen hic meretur) tàm pertinacitèr excœcato & σκληροτραχήλῳ. Pro Judæis infidelibus, qvales & olim circa novissima tempora templi 2. fuerunt, & nunc esse perseverant, nunqvam intimabitur *Dies Ultionis.*

Concl. 5 Neqve inhærendum operosè illi, qvod Causa ferventis adeò cœlestis iræ in omnes gentes ponatur *corrupta religio*, qvæ certè nullibi corruptior, qvàm in hodiernâ & qvæ tempore nostri JESU, qvi ipsi Josepho, etsi Judaicæ superstitioni immerso, saniori tamen Historico, παραδόξων ἔργων ποιητὴς, καὶ διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων, appellatur l. 18. Ant. c. 4. obtinuit

obtinuit Judæorum Synagogâ, etsi, qvæ deinceps adusqve nostra tempora successit, illâ qvoqve corruptius egit, ipsum fundamentalissimum caput de MESSIA, à Paraphrastis Chaldæis, Jonathane inprimis, egregiè agnitum, profanè & per nugationes corporalium beneficiorum explicando, & sive fidei illius necessitatem, sive ipsius qvoqve Articuli veritatem abnegando, ita ut e. c. licet olim vaticinium Jacobæum de Schiloh, intellexerit Synagoga, Paraphrastis testibus, de MESSIA, tamen illius credendi hodiè nulla sit necessitas, neqve adeò fides de MESSIA fundamentum legis, qvæ aliaq; portenta fidei Judaicæ contradictoriæ alibi sunt excussa. Si ergò *corrupta religio* fuit inductivum *ferventis iræ* JHOVAH, *illius anathematis, ac traditionis ad mactandum*, certè luculentior illa causa excidii nullibi, qvàm in natione Judaicâ proximâ novissimis Templi, & in exilio præsenti, qvam proinde obstinatam religionis Judaicæ corruptionem noster MESSIAS, ejusdemq;, commendatus æqvè à Josepho, Antecessor Johannes Baptista, toties in historiâ Evangelicâ potentèr redarguisse memorantur, & notasse, velut causam imminentis universæ Reipublicæ Judaicæ novissimæ calamitatis. Patet vel solo illo exemplo, Synagogam hodiernam Esaviticam & Idumæam magis esse, qvam Jacobæam. Fides *Jacobi & Jhudæ* erat: *Venturum promissum Messiam ante sublatum ultimò Sceptrum & Mechokek à populo Judaico*, ex tribu inprimis Juda orituro. Ita & illi intellexere & Paraphrastæ 3. explicuére. Contradicit Synagoga: *Sceptrum desolatum*: sed *Messiam nondum revelatum, qvicqvid de hoc fiat, sive adhuc reveletur, sive non.* Ita prodit se, non *Jacobi*: sed *Esavi* Soboles. Illa sc est βλασφημία τ̃ λεγόντων se esse Judæos, cum sint *Synagoga Satanæ, non veri Judæi* Apoc. 2. 9.

Concl. 6. Ob Zionem autem desolatam DEO non saltem pœnas debuisse Babylonios, Romanos, aliosq; ex orbe gentium, sed & ipsos Judæos velut sanctæ Zionis hostes præcipuos: qvin in nullâ unqvam gente conspectius fuisse complementum illius vaticinii: *de anathemate, de traditione ad mactandum, de innumerabili copiâ confossorum, de turbâ insepultorum, de putri fœtore cadaverum* (qvæ supra Concl. 2. & 3. in Paraphrasi Rabbini notata) vel ex *unâ*

Josephi historiâ in superiori Disputatione prolixiùs est probatum: neqve adeò opus est דרך גומא s. *hyperbolicam locutionem* statuere in illâ voce Prophetæ: *Et liqvefient montes ex Sangvine eorum*, qvam tamen & hîc & in seqventi oratione de *contabescente toto exercitu cœlorum*, de *convolvendis cœlis ad instar libri* tmemate 4. dant & Christiani & Judæi commentatores, ut sensus sit: *Cœlum & terra exhorrescent, ad illam judiciorum DEI, & pœnarum, qvas de inimicis sumturus est, severitatem.* Supponitur non nisi de *speciali in Edomæos exercendo judicio hîc agi*, cujus rigor stylo prophetico parallelo hîc describatur prout c. 13. 10. in judicio *Babylonico*, memoratur *Sol obscurandus ab exortu suo*, *Luna non datura splendorem*, *stellæ Cœlorum non amplius præbituræ lucem*.

Concl. 7. Non obstat sive in *Babylonico*, sive in *Edomæorum* particulari judicio, *Diem generalis & universalis judicij*, simul memorari, vel in tractatione illius theseos *per modum argumenti* hunc simul inculcari, qvomodo non implicat in eadem Oratione Hos. 13. 14. agi & de *liberatione corporali* e. c. à Tyrannis, à Terræ Regib⁹ & de *liberatione spirituali ex potestate inferni & mortis*, nexu argumenti à minori ad majo: *Ego* (verba sunt Regis Messiæ) *ex ipsâ potestate inferni liberabo eos, ex morte redimam eos*, E. *multò magis possum eos liberare ab hostibus Regibus hujus seculi*: minùs obstat: in talib⁹ judiciis nationalibus perseveris *diem judicij novissimi* semper velut accommodationem antitypi intentam à Spiritu S. simul implicari, & hujus adeò apparatum respectivè sine hyperbolâ Rhetoricâ unà describi: sed & qvæ ibi de Babel, non absolvi veteri illâ Babylone: sed ad finem mundi & casuram adhuc Babylonem pertinere ex Apocalypsi constat. In præsenti a. non de particulari judicio Edomæorum agi testis apertè Propheta in imperatâ audientiâ universali tm. 1. in intimatâ *irâ fervescente* & *excandescentiâ* JHOVAH *contra omnes gentes* & *omnem exercitum eorum* tm. 2. in qvâ universalitate Prophetiæ ultimum complementum restare in die *iræ* & δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ s. ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ dubium nullum, atqve adeò nec mirum *Cœlis & exercitui cœlorum* hîc occasione finalis omnium reproborum ex omnibus nationibus judicii novissimam illam ἀπώλειαν destructivam denunciari, ut prout ad *perfectam tabem* seqvitur mors animalis, destructio corporis, ad *mar-*

cescentem & *ex marcore deciduum* sive *folium*, sive *fructum vitis & ficus* horum interitus, ad *complicationem libri*, lectionis & usus negatio, ita ad illam *contabescentiam* & *decidentiam* totius *exercitus cœlorum*, ad *complicationem illam cœlorum*, sequatur horum destructio, *abolitio*, ita *ut non amplius existant* sive illi *cœli*, sive ille *cœlorum exercitus*. Totum hoc rectè statuitur in hoc tm. 4. salvâ sequelâ & nexu textus Prophetici. Notandum a. Jonathanem aliter intellexisse mentionem *Libri*. Reddidit sc. ותימסו כל חילי שמיא ויתמחו מתחות שמיא כמא דאמיר עליהון בספרא i. e. *Et liquescent omnes exercitus cœlorum & celebrentur sub cœlo sicut dictum est de illis in* LIBRO.

Concl. 8. Non dicitur in tmemate 5. חרבי אשר בשמים רותי i. e. *Gladius meus qui est in cœlis, est inebriatus:* sed: *Gladius meus inebriatus est in ipsis Cœlis*, de quo *gladio inebriato in cœlis, ipsisq; adeò cœlis & exercitu cœlorum contabescente*, prodigiosam Rabbini expositionem, etsi illam, ubicunque vel minima *Angelorum* in sacris mentio, inculcat (prout & in Characteribus MESSIÆ Disp. 3. p. 53. 54. 55. & ad c. 14 32. Isaiæ jam supra à nobis notatum) ipsius in h. l. verbis prolixius exprimere operæ pretium erit. Ita ergò ille ad tmema 4 אומרו ונמקו כל צבא השמים הוא רהגיד שאף על פי שהחוראות העליונות יורו טוב והצלחה על אומה מהאומות החם השי ישרך משפטם וכחתם בענין שהשרים העליונים לא יועילו לאומותיהם ולא ישפיעו עליהם וערל זה נאמר ובאלקיהם עשה ה׳ שפטים ואר זל אין הכה נפרע מן האומה עד שנפרע מן אלהיה לא שתבא השחתה ומפלה בגרמים העליונים ושריה׳ בעצמם אלא שיתבטלו הוראותיהם מפאת ההשגחה הפרטית ועל זה אמר כעז ונמקו כל צבא השמים ונגלו כספר השמים רל שיתבטלו הוראות ממערכות העליונות המורות טובים על האומות או שיעביר אותם השי לעם אחר מאוהביו ולזה חזר מה שאמר ורותה בשמים חרבי רל לשדך את המערכות המצליחות לאומות; Breviarium judicii Rabbinici est 1. Exercitus cœli esse Angelos supernates Præfectos &

Procuratores nationales, qvorum influxus DEUS benedictus sit destructurus, ut non possint suis prodesse nationibus, iisdemq; copiosum robur suppeditare. 2 De illis intelligendum illud Num. 33 4. de *judiciis exercitis etiam in Diis Ægyptiorum*: item illud dictum Antecessorum: *DEUM non ultionem sumere de gentibus, nisi postqvam illam sumsit de Angelis illarum.* 3 Habere qvidem illos privilegium incorruptibilis *substantiæ*: operationes tamen, virtutes, ordinationes cœlestes & significationes illorum ex parte providentiæ specialis suspendi, & harum adeò, non ipsius Substantiæ destructionem hîc inculcari vel etiam illarum translationem de gente in gentem: 4. Hoc ipsum qvoqve notari per *Gladium DEI inebriatum*, qvi sc. prius *inebriatus sit in cœlis*, s. in ipsis Angelis cœlestibus nationalibus, vel Angelis advocatis Edomææ nationis ita debellandis, & post hos debellatos *descensurus super Edomæos*, qvos post Angelos illorum victos facilè sit deinceps debellare. Notavit jam ante 3. Secula Nicolaus de Lirâ, qvod hîc dicitur *de tabescente militiâ cœlesti*, à R. Salomone *de Angelis nationalibus* exponi, *qvi simul puniantur & contristentur cum gentibus qvibus præsunt.* Addit: *Hoc est erroneum. Illi enim sunt Angeli beati & ideò illis contingere non potest, qvod contrarium sit ipsorum voluntati, & ideò in nullo tristantur aut gravantur de punitione temporali* s. *æternâ gentium qvas custodiunt: qvia talia procedunt secundùm ordinem justitiæ divinæ, cui* PER OMNIA & SIMPLICITER *assentiuntur.*

Concl. 9. *Exercitus Cœlorum*, Angelos bonos alicubi notari s. τοῦ Αγγέλους τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ vel ex repræsentatione cœlestis Palatii in Judicio Achabi 1. Reg. 22. 18. & Musicâ Bethlehemiticâ Messiæ Genethliacâ in qvâ Cantores fuêre πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου Luc. 2. 13. facilè datur: *Angelos qvoqve nationales tàm bonos qvàm malos*, vel ex uno Daniele arcanorum Angelicorum accuratissimo contemplatore facile est probare, vid. ille c. 10. 13. 14. 15. At bellum illud Angelicum mediantibus nationibus, influxus ille subsidialis vel studium influendi pertinax, post revelatum DEI Judicis pœnale decretum, ipsaq; adeò necessitas destructiva Consiliorum Angelicorum oppositorum voluntati cœlesti revelatæ, & apparatui

apparatui terribilis judicii s. necessitas debellandorum per gladium DEI, Angelorum nationalium, anteqvam descendat gladius super ipsas gentes, Commentum est Rabbinicum, Scripturis ignotum, & Confirmationi Angelorum ac Conformationi excellentissimæ ad voluntatem Creatoris, etiam ubi hic *de throno misericordiæ* (מכסא רחמים) *descensurus est in thronum Justitiæ* (אל כסא דינים) contrarium. *Dij Ægyptiorum*, qvorum Judicii memoria in Exodo c. 12. 12. & inde Num. 33. 4. non ANGELI sunt, nedum BONI: sed Idola, qvorum ἐδωνότης decantatur ab Apostolo 1. Cor. 8. 4. Revera enim Idolum NIHIL est.

Concl. 10. Qvos Moses *Deos Ægyptiorum* vocat, noster Propheta in planè parallelo loco אלילי מצרים s. *Idola, Vanitates Ægypti* vocat c. 19. 1. Neqve alitèr se habuit in Exodo *Judicium Deorum Ægypti*, ad præsentiam DEI Judicis, qvàm in Isaia *commotio illa Idolorum Ægypti, ad præsentiam* DEI in nube celeri invadentis Ægyptum. Nihil autem obstat, qvò minus illa *commotio & judicium* in ipso qvoqve materiali Idolo, ad exemplum Dagonis Philistini fieri potuerit, qvod tamen in conceptu potius ipsorum Idololatrarum ponendum, qvorum de illis Idolis imaginatio dum publicè falsa ostenditur, ipsaq; *Idola* & *Dij Ægyptij* impotentes, & *vacua Numine simulacra* הבלי שוא, inde ruit omnis Idolorum, qvam sc. antea obtinuerunt apud Ægyptios, autoritas, atq; inde his ימס לבב בקרבו s. *ipsum Cor liqvefit in medio.* Ita DEUS judicia exercet in Diis Ægypti.

Concl. 11. Tales præterea hîc notantur *Cœlorum exercitus* qvi reverà *contabescent, decident velut marcidum folium de Vite, vel Ficu*, qvod nec naturæ, nec desideriorum, consiliorum, operationum respectu Angelicis convenit excellentiis: benè autem *Soli, Lunæ & Stellis*, qvæ *Exercitus Cœlorum* nomine venire vel ex Genesi c. 2. 1. Ps. 33. 6. Jes. 40. 26. sed inprimis ex Deut. 4. 19. constat. Tales Cœli, qvi & per gratiam conditricem pulcherrimè expansi & Stellis exornati vid Gen. 1. 6. 14. Job. 26 13. Psal. 136. 6. per justitiam vindicatricem convolvuntur sicut liber: atqve ita & *cœli* & *exercitus cœlorum*

cœlorum conflagrantes solvuntur, prætereunt cum stridore, vel impetu sibilantis procellæ, elementa æstuantia liqvescunt confer 2. Petri c. 3. 10. 12. Apparet qvare supra Propheta excandescentiam DEI meminerit non saltem super *omnes gentes:* sed & *super omnem Exercitum gentium.* Nunc æqvè copulat *Cœlos* & *exercitum cœlorum:* qvia sc. in novissimo hujus judicii complemento unus idemq; Dies erit damnationis *gentium*, & *Exercitus gentium* & destructionis *Cœli ac Exercitus Cœlorum:* eodem die *fervens ira summi DEI manifestabitur in Diabolis* & *impiis damnandis*, ac ejusdem Omnipotentia in *destructione cœli & terræ substantiali:* unde est qvod Petrus, qvi nunc *sunt Cœlum & terra asservari* dicat *in diem damnationis & exitij impiorum hominum* c. 3. 7.

Concl 12. Sed nunc ipsum Mysterium Abrabinel proponit. Audiamus ipsum: אמנם מה יהיה החרבן הזה אשר יבא ער כל הגוים כבר הודעתי אותו נאמנה שבאחרית הגלות יתעוררו בני אדום ללכת לכבש את ירושל׳ להיותו מקום קדושתם וכן יכבשו כל ארץ מצרים וגלילותיהם ויבאו בני אשור וכל ארץ המזרח עליהם למלחמה אם לנקום נקמת ההרוגים שיהרגו בני אדום מן המצריים ושאר בני ערב שבארץ ישראל ואם מפני שגם אצל הישמעאלים בית המקדש הוא מקום קדושה רבה והוא שער השמים ולכן כולו יתקבצו ללקחו מיד הנצרים ואז תהיה מפלה גדולה בבני אדום וגם בלוחמים בהם כי מפני שהאשורים החריבו את ארץ ישראל ראשנה והרומיים בני אדום החריבוה בשנית היה מהגזרה האלהית שבאותה הארץ אשר באו פעמים אחרות להתעלל עלילות ברשע שמה יקבלו עונשם ותהיה נקמת ה׳ בהם ולארץ לא יכופר לדם אשר שופך בה מישראל כי אם בדם שופכו מקום הרשע שמה המשפט ולכן זכר הנביא בכאן נקמת האיבים בכלל ואחר כך בפרט נקמת אדום שתהיה בנקמה ההיא כשיחזקאל גם כן זכר בכלל ופרט הרג האשורים ונקמת ה׳ מהם כי כל אחר מהנביאים האלה ראה כללות הענין ולא יחזקאל

יחזקאל נתגלה יותר פרטיות נקמת אשור ולישעיה נתגלה
בכאן בפרט יותר ענין אדום ונקמתה: i. e. *Quænam sit illa desolatio, qvæ hoc loco intimatur universis gentibus, jam alibi bonâ fide exposui. Futurum sc. in novissimis captivitatis nostræ præsentis temporibus, ut filij Edom* ſ. *Romani Christiani expeditionem Hierosolymitanam pro recuperandâ terrâ sanctâ magno conatu sint susceperi, debellatâ prius universâ Ægypto, Arabiâ, aliisq; adjacentibus eiregionibus:* ad *illius expeditionis & bellorum famam, futurum, ut Assyrij* (Muhammedani) *& omnes orientales populi accingantur bello contra illos Edomæos, tùm pro vindicandis suorum in Ægypto & terrâ Israelis cædibus, tùm pro vindicando sanctuario Hierosolymitano, qvod etiam apud ipsos Ismaelitas summâ reverentiâ colatur velut locus summæ Sanctitatis & porta cæli: pro qvo adeò Christianis iterum eripiendo sint moturi universi Ismaelitæ* (Saraceni, Turci, Arabes) *bella Christianis illaturi. Futurum tunc ut horribilem cladem experiantur & illi Ismaelitæ & Christiani, DEO ita justè moderante, ut in illâ ipsâ terrâ Israelis, qvam primâ vice Assyrij, alterâ Romani Edomæi desolarunt, tàm illi, qvàm hi suæ impietatis, illusionis, & crudelitatis pœnas luant, experturi ultionem* DOMINI, *& ita terra expietur Sanguine homicidarum* ſ. *illorum qvi effuderunt, & idem sit locus judicij qvi fuit improbitatis:* Et hanc, inqvit, *ultionem, tractat uterq; Propheta & Isaiah & Ezechiel generalitèr* ſ. *universalitèr: utrique* ſc. *Prophetæ revelatus* est *hic dies ultionis in communi* ſ. *universalitèr: qvoad particulare autem veluti Ezechiel specialitèr magis describit Casum Assyriorum* ſ. *Ismaelitarum terribilem sub titulo* ſc. *Gog & Magog: Ita Isaiah, post prædictionem hujus ultionis generalem tm. 1. 2. 3. 4. sumit sibi ex professo inprimis describendam cladem Christianorum* ſ. *Romanorũ Edomæorum* ſc. *à tm. 5.*

Concl. 13. Examinandum paucis est illud ſpecimen Rabbini, & excutiendum ejusdem pectorale Propheticum. Bella illa horrida *Edom* & *Gog ac Magog* ſ. Christianorum & Turcorum ad futura venturi Messiæ & per illum Judaicæ redemtionis tempora Rabbinus refert. Faciunt idem alii. Neqve de illo bello Gog & Magog per Messiam conficiendo, adeò bellum apud Rabbinos. Consentiunt nullibi magis qvam in illo. Non examinabimꝰ nunc prolixè triplicem hypothesin Judæorum erroneam 1. *de* MESSIA *nondum revelato.*

2. De carnali liberatione Judæorum per Messiam revelandum. 3. *De duplici Messiâ* in his bellis manifestando, uno sc. *filio Joseph* ex tribu Ephraim, auspicatore congregationis & liberationis Judæorum, ac bellatore *contra Armillum Ducem Christianorum*, lætis initiis: sed processu asperiore & exitu tristi, qvippe qvi in illis bellis occidendus ab *Armillo* vel *Christianis*, ingentis illius *planctus* Sach. 12. 11. materiam suis sit relicturus: altero *glorioſiore Messiâ filio David*, qvi cœpta à Messiâ Josephi Filio prælia contra Christianos sub *Armillo* & Ismaelitas sub *Gog*, triumfalitèr sit absoluturus, plenariam item liberationem & aurea in terrâ veteri secula Judæis procuraturus, qvomodo Autor libri אבקת רוכל apertè: אר"ל כי קרם לכן יבא משיח בן יוסף ויקבץ הגליות ואחריו יהיו מלחמות גוג ומגוג וגו i. e. *Dicunt Rabbini nostri felicis memoriæ, qvod paulò ante bella Gog & Magog venturus sit Messias filius Joseph & congregaturus captivitatem* s. *deportatam nostram multitudinem.* Ita & Targum in Cantic. c. 4. 3. explicans *duo ubera similia duobus hinnulis gemellis capreæ pascentibus inter lilia*, per illa *duos* intellexit MESSIAS: תרין פריקיך דעתידין למפרקך משיח בר דוד ומשיח בר אפרים דמין למשה ואהרון וגו i. e. *Duo* REDEMPTORES *tui futuri* MESSIAS FILIUS DAVID & MESSIAS FILIUS *Joseph similes erunt Mosi & Ahroni.* Et apertè Raschi ad Is. 24. 18. παραφράζ: הנמלט מחרב משיח בן יוסף יפול אל חרב משיח בן דוד והנמלט משם ילכד במלחמות גוג ומגוג: i. e. *Qvi evadet gladium* MESSIÆ *filij Joseph, incidet in gladium Messiæ filij David, & evaſurus inde illaqveabitur bellis Gog & Magog.* Hypotheſis *prima* & *ſecunda* nationalis eſt Judaica, & circa illas conſenſus omnium Rabbinorum, etſi *de tempore adventus Messiæ, de intervallo inter manifeſtationem Messiæ & extremum Judicium, de vitâ longævâ, imperio, filiis, nepotibus, morte Messiæ, de reſurrectione particulari, univerſali, unâ, gemina, de conditione reſurrecturorum* in ſeculo futuro Messiæ, *criminali, letali*, & plurimis aliis, vehementiſſimè disjunguntur. At in tertiâ, etſi pro *duplici Messiâ* non deſunt Judæis ſummæ autoritates Targumiſtæ & Rabbinorum, noſtri qvoqve A-

brabinelis,

brabinelis, nondum convenit toti Synagogæ, de qvo ex professo actum in Characteribus Messiæ p. 60. 61. & seqq. vid. etiam, qvæ in cap. 15. 24. 25 26. 27. de his materiis sunt notata: ubi & prolixiora de Armillo de qvo uti & duplici Messiâ in superioribus tacet Abrabinel, etsi non alibi De Armillo conf. Lex buxtorf. Talmudicum.

Concl 14. Tot falsis hypothesibus superstruitur arcanum illud Abrabinelis Propheticum. Unde a. illud de Christianorum expeditione Asiaticâ pro recuperandâ terrâ sanctâ? Sanè præsens Prophetia, *Edomi* qvidem & *Bozræ* meminit: cæterum illum *Edom* esse Christianos, non exprimit. Et posito illo, *ab hoc Edom, Romanos & Christianos excludendos haut esse*, ubi dicitur illum *Edom* moturum in Asiam, bellum illaturum Turcis s. Ismaelitis, & ibi in terrâ Israelis experturum hanc plagam per MESSIAM sive unum sive duplicem? De illo altum in nostro Prophetâ silentium, æqvè prout in Ezechiele & Prophetiâ de Gog & Magog, non dissimulante id Rabbino, altum silentium de Edom vid Ezech 38. Prophetia adeò Rabbino nulla sive in præsenti, sive in altero Ezechielis vaticinio prælucet, cui superstruere tantum arcanum historicum potuerit: neqve vel præsagium nominare licuit, qvale pro Ismaelitis s. *Saracenis* moturis ex *Africâ in Hispaniam* contra Christianos Hispanos observarunt Toleti in fatali palatio Gothi, in qvo prodigiosè reserato linteum, & in hoc insolentes hominem facies & habitus Saracenici depicti cum inscriptione: *Ab hâc gente instat excidium:* Conf. Mariana. Et obstitit hactenus illi Prophetiæ complementum. Intulerint sanè etiam post Rabbini ætatem Christiani Hispani & Lusitani arma Africæ & in illâ Victores & Triumfatores sæpè fuerint barbari: longè alio id & consilio & processu gestum, qvàm qvo prædixit Rabbinus. Neqve adeò qvod in propinqvo esse Rabbinus credidit, per tot intervalla temporum hactenus adimpletum fuit.

Concl. 15. Superstruitur totum illud arcanum Rabbinicum *conjecturæ* erroneæ & *Rationario temporum* malè applicato, qs. scil. in historiâ liceret ex præteritis multis singularibus factis de parallelo futuro Conclusionem infallibilem formare, & talis rei futuræ

ſucceſſionem, apparatumq; liberaliſſimè ex ingenio proprio & religionis hypotheſi determinare, imò & eidem arcem religionis, & fidem fundamentalem ſuperſtruere. Non ignoraverunt *Kimchi & Abrabinel* (ut hos Eximios Rabbinorum nunc ſaltem nominemus) grande *Muhammedanorum & Chriſtianorum* jam inde à ſeculo 7. & Heraclio in Coſroam Perſam movente, odium religioſum, enata inde horrida bella, terribiles expeditiones in loca qvondam ſacra, prælia, cædes & expugnationes urbium ſtupendas.

Concl. 16. Ante omnes nomen meretur Godefridus Boullionæus, qvi apud Clarum montem Arverniæ oppidum in Concilio claſſicum canente *Pontifice*, & movente *Petro Eremitâ* Oratore, Referendario Hieroſolymitano, anno 1096. d. 15. Auguſti numerosâ cum Chriſtianorum gente, crucis figurâ inſigni in Barbaros arma expedivit, poſt triennii maxima prælia, horrendasq; cædes barbarorum anno 1099. d. 15. Julii Hieroſolyma expugnavit, & in illâ per erepta Barbaris loca qvondam ſancta, ſubjectâ ſibi Aſiæ magnâ parte in poſteris etiam ſuis adusqve annum Chriſti 1187. regnum Hieroſolymitanum Chriſtianum propagavit, & qvia illo ipſo ſeculo 12. ſub Bald. IV. Regum Hieroſolymitanorum VII. & ultimo floruit Kimchi, viditq; illa horrida bella Muhammedanorum & Chriſtianorum, jam jactam aleam, illaq; præambula eſſe bellorum Gog & Magog ſtatuit Rabbinus, & exinde, MESSIÆ adventum proxumè imminere, ſibi, ſuæq; genti tunc perſvaſit, falſus Propheta: qvippe eodem Seculo inteſtinis bellis, & Chriſtianâ pietate indignis diſſidiis amiſſum regnum ſanctum per Saladinum Syriæ Damaſcenæ Principem in Muhammedanorum rediit poteſtatem, neqve exinde per 5. fere Secula revelatus MESSIAS ſive Filius Joſeph, ſive Filius David, ut adeò ex male applicato temporum rationario Kimchi & ſibi & ſuæ impoſuerit genti, hoc uno non culpandus, qvod in illis Muhammedanis cladibus in montibus Iſraelis, præludia cladium Gog & Magog agnoverit, non dubitaturus jam ibi Ezechielis Prophetiam de Gog & Magog adimpletam, ſi Muhammedanis letali plagâ affectis revelatus fuerit, Meſſias Judæorum, de qvo tamen apud Ezechielem in bellis Gog & Magog altum ſilentium.

Concl.

Concl. 17. Ex eodem temporum rationario Abrabinel observaverat expeditiones Christianorum sat multas in Asiam & Africam pro recuperandâ terrâ S. & debellandis Muhammedanis, qvalis illa Johannis Comneni vel Calo Johannis Imp. Constantinop. anno 1118. vel Theodori Lascaris Græci Imp. anno 1220. sed inprimis illa Conradi III. Imperatoris & Ludovici Galliæ Regis Seculo 12. s. anno Christi 1147. qvam etsi ingenti Turcorum clade ad Meandrum fluvium nobilitatam, qvò minus ex Votis procederet Manuelis Comneni Imp. Græci perfidia fecit. Talis eodem Seculo labente, Friderici Barbarossæ Imperatoris, Philippi à DEO dati Galli, & Richardi Angliæ Regis expeditio sacra, in qvâ, victis licet ad Iconium Lycaoniæ Turcis ingenti prælio, Asiaq; servitutis barbaræ metu ad tempus liberatà, non minùs Isacii Angeli Imp. orientalis culpa notatur. Talis Seculo 13. Friderici II. Imperatoris, in qvâ recuperata magisq; fortalitiis munita Hierosolyma & Joppe vicina: sed & anno C. 1229. ab eodem Imperatore in ipsâ urbe Hierosolymitanâ corona sumta. Ita pro possidendâ Terrâ Sanctâ, & regno Hierosolymitano certatum inter Christianos & Muhammedanos legerat Rabbinus: neqve ignorabat post recuperatum à Muhammedanis regnum Hierosolymitanum deminutas in Oriente res Christianorum, auctas verò in immersum res Turcorum, adeò ut ipsam qvoqve Metropolin Imperialem Constantinopolitanam, barbarâ crudelitate in Imperatorem Constant. VII. Draconem anno 1453. 4. Cal. Junii eruerint & longe latèq; per Asiam, Africam, Europam dominari cœperint Turci.

Concl. 18. Qvi ergò non solùm cladem Christianorum in Asiâ recuperatâ à Turcis Hierosolymâ, noverat: sed suâ qvoqve ætate viderat ipsam Christianorum Constantinopolin à Turcis occupatam, non jam amplius integrum Christianis occidentalibus fore ratus, tàm luculentis Turcorum in terris Christianorum incrementis assidere Spectatores, ulturos hos brevi tantam credidit injuriam, & terribili aliqvâ expeditione, conjunctis totiº occidentis armis, in Palæstinam moturos contra Turcos, cumq; per Bosphorum Thracium, post occupatam à Turcis Constantinopolin

non pateat amplius Christianis, prout in superiorum Seculorum expeditionibus, liber transitus, fore, uti per fretum Herculeum ex Hispaniâ invadant Africam, & per eandem viam arma inferant Muhammedanis Africanis, & post hos debellatos Asiaticis, qvâ illi qvondam Seculo 7. labente sub ULIT Miramamolino ejusq; Vicario Muzâ, & Abdalasisio invaserant Hispanias Gothorum Christianorum. Atqve hâc occasione utrumqve Messiam Judæorum ad futurum statuit Abtabinel, vel per ipsa temporis intervalla convictus æqvè nunc PseudoPropheta, qvam notatus est Kimchius Antecessor supra.

Concl. 19. Constat inde qvam lubrica sit fidei Judaicæ mensura, & ipsa adeò fides Judaica, qvæ illi Rabbinorum phantasiæ ex *Rationario temporum* conflatæ innititur. Qvæ enim necessitas est hujus illationis? CHRISTIANI olim *pro recuperandâ terrâ sanctâ* adversus Muhammedanos in Asiam & Africam arma sæpius intulerunt, *regnum* qvoqve *Hierosolymitanum* per seculum fere tenuerunt. E. *pro eadem recuperandâ de novo bellum Turcis movebunt, ituri per Africam in Palæstinam.* Vel: Christiani à Turcis, amissâ non Hierosolymâ saltem: sed & ipsâ Imperiali Christianâ Constantinopoli, totoq; orientis Imperio, infandam cladem sunt experti. E. non ferent illam injuriam: sed ulciscentur & qvidem terribili aliqvâ conjuratione in Turcos Africanos & Asiaticos. Totum illud ratiocinium *à facto historico præterito* ad *futurum* CHRISTIANORUM *Senatusconsultum*, & *factum liberum*, vix probabilitatem sustinet, ex qvo fortè, fieri posse, uti aliqvando Christiani communi bello invaderent Turcos: neqvaqvam autem, illud omninò ita futurum, concludere liceret. Sed & majore probabilitate illud Consilium de communi bello Christianorum contra Turcos pro recuperandâ terrâ S. negatur ex historiâ. Vix unqvam sperandum, CHRISTIANOS Regnis, Principatibus, gentibus, moribus, lingvis, & status ratione discretos, in commune bellum contra Muhammedanos conspiraturos. Magno præterea Christianorum Sangvine constiterunt illæ expeditiones, &, uti insignes qvasdam & triumfales Christianis fuisse non negaverim, fuerunt longè plures infelices, vel, si

vel, si qvæ in illis qvoqve Christianorum palmæ, & minùs durabiles hæ fuerunt & infra Civium suorum cædem clademq; subsititerunt, qvales inprimis illa sub Leop. Austriaco, Andrea Rege Hungariæ & Joh. Brenno Rege Hierosolym. anno 1218. captâ Ægypti urbe Damiatà: sed & illa Friderici II. an. 1229. & qvam Innocentius IV. in Concilio Lateranensi intimavit infelicissimi exitus anno 1245. unde jam ad annum 1291. Ptolomais, Tyrus, & qvicqvid in Syriâ Christiani nominis fuit, sub Turcorum ditionem venit, ex eoq; saeris expeditionibus in orientem pro recuperandâ terrâ S. finem imposuerunt Christiani, passi deinceps & Constantinopolin, & Chium, Cyprum, Rhodum, aliasq; maris mediterranei Insulas: sed & regiones Europæas amplissimas sibi eripi. Et licet non defuerint Christianis, Venetis inprimis, contra Turcos illustres victoriæ, qvalis illa Naupactéa in sinu Corinthiaco anno 1571. d. 7. Octobr. tantum tamen abest, ut res Christianorum in Africâ & Asiâ inde processerint, ut ne qvidem illæ Insulæ ad Christianos Dominos etsi Victores tunc redierint, neqve redituræ facilè sint. Qvid deinceps de blasphemo & superbo Turcorum dominio dispositurus sit DEUS? an ante diem novissimum illi plagam letalem sit illaturus? per qvos maximâ capitis deminutione sit illos affecturus? Tutissimè Cœlo cœlestiq; providentiæ committitur. Neqve tamen opus est id fieri per Christianos. Barbaries illa domi habet, qvi debellare possint. Habet & in propinqvo Persas, Tartaros. Ruet Turcica res suis viribus, ubi visum DEO.

Concl 20. Igitur dato licet, velut probabili, illo ratiocinio: *Christianos* sc. *consulturos aliqvando de Ultione, & illaturos commune bellum Turcis*: unde constitit Rabbino, *id qvod audactèr addit* 1. *Illud bellum inprimis adornandum per Christianos?* 2. *Suscipiendum, propter recuperandam terram S.* 3. *Ituros per Africam.* 4. *Victores fore universorum barbarorum Muhammedanorum Africanorum.* 5. *Occupaturos Hierosolymam & templum sacrosanctum.* 6. *Saracenos vel Turcos immensum adeò exercitum illis in Syriâ s. terrâ qvondam Israelis opposituros.* 7. *Christianos sub Duce Armillo, Ismaelitas sub Principe Gog contra illos pugnaturos.* 8. *Tunc revelandum Messiam filium Joseph*

seph cum Christianis bellaturum. 9. *Sed hunc ab Armilli exercitu occidendum* 10. *Inde revelandum Messiam Filium David.* 11. *Per hunc & Ismaelitas & Edomæos, seu tàm Muhammedanos, quàm Christianos penitus delendos, certè horrendâ strage afficiendos.* Hæ sanè παραβλωγίαι meræ sunt Judærum phantasiæ, DEO, post repudiatam ab illis cœlestem veritatem, ita excœcante nationem, & immittente ἐνέργειαν τῆς πλάνης εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει.

Concl. 21. Qvare *Romam* velut *Edomæam*, ipsumq; *Armillum* Romanum Ducem Christianorum in hoc bello appellaverint Rabbini facilè est colligere. Armillus Rabbinis superiorum Seculorum appellatus est Pontifex Romanus. Constat illud vel ex uno libro pulveris Aromatarii ſ. ספר אבקת רוכל. Expressè ibi *ex marmoreâ Romæ statuâ proditurus, ubi adoleverit illa qvâ Christi & DEI sunt sibi vendicaturus, fidem apud improbos in populo Christiano sibi conciliaturus, ab aliis autem Christianis* אנטיכרי שטוס i. e. ANTICHRISTUS *nominandus* memoratur. Qvi haut ignorarunt, autoritate ferè Pontificis Romani sacras expeditiones superiorum Seculorum indictas, classicum ad illas totiens canentibus, imò & sub anathematis pœnâ aliqvando imperantibus illas Armillis Romanis, atqve adeò ex arce Romæ Angelicâ elatum totiens belli contra Saracenos signum, probè noverunt, & sub Pontificis Romani Episcopatu regna, terrasq; Christianorum præcipuas viderunt, ipsum Armillum hujus belli Ducem, ipsamq; Romam & Italam gentem in hoc bello præcipuam fore sibi persvaserunt, & illis adeò hoc loco supplicium dictatum statuerunt. Qvod verò vel ex arcanis Evangelicis revelatum constabat, AntiChristum plagam lethalem novissimam experturum non nisi ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας MESSIÆ, concluserunt: MESSIAM *nondum esse revelatum.* Sic חבלי משיח ח ſ. *in doloribus Messiæ* erratum à Rabbinis. *Moderamen justitiæ divinæ* ineptè allegatur pro *puniendis Turcis propter* factum e.c. *Nebucadnezaris, Christianis* propter *culpam Titi Vespasiani.* In loco Kohel *c. 3. 16.* erratum à Rabbino æqvè ac in *Num. 35. 33.* de qvibus agere, pagina prohibet.

Concl. 1.

NOn qværitur an sub titulo *omnium gentium, contra quas fervens ira* JHOVAH *& contra qvarum exercitus ejusdem denunciatur excandescentia* c. 34. 2. per modum accommodationis contineantur qvoqve *Ismaelitæ* s. *Saraceni vel Turci* qvos vocant? Non, an his ipsis ante extremum diem insignem aliqvam cladem aut perniciem imminere ob damnum ingens, qvod Ecclesiæ dedere, probabile? Non, an in Prophetiâ Ezechielis c. 38. 39. sub titulo Gogi velut Principis Primarii Meschech & Tubal, & Regis terræ Magog, Saracenorum vel Turcorum qvoqve contineantur gentes? Terra sc. Magog Scythia, & Subditi Gog ad mare Caspium ponendi, Moschi, Tihareni, qvibus versus Septentrionem juncta Scythia: Socii Gog appellantur Persæ, Cuschæi, Putæi, Gomaritæ: ad Cavcasum ergò, qvà Mare Caspium & deserta Scythiæ spectat, ad ipsum Mare Caspium, & ultra versus Septentrionem danda terra Magog, & per terras vicinas illi Gogi sive Subditi, sive Socii. *Magog, Mesech, Tubal filij Japheti* populi vicini probantur ex Nomenclaturâ Mosaicâ Gen. 10. 2. Illum Magog Mosaicum, à qvo & genti & regioni deinde nomen, Conditorem fuisse Magogarum, & nomen his dedisse, qvi deinceps Scythæ sint appellati, Josephi etiam judicio l. 1. antiq. c. 7. constat. Saracenos autem & Turcos Scythicæ esse originis, dubium nullum. Non qværitur, an jam adimpleta illa Prophetia de Gog Rege Magog sub T. V. e. c. in gravissimis Selevcidarum bellis, Antiochi inprimis Epiphanis, ut nihil remanserit complementi eminentioris futuri per tempora N. T. sive id jam in bellis Constantini Magni cum Tyrannis, sive in bellis Pelagii & Successorum ALFONSI inprimis cum Mauris Hispanicis, sive in bellis Godefridi Bullionæi cum Saracenis, sive alibi sit datum, sive adhuc in fine mundi dandum, ità ut Clavis Prophetiæ Ezechielis sit Apocalypsis, in qvâ c. 20 9. *Gog & Magog* repræsentantur *ascendentes super latitudinem terræ, & circumituri*

cumituri castra Sanctorum, & urbem illam dilectam: sed descendit ignis à DEO ê cœlo, qui devoravit eos.

Concl. 2. Sic qvod ad Edomum, super qvem *descensurus* memoratur *gladius* DOMINI *in judicium* tm. 5. attinet, non qværitur, an *Edom* & *Bozra* alicubi qvoad accommodationem esse possint *Romani & Roma?* Non, an immineat ipsi *Romæ*, qvæ jamdudum sedes Armilli AntiChristi est, ipsiq; adeò *Armillo* casus & supplicium Babylonicum? Non, an *Dies Ultionis, & annus ille retributionis* in causâ Zionis intimatus à Prophetâ c. 34. 8. ad *Romanos* & ipsam qvoqve *Romam* pertineat? Non, an in præsenti Prophetiâ, sive sub generali appellatione *omnium gentium, contra qvas est fervens ira Jehovah*, sive sub speciali *Edomi* titulo, Roma qvoq; veniat, eo sc. modo, qvo, qvæ de *Vastitate Babylonis veteris* prædicta à Prophetis, ad *Romam Babylonem novam* accommodantur in Apocalypsi, ubi etiam in apertione 6. Sigilli c. 6. 12. 13. 14. & c. 14. 11. c. 18. 2. c. 19 3. parallela dicuntur de casu Romæ, qvæ hîc de Casu Edomi & Bozræ? Hæc omnia sine periculo conceduntur. At qvæstio est 1. An Edomæi veteres, Judæorum Συγγενεῖς hîc excludendi? 2. An Judæi unicè Zionis vindicandæ titulo intelligendi? 3. An populus ille anathematis, cui hîc fervens ira DEI denunciatur, primariò Muhammedani & Christiani? & qvidem 4. ut hi, Christiani sc. & originalitèr Romani, notentur propriè titulo Edomi? 5. An horum Edomæorum Christianorum supplicium conjunctum cum supplicio Gog hîc dicatur? 6. Et qvidem ut idem bellum dicat Jesaiah & Ezechiel? 7. An tale hîc dicatur exitium Edom, qvod non nisi in montibus Israelis sit sustinendum? 8 Et qvidem in apparatu belli contra Turcos s. Magogum pro recuperandâ terrâ sanctâ? 9. An hoc bellum conficiendum per Messiam. 10. Et qvidem, ut tunc primò omnium revelandum, eundemq; duplicem, unum infirmum, alterum glorioſum. Hæc mera sunt somnia Judæorum.

Concl. 3. Redimus ad Paraphrasin Rabbini, & judicium de Edom & Bozrâ. Substitimus supra in tmemate 5. qvod est *de gladio* JHOVAH *inebriato in cœlis* eodemq; *descendente super Edomæos, & super populum laqveis anathematis divini* implicatũ. Ubi qvæ de *laqveo* cœlesti

lesti habet Rabbinus in חרמי non magis excutimus, qvàm qvod habet Burgensis, juxta qvem affixum in חרמי עם haberet se passivè, non activè, atqve adeò populus illaqveationis, vel prout habet Vulg. interfectionis essent Judæi, qvi Dominum gloriæ ligarunt & crucifixerunt. Seqvitur à tmemate 6. pathetica & sacrificialis illorum judiciorum descriptio, qvâ ipsâ fragrantia illorum judiciorum à similitudine sacrificiorum, qvæ ipsi DEO qvondam odora fuerunt & ריח הניחוח ostenditur: *Gladius* JHOVAH *impletus est Sangvine, pingvefactus adipe: plenus*, inqvam, *est Sangvine agnorum & hircorum: pingvefactus*, inqvam, *adipe renum arietum: qvia Sacrificium erit ipsi* JHOVAH *in Bozrâ & mactatio magna in terrâ Edom. Descendent qvoqve unicornes cum eis, & juvenci cum robustis tauris, adeò ut inebrietur terra eorum Sangvine, & pulvis eorum pingvefiat adipe.* Ita Propheta tmemate 6. & 7. Ex illo sc. *Sacrificio magno in Bozrâ gladius Jhovah sacrificialis* s. mactatorius *plenus Sangvine, pingvis adipe*, qvo utroqve deinceps, ex cadaverum & cæsorum multitudine, *terra & pulvis* impletur: Et ita *Dies Ultionis est ipsi Jhovah & annus retributionum in causâ Zionis* tm. 8. cujus signum effecta terrifica à v. 9. *Mutabuntur* sc. *torrentes ejus in picem, & pulvis ejus in sulphur, eritq; terra ejus pro pice ardente*: qvæ qvomodo in ipsâ Edomæâ veteri sub templo 2. imò sub ipsâ Edomæâ Judaicâ: sed & in aliis hostibus Zionis sive jam adimpleta sint, sive magis adhuc adimplenda ex superioribus constat.

Concl. 4. Videndum autem, qvid hîc Abrabinel. Notat 1. *Agnos & Hircos* esse משל לעמים רלשריהם ולמלכיהם s. *figuratè dictos esse ipsos populos, & eorum Reges ac Principes.* 2 *Reges* autem *Edom* ita appellari להיותם דשנים ושמנים מרוב הטובה שבאה עליהם שנים רבות i. e *qvod fuerint saginati & pingvefacti, omnium bonorum per tot annos abundantiâ*, vel (prout Idiotismo sacro de Moabitis à Jerem. c. 48. 11. usurpato exprimit Propheta) שלאנ הורקו מכלי אל כלי וריחם לא נמר i. e. *qvod* (jam inde à pueritiâ suâ tranqvillus desidens super feces suas) *non sit transfusus de vase in vas* i. e. *non de terra in terram deportatus, qvod manserit sapor ejus in*

eo & odor ejus non sit mutatus. Notat 3. *Per Unicornes, Juvencos, Tauros*, notari הרבה מלכים משאר האומות שיתחברו עם ארום לעזרם וכשל עזר ונפל עזר i. e. *Multos Reges de aliis nationibus gentium, subsidij bellici causâ associaturos sese Edomæis, velut adjutores: sed frustra: descensuros enim* s. *casuros æqvè adjutores ac adjutos* (modus loqvendi ex Jes. 31. 3.) Notat 4. *Mactationem illam magnam* non saltem fore in loco prælii: sed & in ipsâ magnâ metropoli *Bozrâ* i. e. in ipsâ urbe Româ. Pro ipso autem complemento iterum mysteria loqvitur prophetica & notat 5. *Futurum* sc. uti *ex magno illo prælio Edomæorum & Ismaelitarum* s. *Edom & Gog Hierosolymitano, evasuri sint Ismaelitæ, & junctis sibi transmarinis Africanis & Græciæ incolis, grassaturi adusqve ipsam Romam & hanc desolaturi.*

Concl. 5. Notat 5. *Profanatum nomen* DOMINI *inter gentes causam esse intimati diei Ultionis* s. *vindictæ:* & desolatam Hierosolymam, & sanctuarium DEI in Zion, à gentibus, causam intimati *anni retributionum* & utrumqve hoc intimatum jam olim à Mose morituro. Deut. 32. 35. Notat 6. Supplicium Bozræ fore Sodomiticum, unde illa *picis ardentis* & *sulphuris* mentio: fluvios autem s. torrentes illos in Midrasch Judæorum nominari Tiberin & Tarsinum תיבְרוס וטארסינוס qvi sunt fluvii ad Romam. Allegat Jonathanem qvi expresserit per נחלתה דרומי unde Rabbinus concludit מוכיח בכיאור שבצרה היא רומי s. *demonstrationem evidentem esse qvod* Bozra sit Roma. Æqvè sc. prout *Metropolis Moabitica* ob munimenta sua Bozra dicitur, Romam, qvippe קריה בצורה s. *munimentis validam, Bozram dici posse.*

Concl. 6. Mysterium *Romæ desolandæ* chronologicè deducit ex vocis בצרה *Gematriâ* s. *Cabala Arithmeticâ*, & ex libro vetusto in arcanis Romæ reperto, unde concludit: desolandam illam Bozram Romanam s. ipsam Romam anno ab orbe condito 5291. ita ut consumata sit Vastitas anno 5292. Meretur circa tam grande arcanum audiri Rabbinus ipse, cujus hæc verba: מי יודע אם כוונו הנביאים עליהם השלום לקרא לרומי בצרה מפני שהמלה הזאת עולה בגימטריא שנת רצב והוא במקום ה' אלפים

אלפים לרמז שלשת חמשת אלפים רצב לבריאת העולם
ישלם חרבן רומי כי כבר חודעתיך מה שזכרו זל מהמגלת
שנמצאת בגנזי רומי והיה כתוב בה שיהיה חרבנה שנת ה׳
אלפים ורצא לבריאת העלם ולהיות זה מקובל אצלם קראו
אותה בצרה שעולה מנין וגו׳ i. e. *Quis scit annon Prophetarum super quos sit* PAX! *respectus fuerit ad numerum, quem facit Bozra juxta Gematriam*, ut sc. רצב *notent* 292. ה *autem quintum millenarium, & sensus adeò, anno* 5292. *à condito mundo consumatam fore illam desolationem Romæ? monui etiam alibi, Antecessores nostros felicis memoriæ notasse, repertum in arcanis Romæ librum, in quo consignatum fuerit Romam anno mundi* 5291. *desolandam: cumq; illud per traditionem illis constiterit, hinc factum, ut Roma illis diceretur Bozra.* Ita se habet paraphrasis & judicium Rabbini adusqve tmema 10. ad qvæ nobis iterum paulisper erit subsistendum.

Concl. 7. In *Agnorum, Hircorum, Monocerotum, Juvencorum, Taurorum robustorum* explicatione, non adeò magnum aliqvid culpandum. Notari meretur gradatio. In *Bozrâ* gladio sacrificiali DEI irati mactantur 1. *Agni.* 2. *Hirci.* 3. cum illis descendunt in idem mactationis Theatrum *Unicornes.* 4. *Juvenci.* 5 *Tauri robusti*, in qvibus minorum, mediorum, maximorum, ipsorumq; Procerum supplicium per gradus describi, manifestum est. Neqve negandum, mactationem illam in Edom & Bozrâ futuram hîc prædici: atqve adeò in terrâ Edom ponendos illos *agnos, hœdos* & cum illis mactandos illos *Unicornes, Tauros robustos.* Videndum autem, qvænam illa Edom & ubi dandi illi mactandi? Sanè illi *Juvenci & Tauri robusti* vel אבירי בשן circumcingentes MESSIAM patientem, illi *Leones rugientes*, Psal. 22. 13. 14. in Judæorum fuerunt natione, Judæorumq; Proceres, à qvibus adeò conclamatum in Caput CRUCIFIXI. Qvod si, prout dubium nullum, Edomæi veteres hîc primariò notantur per *agnos* & *hœdos* mactandos, per *Monocerotes* autem & *Tauros* Edomæis conjuncti, vix ullum luculentius exemplum, qvàm in Judæâ novissimâ Idumææ unitâ, cum qvâ proinde mactationi suæ maturâ idem supplicium sustinuere Monocerotes, Tauri, &

ri, & אבירים illi in natione Judaicâ, ipsiq; adeò Judæi, qvi ex Scholâ sacrificiali, *Sangvinis* inprimis & *adipis* Lege, optimè intelligere poterant hoc supplicium.

Concl. 8. *Dies Ultionis* s. יום נקם in tm 8. intimatur Zioni vindicandæ, *annus retributionum* s. שנות שלומים *puniendis hostibus*. Errat autem Rabbinus dum *Zionem* hanc non nisi *Topicâ Hierosolymitanâ* & *Israele secundùm carnem*: ipsas autem passiones Zionis, calamitatibus Hierosolymitanis & induratæ nationis describit, & omnes non Hierosolymitanos s. non in carnalis Israelis natione positos, ipsos inprimis CHRISTIANOS habet pro *Zionis* hostib⁹, contra *qvos* & qvorum *exercitus* futura *sit fervens ira & excandescentia divina*, vel certè pro Edomæis illis, *super qvos desciensur⁹ sit gladius divinus inebriatus ad cruentum illud Sacrificiū in Bozrâ, & mactationem magnam in terrâ Edomæorum* vid. c. 34. 2. 6. Maxima Zioni Crux illata fuit in *Judæâ* & *à natione Judaicâ*: neqve ullibi in toto orbe magis *profanatum* NOMEN DOMINI, qvam in noviſſimæ ætatis natione, à qvâ NOMEN JHOVAH hypoſtaticum & ὁμοούσιον FILIUS DEI DOMINUS GLORIÆ CRUCIFIXUS, conclamante Choro Judæorum non ſaltem illo זקיפוהו s. σταύρωσον, σταυρωσον: ſed &: *Sangvis ejus ſuper nos & liberos noſtros*, unde dum pro *Zione* hîc dies intimatur vindictæ, intimatur ſimul pro ipſo *Zionis* DOMINO crucifixo, propter qvem non ſaltem memoratur יום נקם s. dies vindictæ: ſed additur ליהוה s. ipſi JHOVAH. Sed & *Matris* Hieroſolymitanæ ipſiusq; *Sanctuarij* funus, non Romanis: ſed ipſis inſanientibus Filiis imputandum, jam ſupra oſtendimus. Hypotheſis ergò Rabbini de *Zione* & *hoſtibus Zionis* erronea, errantem peperit paraphraſin, & illas conjecturas de mactatione magnâ in *Bozrâ Romanâ*, qvæ affectum magis oſtendunt Sangvinis CHRISTIANORUM cupidum, qvàm pectorale Propheticum.

Concl. 9. Qvam nationem in Cantico Moſes moriturus ſub titulo *generationis perverſæ & penitus obtortæ* contra qvam *accenſus iræ divinæ ignis arſurus ſit adusqve infernum infimum* Conf. tm. 5. & 22. deſignet, tàm benè noverint Judæi, qvàm ſeipſos, contra qvam proinde

proinde valet qvoqve illud generale Oratoris DEI: לו נקם ושלם tm. 35. Neqve nos *Bozram Romanam* sive *veterem* sive *præsentem*, cujus magna satis pœna est, qvod sit sedes Anti Christi, ab hoc vaticinio excludimus: neqve qvæ de supplicio illius per modum מרש dicuntur, penitus repudiamus, salvis illius supplicii specialissimis, qvæ tutissimè cœlo committuntur. In Jonathane tamen erratum, qvi hîc in *Bozrâ* nullius Romæ meminit: sed sine mentione Romæ expressit ויהפכון נחלתא לפפא, qvomodo & Kimchi jam olim allegavit. Cœterum eo modo, qvo Rabbinus hîc *Romam* in *Bozrâ*, *Romanos* in *Edom*, suam autem gentem in Zion concipit propter qvam illis velut CHRISTIANIS immineat mactatio magna, contradicimus. Neqve verò in Propheta, ulla prælii talis, qvale fingit Rabbinus, mentio: sed, qvoad Edomum, mactatio magna in Edomi terrâ, & Sacrificium DOMINI in Bozrâ collocatur. Figmentum adeò, illud de Edomæis Romanis prius debellandis in prælio cum Gog in ipsâ terrâ S. qvàm patiantur in ipsâ Bozrâ Romanâ: sed & Bozram Romanam desolandam per Ismaelitas evasuros ex illo magno prælio. Bozra non saltem ponitur velut objectum sacrificiale: sed & velut Topica sacrificialis, æqvè prout terra Edomæorum locus illius magnæ mactationis. Mactandus ergò Edom in suâ terrâ, & Sacrificium Bozræ dandum in ipsâ urbe Bozra.

Conel. 10. Thema autem illud funerale Arithmeticum *Propheticum* non fuisse docet complementum, ostenditq; Rabbinum Pseudoprophetam. Annus juxta computum Judæorum, 5292. ab orbe condito, æræ Nativitatis JESU MESSIÆ 1532. est, atqve adeò ante 126. annos jam grande illud prælium Edom & Gog s. Christianorum & Ismaelitarum s. Saracenorum in regione Hierosolymitanâ expeditum, jam tunc uterqve Messias Judæorum revelatus, alter etiam occisus fuerit, jam tunc Judæi patriæ Majorum & libertati redditi jam tunc ipsa Roma velut Bozra plagam hanc ab Ismaelitis sustinuerit, vel exitium qvoq; Sodomiticum & cladem Babylonicam experta fuerit, qvorum nihil tn. Rationarium temporum illo tempore ostendit. Omninò magnam Romæ Romanoq; Armillo qvi tunc in fastigio sedebat affectati impiè Vicariatus Monarchici cladem

cladem attulit, religionis, Ecclesiæ, qvam optavêre paritèr & agnovêre ex ipsis Pontificiis Generosiores, reformatio, temporumq; emêdatio, per publicatam magnificentissimè anno 1530 25. Junii Augustæ in Augusto Cæsarum, Regum, Principumq; Auditorio Confessionem Augustanam, qvæ non ibi saltem ex Procer. bus Romanis qvosdam minùs Romanos fecit: sed & anno 31. & 32. in lingvas qvamplurimas diffusa, & per illas longè latèq; gentibus communicata (conf. histor. A. C Chytr. & Cælestin. & Præfat. F. C.) tuba novissima casus Romæ fuit, cujus exemplum insigne anno 1527. 5. Maji antecessit, Româ ipsaq; Armilli arce armis Caroli V. per Carolum Borbonium, captâ, direptâ, Romanæ Ecclesiæ & curiæ proceribus, ipso etiam Pontifice, incarceratis & vilissimè habitis, innumerabilibus cœsis, Matronis Virginibusq; ad libidines militum fœdè tractis & tractatis, qvam historiam Abrah. Bzovius contin. Baron. annal. tomo 19. anno C. 1527. prolixè descriptam, tandem ex Gvicciardino ita concludit: *Est hoc exemplum certè memorabile, & cui simile fortasse nunqvam ab eo tempore, qvo Ecclesia potentiam est adepta, fuit, ut Pontifex de tanto potentiæ & venerationis gradu dejectus Româ amissâ & omni imperio in hostium potestatem redacto in carcere custodiretur* &c. Cœterum *restituto paulò post in libertatem & amissum imperium Pontifice*, (prout ibidem Bzovius) factum, ut non satis animadverteretur tantum Romæ Romaniq; Casus exemplum qvod tamen majoris Casus futuri præsagium meritò servatur, qvicqvid sit de Rationario *Hier. Vecchietti Florentini* ab Æg. qvi l. 5. c. 36. p. 56. de sacr. temp. rat. Augustæ anno 1621. excuso post 127. annos intimat majorem Romæ, Romanæq; rei casum, cujus speciale Rationarium Oeconomiæ cœlesti committimus. Licet ergò detur imminere adhuc Romæ excidium Sodomiticum, vel Babylonicum, qvatenus illa, prout Rabbinus loqvitur est מטערת באמונותיה העלם vel, prout Apocalypsis c. 14. 8. c. 17. 2. c. 18. 3. 23. ὅτι τοῦ θυμοῦ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς πεπτώκασι πάντα τὰ ἔθνη, ita ut, qvæ nunc est בית מושב לחשמנים והגמנים במקם שורת חרון ישכנוה קאת וקפר i. e. *qvæ nunc Cardinalium & Principum Ecclesiasticorum sedes, justo DEI judicio fiat habitaculum Pelicani & Ericij,*

Ericij, ad finem usqve seculi manſuram deſolatam & id expertura, qvod memate 11. habet Propheta. Totum hoc nihil facit pro Rabbino ejusdemq; Arithmeticâ Prophetica, prout ex ſuperioribus conſtat.

Concl. 11. Nominavimus ſupra annum juxta Judæorum computum 5292. Anno, à nato Emendatore temporum MESSIA noſtro, 1532. parallelum. Ita ſc. ſe res habet. Raymundus Des-Martins in Pugione fidei part. 2. p. 226. *Chriſtianis*, inqvit, *computantibus nunc ab incarnatione Domini annos 1278. computant Judæi ab initio mũdi* 5038. Patet inde ætas Raimundi, & Pugionis, qvi poſt 4. Seculorum latibula noſtrâ ætate proceſſit. Numero minori Judaico 38. adde 240. qvæ diſtantia eſt inter numerum minorem Judæorum, & annum Chriſtianorum. Et habebis 278. Præpone millenarium Chriſtianorum, & habebis 1278. Sic annus Judaicus 4830. additis numero minori 240. oſtendit annum Chriſtianorum 1070. Annus Judaicus 5370. eſt annus ab Incarnato nato 1610. Annus præſens 1659. Chriſtianorum eſt annus 5419 Judæorum. Ita & annus 5291. Judæorum, eſt annus 1531. à nato Meſſiâ Chriſtianorum. Cumq; *Caſum illum Bozræ* ex rationario Rabbini antecedere debuerit illud grande prælium *Chriſtianorum & Iſmaelitarum* ſub Ducibus *Armillo & Gog*, utrumqve autem *mors Meſſiæ filij Joſeph*, & ad hunc exiguo 45. dierum intervallo conſeqvi *revelatio glorioſa* MESSIÆ *filij David*, vel ſaltem, juxta hypotheſin omnium Judæorum, hæc *Meſſiæ manifeſtatio*, & *Judaica per illum liberatio*, pleniſſimè occaſione illius *prælij* procedere, conſtat ante 127. annos expectandum fuiſſe utrumqve illum Meſſiam, qvem de novo per Rabbinos ſuos tunc eluſi fruſtra exinde revelandum expectarunt, & etiamnunc expectant Judæi. Qvod de 45. dierum intervallo inter unum Meſſiam morituram & alterum revelandum, meminimus illud ex Dan. 12. 11. 12. probare nititur אבקת רוכל ſ. *pulvis aromatarius* (libri qvi fidei Judaicæ qvoddam velut compendiũ, talis titulus) ubi *à tempore qvo ablatus fuerit jugis cultus & poſita deſolatio dies* ponuntur 1290. Additur ſtatim: *Beatus qvi præſtolabitur & perveniet ad dies 1335.* Ab his illos abſtrahendo remanet illud intervallum 45. dierum. Aliter ta-

men hos numeros intelligit R Joseph Jacchiades, qvi exinde roborat Arithmeticam dicti domus Eliæ, שית אלפי שנה הוי עלמא וחד חריב s. de *sex millenariis mundi*, ita ut septimus sit futurus funeralis & *Sabbaticus*. Numerat sc. ab orbe condito adusqve tempus Danielis 3391. Addit deinceps dies Danielis anniversarios 1290. & 1335, unde Summa 6000. & 16. annorum. Consensus tamen est uti in illo prælio, ita in Messiâ sive utroqve (neqve enim de Messiâ filio Joseph adeò convenit) sive *uno* illo & *solo* tunc revelando.

Concl. 12. Patebit ex Arithmeticâ superiore, æram Judaicam, qvoad annos ab orbe condito, insignitèr à nostrâ discretam, numero breviorem, tardioremqꝫ procedere. Sunt ex Christianis qvoq; qvi in ærâ Christi applicandâ ad annos orbis conditi discernuntur: sed pauciorum illa annorum est discretio. Fuerit juxta qvosdam annus mundi 3979. vel etiam juxta Bell. 3984. juxta Scaligerum fuerit 3949. per Jul. 4713. atqve adeò præsens annus ab orbe condito fuerit Christianis 5608. Judæis autem, prout ostensum jam supra, 5419. Ita de anno nati nostri JESU Autor Judæorum, cui titulus Zemach David: ישוע נוצרי נולד בבית לחם יהודה פרסה ומחצה מירושלם בשנת ג׳ אלפים ותשסא ליצירה והיא שנת מב׳ לקיסר אגוסטו i. e. JESUS NAZARENUS *natus est in Bethlehem Jhudah qvæ distat Hierosolymâ leuca unâ & dimidiâ anno 3761. ab orbe condito, qvi est 42. Cæsaris Augusti.* Constat ex illis 189. annis breviorem seu inferiorem & in Æra orbis conditi & nostri JESU nati procedere Æram Judæorum, cujus qvidem minoris Arithmeticæ causam illis licet colligere adventum Messiæ tùm nostri præteritum, tum, qvem Judæi credunt venturum. Non ignorant vim תנא דבית אליהו s. *traditionis suæ antiquæ*, qvam sub titulo DOMUS ELIÆ habet Gemara in Sanhedr. c. Chelek, juxta qvam, sive in fine millenarii qvarti, sive in principio qvinti revelandus fuerit Messias, ut ita æqvè sint שני אלפים ימות המשיח s. *bis mille anni dierum Messiæ*, prout *bis mille Tobu* & totidem *Toræ* s. *Inauratis & Legis*.

Concl. 13. Ostendimus, adventum nostri Messiæ accuratè illi rationario temporum convenire: neqve, prout ostensum, negant

gant Judæi veniſſe JESUM noſtrum & crucifixum eſſe בסוף בית שני ſ. *in fine templi 2.* imò anno 42. *Auguſti Cæſaris* natum confeſſus eſt *Zemach David*, planè ex rationario Chriſtianorum, qvi diſcretis *annis Magiſtratus primi & Triumviratus Auguſti* poſt necem Cæſaris & *annis Auguſti Monarchicis*, illorum reſpectu vel ſic à poſteriori procedunt: ut probent: *Anno 42. Auguſti inchoante natum* JESUM CHRISTUM.

Cõcl. 14 An. 15. Tiberii Cæſaris compleverat JES' an. 30. Luc 3 23. ſc. toto anno triceſimo primo Ἰησοῦς ὢν ἐτῶν: ſed abſoluto triceſimo ſtatim dicebatur *revera* (non obſtante illo ὡσεί, qvod non *dubitativè* ſemper: ſed *affirmativè* qvoq; venire & h.l. ita ſumendum eſſe dubium nullum) ἀρχεδ ὢν ἐτῶν, ut adeò ὢν ἀρχόμενος idem ſit qvod ἤρχετο ſubaudito ὤν, & ſenſus ἤρχετο ὢν ἐτῶν. Ita ergò jam natus annos 30. in ipſo initio trigeſimi primi ad Baptiſmum acceſſit, ſive eodem die qvo natus, ſive proximè poſt illum baptizatus (neqve enim cœpiſſet eſſe 30 annorum cum baptizaretur, niſi eodem anni tempore natus eſſet & baptizatus, & idē adeò tempus γενέσεως καὶ βαπτίσματος, etſi hoc in Calend. Febr. & deinceps 6. Januar. rejecit vetuſtiorum conſenſus) prout notatum rectè à *Scalig. l 6. de emend. temp.* ſed & jam olim ab Ignat. 9. ad Trall. Ἰησοῦς Χρῖς δεκάδας ἐτῶν πολιτευόμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου. E expletis 30. annis, cui etiam conſonat antiqvum rituale: *Chriſtus expleto 30. annorum curriculo venit ad Johannem, ut ab eo baptizaretur.* Patet inde, anno Tiberii 1. Jeſum fuiſſe natum annos 15. Regnavit autem *Auguſtus Cæſar* 56. annis: A qvibus, ſi demas annos 15 concurrit annus primus Chriſti cum 42 Auguſti, & ſic hactenus nihil culpandum in rationario Judaico Zemach David. Cœterum, ut excipere poſſint, ne noſtri qvidem Meſſiæ adventum ſatis convenire numeris Eliæ: ſed anticipare terminum Meſſiæ, proinde ſubvenit illa annorum ferè 200. in Ærâ orbis conditi, abbreviatura Judaica, qvæ licet datur, nullum tamen inde MESSIÆ noſtro periculum, inprimis ex hypotheſi Judaicâ accelerandi adventus Meſſiæ.

Concl. 15. Ponunt ipſi duplicem adventus Meſſiæ terminum,

unum, אפשרי s. *possibilem*, alterum חיובי s. *necessarium & obligantem*: ultra hunc dicunt non posse differri adventum Messiæ, posse tamen & jam diu potuisse ex beneficio accelerationis vel hypothesi pœnitentiæ Judæorum rigorosioris vel etiam exactioris Sabbati observationis anticipare, cujus anticipationis impedimenta dari *impœnitentiam* & inprimis *non satis observatum Sabbatum* clamant: & ne sine autoritate Scripturarum loqvi videantur, allegant dictum Isaianum c. 60. ult. אני יהוה בעתה אחישנה i. e. *Ego* JHOVAH, *in tempore suo accelerabo eam*, ubi vox בעתה s. *in tempore suo* dicat terminum חיוב s. *necessitatis*, & vox אחישנה s. *accelerabo*, terminum אפשריות s. *possibilitatis*. Præivit jam olim explicatio loci Talmudica in Sanhedrin c. Chelek verbis paucis: כתיב בעתה וכתיב אחישנה זכו אחישנה לא זכו בעתה i. e. Scriptum utrumqve est & *in tempore suo*, & *accelerabo illam*. sc. Si justitiam egerint, *accelerabo illam*: Si *non justitiam egerint*, *in tempore suo*. Absurdè qvidem illud, cum apertè *acceleratio* in loco Isaiano annectatur *tempori*, & *tempus accelerationi*, & adeò non *acceleretur*, nisi *in tempore suo*, & ubi *acceleratur*, sit *in tempore suo*, ac contra: neq; verò *dictum domus El* æ agat de *termino vago & generalitèr possibili*: sed de *termino adventus Messiæ ex hypothesi Consilij & rationarij cœlestis* à Prophetis descripti, ita *possibili*, ut simul sit *certissimæ futuritionis*, atqve adeò & אפשריות & חיוב, qvi proinde dandus sive in fine 4ti, sive in principio qvinti millenarii, ut habeant *dies Messiæ* duos millenarios, æqvè prout *inanitatis & Legis articuli*.

Concl. 16. Ponatur tamen illa hypothesis accelerationis, & *rationarium superius Judaicum* de anno nati nostri JESU, non obstabit *termino adventus Messiæ possibili*, qvamvis erroneum illud, prout jam supra notatum. Messiam nasciturum sub Imperio Romano qvod illi vocant מלכות הרשעה s. *regnum improbitatis* antiqva traditio Talmudica est: imò definiunt tempus speciale: ubi jam imperaverint Romani super Israel & in totâ ὀινεμβρη *novem mensibus*, cui *autoritas Prophetica* conciliatur ex Mich. c 5 2. Ita in Sanhedr. d. Chelek & ibidem glossa Raschii & in Jona d. Schifat. Jamim. Fatetur

retur autem *Abba* in *Afodá Sara* per 180. annos ante destructionem templi 2. Romanos fuisse Judæorum Dominos: קפ שנה עד שלא חרב הבית פשטה מלכות הרשעה על ישראל. Agnoscant ergò iterum nostrum JESUM NAZARENUM, qvem fatentur *sub Augusto Imperatore natum*, Messiæ *Characterem Chronologicum* habere, & illum esse qvi in *Breśith Rabba* ad Gen 42 6. inter decem Reges *decimo loco* collocatur & *Regi nono* Augusto Cæsari immediatè annectitur, prout eruditè ibidem Messiam Regem ex Ps. 72. 8 Dan. 2. 35. & 44 Es. 44. 6. deducit *Breśith Rabba*, *post Confessionem* in primis *Talmudicam* in Sanh. d. Chel: כלו כרס הקצין כלן i. e. *Omnes termini* adventus sc. Messiæ *sunt completi:* illud enim de dependentiâ adventus Messiæ pœnitentiali, qvod in lib. Tanith Hieros. exprimitur sub nomine R. Achæ: אלו היו ישראל עושין תשובה יום אחד מיד היה בן דוד בא i. e. *Si Ilno saltem die Israel pœnitentiam ageret extemplo veniret Messias*, figmentum est alibi excussum. Qværitur de termino certo, qvem immutabilem & irrevocabilem, qvippe independentem à conditione nationis pœnitentiali, concedunt ipsi. Sed & qvid moratur pœnitentiam? Cui bono illis dies & anni pœnitentiales & יום כפורים qvo sunt ἰσοζυγεῖα? Fatemur facilè adfuturum illis Messiam, si seriò pœniteret: sed non alium, qvam qvem qvondam crucifixerunt JESUM.

Concl. 17. Ex hypothesi autem explicationis *dicti domus Eliana*, Judaicæ, abbreviatura illa annorum in Æra Judaicâ lucrum daret annorum in præsenti millenario sexto, in qvo cum non nisi 392. anni supersint, per 581. annos adhuc & illis expectare, & Messiæ ipsi adventum accelerare liceret. Scilicet, si vel in ipso sexti millenarii fine, vel extemplò post sextum millenarium manifestandus primò omnium, Messias filius David, juxta חיוב זמן s. terminum necessitatis, sive hoc, sive proxumo, sive propioribus Seculis revelaretur, & accelerationi & anticipationi daretur locq. Cæterum post millenarium demum sextum, vel in ipso millenarii sexti fine expectare primam revelationem Messiæ, ita ut Judæis per sex ferè Secula liceat adhuc in utramvis aurem dormire de Messiæ adventu securis post

ris post 581. annos, insulsum est, & contrarium planè dicto domus Eliæ, qvod MESSIÆ revelato duas tributis chiliadas annorū, & post illas non agnoscit novum millenarium: sed consumationem seculi. Sed & ne ipsæ qvidem appendices etsi spuriæ, & dicto ipsi posthumæ feruntillam expositionem. In Sanhedr. c. Chel. ita se habet appendix: ובעונותינו שרבו יצאו מהם מרי שיצאו i. e. *Propter peccata nostra qvæ multiplicata sunt, effluxerunt de illis annis* (2. millibus) *qvotqvot effluxerunt:* item ibidem in glossâ בשביל עונותינו לא בא משיח לסוף ד׳ אלפים שנה i. e. *propter iniqvitates nostras non venit Messias in fine qvarti millenarij*, vel prout in Massechet Afoda Zarâ c. liphne Edehen בעונותינו שרבו יצאו מהם יר׳ שנה i. e. *propter peccata nostra, qvæ multa sunt, exiverunt* de illis 714. anni. Additur alicubi: שערין הוא מעוכב לבא i. e. hactenus *cunctatur* advenire. De *2. millibus annorum Messiæ* effluxisse jam aliqvos, *non venisse Messiam circa finem qvarti millenarij*, dicit appendix. *Venturum* demum vel *labente fine sexto*, vel *planè post sextum millenarium*, nec dicit ipsa appendix, nec hoc ex illo seqvitur. Sed & appendices ipsas spurias nec Eliæ imputandas, præter dissonantiam styli à stylo Eliæ, probat qvoqve ætas Eliæ istius in Mischnaioth & Gemara בלשון תנא רבי אליהו i. e. sub titulo *traditionis domus* s. בית מדרש i. e. Scholæ *Eliæ* celeberrimi, qvi cum vixerit ante *millenarium qvintum* s. dictum Messiæ primum circa annum sc. à *creatione mundi* juxta Judæorum computum 3560. *circa annum templi secundi* 152.200 annis ante natum Jesum Nazarenum, prout ex קונטריס ישן habet Autor *Schalschalet hakabala*, non potuit autor esse illarum appendicum, qvæ historicè loqvuntur, qvid factum adusqve millenarii 5. seculum octavum. Unde etiam apparet שאינו אליהו הנביא בשום פנים qvod neqvaqvam fuerit hic Elias, individuum illius Tisbitæ Prophetæ vitâ & morte Tavmaturgi incomparabilis, de qvo apud ipsos qvoqve Rabbinos non adeò dubium.

Concl. 18 Redeundum ad Paraphrasin Rabbini, qvam adusqve tmema 12 supra excussimus. A tmemate ergò 12. ita προφητεύει: *Proceres ejus, qvippe non ibi regnum vocabunt* (non Regem habebunt, nec

Regis

Regis adeò vel regni titulum usurpabunt: sed Papæ, Cardinalium, Archiepiscoporum, Principum) *& omnes Principes ejus* (Bozræ sc.) *futuri sunt nihil.* Ita Rabbinus illud ואין שם מלוכה יקראו, habuit velut parentheticum, & causale illius חריה i. e. *Grandes illius, Magnates* sc. Bozræ, ita ut in parenthesi rationem reddat Propheta, qvare illos vocaverit חרים s. *Optimates* & non מלכים s *Reges* (qvia sc. *Dominatores* ejus non Regali: sed Papali, Cardinali, Archiepiscopali titulo gaudebunt) & deinceps idem Subjectum m. r. voce parallelâ repetatur in m. 2. ut una adeò sit enunciatio: *Proceres ejus* (qvippe *Proceres* & non *regnum* vel *Reges* ibi vocabuntur) *omnes*, inqvam, *Principes ejus erunt* NIHIL. Ihre Fürsten (Fürsten/ sage ich/ weil man daselbst niemand König nennen wird) ja alle ihre Fürsten werden nichts seyn. Addit per חרים s. Principes illos intelligi החשמנים וההגמנים אשר בקרבה עם האפפיור i. e. *Optimates & Principes Ecclesiasticos qui sint Romæ unà cum Papâ.*

Concl. 19. Non qværitur de *Grandibus Romæ*, an illi suo modo dici possint חרי בצרה vel שרי בצרה, qvomodo & in Apocalypsi illi ἔμποροι Babylonici Μεγιστᾶνες τ γῆς Romæ notantur Apoc. 18. 23. Non, an illos una cum Româ maneat & accommodatione aliqvâ Propheticâ hic dicatur futurum supplicium? Neqve attinet prolixè hic excutere titulos fastu turgidos & omnem Regalis Provinciæ majestatem longè excedentes, qvos à Gnatonibus sibi tributos blandissime admittit Pontifex, qvi audit Navarro *Rex Latinorum*, Antonio Prato magno Galliæ Cancellario Bononiæ anno 1516. Rege Fr. 1. præsente (qvod mireris in Gallo) *Christi DEI Opt. Max. verissimus in terris Vicarius, sacrosanctus & Majestatis plenus, indulgentissimus totius generis humani parens* Chr. Marcell. in Conc. Later. *Christianæ Reip. unicus & supremus Princeps*, Oratoribus Italis, *qvantum Sol Lunæ tantum Regibus antestans, totius orbis Princeps*, Antonio Puccio in sess. 9. Conc. Later. *adomandus ab omnibus Regibus terræ, & cui omnes gentes teneantur servire*, aliis *Vice Deus, utriusqve Potestatis Monarcha, cui feuda sint terræ regna* Conf. Rivet. in sum. Controv. p. 326. 327. 334 336. Hist. Conc. Trid. de Pio. IV. p. 768. 689. Abr. Bzov. in R. P. c. 6. p. 62. Qværitur an *hic sit sensus literalis à Prophetâ primariò intentus?* &

cum

cum applicatione Rabbinica? Ita negatur, sed & ipsa Rabbini interpretatio erronea facilè ostenditur. Obstat huic accentuatio nectens in voce 1. distingvens in voce 2 Maccaphatâ. Nunqvam vox Regali accentu fulgida post Ministrum nectentem auspicatur parenthesin consequentèr. Reqvireretur juxta Rabbinum positus: חריה ואין שם מלוכה יקראו וכל־שריה יהיו אפס Falsum adeò per illud ואין שם מלוכה יקראו rationem dari tituli חרים s. qvare non *Reges* illos: sed *Proceres* vocaverit.

Concl. 20. Qvod Jun. & T. expresserunt hujus tmematis m. 1. *Clarissimos ejus regnum vocabunt: sed non erunt ibi* non probatur. Improbanda qvoqve Versio Ludov. de Dieu qvam refellit accentuatio eodem modo, qvo Abrabinelem. Reddidit ille: *Nobiles ejus cum nullum ibi sit regnum* (ubi viderint regnum penitus interiisse) *clamabunt* (ut id denuò erigatur: sed frustra) *nam omnes Principes ejus erunt nihil* nisi reddas: *Proceres ejus, postqvam nullus ibi superest, ad regnum vocabunt: sed omnes Principes ejus erunt nihil.* Ita ex formâ fontium nihil culpandum vid. Deut. 33. 19. Impertinenter autem ex hoc tmemate factus ex Judæo Christianus, ex *Salomone Levitâ* Paulus de S. Mariâ, Burg. Episcopus, hîc *non agi de finali judicio probat*, qvia hîc ex hypothesi, *damnatis tribuitur invocatio regni* (atqve adeo, cum in judicio & post judicium, nullum aliud sit) *regni Christi.* At CHRISTUM *non possunt invocare damnati in qvibus malignitas odij semper permanet* vid. 4. Sent. d. 47. Contra nihil hîc de *regno Christi*, vel *invocatione regni.* Imposuit Versio Vulgata qvæ videatur. Cætera, qvæ ad tmema 13. 14. 15. habet Rabbinus de Româ Idololatricâ futurâ *Caulâ Diabolorum, immundorum Spirituum* שרים sc. שעיר & לילית de qvibus prolixè apud Rabbinos legere licet, qvâ ratione aliter ex mente Rabbini se habeant, aliter ex intentione Apocalypseos c. 18. 2. sub Babylonis titulo Casum Romæ prædicentis velut degeneraturæ in καθισκητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου, qvales hîc nominantur *Ululæ, Strix, Merula, Milvij, Zijm & Jim*, ex superioribus abundè constabit.

QVâ ratione, qvæ de *infinita Vastitate* memorantur v. 10 & seqq. adimpleta sint in Bozrâ Hierosolymitanâ jam supra monitum. Casus Romæ Apocalypticus non erit Casus omnium vel etiam verorum Christianorum: qvos potius Vox cœlestis exire jubet maturè, ne per συγκοινωνίαν peccatorum *Babylonis, participent etiam de ejusdem plagis* Apoc. 18. v. 4. Et conjuncta qvidem erit ultimata abolitio Antichristi καθίζοντος εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, ὡς Θεὸς. cum illustri præsentiâ Messiæ: sed non nisi jam manifestati JESU NAZARENI, unde constat, qvo loco habendum judicium Rabbini: התבארה הפרשה הזאת ועניניה מוכיחים מחרבן האומות ומפלת אדום ושממות בצרה היא רומי שלא נתקיימה לא בבית ראשון ולא בבית שני ושהיא עתידה להתקיים לימות המשיח i. e. *Proponit hæc Pharascha, & singula argumenta ejus, excidium gentium, generalitèr: Casum a. Edom & desolationem Bozræ i. e. Romæ specialiter: qvodq; illud nec sub templo 1. & 2. contigerit: sed adimplendum demum sit in diebus Messiæ.* Erratur in Sionis, Edom & Bozræ explicatione, & à Romæ casu seu ultimato excidio suspenditur adventus Messiæ primus. Complementum in ipsâ Edomæâ Judæis consangvineâ dare licet, idq́; in diebus Messiæ præteritis in principio sc. qvinti millenarii vel fine qvarti, ubi veros Messiæ revelandi dies credidit vetustas Judæorum, non in fine sexti, ubi expectare revelandum primò Messiam, obstinatorum est & de Messiæ adventu desperantium.

Supplementum ad c. 34. Isaiæ
DE EDOM.

Concl. 1. Si qværatur ex Rabbinis, qvis ille EDOM super *qvem descensurus gladius* JHOVAH *inebriatus in cœlis memoratur, & in cujus terrâ mactatio magna* intimatur à Propheta c. 34. 5. 6. respondet magnâ voce Rabbinus Abrabinel esse רומי וכל ארץ איטליא וכלל הנוצרים ROMAM, *Italiam omnem, & universos*

 Christianos.

Christianos. Atqve hanc hypothesin appellat Rabbinus שרש הטענה הזאת ויכוד הבנת זאת הנבואה i. e. *totius Disputationis radicem & intelligentiæ Prophetica fundamentum*, unde in fine, *prolixitatem digressionis* excusat Rabbinus להיות הדרוש הזה הכרחי בדיעת אמתת הנבואה ולהסיר מעלינו תלונת המזיפים i. e. *Necessariam sibi fuisse hanc disquisitionem tum ad intelligendum* PROPHETÆ *argumentum, tùm ad removendum murmurationes vel obtrectationes adversariorum adulterantium sensum Propheticum.* Triumfat autem vehementèr in *Præscriptione & Consensu omnium Sapientum Israelis.* Talem sc. statuit illam hypothesin, in qvâ *per 1500. annos apud omnes Sapientes Israelis magnus consensus fuerit*, qvippe cujus dogma adeò מקובל וברור אצלם s. velut παρεγγράφον illis adeò liqvidè constiterit מבלי מערער וחלק עליו i. e. *Ut nemo illi contradixerit, vel dissensum testatus fuerit.* Sed & tanto consensui superstruit argumentum in repugnantia Physicâ, prout putat, fundatum, allegato pro majore הפלסוף s. *Philosopho.* Argumentum tale: המפורסם אצל הכל אי שיכזבו i. e. *Illud in qvo omnes Antecessores conveniunt non est habendum pro dogmate falso.* Implicare sc. tot ac tantos Scriptores in mendacium conspirasse. Subsumit: *Romam, Romanos & universos Christianos esse Edomæos est tale dogma.* E. Concludit inde porrò: שבאו וכאו עליהם נבואות ארום בהכרח i. e. PROPHETIAS *onerosas Edomi titulo inscriptas ad Romanos & Christianos pertinere, in iisdemq; adimplendas adhuc esse.* Atqve hîc in ipso vestibulo subsistendum paulisper & examinandum hoc Rabbini, qvo nullum hodiè celebriorem ostentat *Synagoga Judaica*, præambulum.

Concl. 3. Negare haut licet Judæis, illos, qvos *Historia sacra & ipsa Lex Mosis* (Deut. 2. 4 c. 23. 7. Non abominaberis Edomæum, qvoniam frater tuus est) Edomæos vocat vel *Edomi* s. *Esavi filios*, esse *Edomæos* non *Europæos:* sed *Asiaticos*, contactu terrestri *terræ Israelis* inter Orientalem & Merid. plagam *proxumos*, & aliqvando regni Jhuda ad *Joramum usqve Jhosaphati filium* Vasallos, *onerosos Israelis*

elis castrorum qvondam *circuitu* Num. 20. 14. c. 21. 4. Deut. 2. 4. 5. *Davidis triumfis, & impositis sub prorege stationariis*, ipsâ etiam *apostasiâ à Sceptro Jhuda* 2 Sam. 8. 14. 1. Reg. 22. 48. publicè notos: sed &, qvod uterqve fatetur *Josephus*, & non negat in דרוש *s. discursu de Edom* ad h. l. Rabbinus, per *Hircanum Hasmonæum debellatos*, ac exinde, Seculo ferè ante nostrum JESUM NAZARENUM in corpus societatemq; populi Judaici communibus Sacramentorum s. religionis & politiæ juribus receptos, & cum Judæis commune à Romanis supplicium excidiumq; expertos. Posito ergò dari *Edomæos Europæos*, imò etiam posito, hos esse *Romanos vel Christianos*, unde constabit, qvod in his Prophetiis pœnalibus præcisè intelligendi *Edomæi Europæi*, non *Asiatici illi Jhudaistæ*, qvos, qvicqvid sit de illis Europæis, *florem nihilominus Edomæum* s. *Esavi posterorum* fuisse, & tàm ab Assyrio & Babylonio, qvàm deinceps ab ipsis Judæis & Romanis suprema pericula expertos esse, vel ipsâ etiam nunc teste terrâ maledictâ negare haut possunt. Sanè licet detur Edom Europæus & hic Romanus, nihilominus probabile magis fuerit *Edomum Asiaticum* hîc intelligi. Sed & certum illud: *Tituli Prophetarum pœnalium nationales ex Historiâ sacrâ sunt explicandi:* atqve adeò *qvi populus* EDOMI *titulum circumfert in historiâ sacrâ, idem & in literâ Propheticâ.* Subsumimus. Non nisi Edomæi Asiatici. E. Non negamus suppositionem alicubi dari *ampliorem*, vel etiam *vicariam* in Prophetis: Cœterum id fit figuratè, moralitèr, non per contactum Sangvinis: sed morum & operationis, & *litera* nihilominus *Prophetica* convenit literæ & sensui literali in historiâ S. Sic e. c. *Litera Prophetica* de *Casu Babylonis* formalitèr non signat aliam *Babel*, qvam *cujus mentio in historiâ*, etsi *Sensus literalis* amplior illâ *veteri Babylone*, ita ut contineatur simul *Casus novæ Babylonis.* Sic posito, qvod non adeò impugnabimus, *Edomi* titulum hîc *Asiaticis Edomæis* ampliorem, *Europæos* qvoqve imò ipsos *Romanos* continere, ipsa tamen litera non alios *agnoscit Sangvine vel natione Edomæos*, qvàm qvos appellat *Historia:* qvo supposito, *moribus, imitatione, operibusq; Edomæos* figuratè hîc intelligi, facile concedimus: Cœterum sic *Sangvine Edomæi* non fuerint nisi *Asiatici*, atqve adeò si *Edom* in

his Prophetiis *propriè* sumitur, non dicet nisi *Edomæos Asiaticos*. Si *figuratè*, non determinabit præcisè *Romanos*: sed tàm Judæi esse possunt *Idumæi* qvàm *Romani*, tàm *Africani* qvàm *Europæi*, vel probanda erit talis *figurata & determinata suppositio ex textu Prophetico*. Probandum *nullam esse nationem, moribus, affectu, operationibus Esavo & ejus nationi propiorem, præter Romanos & Christianos*, in qvibus adeò adhuc implenda sit hæc Prophetia.

Concl 3. Concludimus 1. Primarii & celeberrimi in sacris Edomæi fuerunt *Asiatici*. 2. In illis complementum Prophetiæ primarium & plenus sensus literalis potest ostendi. 3. Imò non dantur in historiâ sacrâ sub *Edomi* titulo, *Sangvine Edomæi*, nisi *Asiatici*. E. de *aliis Sangvine Edomæis, præter Asiaticos*, non debet Propheta intelligi, atqve adeò ruit illa à Rabbino adeò decantata prolixæ *digressionis de Romanis Sangvine Edomæis* ipsisq; *universis Christianis* Edomæorum Consangvineis necessitas, neqve ad intelligendum Prophetam opus est *Esavi progeniem* vel *Sangvinem* ponere in *Europâ*, & *Universitatem Christianorum* proclamare *Esavitticam*, prout exaggeraverat illud supra Rabbinus. Si scapham scapham dicere voluisset, rationem digressionis nominare debuisset hypothesin blasphemæ religionis, qvæ est: MESSIAM *promissum nondum revelatum*, in *bellis Ismaelitarum & Romanorum futuris demum revelandum, & utramqve illam gentem* Judæorum qvondam exterminatricem, & Templi utriusqve ac Urbis S. desolatricem *internecione deleturum*. Illud Somnium, uti apparatu aliqvo splendidiore publicare possint, proinde illud sub signis *Edomi & Gogi* bellum Romanorum & Christianorum fingitur, propterea *Edom & Bozra* in Prophetiâ Isaianâ de *Romanis* & *Româ* ab illis explicatur, ipsaq; Prophetia qvoad complementum omne futuris adhuc Seculis reservatur, qvia sc. cum temporibus Messiæ (vid. c. 35.) copulatur. At hæc adhuc futura. E. etiam futura adhuc illa *mactatio in Edom & Bozra*, & per consequens, cum *Edomæa vetus* & illa *Bozra vetus* dudum desierit, dandus alius *Edom*, & alia Bozra, neqve verò in *Imperio Turcico*, qvippe qvod habet titulum *Gog* vel *Magog* E. in Romano & Christianismo.

Concl.

Concl. 4. Videndum qvid de illâ præscriptione & consensu. Ultra 1500. annos â suâ ætate atqve adeò longè ante JESUM NAZARENUM sub templo 2. obtinuisse dogma illud, dicit Rabbinus: sed nullo antiqvo teste probat. Allegat ad v. 9. Jonathanem qvi reddiderit נחלתורי דרומי i. e. *Convertentur torrentes ejus Romæ* sc. *in picem*: cœterum illud דרומי *glossatoris est longè Jonathane inferioris*, imò & Rabbinis Kimchio, Jarchio, Abenesra, qvorum nemo ita Targumistam exprimit: neqve adeò מתרגם מוכיח בביאור שבצרה היא רומי i. e. *Paraphrasta probat Bozram esse Romam, neqve hodiè legitur*. Urget locum ex Thren. c. 4. 21. ubi qvod dicitur in fontibus: *Gaude & lætare ô filia Edom* תרגם מתי על קושטאנתינו דמתבני בארמיניא ועל רומי דאתבני באיטליא דאתמליאו אוכלוסין מבני ארום i. e. *Paraphrasta Chaldæus explicat de Constantinopoli conditâ in Armeniâ & Româ conditâ in Italiâ qvæ impletæ sunt populis ex Edom*. Cœterum crimen falsi est. Targum & olim & nunc legit purè juxta fontes: חדיאי וברוחי ברתא דארום דמתבניא בארעא דעוץ i. e. *Gaude & lætare ô Filia Edom, qvæ condita es in terra Uz*, sine mentione sive *Romæ*, sive *Constantinopoleos*, qvam nec *Raschi*, nec *Abenesra* hîc in Paraphrastâ agnovit, tacitus neuter, si tam luculentum ex illo Targum proferre potuisset pro hypothesi suâ testimonium. Imò Abenesra de מפלת יהורה הראשנה s. *Casu regni Juda priori vel Babylonico*, in qvo ad planctus Israelis triumfale celevsma ediderint Edomæi illi, qvi olim regni Jhuda Vasalli extiterunt, manifestè explicat, & allegat pro parallelismo locum ex Psal. 137. *Recordare ô Jhovah contra Edomæos diei Jerusalem, qvi dicebant: Nudate, nudate, qvantisper fundamentum ejus erit in eâ*. In hoc autem Sarcasmos repræsentari *Edomæorum, qvibus Babylonios insanientes satis in ruinam templi, urbis, populi, ad subruenda ima metropoleos Judaicæ fundamenta*, ut ne ulla qvidem illorum relinqverentur vestigia, *impulerint magis atqve magis*, ex tmemate seqventi, in qvo mentio *Filiæ Babylonis vastandæ*, & antecedenti, in qvo mentio *fluminum Babylonis*, luculentum; Abenesra adeò hîc

non agnovit *Edomæos Europæos* vel Romanos: sed illos *Judæorum vicinos*, & qvondam *subditos*: neqve de aliis Edomæis explicandi textus Jeremiæ 49. 7. Ezech. 25. 12. Mal 1 2. 3. *Raschi* qvidem (qvi eodem qvo post illum *Abenesra*, & post hunc *Kimchi* seculo floruit, *duodecimo sc. à nato Christo*) de חרבן בית שני שיחרבהו רומיים *i. devastatione templi 2. factâ per Romanos* explicat, atqve adeò in *Filiâ Edom* Romanos intellexit: sed tale qvid in *Targumista* non legit, nec suâ ætate lectum notavit. Undè ergò post *tria ab illis secula* Codex, ex qvo ita legit Rabbinus *Abrabinel?*

Concl. 6. Potuit fieri, uti aliqvando ex aliqvâ Judæi commentatoris glossâ in qvasdam editiones Targumistæ irruperit illa exegesis Judaica (in qvasdam inqvam, neqve enim in omnibus unqvam fuit, neqve ita facilè sine observatore irrumpere potuit) qvæ cum deinceps non adeò ubiqve sub Imperio Rom. sive in Italia tuta esset additio, omissa, & *relicto vacuo spatio* (qvo enthymema illius exegeseos filiæ *Edom* de *Romanis* servaretur apud infensos & obnoxios) signata. Sed & huic iterum furtivâ manu sæpè inserta fuit, qvomodo *Buxtorfius* non saltem meminit *in qvibusdam editionibus Venetis tale hîc spatium relictum*, cui Judæi scriptione inserunt voces רומי רשיעא post ברתא דארום *i. e. Roma impia:* sed & tale *Exemplar cum vacuo spatio Typographico*, cui alicujus Judæi manu hæc verba sint inserta, penes se esse: Cœterum *in accuratis Codicibus* neutrum hodiè est, & neutrum olim fuit. Odio Romanorum Christianorum ab aliqvo tenebrione illud *enthymema Judæorum* ex aliqvo *Midrasch*, æqvè veluti illud supra, est ipsi textui insertum: Sed *per modum glossæ*, nec nisi uni vel alteri editioni, in qvâ deinceps *spatium servatum*, qvod *in nostro Rabbino in hâc digressione blasphemæ* freqvens, ubi sc. *blasphemiæ* vel *odiosa insignitèr religioni Christianorum* ab illis scribuntur, una vel altera vox, & inprimis nomen JESU omittitur, relicto tamen vacuo spatio, qvod ex contextu facilè suppletur, ut illo non tollatur crimen commentatorum vid. noster Rabb. p. 79. lat. 2. Neqve verò adulteratas editiones Targumistæ particulares adeò mirum, cum & ipsius *Raschij* qvasdam editiones impressas alicubi corruptas, *insertis in numero pontificali*, qvæ

non

non sint ipsius *Raschÿ* jamdudum ex לשון שמורגל אצלו s. *ex stylo Raschÿ concisiore*, & ex *codice deaurato ac pulcherrimo anno 6072.* (i. e. 1312. juxta nostram Eram Christianorum) *conscripto & Mantuæ invento* observaverit R. *Asaria in Meor Enaïm.* Ita nullâ vetustioris & incorrupti Targumistæ autoritate illa traditio de Edomæis Romanis vel Christianis legitimatur.

Concl. 7. Falsum paritèr, qvod de *universali* adeò *consensu* suorum gloriatur Rabbinus, etsi parum interest ad mentem Rabbinorum, sive omnes, sive plurimi, sive pauci ita senserint. Non qværitur de mente & censuris Judæorum vel Rabbinorum: sed de *jure illius censuræ.* Abrabinel qvidem *præsentem Prophetiam Edomo pœnalem* de *Romanis & Christianis* apertè & prolixè explicat. Neqve qvoad *Edomum* sentire aliter *Raschi & Kimchi:* licet enim de *Javan* s. *Græciâ* hîc loqvi Prophetam scripserint, Romanos tamen & porrò CHRISTIANOS illo titulo *Edomæorum Javanæorum* intellectos, non inde saltem probatur, qvod juxta Judæos Romani primi sint *Soboles Javanea ex semine Cittæorum:* sed & *qvod Roma* s. *regnum Romanum & regnum Græcum* Abenesræ unum & idem (qvia sc. idem Imperium Romanum Græcos Imperatores habuit, & qvoad orientales partes, ac sedem Cæsarum Constantinopolitanorum Græcum æqvè fuit, ac qvoad partes Romanas Latinum) Conf. Abenesra ad Gen. 10. 4. & Daniel 2. ubi passim inculcat כי מלכות יון ורומי אחת היא s. *qvod regnum Græciæ & Romanum sit unum & idem* ad Gen. 27. 40. idq; vult Kimchi, qvando hanc Prophetiam ponit עתידה s. *in complemento demum futuro*, & qvidem tunc, ubi יצאו ישראל מגלות זה שלא יוסיפו עוד לגלות s. *ubi exibunt Judæi præsenti eademq; ultimatâ captivitate*, ut adeò עם חרבן אדום רל רומי תהיה תשועת ישראל s. *cum devastatione Edomi Romani futura sit salus Ismelis:* Edomæa sc. vastanda in futuro, illis nonnisi *Roma*, prout disertè Kimchi in Obadiam; מה שאמרו הנביאים בחרבן אדום באחרית הימים על רומי אמרו i. e. *Qvicqvid dixerunt Prophetæ de Vastatione Edom futurâ in ultimis diebus, id de Româ intellexerunt.* Sed & *Edom*, sub qvo *ultimata captivitas Judæorum*, Judæis nonnisi Imperium

Imperium Romanum à qvo etiamnunc גלות ארום s. Captivitas Edomæa dicitur. Rationem dat *Bechai* in libro *Cad haccemach*: his Verbis: *Licet dispersi simus & subjecti potestati illorum (Ismaelitarum s. Turcorum) tamen principalis captivitas nostra est sub Edom, qvia ipse deportavit nos, & vastavit sanctuarium nostrum. Et qvamvis Israelitæ nunc inter LXX. populos dispersi essent tamen non vocaretur hæc nostra captivitas, nisi à regno Edom impio.*

Concl. 7. Rabbinus tamen Abenesra, licet ad tm. 8. eò inclinet, ut complementum Prophetiæ statuat in tempore futuro, non dissimulat tamen, Rabbi Mosen haccohen *de Edomæis veteribus* Prophetiam intelligere, & *Complementum illius jam olim sub Assyrio ponere, à qvo tunc victi Idumæi & id passi, qvod habet Prophetia:* sed & apertè idem ad tm. 8. יש אמרים כי זאת הנבואה נתקיימה בימי נבוכד נאצר אחר גלות ציון i. e. *Sunt qvi dicant qvod hæc Prophetia adimpleta sit temporibus Nebucadnezaris proxumè post captivitatem s. deportationem Judæorum Babylonicam.* Idem Rabbinus ad tm. 6. *Est*, inqvit, *qvi Boznam statuat* קושטנטינה s. *Constantinopolin* וזה לא יתכן כי אין לה היום אלף שנים שנוכרה i. e. *Verùm illud non procedit: qvia à tempore fundatæ Constantinopoleos nondum elapsi sunt mille anni.* Sic Prophetia pœnalis Edomo & Bozræ Edomæ vid. v. 13. 22 datur Jer. 49 à v. 7. ad v. 22. Complementum illius in tempore præterito sub Babylonio de Edomæa Judææ vicinâ clamat tota Prophetia & collatio illustrissimi loci Jer. 25. 9. 21. Sc. prout c. 48. *Moab*, & c. 49. *Ammon*, *Damascus*, *Kedar* illas notant regiones sive regna, qvæ *cingebant latera Judææ:* ita & Edom. Kimchi tamen hîc urget suum לעתיד, imò *omnes Prophetias pœnales Edomo in Isaiâ, Jeremiâ, Ezechiele, Obadiâ, complementum suum in tempore futuro demum habere* clamat כולם משמעות נבואתם שהיא עתידה, qvod monstrum est sententiæ. De Edom sc. illo *Judæis vicino, & magnis in Ecclesiam odiis ac calamitatibus famosissimo, sed & unicè in historiâ sacrâ ita appellato*, altum esse silentium in Prophetiis pœnalibus: intimari autem excidia & horrida supplicia Edomi titulo *Edomæis Europæis s. Romanis in totâ historiâ S. obscurissimis* neqve

Ecclesiæ

Ecclesiæ veteri sive infensis, sive obnoxiis. Quo autem argumento illud probat Kimchi? qvia sc. in tmemate 20. in *Consilio cœlesti* memorantur *Edomæi trahendi per parvulos gregis*. At hi *parvuli gregis* sunt *Israelitæ*, & qvidem juxta דרש *filij Rachel, parvuli & infirmi*, tùm respectu aliarum nationum, tùm resp. *ipsius Edomi majoris* ſ. רב prout Jacobus in responso dato Rebeccæ vocatur צעיר ſ. Minor.

Concl. 8. Opponere autem Kimchio licet Paraphrastam, qvi hîc illos צעירים ſ. parvulos non agnovit חלשים ſ. debiles: sed תקיפין ſ. *robustos*, reddens: אם לא יגררון ויקטלון תקיפי עמא i. e. *Si non raptaverint & occiderint eos* FORTES *in populo*. Sed & qvi Edomæos ישבי תימן reddidit per יתבי ארעא דרומא i. e. *Inhabitantes terram meridionalem*. An autem Romani Judæis meridionales, & Italia Judææ resp. versus plagam meridionalem? Sanè non illa: sed Edomæa vetus ad plagam meridionalem Judææ. Opponere licet Jarchium, qvi *parvulos gregis* exprimit per בזוי האומות ſ. *contemtos inter nationes*, ut sensus sit: *ita frangam eos, ut omnium etiam vilissimorum terantur pedibus & ab abjectissimis qvibusq; hinc inde raptentur*. Notat idem Raschi: רבותינו דרשו פרס שהוא הצעיר בבני יפת i. e. *Rabbini nostri exposuerunt hoc de Pares* (Persis) *qvi est minor natu inter Filios Japheti*. Ita sc. ruit medius terminus Kimchii, postqvam ex *Israelitis* facti *Persæ*, atqve adeò ille *Edom* non erit *Romanus*. Locus sanè, ad qvem respectus Raschii est in Talm. lib. *Joma de Schifat jamim* עתידה רומי שתפול ביד פרס דכתיב i. e. *Futurum est ut Roma cadat in manus Persarum, sicut scriptum est: Trahent eos parvuli ovium*. Juxta Talmudistas ergò *Edom* hîc *Romani*, etsi *parvuli ovium* non *Israelitæ*: sed *Persæ*. Juxta Kimchium *Edom* Romani, qvia illi *parvuli Israelitæ*: sed & poterant illi *parvuli ovium* esse Israelitæ, etsi *Edom* hîc non *Romani*: sed veteres Edomæi. Sive enim *Tractionem Evangelicam* hîc intelligas, prout *Raimundus in Pugione p. 329.* facilè est ostendere, qvomodo צעירים הצאן ſ. *parvuli illius gregis* i. e. Apostoli, cæteriq; discipuli Christi qvos ejusdem radicis vocabulis הצעירים & הצאן sub uno *Pastore* JESU vocat Sacharia c. 13. 7. cujus prophetiæ & allegatio &

accommodatio illustris Matt. 26. 31. Marci 14. 27. & qvoad territorium ultimum: *reducam manum meam super parvulos illos* Matt. 28. 7. 10. 16. datur, λόγῳ καὶ ἔργῳ traxerint Edomæos, non negante ex ipsis Judæis RAMBAN, *qvod primi Confessores Jesu Nazareni fuerint Edomæi, terræ Israelis vicini, in qvam Edomæam freqventissimè concesserint Discipuli* JESU NAZARENI: sive *tractionem vel raptationem hostilem intelligas*, in superioribus ostendimus qvâ ratione *Judæi circa novissima tempora egerint in Idumæos* conf. sup. Talem autem *raptationem hostilem* hoc loco intelligendam & usus *vocis Hebrææ*, & *contextus* docet.

Concl. 9. Peculiariter *Edomo* dedicata est *Prophetia Obadiæ*. Qvare autem illam de *Edomæis Romanis* & in *complemento futuro* explicat Kimchi? Nulla sanè alia ratio qvam *hypothesis blasphemæ religionis* 1. *de nondum revelato Salvatore Israelis*, 2. de eodem revelando ut *Redemtionis corporalis Judæorum autore*, & 3. *Romanorum ac Ismaelitarum* triumfatore: ut adeò copuletur חרבן אדום s. *excidium Edomi* & תשועת ישראל s. Salus *Israelis*. Fatetur Kimchi *Edomæam veterem* dudum desolatam, *Edomæos* dudum *deportatos & Christianorum ac Ismaelitarum nunc gentibus immixtos*, æqvè *prout veteres Moabitæ, Ammonitæ*. כרכם גלו מארצם ונתערבו באומות כי האומות נתבלבלו בין אמונ׳ הנוצרים ואמונת הישמ׳. Qvare ergò *de vindictâ adhuc futurâ in novissimis temporibus* s. *fine mundi explicatur prophetia*, & pro illius complemento itur *Romam?* Summa responsi est: *qvia nondum venit Salᵛ Israelis*, i. e. *liberatio corporalis è præsenti captivitate?* E. substituendus alius *Edom, Romanus* sc. vel *Christianus*. Non negat Kimchi: *Salvatores illos ascensuros in montem Zion ad judicandum montem Esau fore Regem* MESSIAM *& ejusdem Socios* s. *Officiales* מלך המשיח וחבריו qvos Raschi vocat *Principes Israelis*: sed totum illud in *complemento futuro* ponit, & per *montem Esau* uterqve *Romam* intelligit, allegata autoritate *Jonathanis*, qvi tamen *nullius Romæ*: sed כרכא דעשו i. e. *Castri Esau*, vel prout Rabbini citant כרכא רבא i. e. *Castri maximi* meminit, ut adeo juxta Judæos nondum revelatum fuerit illud *regnum* JHOVAH, in qvo claudit

claudit Propheta, & qvod egregiè reddidit Targumista: תתגלי כולכותא דיו עלם כל יתבי ארעא i. e. *revelabitur regnum Domini super omnes inhabitatores orbis.* Addit Raschi: ליכוך שאין מלכותו שלימה עד שיפרע מעשו הרשע i. e. *Docet te, qvod non sit regnum DEI perfectum, nisi postqvam vindictam fecerit de Esavo impio* Contra de *Esavo impio* jamdudum supplicium sumtum (non negante id Rabbino) in Idumæâ veteri. Idumæi non tàm inter Christianos hodiè qværendi, qvàm inter ipsos Judæos, in qvorum corpus, societatem, religionem longè ante supremum urbis laborem transivêre universi. *Servatores illi & judices montis Esavi*, jamdudum adscenderunt, judicarunt. *Salus Israelis, Salvator ipse Messias, & regnum illud Messiæ catholicum* dudum revelata. Qvid ergò obstat *Complemento Prophetiæ*, nisi τὸ κάλυμμα Judaicum? Notamus tamen, *Consensum illum de Prophetiâ hac Edomæâ in Romanos demum adimplendâ*, non adeò universalem. Videre id licet ex uno Abenesra qvi ad v. 9. capitis unici אלו הפסוקים יורו כי זאת הנבואה על ארום הוא אחר גלות ירושלם אל בבל וכן אמ׳ המקנן זכור יי ונבוכרנאצר השחית ארום ותהי ארצם שממה וככה יתנבי יחזק׳ כי ירושלם שבו׳ אחרי גלות בבל וארום לא שבו׳ וכבר פי׳ בספר דניאל כי אין ישראל בגלות ארום ופי׳ משל הקרמנים מלכות יון וכו׳ i. e. *Hi versiculi docent Prophetiam hanc adimpletam in Edomæis post deportationem Judæorum Babylonicam, de qvâ etiam Lamentator in Ps. 137. loqvitur. Nebucadnezar sc. desolavit Edomæam, ex qvo illorum terrâ in vastitatem est redacta. Et simili modo vaticinatus est Ezechiel: Jerusalem sc. reversa est ex captivitate Babylonicâ: at neqvaqvam Edomæa: sed & dudum jam expositum est, qvod Israel non fuerit in captivitate Edomæâ, & qvâ ratione hic Antecessores ænigmaticè regnum Javan intellexerint.* Idem Rabbinus ad tmema Propheticum 17. אמר רפת זה לעתיד ולמאמר על ימי חזקיהו ור׳ שועה אמ׳ על בי׳ שני i. e. *Unus Rabbinorum Japhet dicit hanc Prophetiam demum adimplendam: alter sc. R. Mosche dicit temporibus Chiskiæ, tertius R. Jeschua sub templo 2. illam jam adimpletam.* Optumè tertius. Apparet autem

qvis consensus Rabbinorum circa Prophetias Edomææ inscriptas. Eadem ratio aliorum locorum.

Concl. 10. Non negamus de cœtero in *Talmud & Commentariis Rabbinorum*, *Romanos & Christianos* s. regnum Romanorum, vel Christianorum, *Esavi vel Edomi*, *vel Seir*, *vel filiorum Esavi & Edomi* titulis notari, ipsamq; Romam Symbolis *montis Esavi, vel Seir*, *vel Bozræ* intelligi, item *Regni neqvam* s. מלכות הרשעה Poterat ipse *Edomi* titulus non adeò infamis Romanis, ipsisq; Christianis esse. Notum, qvantum olim *Edomi privilegium* vel unâ lege teste: *Non abominaberis Edomæum*, *qvoniam frater tuus est*. Deut. 23. 7. Ita sc. FRATRES Christiani Judæorum veterum: sed & *in uno* qvondam convenissent *Rebeccæ utero*, & *ab uno eodemq; cum Judæis procederent Isaaco*. Judæorum sanè & Edomæorum hodiè *unus Sangvis est*, & jam ab ætate Hircani bellicosi fuit, neqve Judæa tempore Christi Edomæos aliter agnovit, qvam *Consangvineos*. Apparet inde, si nos *Edomæi*, qvàm nobis συγγενεῖς Judæi. Sed & *Edomæos Fratres Messiæ* probat *ipsum Talmud Massechet Pesachim* in dist. *Arbe Pesachim*: ubi inter populos *adducturos munera Messiæ* e. c. *Ægyptios & Æthiopas* ex Ps. 68. 32. ponitur *Edom frater Israelis*, idq; probatur ex Mich. 5. 2. *Et residuum fratrum ejus* (Messiæ sc.) *revertentur cum domo Israel*, unde נשאה מלכות הרשעה פי׳ רשי רומי קל והומר בעצמה מה חללו שאין אחין בך אנו שאחין על ארת כמה וכמה הה׳ הכ׳ i. e. *Regnum improbum*, i. e. *juxta Raschi*, *Romanum tollet argumentum pro se à minori ad majus*. *Si Ægyptij & Æthiopes offerent* MESSIÆ *munus*, *qvi non sunt fratres*, *multò magis nos qvi sumus* FRATRES, prout scriptum est Mich. 5. 2. Cœterum pro stabiliendâ suâ heterodoxiâ, ex odio JESU nostri & totius Christianismi, cui proinde omnes optant pœnas Edomi, illos hoc facere, tùm ex *Rabbini nostri digressione* constat, tùm exinde, *qvod prophetias saltem pœnales Edomo maxumè inculcent & de Romanis s. Christianis explicent*, sed & vel *ex uno Rab. Bechai explicante locum Jes. 66. 17.* המתקדשים i. e. Qvi sanctificant se (אלו אדום i. e. *Isti sunt Edomæi* שרגילין לנענע אצבעותיהם לכאן ולכאן i. e. *Qvi solent movere digitos suos*

hinc

hinc & hinc i. e. Crucis signum facere & se sanctificare) חמסחרים אל הגנות qvi mundant se in hortis *(isti sunt Ismaelitæ, qvorum consvetudo est frequenter lavare manus & pedes totumq; corpus, non verò Cor suum, qvod principale est)* אחר אחת בתוך i. e. post unam in medio לשתי וערב של ארום i. e. *ad stamen & subtegmen Edomæorum, Crucē* sc. *qvâ se solent sanctificare Christiani vel ad festum ipsorum)* אכלי בשר החזיר i. e Comedentes Carnem porcinam (אלו אדום i. e. *Isti sunt Edomæi*, i. e. prout Kimchi אלו הנוצרים *Isti sunt Christiani, nam Ismaelitæ non comedunt carnem porcinam) Abominationem & murem, simul consumentur omnes.* Ita Bechai, cui qvoad Christianos ibi parallela loqvitur *Kimchi* in primâ editione Venetâ, nam in posterioribus & Basileensi Buxtorfianâ hæc sunt omissa.

Conel. II. Apparet, qvo loco habendi illi SAPIENTES ISRAELIS, qvos vocat Abrabinel, tales sc. qvorum διαλογισμοὶ μάταιοι ab Apostolo notati 1. Cor. 3. 20. & qvibus scandalum est vera sapientia, imò ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία JESUS CHRISTUS ἐσταυρωμένος. Sed & apparet inde, qvantæ antiqvitatis illæ autoritates, qvas pro *traditione Edomæorum Christianorum* Rabbinus objicit. Unde panditur illius argumenti solutio. Valet sc. major in *re historicâ, in Topica Testimonij humani*, qvod cum per se evidentiam vel evidentem certitudinem non pariat, imò generaliter ne qvidem certitudinem, cum non omnes profiteantur vel profiteri qvoqve ob nescientiam possint, incorruptam veritatem, confirmatur tamen vehementer, qvatenus multis, magnis, & claris Autoribus, iisdemq; coævis rei gestæ, vel illi tempori proxumis, & qvi iræ, studiiq; causas procul habuerunt, *accumulativè confirmatur:* qvia sc. *repugnat physicè*, tot ac tantos Autores hîc in scribendum mendacium, cui nullum erat pretium, conspirasse. Qvod si ergò ex illo canone legitimare vult Rabbinus: *Christianos vel Romanos esse Edomæos*, nominandi sunt *testes antiqvi, incorrupti, qvi eâ ætate vixerint & scripserint, qvando immigraverunt in Italiam Edomæi, & facti Cives Romani* Allegandus erat ipse *Moses*, qvia ad *ipsius ætatem* & ultra, illa facta memoratur migratio: allegandi libri Annalium sa-

crorum. At in his altum de *Edomæis Christianis* s. *Europæis Romanis* silentium. Aliàs *in dogmaticis* ineptissimè Christianis à Rabbino opponitur Cabala παρὰ παράδοσιν, & consensus omnium Talmudistarum & Rabbinorum pro tali dogmate: *Romani sunt in Prophetiis pœnalibus Edomæi, & ad casum Romanorum revelabitur Messias:* Compendio hoc totum Judaismum contra Christianos facilè confirmaret Rabbinus. Sed & nos pro fide in MESSIAM *crucifixum & gloriosè resuscitatum ac viventem in secula* incomparabilem Martyrum, & sanctissimorum Patrum turmam proferre, & simili compendio contra Judæos disputare possemus. Convincat nos prius de *Veritate & inerrabilitate suæ Synagogæ*, eaq; extensivâ & intensivâ, & tunc demum proferat illud argumentum.

Concl. 12. Anteqvam ad examen causarum, propter qvas *Regnum Romanum*, & CHRISTIANOS *Edomi* titulo appellant, procedamus, pro *Lyrano & Burgensi* paucula reponere, jubet Rabbinus noster. Objicit ille nobis *Consensum quoque Expositorum Christianorum:* וגם מפרשי כתבי הקדש אשר לנוצרים כן קבלו i. e. *quin etiam expositores SS. literarum Christiani s. Nazareni ita tradiderunt.* Et ne sine teste loqvatur, appellat ניקולאו המפרש הגדול שלהם i. e NICOLAUM *Magnum inter Nazarenos Commentatorem seu Glossatorem.* Nicolaum sine dubio intelligit ante 3. secula & ultra *ex Judæo factum Christianum*, & ab *oppido Brabantino, cui Liræ nomen, Liranum* vel *de Lirâ* dictum. Allegat Rabbinus *glossam ejus* tum in c. 36. *Geneseos ad Magdielem*, tùm in v. ult. *Obadiæ, ubi Salvatores adscensuri in montem Sion, & judicaturi montem Esau sint* שליחים עלים ללמד רתם לרומיים i. e. *Apostoli adscensuri ad docendum Romanos religionem Christianam, ibidemq; instaurauturi regnum Christianum.*

Concl. 13 Lirano addit Rabbinus אגמון בורגינשש i. e. *Archiep scopum Burgensem* שמו לפנים בישראל שלמה לוי i. e. *cujus nomen olim in Israele fuerit Salomo Levi.* Vocat illum *magnum inter Christianos Principem.* Talem sc. habitum ex qvo יצא מכלל הדת במלכות ספרד *s. egressus est regulam religionis in regno Hispaniæ, ex Judæo fa-*

dæo factus Christianus. Notat illum, qvod *pro confirmatione sui ipsius in religione Christianâ operosè contradixerit illi traditioni Antecessorum de Romanis Edomæis*, eandemq; *prò fabulâ in odium Imperij Romanorum & Christianorum à Judæis conflatâ habuerit* לחחזיק עצמו באמינתו התעצם להכחישו, imò qvod contra asseverare ausus fuerit: *In comminationibus Prophetici* ſ. ביעורים הרעים *Edomæos esse ipsos Israelitas ſ. Judæos, & Synagogam Israelis in præsenti Prophetiâ Isaianâ Bozram appellari*, atqve adeò חרבן ארום ſ. *excidium Edom & Bozræ* h l. *uti & in Parallelis textibus Prophetici intimatum esse excidium ipsius Synagogæ Israelis*, cum contra omnes *Rabbini Antecessores* explicuerint de מחזיקים דת הנוצרי ſ. *tenentibus religionem* NAZARENI.

Concl. 14. Qvæ de Burgensi dicit, historicè sibi constant. Ille *ex Judæo ante 2 sæcula factus Christianus ex Salomone Levita Paulus de S. Maria Archiepiscopus Burgensis & regni Arrag. Cancellarius Hispanicus* in glossas Lyrani Biblicas, scripsit *Additiones* ut plurimum eruditas, in qvibus castigat aliqvando *glossatorem Liranum*, ubi hîc Rabbinorum & inprimis *Larchij* simius, extra liram vagatus blandè delirat, & hâc occasione invehitur in ipsos Commentatores Rabbinos, contra qvos vehementèr sæpè detonat. Habuit *Burgensis* antè se *Raimundum*, ejusdemq; *Pugionem* legit: sed & citavit add. in c 34. Isaiæ 3. p. 3. dist 3. c 20. *Burgensi* illi, ægrè ferens ab hoc notatum sæpè *Liranum*, censuram opponit sub replicæ titulo *Dorningius* Minorita: sed qvi magis affectum ostendit in Liranum, qvàm ingenium *Burgensi* comparandum, & pectorale Hebræum: unde præstitisset Replicatorem aliqvando tacuisse. Et tamen ex hoc *Dorningio* Rabbinus noster militat contra *Burgensem*, & proinde attollit vehementèr *Liranum*, deprimit *Burgensem* ac notat acerbissimè.

Concl. 15. Deliravit autem Rabbinus in *de Lira*, qvi, prout ante *Liranum Raimundus in Pugione* ex hypothesi vel *mente Judæorum* locutus part. 2. c. 10 p. 320. non ipse sententiam hîc dicit: sed saltem, qvid Hebræi vel Judæi statuant, exprimit. Apertè illud ex ipsis constat verbis Liræ ad l. Gen. 36. & 10. in ætate Edomæorum ἡγεμονικῇ Ducem Magditlem: *Hebræi*, inqvit, *dicunt, qvod ab isto descendit*

descendit regnum Romanorum. Neqve aliter id intellexit *replicans.* Addiderat sc. *Burgensis* hæc: *Dicere quod regnum Romanorum descendit à Magdiele est manifestè falsum & à Judæis fictum.* Additioni huic *replicam* subjicit Döringius: *Hoc non est singulariter contra Postillatorem, qui* SOLUM NARRAT OPINIONEM *Hebræorum de origine & ortu Romanorum.* Sic idem *de Lira* in *Obadiam*, secutus *Hieronymum*, de Edomæis, sive verè, sive interpretativè dictis explicat Prophetiam: qvâ occasione addit *duas expositiones* s. *accommodationes*, unam eamq; tertiam *ad judicium novissimum, in qvo Apostoli velut Christi Judicis Assessores ad perfectam salutem electorum tunc habendam* ascendent in montem Sion, *circa qvem erit finale judicium*, judicare montem Esau, i. e. *condemnare superbiam infidelium, qvi nomine Edom vel Esavi designantur.* Et erit Domino regnum, *qvoniam omnia perfectè subjicientur Domino nostro* JESU CHRISTO, *cui sit honor & gloria in secula seculorum.* Ita Liranus, cui utinam subscripsisset qvoad hanc θεολογίαν Rabbinus:

Concl. 16. Qvia autem non ignorabat *Liranus*, qvæ Rabbinorum deliria circa *illum Edom & montem Esau*, sc. מה שאמרו הנביאים בחרבן ארום באחריות הימים ע"ד רומי אמרו *Qvicqvid Prophetæ dixerunt de Vastatione Edom in ultimis diebus, illud de Roma intellexerunt*, ait R. Kimchi in Obad. proinde *Glossator* idem addit hæc verba: *Rabbinus Salomo & alii Hebræi exponunt totam partem istam de consolatione Judæorum per Christum: sed in hoc deficiunt, qvod dicunt esse futurum, qvod jam est impletum.* Hâc ergò occasione & ex illâ hypothesi, *si hîc detur Mons Esau esse Roma*, ostendit *accommodationem secundam, eamq; hypotheticam:* Ascendent Salvatores i. e. *Petrus & Paulus præcipui Apostoli in Ecclesiam, qvæ* Mons Sion *dicitur Heb 12.* judicare montem Esau i. e. ROMAM, UT DICIT R. SALOMO: & erit Domino regnum, *qvia sc. Constantinus Romam caput mundi dimisit Vicario Christi, transferens sedem Imperii Constantinopolin.* Nolumus hujus accommodationis deliria *de donatione Constantiniana*, qvorum ipsos jam dudum puduit Pontificios, excutere, vel etiam *de juribus Cæsarum Constantinopolitanorum in Urbem Romam & Pontificem* nunc aliqvid addere, neqve hypothesin illam

deliram

deliram de *Vicariatu Christi Romano* examinare: Sufficit ex Verbis his *Lirani* probari nunc, *falsum Rabbinum, qui in hoc dogmate adeò laudaverat supra Lirani Consensum:* conf. Concl. 12. Sic Prophetiam Isaianam *de Edom* explicat Liranus *de Edomæâ veteri Judæis vicinâ*, & refert *ad tempora Babylonica & casum templi 1. ubi id passi sint à Babyloniis Edomæi, quod paulò ante Judæi.*

Concl. 17. Qvia tamen aperte sententiam, qvam narrat, non refutat *Liranus*, neqve illum *Edomi & Esavitarum* titulum unà cum Prophetiis pœnalibus Edomo, retorqvet in ipsos Judæos, qvod utrumqve fecit *Paulus de S. Mariâ Ep. Burgensis*, hinc est, qvod ille non sine laudibus allegetur à Rabbino, alter autem acerbissimè flagelletur velut משומר הרשע s. *impius Apostata* מחרף ומגדף *blasphemè opprobrio afficiens ipsum DEUM, Sapientes Israelis, pandens os adversus* תורה המקובלת s. *Legem traditam* i. e. doctrinam Thalmudicam מפליג לדבר הרשעיות הסכליות i. e. *multiplicans errores, in cujus verbis* אין ממש s. *nihil solidi, adeò ut omnibus recto judicio & sensu communi præditis clarissimum sit, Apostatæ somnia* (חלמות המשומר) *ne qvidem responsionem mereri.* Adeô facundo tonitru execratur *Burgensem Christianum* Abrabinel Rabbinus illius ætati proximus, qvia sc. is CHRISTIANOS ab Edomi suppliciis absolverat: Judæos autem substituerat.

Concl 18 De titulo משומר s. *perditi Apostatæ*, qvem Rabbinus, ipse totus מלשין & משומר s. extremè perditus, dedit Burgensi, ex Odio Crucifixi, de titulo item Synagogæ, qvam קהל מאמינים s. *Ecclesiam credentium* vocat Rabbinus, opus haut est hîc qvicqvam commentari. Factum id alibi: & de illo qvidem titulo משומר consulatur vel unus *Buxtorf. in Lex. Thalmud.* Videamus rationes Burgensis, qvas, post longam inordinationis qverelam pro negativâ s. pro Conclusione, qvod *Romani & Christiani* non sint Edomæi, ita illius nomine contrahit Rabbinus. Romani nec sunt *Edom* 1. מפאת הארץ s. *respectu ipsius terræ* (qvia sc. *Edomæa Esavi & Esavitarum est Asiatica Judææ contermina, Roma autem & Italia Europæa)* nec 2. מצר יחס העם מפארת העם s. *respe-*

f. respectu genealogiæ nationalis (qvia sc. *Edomæi per Esau ad Abrahamum, per hunc autem reducuntur ad Semum, cum Romani & Itali sint Soboles Javan Cittæa, & per Javan reducantur ad Japheth Gen. 10. 2.3*) nec 3. מפאת הורת והאמונה f. *ex parte religionis & fidei, cum Edomæi fuerint, extra novissima tempora, qvando facti Proselyti Judæorum, religione Cananæi, à qvorum sacris alieni planè Christiani.*

Concl. 19. *Romam Europæam* tàm non possunt negare, qvàm *Edomæam Europæam* non probare. Dant ipsi & insigniter urgent, Romanos, Italosq; progeniem esse Cittim רמי שהגלתנו היא מזרע כתים ait R. Ab Esra ad Gen. 27 40. i. e. *Roma qvæ captivos nos tenet, est ex semine Cittæorum.* Provocat ad *testimonium Targumistæ* in Num. 24. ubi, qvod est in fontibus: *Naves de littore Cittæorum*, ipse ediderit: *Turmæ emittentur à Romanis.* Cœterum in omnibus exemplaribus Targumim hodiè ita non legitur. Concedimus autem illud facilè, & omninò *Italos habemus pro Japheti Sobole.* Si autem origines debent *Japheto*, qvomodo *Sangvine Edomæi?* Immigraverint circa Josephi tempora Edomæi, an illi totam nationem fecerint Edomæam? An propter Gothos immigrantes in Hispaniam, Wandalos in Africam, omnis Sangvis Hispanus Gothicus, omnis Africanus Wandalicus? Qvod si ergò ex profundissimâ vetustate res deducenda, pronunciandum pro Romanis s. Italis Cittæis certè Japhetidis, non Edomæis. Contigerint inde innumeræ migrationes, successiones, gentium conversiones, unde constabit emigrasse Japhetidas, mansisse Edomæos? Qvare non potuerint hi emigrare, & illis veteres sedes relinqvere? Facit omninò pro *Japheto* potius in terras *Semi*, qvàm *Semo* in terris *Japheti* introducendo Testamentum Noachi Gen. 9. 27. Sed & detur *Roma Edomæa*, qvid hoc ad *universos Christianos?* qvid hoc ad *regnum Christi?* Romani, qvi lamentabile regnum Jhuda novissimè extulerunt, tàm hostes fuerunt *Christianorum*, qvàm *Judæorum*, imò magis illorum, qvàm horum. Fuit regnum Romanum per multa secula, anteqvam Christianum: & alia planè ratio est *regni Christi sub Romano revelati*, qvàm *regni Romani.*

Romani. Errant Judæi in *Colosso Monarchico & bestiis Imperialibus Danielis*, ex qvibus *tertiam bestiam* Abenestra, alii Rabbini *qvartam* volunt esse *Romanam*, eandemq; *Christianam* ſ. *Ecclesiam Nazarenorum*, ut ita persvadere suis possint *expectandam adhuc destructionem regni Christi per suum Messiam*.

Concl. 20. Roma nunqvam se habuit ad universos Christianos, prout *Jerusalem ad Judæos*, uti sc. *Christiani conversi* ibi essent Proselyti Romanorum, prout hîc fuerunt *Proselyti Judæorum Hierosolymitanorũ*. Una *totius Ἐκκλησίας Christianæ metropolis* ex instituto cœlesti nunqvam fuit. Christiani *Ecclesiæ Romanæ* externâ communione juncti, non accessére ad illam, in qvantum *regnum* habuit Roma: sed in qvantum *Ecclesiam Christianam potentioris qvondam principalitatis*. Roma accessit qvondam *ad fidem Christi* & ab hâc accepit nomen CHRISTIANI: non contra *Christianus à Româ qvondam Edomæâ, nomen Edomæi:* non magis, qvàm ab eadem sive olim Idololatricâ, sive nunc qvoqve Antichristianâ nomen Idololatræ vel Antichristiani.

Concl. 21. De cœtero: CHRISTIANI aut æstimantur immediato *nationali Sanguine*, aut *fide*, aut *Sanguine illius, in qvem fertur fides*. Si 1. Sangvis Christianorum *est omnium nationum sub cœlo*. Hîc nulla excipitur. DEUS non ad personam respicit: in omni gente acceptus ei, qvi timet DEUM: nec est hîc distinctio Judæorum vel Græcorum. Ingressæ qvondam gentes omnes. Si qvædam egressæ, committuntur cœlesti misericordiæ & prævidenti Oeconomiæ. Si 2. Christiani sunt à Christo, neqve ab alio qvoad fidei notionem denominantur. Ponatur Roma Edomæa: si propterea, qvia illa magnos Confessores dedit, & Ecclesiam aliqvando Christianam illustrem habuit, Christiani omnes *Edomæi*, eadem ratione inferre liceret: *Christianos omnes* Judæos dicendos, qvia & *primarios Confessores* ac *incomparables Doctores*, *Apostolorum & Evangelistarum exercitum amplum*, imò ipsum *Apostolum & summum Sacerdotem Confessionis nostræ Jesum Christum* Judæa dedit & multas primorum Christianorum myriades continuit: imò ex Judæâ, non ex Italiâ aliqvando *in omnem terram*

processit sonus de MESSIA CRUCIFIXO ET RESUSCITATO *Evangelicus* Heb. 3. 1. c. 7. 14. Act. 21. 20. Si 3. per Christum sunt à *Davide*, per hunc *ad Jacobum* reducuntur, non *ad Esavum*, tùm Sangvine, tùm fide, qvod vel ex uno testamento Jacobi (explicantibus Targumistis) ac non *auferendo penitus sceptro ante manifestatum Schiloh* liqvidum est, in qvo post longas vertigines Anteecessorum desperatum tandem *de omni adventu Messiæ*, vel certè illius dogmatis fundamentali necessitate.

Concl. 22. Explicuerat *Nicolaus de Lirâ* Pharascham præsentem Isaianam *de Edomæâ veteri vastandâ*, *qvod non juverit Judæos, prout debebat ex jure fraternitatis.* Opponit Burgensis: *Qvod nunqvam fuit causativum amicitiæ:* sed *potiùs magna inimicitiæ jam inde ab utero, propter illius neglectum non fuerunt adeò vehementèr puniendi Edomæi. Atqve fraternitas gemella* &c. E. Mavult ergò *Edom & Bozra hîc explicare de ipsâ Judæorum Synagogâ.* Fatemur hîc *à Burgensi* Lirano non satisfactum. Non qværitur qvid factum fuerit: sed qvid ex Consilio cœlesti esse vel fuisse debuerit: neqve qværitur de simplici neglectu fraternitatis: sed de affectato exercitio, crudeli & tenaci odio, nocendiq; studio, qvod vel ex uno exemplo Burgensis constare poterat, *bello sc. Amalekitico.* Gentis sc. Amalekiticæ Conditor *Amalek Edomæus* fuit, *Nepos Esavi, filius Eliphasi, ex Thimna:* cui propter hæreditarii illius odii exercitia, & impiè protervèq; in populum DEI gesta *deletio memoriæ è terrâ sub Cœlo* s. *bellum* DOMINI *de ætate in ætatem* decernitur Exod. 17. 14. 15. 16. Deut. 25. 17. Neqve verò Burgensis negat planè *accommodationem hujus Prophetiæ possibilem ad Edomæam veterem*, ut adeò subsumere liceat Rabbino *pro Edomæâ Romanâ:* sed examinat saltem causam à Lirano assignatam sc. *solam fraternitatis negligentiam ab exercitio crudelis odij & exemplis illati Ecclesiæ Judaicæ damni abstractam* non fuisse illius supplicii causam adæqvatam.

Concl. 23. Mavult tamen Burgensis Synagogam Judæorum h. l. literaliter, etsi sub Metaphorâ literæ, intelligi, *qvatenus per peccatum negationis & occisionis Christi facta est Ecclesiæ DEI inimica, æqvè prout Ecclesiæ Judaicæ hostis erat qvondam Edomæa.* Urget ipse Burgensis

Burgensis Isidorum sc. *Uti se habuit Esau institor primogenituræ profanus, justè deinceps benedictione primogeniti paternâ privatus: ita Israeliticus populus, quondam verè primogenitus, & illo excidit primatu & regni cœlestis præmio, juxta illud Salvatoris ad Judæos:* Auferetur à vobis regnum DEI & dabitur populo qvi faciat fructus ejus. Comparat Burgensis *Esavum in ordine ad Iacobum, cum Iudæis* in ordine *ad Ecclesiam Christianorum*, qvoad *collisionem uterinam, primum egressum, plantam fratris, divisionem post-uterinam, majoris natu servitutem, hæreditarium odium*, de qvibus ipse legatur Burgensis. Ita & novissima Obadiæ, *de eadem Edomæâ Iudaica* explicat *à consortio fidelium separatâ*. Monuit tamen Burgensis: *In dictis Prophetarum multa dici figuratè, metaphoricè, & illo modo ad Synagogam Iudaicam qvæ post abnegatum* MESSIAM *revera degenerverit in Synagogam Satanæ*, rectè accommodari Prophetiam: neqve *Frater Doringius* hîc notare sive potuit sive voluit Burgensem: sed in replicâ saltem addit: DE HIS NON JUDICO.

Concl. 24. De speciali applicatione Burgensis litem nostram non facimus. Illud autem jam supra probatum reassumimus: Reverâ *Synagogam Iudaicam & Hierosolymitanam posteriorem circa novissima tempora in pari statu criminali & pœnali cum hâc Edom & Bozrâ positam fuisse:* atqve adeò si qværatur, *ubi illa danda, an in Zion*, qvæ gloriosè in die יהוה s. *Ultionis vindicatur?* an *in Edom & Bozrâ*, de qvâ *ultio terribilis intimante DEO sumitur?* Concludendum *pro posteriori.* Opponit Rabbinus velut Stereoma: *Comminationes Prophetica Edomi titulo inscriptæ, ipsi Edomo propter afflictum Israelem sunt pœnales: Israeli autem velut tunc liberando triumfales.*

Concl. 25. Erratur à Rabbino in Israele. Ille Israel ὁ θλιβόμενος, Zion est, Ecclesia Sanctorum est. Hæc adeò in illis Prophetiis *non Edom* est: sed qvi illum Israelem, illam Zionem, illam Ecclesiam affligit, Edom est. Repetantur jam qvæ supra de Zione scripta sunt in hanc Pharascham. Nullis excellentiis spiritualibus Israelis gaudet Synagoga Apostatica, nec nomen meretur. Defecit jamdudum fides Israelis, propter qvam redinstaurandam missus Antecessor Messiæ Elias s. Johannes Baptista sc. ad

reducendum Cor Patrum ad filios & Cor filiorum ad patres: cui Consilio cœlesti cum pars longè maxima pertinaciter obniteretur *veniens* DOMINUS *percussit terram Iudæorum anathemate* Mal c. ult. v. ult. Non omnes qvi fuerunt in natione Israelis, fuerunt verus Israel. Zion Israelitica à nullo magis injurias & tyrannidem experta est, qvàm ab ipso secundùm carnem Israele. Neqve adeò absurdum, *nomine Edomi in hâc certè commination Prophetică connotari hunc Israelem & Synagogam Iudaicam*, maximè qvæ novissimis temporibus immixtam intimeq; unitam habuit Idumæam, adeò ut Idumæi veri tunc Jhudæi, de qvibus & aliis prolixè supra actum.

Concl. 26. Scripserat Burgensis *imitando opera mala Esavi* Judæos factos esse Edomæos. Perstringit hæc Abrabinel. Sed iniqve: Si enim *in actu signato* qvæstio formetur, an *ad titulum Esaviticum vel Edomæum sufficiat talis imitatio operum Esavi?* affirmat apertè Talmud. l. *Afodasam* ubi ad Obad. 1. 18. לא יהיה שריד לבית עשו i. e. *non erit residuum domui Esau*, additur gl. *Esau hic esse*, עשה מעשה עשו *s. facientem opera Esau*, idq; ibi iteratur tanqvam dogma παροιμιῶδες: sed & ipse Rabbinus inter alia, probat *Christianos esse Edomæos, imitatione sc. operum Edomi.* Si autem *in actu exercito*, nullum hîc privilegium Judæorum. Negare haut potest Rabbinus, Judæos fratres Sodomæ, vel hanc Sororem Israelis appellari Ezech. 16. 49. sed & ab Isaiâ cap. 1. 10. Principes Sodomæ & populum Amoræ Judæos nominatos esse, & dat regulam generalem האומות יכנו כפי מעשיהם i. e. *Nationes propter communionem operum denominantur nominibus illarum nationum, qvarum operibus communicant.*

Concl. 27. Urget Burgensis pro hodiernâ *qvoqve Synagogâ Edomæâ*, qvod *doctrina Thalmudica* Autorem habeat *Edomæum R. Meir*, qvi receperit fidem & ritum Judæorum post tempora passionis Christi, unde & *Proselytus Idumæus* apud eos dicatur: Provocat ad *div. loca Talmud.* & sum. *R. Mos. Ægypt. in prolog. de aut. Talmud.* A *Rabbino* sc. *Meir* ad *R. Ihuda Nasi vel hakkadosch pervenisse, & ab hoc*

hoc in scriptum redactam esse totam doctrinam Talmudicam anno Christi 150. Exagitat hoc Abrabinel: sed frustra. Disputant ipsi Rabbini, allegante Abrabinele, *Romanos & Christianos Edomæos dici*, qvod *acceperint primò omnium religionem Christianam* דרת נוצרי *ex ore Edomæi alicujus sacrificuli* מפי כומר האדמי. Si id sufficit ad *Edomæam Christianorum*, qvare non illud ad *Edomæam Iudæorum*?

Concl. 28. Idem Burgensis probaturus Judæos pertinere ad classem τῶ λεγόντων Ιουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς καὶ οὐκ εἰσὶν. ἀλλὰ συναγωγὴ τοῦ Σατανᾶ Apoc. 2. 9. urget *Fabricatores Talmudicos Dæmones sibi familiares habuisse, qvorum unum vocaverint* Benthamaleon, *& alterum* Josepsedam, *qvorum conversatione usos in multis locis testetur Talmud.* Narrari etiam, *cum à Cæsare Romano prohibita aliqvando esset publicatio doctrinæ Talmudicæ, procuratione horum Dæmonum interdictum Cæsareum fuisse revocatum, & restitutam publicè doctrinam Talmudicam.* De Ben-Tamalion (בן תמליון) Diabolo, cujus auxilio ex בית גנזא s. *Gazophylacio Cæsaris regni neqvam*, s. Romani *receperint* אסרא *decretum interdicti Sabbathi & Circumcisionis* vid. in *Massech. Meilah. d. Kodsche hammisbéach:* Apertè in gloss. Talmud. ille Bentamalion שד *Diabolus* vocatur, qvæ eadem glossa familiare hoc Dæmonis obsequium magis expressè proponit, *stipulatum* sc. *Bentamalionem Iudæis, se intraturum & obsessurum neptem Cæsaris: neqve fore ullum Medicum vel Exorcistam, ad qvem sit migraturus, nisi ad Iudæos, eorumq; clamorem:* צא צא i.e. *Bentamalion egredere, egredere:* qvod *proinde Symbolum hic esse debeat, uti signum emigrationis* jam factæ מתברנא כל כריו זכוכיתא של בית קיסר s. *confractio omnium vasorum vitreorum domus Cæsaris.* Pretium curationis fore Judæorum, qvi proinde *procurare sibi debeant id qvod imprimis appetunt* sc. *liberum religionis exercitium & illius interdicti Cæsarei retractationem.* Apparet adeò vera scripsisse Burgensem, qvod sc. *familiari conversatione & operâ Dæmonum usi fuerint Tractatores Talmudici:* sed & inde patet,

tet, qvid *de Exorcistis Iudæorum*, qvorum etiam in N.T libris mentio, eorumq; *adjurationibus* statuendum. Apertè autem Autor Sepher Ikkarim אלו הדרכים לפי שהם עבדה לשדים ומצר רוח טומאה הרחיקה אותם התורה i. e. *Ejusmodi ritus, qvia sunt cultus Dæmonum & ab immundo proficiscuntur Spiritu rejicit* LEX. Ita testimonio Judæi, Synagoga Judæorum Apostatica à LEGE, & facta Synagoga Diabolorum. Sed & Rambam in more nevochim: שטן נגזר מגזרת שטה מפני שהוא המטה מדרך האמת בלא ספק ויורנו בדרך התעות והשגיגה: i. e. *Vox Satan derivatur à radice* שטה *in significatione recedendi, declinandi: ipse enim sine dubio est, qvi declinare facit hominem à viâ veritatis ad viam falsitatis & erroris.* En iterum pro Apostaticâ Synagogâ vocem Rabbini, & qvidem illius de qvo apud illos tritum circumfertur elogium: ממשה עד משה וא היה כמשה i. e. *A Mose* (Propheta) *usqve ad Mosen* (Ægyptium, ab educatione ita dictum, cum patriâ Cordubensis fuerit) *non fuit sicut iste Moses.*

Concl. 29. Vidimus qvo loco Romanos & Christianos universos sub *Edomi* titulo habeat Judaismus. Vidimus *Liranum* malè à Rabbino allegatum, *Burgensem* malè culpatum. Superest nunc disqvirere varias rationes illius tituli, prout circumferuntur *in Synagogâ Judæorum.* Et de *Bozrâ* qvidem, juxta Judæos, *Româ*, actum jam supra. Nunc de EDOMI saltem nomenclaturâ, in qvâ nominata jam sententiarum varietas & bellum domesticum ostendit facilè, qvid de totâ re & illis בחינות Rabbini sit sentiendum. Præmittemus autem rationes sive *leviores*, sive *ipsâ blasphemiæ mistura intolerabiles*, & ellipsi sanctioris Nominis, ipsoq; hiatu lineæ signatas in impressis Judæorum libris, neqve adeò prolixè refutandas, qvibus breviter expeditis examinabimus, qvæ plausibiliores, & examine digniores. *Blasphemiam illam in sanctissimum* SERVATORIS *nomen* τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ Αγγέλου πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ, pro qvâ ipsum JESUM ubi *venturus est in nubibus cœli, & videbit eum omnis oculus*, experientur vindicem, notamus saltem.

Supplementi ad c. 34. Isaiæ
PARS ALTERA.

Concl. 1.

AUtorem fidei nobis esse ישוע s. JESUM τὸν Ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα ὁμολογίας ἡμῶν toto pectore confitemur. Ab illo autem nos rectè *Esavitas* & *Edomæos* denominari, concludit *Rabbinus Abrabinel.* Hypothesis *Rabbini* triplex blasphema est, in qvâ tèr λέγῃ ἀνάθεμα Ιησοῦν s. καταλογεῖ Ιησοῦν, qvod signum certum, non locutum Rabbinum ἐν πνεύματι Θεοῦ. Prima est *blasphema Cabala* de *Anima Esavi* נתגרגלה בנפש *qvæ* sc. *immigraverit in corpus* JESU NAZARENI (cujus nomen vacuo spatio metu Christianorum omissum, etsi in pari blasphemiâ satis expressum) *unde & vitâ in deserto, & indole contentiosâ, cujus signa fuerint tot lites* JESU NAZARENI *cum Sapientibus Pharisæorum, similis Esavo fuerit.* Secunda est תמורה s. *permutatio utriusqve nominis Esavi* sc. & JESU scripti במלואו s. *in plenitudine suâ*, sine defectu sc. literæ, qvomodo iisdem literis transpositis scribatur עשיו & ישוע, atqve adeò juxta *partem Cabalisticam*, qvam *Tmura* vocant, JESUM esse *Esavum.* Tertia est cruor, & inde color JESU NAZARENI patientis & *crucifixi*, qvando fuit אדמני, æqvè prout olim *Esavus* ab illo apparatu *rubicundo, Edom dictus:* sed &: *Sanguis ejus super caput ejus.* Notat idem: *Apostolos*, cœterosq; *discipulos, & innumerabiles illius Confessores eundem Characterem rubri Esavi habuisse*, & sic *Edomæos* fuisse ולהיות תחת מארים היה דמו ערל ראשו Ita blasphemiis per *animam, temperamentum, indolem, nomen, Sanguinem* JESU, Rabbinus conatus probare CHRISTIANOS EDOMÆOS, qvibus portentis nec multa sunt reponenda, nec nulla.

Concl. 2. In primâ notamus malitiam serpentinam. Dogma illud de גלגול נשמות, s. *revolutione animarum*, per *transmigrationem de corpore in corpus, ex uno homine in alium, imò etiam in bestiam* s. *volucrem* c. c. *Gallum Gallinaceum*, ab ipsis Rabbinis celebrio-

ribus, & illo ipso, cui βλασφημῶντι hîc respondemus, alibi explo-ditur, ab aliis tanqvam non דרך פשוט ſ. *ſenſu literali:* ſed דרך דרש ſ *allegoricum dictum,* excuſatur & myſticè explicatur (ut opus haut ſit accingi illi refutando) & tamen *ex odio religionis* in *ſanctiſſimâ* JESU NAZARENI *perſonâ* talis ſupponitur, ut liceret qvàcunqve ratione ex Chriſto *Edomum* vel *Eſavum*, & per hunc *ex Chriſtianis Edomæos* facere. De cætero qvod tota *humanitas:* & ipſa adeò *ſanctiſſima Chriſti anima* proceſſerit ex *ſupernaturali ſuperventione S. Spiritus*, (à qvo hæc ex Mariâ virgine formata, ſanctificata & τῷ λόγῳ unita) qvomodo JESUS noſter in deſerto ſe habuerit, qvomodo Character Meſſiæ Iſaianus *de modo adminiſtrationis in humilitate maximâ & tractatione infirmorum leniſſimâ* eminentiſſimè conſpicuus fuerit in noſtro JESU Nazareno, ex qvo etiam fluxit *interdictum vulgandorum ante reſurrectionem miraculorum*, nec apud Chriſtianos opus eſt hîc aſſeverare, qvia nemo id ſive ignorat, ſive in dubium vocat, nec contra Judæos opus eſt probare, qvia præter teſtimonium Joſephi ex hiſtoriâ Evangelicâ publicè conſtat, in qvâ etiam applicatur ad noſtrum JESUM velut adimpletum, illud Iſaianum: οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ Conf. Iſa. 42. 3. Matt. 12. 19.

Concl. 3. Clamavit ſanè noſter JESUS ſæpè in templo, in ipſo crucis ſuggeſtu: contendit cum Phariſæis, & in ipſis ſæpè plateis docuit: ſed non ſive velut ambitioſus oſtentator, ſive velut rixoſus litigator. Ita non fuit vel ἐρίζων, vel κραυγάζων. Clamavit *convocaturus peccatores* trepidantes. *Venite ad me omnes laborantes & onerati:* Κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς Matt. 11. 28. Clamavit *congregaturus fideles* Confeſſores auditâ voce: *Si qvem ſitit, veniat ad me & bibat* &c. Joh. 7. 37. *Qvi credit in me, credit in illum, qvi miſit me. Ego lux in mundum veni, ut omnis, qvi credit in me, non maneat in tenebris* Joh. 12. 44. Clamavit proteſtaturus, cauſam *non congregatorum Hieroſolymitanorum*, non eſſe *affectum vocantis* ſ. *congregantis:* ſed *incredulitatem* ſ. affectatam voluntatem *Jeruſalem congregari nolentis* Matt. 23. 37. Clamavit judicaturus illos Characterum Meſſiæ *Ora-*

toris

toris verborum vitæ & miraculorum patratoris admirandi contemtores *Serpentes* & γενήματα ἐχιδνῶν, qvo titulo *Sapientes* illos, qvos Abrabinel meminit, notavit Servator & addidit: πῶς φύγατε ἀπὸ κρίσεως τῆς γεέννης ibid. 33.

Concl. 4. Neqve verò lusit Servator in titulis vel elenchis titulorum, qvando illos γραμματέας καὶ φαρισαίους cathedrales *amantes sibi acclamari Rabbi, Rabbi, hypocritas*, μωροὺς καὶ τυφλοὺς *Serpentes & progeniem viperarum* appellavit, & totiens Væ illis intimavit. Legitimavit Servator evidentibus & multiplicatis exemplis per singulas classes τῶν οὐαὶ tales illos esse. Neqve ex Esavitico illud odio profectum: sed ex dolore frustrati consilii cœlestis, qvod erat, *congregare Hierosolymitanos*, & justissimâ irâ in resistentes blasphemè congregationi cœlesti, unde Servatoris hîc πάθη notantur ab Evangelistis qvod e. c. περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς, qvod fuerit συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν Marc. 3. 5. qvod fuerit θαυμάζων διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν c. 6. 3. 5. 6. ἀναστενάξας τῷ πνεύματι Marc. 8. 12. Indoles vetus Esavi tunc planè in Judæis conspicua fuit, à qvibus longè atrociora passus JESUS NAZARENUS, qvàm qvondam *ab Esavo fratre* Jacobus. Ab *Esavo* auditum Sangvinis Consilium: *Appropinqvabunt dies planctus Patris mei ubi interficiam Jacobum fratrem meum.* Gen. 27. 41. Cœterum illud mutavit DEUS *in blandissimum & lacrymis temperatum amoris osculum* Gen. 33. 4. Ab Esavitâ autem Judæo Juda Ischcariotâ *Osculo proditus* Filius hominis, & ab his Esavitis illud *Sangvinis Consilium* executioni datum, & tamen in JESU NAZARENO adimpletum, id qvod habebat Isaaci de Jacobo Testamentum. *Adorabunt te filij matris tuæ* Gen. 27. 29. Admittenda de cœtero est Confessio Rabbini: JESU NAZARENO *magnas intercessisse contentiones cum Sapientibus Pharisæorum:* illa enim Confessio damnabit Judæos in novissimo die, juxta illud Servatoris: *Si non venissem & locutus essem ipsis peccatum non haberent: Nunc autem nullam habent suorum peccatorum excusationem. Si non illa opera inter illos fecissem, qvæ nullus alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt & oderunt tàm me, qvàm patrem meum.* Joh. 15. 22 24.

Concl. 5. In ſecundâ notamus tritum Talmudicorum אסמכתא לא קניא i. e. *Levis probatio nulla probatio*, qvomodo & *accuratæ probationi* דרך רדש ואסמכתא ſ. *probationem allegoricam & ſuperfunctoriam* alibi ſæpiùs opponit blaſphemus *Anagrammatiſta*. Certum autem eſt, *probationes qvæ fiunt per partes illas artis Cabaliſticæ*, qvas גנ״ת ſignant Rabbini, & de qvibus vid. Buxtorf. in *de Abbreviaturis*, leviſſimas eſſe, & nihil plus roboris obtinere, qvàm *Anagrammatiſmi nominum propriorum apud Latinos*. Et tamen auſus Rabbinus illi dogma de *Chriſtianis Eſavitis vel Edomæis per Autorem* JESUM ἀναγραμματιζόμενον ſuperſtruere. Mirum autem, qvomodo ita ludat in nomine JESU ſcripto במלואו ſ. *plenè*. Nota eſt qvæ apud Judæos obtinet in Scriptione hujus Nominis Apocopa, qvæ etſi originem potuit habere *ex Dialecto Babylonicâ*, in blaſphemam tamen interpretationem duplicem unam ſc. ימח שמו וזכרנו, alteram ישו׳ שקר ותועבה qvam meminiſſe animus horret, jam diu abiit apud Judæos, vel ipsâ teſte enunciatione, qvâ qvod ישו׳ ſcribunt, *Jiſſchu* exprimunt, ut horribilitèr in perſonam JESU maledictionis enthymema tantò fortius oſtendant, qvod præterea nomen ita ſcriptum per *Cabalam Arithmeticam*, liber *pulveris Aromatarij* in אלהי נכר explicat, prout *liber precum Judaicarum* repræſentans Chriſtianos ſub titulo המשתחוים להבל וריק ומתפללים ללא יושיע i. e. *Qvi incurvantes ſe honorem exhibent vanitati & inanitati, & adorant eum qvi non poterit ſervare*, jam dudum in וריק per eandem *Arithmeticam* nomen ישו intellexit. Conſtat autem inde blaſphemas interpretationes illas fluere ex *abbreviato ſanctiſſimo nomine* ישו ſc. non ישוע: neqve hoc: ſed illo JESUM Nazarenum à Judæis intelligi, cujus rationem Elias expreſſit in ſuo *Tisbi* ſc. Nomen ישוע *eſſe nomen veri* SALVATORIS: & propterea *nolle Judæos* JESUM *noſtrum integrè appellare* ישוע: *ſed per Apocopan* ישו *qvia nolint fateri ipſum* SALVATOREM Noſter autem Anagrammatiſta non parcit etiam huic pleno nomini, qvod juxta Eliam eſt SALVATORIS & ex illo facit Eſavum,

atqve

atqve adeò, MESSIAS JUDÆORUM SALVATOR, qvem ſc. ſperant venturum, erit Eſavus. Sed &, ut per talem *Anagrammatiſmum* ex רשוע fiat עשו opus eſt, vel uti ibi litera ר radicalis expungatur vel uti hîc illa ipſa addatur, qvod utrumqve violentum vanitatem oſtendit Rabbini Anagrammatiſtæ.

Concl. 6. In tertiâ admittimus in JESU *rubrum coloris Symbolum*, cœterum ex qvo non magis ad Eſavum, qvàm Davidem valet argumentum, de qvo 1. Sam. 16. 12. notatum, qvod fuerit אדמני ſ. *rubicundus*, additur עם יפה עינים וטוב ראי i. e. & *ſimul pulcher oculis ac elegans adſpectu*, qvomodo & de noſtro JESU in Iſaiæ c. 53. concedit Rabbinus, qvod fuerit *Juvenis pulcher adſpectu, deſiderabilis, optumæ complexionis & convenientiſſimarum qvalitatum* ſ. בחור יפה מאד ונחמד מראה שוה המזג ובאכיורי האיזון Neqve verò ita ſaltem: ſed inprimis *in horto* ad ſudorem JESU cruentum, *in Prætorio*, ad corpus JESU flagellatum, totumq; Sangvineum, & impreſſum ſanctiſſimo capiti Diadema ſpineum, in *itinerario ad locum crucis* ἔξω τῆς πύλης (qvia ſc. parabatur ſacrificium pro totâ Univerſitate peccatorum, & Sangvis inferendus erat in Sancta Sanctorum conf ad Hebr. 13 11. 12.) in ipſo deniqve *crucis ligno* transverberatis *manibus, pedibus & latere Servatoris*, oſtendere nobis licet JESUM noſtrum totum cruentum, ſeu ἱμάτιον αἵματι noſtræ redemtionis pignore *rubicundum*: neqve negamus: ſed gloriamur potius illo reſpectu JESUM noſtrum EDOM, nos autem EDOMI illius *Martyres ac Confeſſores* eſſe, & cruorem illum JESU tanqvam incomparabile λύτρον theſaurum Eccleſiæ æſtimamus: ſed qvid hoc ad comparandum JESUM cum *Eſavo*, & *Chriſtianos* cum *Eſavitis* ſ. *Edomæis*?

Concl. 7. Blaſphemiæ illius, qvâ JESUM velut ſuæ cædis reum proclamavit Rabbinus more Anteceſſorum, rationarium debet etiamnunc Gens Judæorum, ex auditâ voce Majorum, ſ. totius populi: SANGVIS JESU SUPER NOS ET SUPER LIBEROS NOSTROS Matt. 27. 25. Eodem ſenſu *Apoſtolos & Confeſſores* JESU *Martyres*, qvi *non dilexerunt animam ſuam usqve ad mortem* EDOMÆOS appellari poſſe, non inficiamur: Cœterum illos planctus & lamenta,

illas cruces, una cum διωκήσαι interficientium, latriam s. cultum divinum id interpretaturorum, Servator Apostolis accuratè prædixit, & ex sui velut CRUCIFIXI GLORIÆ DOMINI patrimonio ac colore censeri voluit vid. Joh. 15. 20. c. 16. 2. 20. *Vicerunt illi* Diabolum & mundum *per Sangvinem Agni & Sermonem testimonij* Apoc. 12. 11. Objicit ipse Servator Carnificinam illam Apostolorum Pharisæis: *Ego mittam ad vos Prophetas sapientes, & Legis divinæ Doctores:* sed vos *quosdam ex illis occidetis & crucifigetis, quosdam flagellabitis in Synagogis vestris, quosdam persecutionibus de unâ civitate in aliam infestabitis.* Addidit autem grande fulmen qvod etiamnunc experitur gens Judaica: *Veniet super vos omnis Sangvis justus, qvi effusus est jam inde à Sangvine Abel justi, usqve ad Sangvinem Zachariæ Filij Barachiæ, qvem* (æqvè velut jam olim Zachariam filium Jojadæ 2. Chr. 24 21. 22.) *interfeciſtis inter templum & altare.* AMEN DICO VOBIS: *Ista omnia venient super hanc ipsam gentem* s. *generationem:* Item: ECCE ILLA *Domus vestra desolata relinqvetur.* Tanto Judæorum Sangvine & Templi pariter ac metropoleos ἱερουσαλὴμ totiusq; gentis excidio expiatus fuit ille effusus Apostolorum Sangvis Matt. 23. 34. 35. 36. 38.

Concl. 8. Qvod si propter martyrium passivum Apostoli Edomæi, & qvi seqvuntur fidem Apostolorum. E. & *omnes Prophetæ* jam inde *ab Abel Martyre* Edomæi, & qvi secuti fidem Prophetarum, Sanctiores Judæi. Neqve enim Carnificina Sanctorum Hierosolymitana cœpit demum cum Apostolis: fuerant jam olim *Prophetarum Carnifices*, ipsiq; ætate Christi σκληρύνουσι ἐν ἡμῖν Judæi, vel teste Confessione ad *sepulcra Prophetarum* qvæ exornabant, Filii τ. φονευσάντων τοὺς προφήτας, & *ipsi mensuram Patrum expleturi.* Neqve tunc demum cœpit ἱερουσαλὴμ esse ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν Fuerat jam olim, jam tempore utriusqve Zachariæ & ultra. Conf. ibid. v. 30. 31. 37. Qvin & si *Sangvinis effusio* abstracto Martyrio Edomæum facit, certè Edomæa nullibi conspectior fuit, qvàm in novissimâ gentis Judaicæ & urbis παγκληρία. Concludimus adeò

adeò: SANGVIS JESU & Martyrum non facit Christianos Esavitas, vel in sensu Rabbinorum, Edomæos.

Concl. 9. Longè alitèr apud Sanctiores Judæorum veterum æstimatas mortes Apostolorum, aliorumq; JESU Confessorum, vel ex uno Josepho liqvidum. Memorat ille l. 18. Antiq. c. 7. JOHANNEM τὸν ἐπικαλούμενον *Baptistam fuisse Virum optumum, Judæos excitantem ad Virtutum studia, justitiæ inprimis inter seipsos, & πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβείας, & post illa ad suscipiendum baptismi lavacrum, qvod tùm demum gratum fore DEO prædicaverit, si non ab uno tantum alterove abstinerent peccato: sed animis priùs per justitiam mundatis adderent qvoqve puritatem corporis. Hunc*, inqvit, *Virum Herodes Tetrarcha vinctum & Macheruntem, castrum confine Arabiæ s. regno petræ, missum, ibi occidi imperavit.* Rationem *Consilij illius Sangvinis* Josephus meminit, *magnam hominis autoritatem; & qvod avida doctrinæ illius plebs esset, unde Herodes tumultum metuens maluerit illum* προλαβὼν ἀνελεῖν, *qvàm serò* μετανοεῖν. Addit autem judicia religiosiorum Judæorum de *Cæde Johannis. Ex repudiatâ ab Herode Aretæ Regis Arabis filiâ & Herodiade fratri abductâ, & contentione de finibus* bellum natum inter Herodem & Aretam, in qvo *Herodis exercitus internecione perierit, qvod ab irato DEO justâ numinis ultione propter Johannem Baptistam profectum* tunc esse *interpretati sint Judæorum plurimi.* Ita idem ἴδιος Judæorum Propheta & summus Historicus l. 20. antiq. Jud. c. 8. recenset *Juniorem Ananum summum Pontificem tempore usum, qvod sc. Festus Præses mortuus, Albinus autem in itinere adhuc esset detentus, Concilio judicum advocato, statuisse coram eo Jacobum* FRATREM JESU CHRISTI, *& cum illo alios,* ὡς παρανομισάντων κατηγορίαν ποιησάμενον *velut impietatis accusantem lapidandos tradidisse.* Addit autem Josephus: Hoc factum OMNIBUS IN EA CIVITATE BONIS ET LEGUM STUDIOSIS VEHEMENTER DISPLICUIT. Meminit *adeò ægrè tulisse bonos hanc cædem Jacobi fratris Jesu, ut ad Agrippam qvoqve Regem & Albinum tunc in itinere agentem rem detulerint*, ex qvibus *hic iracundè scripserit* λήψεσθαι παρ' αὐτοῦ δίκας ἀπειλῶν, *s. minatus sumturum se de illo pœnas, ille autem ob eam causam ablatum*

Anano

Anano Pontificatum Jesu *Damnæi filio conceſſerit.* Adeò honorificè Martyres noſtri Jesu Nazareni appellavit Joſephus, & æſtimavit magnus qvondam generoſiorum Judæorum conſenſus, qvos blaſphemus noſter Rabbinus velut noviſſima exempla meritos damnat illâ Legis formulâ: *Sangvis eorum ſuper caput ipſorum*, & exinde probat ignominiosè *Edomæos.* Sed ad illa Rabbini hæc dicta ſunto. Videndum qvibus porrò rationibus ſive *Romanos* ſive *Chriſtianos* probent *Edomæos.*

Concl. 10. Aliâ viâ id probat Abrabinel comparando ſc. *Chriſtianos cum Eſavo* & *Judæos cum Jacobo*, ad qvæ reſpondere operoſius, haut opus. Allegat 1. השתתפות אביהם ואמונתם ſ. *communionem cultus religioſi, qvoad unum verum DEUM, velut cauſam primam, ſine mediatione ſive Stellarum, ſive Angelorum, & acceptationem fidelem Legis Moſaicæ.* Cœterum talis Syncretiſmus ſupponit Judaiſmum eſſe *cultum religioſum veri DEI Iſraelis*, ipſosq; *Judæos veros Legis Moſaicæ Interpretes*, in qvo utroqve erratum alibi oſtenditur. Non colit Judaiſmus verum DEUM, qvi eſt Jhovah Elohim Pater, Verbum & S. Spiritus. Non colit Patrem ſ. *perſonam primam*, qvia non Verbum & S. Spiritum ſ. *perſonam 2. & 3.* Valet hîc illud Salvatoris in Anteceſſores Judæorum diviniſſimè dictum: *Eſt Pater glorificans me* ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι Θεὸς ὑμῶν ἐστι. καὶ οὐκ ἐγνώκατε αὐτόν, Joh. 8 54. Aliud eſt *Opinio* vel *Profeſſio veri cultus:* aliud *verus cultus.* Legem autem Moſaicam qvomodo *fidelitèr acceptant*, qvi Messiam *finem legis* abnegant? Valet hîc iterum Servatoris in Judæos dictum: Moses Vos accusat. *Si enim crederetis Moſi, credertis etiam mihi:* De Me enim Ille scripsit. Si autem illius Scripturis non creditis, qvomodo credetis verbis meis? Joh. 5. 45. 46.

Concl. 11. Proponit 2. miſturam doli, *qvæ fuerit in Eſavo Venatore ineſcatione ferinæ conciliantis amores Patris*, cum contra Jacobus *Vir fuerit integer, habitans in tentoriis* ex Gen. 25. 27. 28. Ita ſc. religionem Chriſtianorum erroneam, Judæorum autem veram concludit. Inepta planè collatio. Ut enim nihil dicamus de *dolo Iacobi*, de qvo Iſaacus Senior ad Eſavum: Venit Frater Tuus in Dolo,

DOLO, ET ACCEPIT benedictionem tuam Gen. 27. 35. Error ille prælati Esavi Venatoris ex appetitu ferinæ in ipsum resolveretur Isaacum, cujus imperiis Gen. 27. 3. paruisse Esavum Filium, culpandum haut erat vid. Gen. 25 27. Contradicit illi interpretamento Rabbini Bresith rabba in c. Gen. 25 28. factum illud Esavi ponens *inter exempla honoris, & operis meritorij.* Verba sunt: *Magnum est honorare Parentes: ob meritum quippe honoris, quem Esau exhibuit Patri suo nequiverunt Israelitæ extirpare eos, & dedit DEUS iis longævitatem in hoc seculo &* מעכבים קץ הישועה העתידה להיות במהרה i. e. *retardant terminum salutis futuræ in diebus Regis Messiæ.* Sequitur deinceps i. מניין למדת שעשו כבד אביו i. e. *Unde didicisti, quod Esau honoraverit Patrem suum?* Respondetur: *Ex eo, quod dictum est Gen. 25. 28. Et Isaac diligebat Esavum, quia venabatur in os ejus.* Additur: קופרא טבא לפומיה כסא טבא לפומיה i. e. *Caro bona ad os ejus. Thronus bonus ad os ejus.* Quæritur ibidem 2. unde scis שבזכות שכבד עשו אביו ſ. *quod propter meritum honoris, quo honoravit Esau Patrem suum, non possederunt Israelitæ terram eorum?* Respondetur: *Ex eo quod scriptum est: Deut. 2. 3. Multum est vobis circuire montem istum.* Scil. *Sicut Esavus laboriosè circumivit illum montem venando Patri, vadens & rediens, in montibus & collibus venationem quærens:* ומה אכפת ליה ליעקב שהיה יושב בבתי מדרשות i. e. *Quid profuit Jacobo quod sedit in domibus Scholarum? illud quod scriptum est Gen. 25. 27. Jacob fuit Vir perfectus habitans in tabernaculis.* Pergit Bresith rabba & quærit: *Unde didicisti quod honor ille retardet salvationem futuram per Regem Messiam?* Respondetur: *Ex eo quod dictum est Sachar. 2. 8.* אחר כבוד שלחני *Post honorem misit me* i. e. *Postquam reddiderit DEUS Sanctus & benedictus Esavo mercedem honoris, quo honoravit Patrem suum* MISIT ME. Item ex Psal 73. 24. ubi David in persona Messiæ: *In Consilio tuo deduces me, & post honorem suscipies me.*

Concl. 12. Nolumus, quæ in hanc insignem alicubi expositionem Rabbinicam dici poterant occasione *loci Sachariani* nobilis-

simi, & alterius qvoqve *Davidici* prolixè deducere. Admittimus Confessionem: MESSIAM *in loco Sachariano esse Oratorem illum qvi dicit:* Post gloriam misit me. At is qvi dicit: *Post gloriam misit* me est *Jhovah Zbaoth.* E. *Messias est* JHOVAH *Zbaoth:* sed & cum in eadem oratione Messias idemq; JHOVAH Zbaoth Orator dicat: *Vos cognoscetis, qvod* JHOVAH *Zbaoth miserit me,* concludere inde licet, *pro Personis divinitatis,* aliam sc. *esse personam* JHOVAH ZBAOTH *mittentis,* aliam personam *Jhovah Zbaoth missi,* neqve ipsa adeò *missio* in misso *tollit characterem divinitatis:* sed saltem *personæ in divinis* primitatis. Frustra excipit adversarius sive Judæus, sive Photinianus, reddendum: *Nam ita dixit Jhovah Zbaoth, qvi post gloriam misit me ad gentes:* vel: *Ita dixit Jhovah Zbaoth qvod ille post gloriam miserit me ad gentes.* Obstat utrobiqve accentuatio, illatio, cujus signum particula causalis כי, qvæ supponit hîc antecedens dictum absolutum: obstat positus qvoad vocem שלחני. Omninò ergò *Jhovah loqvitur se missum esse à Jhovah Zbaoth cujus oculi pupilla sint pij* s. Sancti.

Concl. 13. Voces illæ אחר כבוד qvâ ratione in Bresith rabba explicentur de זכות כבוד של עשו s *merito honoris Esavi* constat, neqve est opus illam hîc refutare sententiam. Lutherus noster non ignoravit in fontibus esse: Post gloriam: sed in applicatione confessus est aliqvid hîc δυσνόητον: diß Wort: nach der Herrligkeit/iſt ein wenig finſter/ weil wir die Ebreiſche Sprache nicht wol verſtehen. Intellexit autem de *potentiâ gentium terminanda.* Post gloriam sc. *gentium finitam,* nullum amplius structuræ templi fore impedimentum: in Germanicà tamen Versione trajectione usus est noster Lutherus: So ſpricht der HERR Zebaoth: Er hat mich geſand zu den Heiden die euch beraubet haben / reddit nunc expressurus illud אחר כבוד ihre Macht hat ein Ende. In qvibus non satisfactum accentuatio docet prohibens talem trajectionem.

Concl. 14. Perinde nobis nunc sive explices: *Post gloriam vobis Judæis hactenus in visionibus annunciatam,* sive *post gloriam* i.e. *postqvam glorificatus fuero Joh. 7. 39. vel post gloriam,* juxta qvam non sum missus nisi *ad oves perditas domus Israelis,* post illam σκήνωσιν & manifestatio-

nifestationem δόξης ὡς Μονογενοῦς παρὰ πατρός, per qvam manifestabor non nisi inter Judæos, *illorum templum illâ impleturus gloriâ*, qvæ præsentia divina *Gloriæ* vocabulo venit in Prophetis conf. Chag. c. 2. 7. 9. Joh. 1. 14. c. 2. 11. vel *post gloriam* i. e. ut *gloriam Patris qværam & tuear* Joh. 8. 49. 50. *ille missurus est me ad gentes spoliantes vos.* Missus Messias ad gentes per *Missionem Apostolicam*, dum sc. jussit Apostolos ire εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα κηρύξαι τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει, in qvâ prædicatione Apostolicâ *præsentissimus erat Christus*, tùm qvoad specialem παρουσίαν, juxta illud: ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ Matt. 28. ult. tùm qvoad specialem ἐνέργειαν, qvia sc. illi prædicarunt πανταχοῦ, τοῦ κυρίου συνεργοῦντος καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος Marc. 16. 15. 20. unde & statim additur: *Qvi tangit vos tangit pupillam oculi ejus. Patris* sc. (supponitur sc. hîc illud Johannis: *Ego & Pater unum sumus* c. 10. 28. 29. 30.) atqve per hanc *missionem Apostolicam*, Gentiles ad regnum Messiæ conversi fiebant *spolium Judæorum qvondam servorum*, & ita per *conversionem Judæorum & gentium cognoscebatur* verus Messias *missus à Jhovah Zbaoth.*

Concl. 15. Inde jam *jubilus filiæ Zionis* v. 10. 11. 12. 13. *Canta & lætare ô filia Zion: nam* ECCE VENIO *ut habitem in medio tui: dictum Jhovah. Et addentur gentes multæ ad Jhovah die illo* &c. Item: *Et Dominus possidebit Jhudah acqvisitam portionem suam super terrâ Sanctitatis.* Portio sc. Domini fuit Jhudah tùm resp. *incarnationis*, qvia ex Jhudâ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο tùm resp. illius admirandæ σωτηρίας; inter Jhudæos. Ita *Jhovah* נחל ipsum יהוה & *Jhuda fit* חלק *portio sc. ipsius Jhovah.* Locus alter Psal. 73. 24. etsi habet easdem voces אחר כבוד tamen non habet eundem positum formalem, prout ex accentuatione ad oculum constat, neqve adeò huic parallelus est. Notamus saltem qvâ ratione qvod Rabbinus velut magnum crimen & scelus *Esavi* allegat, & per Esavum *Christianis* imputat, in hàc *Bresith Rabba* allegetur velut *Opus laudatum, meritorium, propter qvod* sc. *DEUS ipse honoret Esavum, reddendo illi mercedem, qvæ sit Thronus bonus.* Redimus ad rem: Si de cæte-

ro ex dolo æstimandus aliqvis Esavita, ex integrâ habitatione in tentoriis, Jacobæus, apparebit facile Judæos Esavitas esse, qvorum indoli nihil magis contrarium, qvàm illa indoles Jacobi: neqve ignorat ab hâc parte in Judæis indolem Esaviticam, nisi qvi Judæos.

Concl. 16. Allegat Rabbinus 3. *Conjugium Esavi cum infidelibus*, unde *amarissima amaritudo conciliata Isaaco & Rebeccæ* Gen. 27. 1. 2. Eodem sc. modo sub Romanorum imperio omnes infideles gentes & varias religiones contineri. Comparatio inepta & qvæ nihil habet singulare pro probandis magis Romanis *Edomæis* qvàm pro *Babyloniis, Assyriis, Persis, Macedonibus, Edomæis*. Si enim propterea illi Edomæi, *qvia sub illorum imperio variæ gentes & gentium religiones*. E. & hi. Sed & ex *illo conjugio politico* nulla Rebeccæ sanctiori amaritudo. Nunqvam fœcundior fuit *Rebecca Evangelica*, qvàm sub illo veteri amplissimo Romano Imperio, sub qvo ex numerosâ Confessorum turbâ & sobole Evangelicâ incomparabilia Matri gaudia & jubila conciliata. Excutiat Synagoga Judaica suos veteres *Saducæos abnegantes* העו הבו גמור s. *retributionem seculi futuri* prout de *autore hæreseos Zadok* habet *Autor Zem. David*, vel prout in Act. Apost. Luc. c. 23. 8. οἱ λέγουσι μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον μήτε πνεῦμα. Excutiat seipsam Apostaticam, perfidam abominationum Magistram, profanatricem Sanctitatis Jhovah qvam dilexerat & qvæ dudum בעל בת אל נכר s. *intravit in Conjugium filiæ DEI extranei*, conf. Mal 2. 11. & videbit se verè Esaviticam, & à se *amarissimam amaritudinem Isaaco & Rebeccæ*, imò omnibus sanctis Patribus comparatam..

Concl. 17. Allegat 4. *Judæorum prælaturam præ Christianis ad instar prælaturæ Jacobi præ Esavo*, ex qvibus ille טובות נפשיות s. *bona spiritualia* e. c. *primogenituram & eidem annexam benedictionem:* hic nonnisi גשמיות טובות s. *bona corporalia obtinuerit*. Ita sc. Christianorum טובות s. *bona* non esse nisi גשמיות s. *corporalia*, Judæorum autem נפשיות s. *spiritualia*, *animæ bona*. Falsum *prælaturam Jacobi* non fuisse nisi טובות נפשיות s. *bonorum*

bonorum animæ. Fuit prælatura Jacobi non *Ecclesiastica* saltem: sed *& politica & terrestris.* Falsum bona Esavi non fuisse nisi משמנת s. *corporalia.* Patuit illis aditus ad *Ecclesiæ bona:* intraverunt qvoqve tandem in *Ecclesiam Judæorum,* & *Communionem Sacramentorum:* sed & signum temporum Messiæ præscriptum in Prophetis est *hæreditas Edomi* conf. Num. 24. 18. 19. Amos 9. 12. Ita de *prælaturâ nationali* Jacobi & Esavi res se habet: ad qvam respectus & responsi Rebeccæ dati & Testamenti Isaaci s. illius benedictionis primogenituræ, nisi qvod in hâc adscendatur ad individuum excellentissimum nationis Jacobææ, qvod est Messias, in qvo solo excellentissimè adimpletum illud. *Adorabunt te Filij Matris tuæ.* Qvod si intelligatur *prælatura individualis*, non est excludendus Esavus conversus à communione bonorum animæ, qvi deinceps cum Fratre vixit pacatè, & in sepulturâ Patris officio Filii æqvè ac Jacobus functus est honorificè, neqve Jacobi individuum privandum est corporali benedictione, cujus testis Genesis. Cœterum qvæstio est: *An Judaismus præsens,* qvatenus talis, adhuc *gaudeat primogenituræ cœlesti, benedictione illa & excellentiis Jacobi spiritualibus, bonis animæ?* Negatur. Exciderunt dudum facti anathema à Jesu Christo, excellentissimo Jacobi Filio, & ad qvem respectus principalissimus in illâ benedictione Isaaci, imò extra qvem ibi nulla est spiritualis pro natione Jacobæâ benedictio, vel hujus tum ullo filiorum Jacobi communicatio.

Concl. 18. Allegat 5. *Odium & adfectum Christianorum in Judæos esse Esaviticum* s. talem, qvalis olim fuerit *Esavi in Fratrem Jacobum* Gen. 27. 43. Urget: *Nationes in sacris denominari titulis gentium, qvarum opera imitantur:* sic Israelem *Sodomæ & Amoræ* titulis appellari *propter operum cognationem:* sic juxta Liranum: *odio habens Israelem, appellatur Esavi vel Edomi nomine, ex illo famoso fraterni odij exemplo.* Admittimus thesin & invertimus hypothesin. *Omnis odio habens veram Ecclesiam, & faciens opera Esavi est Esavita* s. *Edomæus.* Atqve *Judæorum Synagoga est talis.* E. *& sic nulli magis Esavitæ vel Edomæi, qvàm Judæi:* qvod si *Sodomitarum* titulus & *fraternitas Sodomæ* his jam olim tributa à Prophetis, qvid obstat nunc ad

Edomi vel *Esavi* minùs abominabile nomen? sed & illa ratio nihil habet singulare pro Romanis. Dantur in omni gente hostes Ecclesiæ, qvi tamen censendi non sunt *ex odio in Synagogam Judæorum*, qvam תכלית שנאה odisse licet, qvamdiu hæc non odiis saltem: sed & crudelibus blasphemiis & execrationibus fertur εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ιησοῦν Hebr. c. 12. 2. *Verum* JACOBI *Filium*. Hunc qvi odit, *odit Jacobum*, & adeò verus Esavita est, non *Jacobi*: sed *Esavi* indole cruenta censendus. Alia adeò ratio *odij Synagogæ in Christianis* s. *Romanis*: alia *odij Jacobi in Esavo*, & *Christi ac Christianorum in Synagogâ*. Nullum jus Esavo in Jacobum. At amplissimum Romanis in Judæos. Nullum jus odii Esavo in Jacobum: At amplissimum Christianis in Synagogam λέγουσαν Ανεθεμα Ιησοῦν: sed & longè supra Esavum cruentos Spiritus in Romanos circumferre Judæos, præter fidem de *futuro excidio Romanorum & universorum Christianorum*, testantur exempla circa *annum Christi 114* ubi in Ægypto strages Rom & Græc. ad 200000. sed & in *Cypro* 240000. unde Lex æterni Exilii Judæis. Sub Hadriano anno Christi 110. per 16. annos Judæâ vastatâ turbatisq; magnis Orientis partibus, Christianos crudelibus suppliciis affecerunt, usqve dum rebelles iterum 580000: cladibus affecti. Ita sc. in illis apparet Vox Jacobi, Manus Esavi.

Concl. 19. Ad rationes leviores referimus argumentum de *præpingvi patrimonio Esavi ex Testamento Isaaci* Gen. 27. 41. Si per illa משמני הארץ *Romanus fundus* intelligendus, generosioribus *Esavitis* parùm ibi consultum: sed prospectum saltem sive *uni Zepho*, *sive Magdieli* ex Asiâ in Europam migranti. Non omnis נחלת עשו s. hæreditas Esavi fuit terra maledicta: nec הריו s. montana ejus ubiq; fuerunt sterilia, ante illam vastitatem qvam deinceps imposuit Judex DEUS. Propter *pingve ergò solum* non fingenda est *Edomæa Europæa*. Sed & si illa alibi qværenda, non opus est in Italiam excurrere. Datur propior Edomææ in Asiâ, Judæorum terra. Eadem ratio, illius qvod ex *Pirke R. Elieser de* 100. *Provinciis donatis Esavo sponte emigranti, à Seir adusqve Magdiel* i. e. *Romam*

s. *Iram*,

f. *Iram, ita dictam qvod fuerit urbs Edomæorum maxima.* Corruptela est loci Gen. 36. 43. in qvo *Magdiel* & *Iram* nomina *Ducum* sunt, non *Romæ vel Urbium.* Peturbatum *sæpè* orbem *variis migrationibus gentium & desolationibus regnorum*, *tale* בלבול העולם *sub Sancheribo & longè plurimis contigisse* (נתבלבלו העמים באורך הזמן) *potuisse etiam ex Edomæis qvosdam immigrare Romam* vel *in Italiam*, prout tractu *temporis Turci* immigraverunt *in Græciam* &c. non probat sive Romanos, sive Christianos Edomæos. Romanos vocari Edomæos propter Titum Vespasianum desolatorem Sanctuarii, qvi fuerit Esavo satus עשו הרשע בנו של *nepos Esavi impius*, scribunt Talmudistæ: *Julium Cæsarem Edomæum fuisse*, ita & *Successores Cæsaris*, atqve *inde Romanos Edomæos* scribit Kimchi in Joel. c. 3 19. sed nullo teste probant: qvin & hâc ratione CHRISTIANI qvi sub Cæsaribus illis patiebantur, tunc non fuerint Edomæi. Genealogiæ Cæsarum illorum publicè constant: ut opus haut sit commenta illa Rabbinorum excutere. Nec purpura Cæsarum, vel coccinum Romanum probat magis Romanos Edomæos, qvàm Persas, aliosq; populos, & vel ipsos Judæorum Pontifices. Voluerunt Rabbini pro bellis Judaicis & desolatâ patriâ hæc Cæsaribus ὀψώνια reddere, ut haberentur Esavi soboles peritura suppliciis illis, qvæ sub Edomi titulo intimarunt Prophetæ Is. 34. Joel. 3 19. & alibi.

Concl. 20. Vidimus sententias Judæorum de Romanis & Christianis Edomæis. Continuandum nunc Examen illud, respectu sententiarum, qvas inprimis defendunt Rabbini celebriores. Aben-Esram hîc præmittimus, qvod alio planè modo hic probet Christianos Edomæos. Verba sunt ad Gen. c. 24. 40. רשני שלא הקיצו משנת האולת יחשבו כי אנחני בגלות ארום ולא כן הדבר רק ארום היה תחת יד יהודה וכן כתו ויפשע ארום וגו גם יואב הכרית כל זכר באדום ובעבור זה שמחו ביום אידינו והיו אמרים לבבליים ערו ערו וגו ויותר היה קשה על ישראל החרפה שהיה אדום מחרף אותם מרעתם

וכן

וכן טעם שישי ושמחי בת ארום גם בימי חולקנוס הזקן שמם שומרי ירושלם והכניסם בברית מילה גם בימי אגריפס כאשר נלכדה ירושלם באו גדודי ארום לעזור לירושלם ורומי שהגלתנו היא מזרע כתים וכן אמר המתרגם וציים וג׳ היא מלכות יון בעצמה כאשר פירשתי בספר דניאל והיו אנשים מתי מספר שהאמינו באיש ששמהו אלוה וכאשר האמינה רומי בימי קוסטנטין שחרש כרך הדת ושם על דגלו צורת האיש ההוא ביד כומר הארמי ולא היו בעלם שישמרו התורה החדשה חוץ מארומיים מעטים על כן נקראה רומי מלכות ארום וכן יקראו היום אנשי מצר׳ ושב׳ וארץ עילם וישמעלים ואין בהם שהוא מזרע ישמעאלים כי אם מתי מעט.

Concl. 21. Notamus inde 1. Freqventissimum Rabbinis *præsentem captivitatem* vocare גלות ארום *captivitatem Edom*, qvomodo ex innumerabilibus *R. Bechai*, in libro *Cad hakkemach* & Kimchi passim inculcant: *Captivitatem præsentem denominandam à regno Edom, velut à principaliore, qvi deportaverit qvondam Judæos & vastaverit sanctuarium.* Cœterum Rabbinus Abenesra illud habet pro somnio: *Veteres*, inqvit, *qvi nondum evigilarunt ex somno perversitatis statuunt qvod nos hodiè simus in captivitate Edom: Cæterum non ita se res habet.* Urget Rabbinus: *Nunqvam Judæos fuisse captivos vel subditos Edomæorum: sed contra Edomæos Judæorum tùm ante & sub templo 1. usqve dum defecerunt à fide Regum Jhuda 2. Sam. 8. 14. 1. Reg. 22. 48. tùm sub templo 2. ubi Edomæi ab Hircano seniore debellati, Sacramentorum communione Judæis juncti: sed & Excubitores Hierosolymitani constituti fuerint, qvi etiam novissimè circa tempora Agrippæ communibus armis defenderint metropolin sacram contra Romanos.* Notamus inde 2. solitum aliis *Rabbinis & Abrabineli* qvoqve in h. l. urgere dictum Thren. Jer. c. 4. 21. & Psal. 137. 7. At Rabbinus Abenesra ita allegat locum, ut nec ipse *ad Romanos* applicet, nec *Jonathanem* pro illâ applicatione alleget: sed referat ad Edomæos Judæorum qvondam Subditos & novissimè Proselytos.

ORATIO XVII.

Concl. 1.

ROMANOS non Sangvine: sed τῇ θρησκείᾳ s. Religione primorum Confessorum JESU NAZARENI, Edomæos statuit Abenesra. Hos dicit fuisse *paucos* qvosdam *Edomæos*, à qvibus deinceps *Roma Christiana sub Constantino M. reddita, ipsiq; adeò Romani, qvippe Christiani, Edomæi*, vel *regnum Edom fuerint dicti*, prout hodiè *Ægyptij, Æthiopes, Arabes, Persæ, Indi* ex communione Legis s. religionis *Ismaelitæ* appellantur, *licet fortè vel nulli vel pauciſſimi inter illos ſint ex Ismaele oriundi, & genealogiâ adeò Ismaelitæ.* Convenit ferè cum illo Rambam: *Primos Confessores* JESU *Nazareni fuisse Edomæos, & qvidem de illis Edomæis, qvi proxumi fuerint terræ Ismelis, & jam inde ab ætate Hircani conjuncti Judæorum religioni & Sacramentis, ad qvos freqventes commigrationes Discipulorum* JESU *sive excurrentium, sive expulsorum Hierosolymis extiterint*, qvâ occasione *illis Edomæis instillata religio Christiana, & per hos ipsis deinceps Romanis, qvi proinde uti & universi Christiani à primâ gente Christianâ, Edomeâ sc.*, dicti sint *Edomæi.* Allegat illam sententiam Abrabinel sc. Antecessores Rabbinos Edomæorum titulum in Romanis exinde defendisse, qvod *acceperint primò omnium religionem Christianam* s. נוצרי דרש *ex ore alicujus sacrificuli Edomæi*, מפי כומר אחד הארמי; sed qvia parum illi fidit, maluit sublimiùs incedere & probare: Romanos *Genealogiâ qvoqve antiqvissimâ esse Esavitas vel Edomæos:* de qvo paulò post ex professo dispiciendum erit.

Concl. 2. Qvæ ex hypothesi blasphemæ religionis Judaicæ habet Aben-Esra operosè refutare opus haut est: qvale illud qvod supra scribit: *Fuerunt Homines pauci, qvi crediderunt in Virum illum, qvem constituerunt DEUM.* Messias noster non est DEUS positivus, vel in tempore factus, ab hominibus constitutus: sed verus & æternus Filius DEI viventis: &, licet secundum naturam juxta qvam est & dicitur Zemach David, prout existentiam ita & gloriam Unionis hypostaticæ & ὑπερυψώσεως acceperit in tempore, qvo

sensu & *DEUS Pater*, JESUM *crucifixum* memoratur *feciſſe* Κύριον καὶ Χριστὸν Act 2. 26. per hanc tamen non factus eſt alius DEI filius, & alius Deus, qvàm qvi fuit ab omni æternitate. Qvod de *paucis hominibus* dicitur, hiſtoriæ & noſtræ & Joſephi reclamat. Habuit JESUS noſter in die triumfi magnum Confeſſorum numerum viſus ἐφάπαξ pluribus qvam qvingentis fratribus: habuit deinceps exercitus Evangelizantium in orbe Judæorum & gentium. Tale eſt id qvod ſcribit Rabbinus: *Non fuerunt in mundo homines, qvi religionem illam novam amplecterentur præter paucos Edomæos:* ubi qvod de *religione novâ* dicitur, nunc non disqvirimus. Fuit, ita qvoad plenisſimam myſteriorum cœleſtium & ἀνεξιχνιάστων πλούτου τοῦ Χριστοῦ apocalypſin, & inſtitutionem Sacramentorum nova, uti nihilominus jam inde à Paradiſo fuerit una fides, & unum Evangelium DEI ὁ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις. *Edomæos* qvoqve inter primos amplexos eſſe religionem Chriſtianam ex hiſtoriâ Evangelicâ facilè damus: ſed nec pauci illi fuere, nec ſoli. Memoratur πολὺ πλῆθος ſ. *numeroſa multitudo* ex Galilæâ, Judæâ ſ. regione metropoli proximâ Hieroſolymitanâ, ex ipsâ metropoli, ex Idumæâ, ex terrâ trans Jordanem & regione Tyriorum & Sidoniorum ſecuta Chriſtum, qvando viſibili Servi forma erat σκληρώσεως ἐν ἡμῖν conf. Marc. 3. 7. 8. Si propterea univerſis Chriſtianis & in ſpecie Romanis nomen Edomæorum dandum. E. & Galilæi & Judæi, & Hieroſolymitani, & adeò omnia illarum gentium nomina Romanis & Chriſtianis hodiè imponenda.

Concl. 3. Fuit ipſe Salvator *Apoſtolus Confeſſionis noſtræ* Sangvine & gente Judæus: fuerunt Judæi, *primi* JESU *Confeſſores, Apoſtoli, cæteriq; Diſcipuli, & Credentes*, qvorum ex gente Judaicâ numerus initio exiguus, deinde in *Chiliadas* & paulò poſt in *myriadas excrevit*. Primos Chriſtianiſmi ſive *Profeſſores*, ſive *Confeſſores* fuiſſe *Edomæos* ſive excluſivè, ſive ſecundùm excellentiam, falſum. Fuerint inter illos credentes e. c. inter illos χιλιάδες à Petro Oratore Pentecoſtali *converſos & baptizatos* multi Edomæi: qvid inde ſin-

de singulare pro Edomæis ad denominandam ab illis universitatem Christianorum? Sed & illi Idumæi jam tunc erant & *ab atate Hircani fuerant veri Judæi*, prout jam supra ostensum. Sive ergò Romani cœteriq; Christiani à primis Confessoribus, sive à veteribus Edomæis velut inter Christianos primis, prout vult Rabbinus, gentilitio nomine appellandi erunt, debebitur illis *Judæorum* nomen: qvia & primi illi c. c. Apostoli, non nisi *Judæi*, & *Idumæi* (vel Edomæi) *illi veri fuerunt Judæi*, etsi non ita γνήσιοι λαοὶ Ἰουδαίας prout Hierosolymitani, qvo respectu etiam ipsi proprie Judæi s. habitantes in regione stricte dictâ Judæâ, Metropolitanis s. Metropolin Hierosolymitanam incolentibus contradistinguntur conf. Joh. 3. 22. cum loco Marci supra allegato. Qvod memoratur de *Edomæâ illâ veteri Christianâ factâ per excursiones & exilia Apostolorum Hierosolymitana*, velut probabile & Tyrannidi Hierosolymitanæ consonum facilè conceditur: cœterum probandum illos *Edomæos fuisse primam gentem Christianam, & ab hâc, vel saltem ab uno illorum Apostolo, Doctore Edomæo Romam factam Christianam*, prout ab unâ *gente Ismaelitica* s. *Arabicâ* deinceps totus ferè Oriens & magna Africæ pars professa est religionem Muhammedanam.

Concl. 4. Æqvè incertum, qvod de *Labaro Imperiali Constantini* memoratur. Fuerit in illo *imago Crucifixi*, unde probabitur hîc intercessisse *manus Edomæi?* Roma præterea, qvando qvoad publicam religionis instaurationem sub Constantino Magno CHRISTIANA, publico Religionis Christianæ exercitio florere cœpit, qvoad CHRISTIANISMI Confessionem longè jam tum CHRISTIANA fuerat, qvæ ob laudem *religionis Christianæ* jam Apostoli Pauli tempore celebrabatur in toto Mundo. Concludimus: *Edomæos sive Professione, sive Confessione primos Christianos fuisse, ab illis Romanos fidem Christianam accepisse: per Romanos adeò omnes Christianos θρησκείᾳ Edomæos denominandos esse, non probatur.* Dedimus tamen jam supra, *inter Confessores* JESU *priores Edomæos qvoqve fuisse*, & in tantum admittimus Confessionem Rabbinorum de *Edomæis primis Christianis*. Agnoscere hic debebant Judæi Characterem Messiæ, qvi est *hæreditas Edomi* s. *conversio Edomæorum ad re-*

gnum Messiæ, qvam cum ipsi tanto consensu hîc urgeant, & in Michâ qvoqve c. 5. 2. sub *fratribus Messiæ convertendis* intelligant, sed & in Jesu Nazareno adimpletam agnoscant, agnoscant simul nostrum JESUM fuisse *unum illum* ὃν ἔγραψε Μωσῆς καὶ οἱ προφῆται, *Messiam*, vel dispiciant, ubi *nunc sit illa Edomæa, futura aliqvando patrimonium Messiæ, & datura turmam Confessorum?* Hic sc. ad *Edomæos Romanos* confugiunt qvos alii per *Messiam suum* penitus debellandos & occidendos, alii qvoad magnam partem convertendos clamant: cœterum Rabbinus præsens *Romanos* non agnovit *Edomæos Judæorum Fratres*, neqve *gente Edomæos* qvæsivit in *Europâ*: sed unicè dedit in *Asiâ*, in *illâ Edomæâ*, qvæ & *à Babylonio* & *à Romano* idem passa, qvod *Judæa*.

Concl. 5. Patet qvid sentiendum de verbis Rabbini supra allegatis: *Roma credidit in diebus* CONSTANTINI, *qui totam Legem sive religionem innovavit, & in vexillo suo posuit imaginem* VIRI *illius* (i. e. JESU NAZARENI Crucifixi) Romam jam ante Paulum Christianam, & *fide Christianâ celeberrimam* meminimus supra. In Chronico Judæorum cui titulus *Zemach David*, Primus Cæsarum Christianus CONSTANTINUS Magnus memoratur, ille sc. qvem *leprosum Papa Sylvester miraculosè curaverit* קבל עליו הקיסר את רת הנוצרים והוא הקיסר הראשון שקבל עליו את הדת i. e. *Constantinus Cæsar suscepit legem Christianorum, & fuit primus Cæsar, qvi illam Legem suscepit.* Ne qvis autem pro *Philippo Ambe* excipiat, addit Autor כי לא יחשב יוליוס פיליפוס i. e. nec enim *Julius Philippus numeratur.* Solent alii laudem primi Cæsaris Christiani dare *Constantio Chloro* & primæ *Augustæ Helenæ*: sed non satis probant, ut meritò dubitet Scalig. in not. Euseb. Ipsa qvoqve Helena obscurioribus natalibus & à Chloro repudianda, axiomate βασιλικῷ & *Augustæ* titulo honorata non est nisi post mortem Mariti, jubente tunc Filio ita Matrem Cæsaris honorari. Longè plures tamen primum Cæsarem Christianum habent *M. Julium Philippum natum Rostris Arabem, unà cum Augustâ Severa & Filio Philippo cura Fabiani Pontificis baptizatum.* Sed nec hîc certa lux historiæ prælucet, neqve ullum

nllum Christianismi monumentum, cum contra non desint magna Paganismi vestigia. Autor tamen allegatus fatetur *Confessione utrumque & Patrem & Filium primò omnium ex Pagano factum Christianum* הקסרים הראשנים שהמירו את דתם וקבלו עריהם דת נוצרים id̃q; circiter annum 253. Christi לשנת רנג לנצרים: *qvia tamen neuter illorum Christianæ religionis instaurator fuit: sed uterque propter illam à militibus occidit, inde factum, ut non Philippus* ר. הכושי *Æthiops ille vel Arabs: sed Constantinus numeraretur primus Christianorum Cæsarum* כותבי זכרנות מנו את קיסר קוסטנטינוס לקיסר הראשון שקבל דת הנוצרי. Qvæ de *magno Vexillo Constantini meminit*, alibi expediuntur. *Labarum* vocabatur id̃ *qvod Imperatori præferebatur, & à militibus penè adorabatur:* illud *qvi custodiebant vel Imperatori præferebant, Præpositi Laborum* appellati inter *Clarissimos* habebantur, & ob id qvod *illos Imperialis lateris Comitatus illustrabat, Consulari dignitate & immunitate* fruebantur vid. Cod. tit. *de Præpos. laborum.* Non culpandum, in qvo vexillo antea fulgebant insignia idolorum, in illo jam coruscare imaginem crucis vel ipsum qvoqve Crucifixum, qvam etiam *in Vexillo magno de Oliveti monte olim fulgentem* curâ Christianorum Cæsarum notavit Hieronymus in Zephaniâ.

Concl. 6. At aliâ via incedit Abrabinel, qvem velut supra repræsentavimus, qvoad illa qvæ qvæ opponit *positivæ Burgensis* de *Edomæâ Judaicâ:* ita nunc examinabimus, qvoad *principalissimam rationem pro Romanis & Christianis Edomæis*, oppositam *Negativæ Burgensis.* Sententia Rabbini est: *Romanos & Italos genealogiâ esse Edomæos, & veram Esavi progeniem*, qvod anteqvam probat, monet generaliter: *A silentio Annalium Romanorum ad negandas Romanorum origines Edomæas non V. C.* Fatemur: *A testimonio humano absolutè licitum non esse argumentari negativè* s. qvod idem est, *à negatione testium historicorum ad negationem ipsius rei gestæ.* Plura enim veterum populorum sunt gesta, qvam per claros Scriptores tradita. Defuêre aliqvando decora ingenia, vel ob metum scribere non sunt ausa pari libertate. Cœterum, *ubi tacent Veteres*, & ubi *nulla præfulget historiæ lux*, & non affirmare licet rem gestam, & licet negare

rei gestæ certitudinem. Aliud est si taceant qvidam: Aliud, si silentium ex defectu Scriptorum. Aliud, si non desint clari Scriptores, & nihilominus hîc sint omnes Mutii: si nec desint, nec loqvantur veteres, silentium omninò infert negationem potius vel ad minimum lubricam fidem rei gestæ, & ne opinionem qvidem multò minus certitudinem ibi formare licet. Qvæ *determinatè non sciuntur gesta*, habentur in historiâ pro *non gestis*. Atqve adeò cum *de illis originibus Edomæis* altum silentium in historiâ veteri, magnum illud falsi argumentum, nisi sublimiori autoritate confirmet id Rabbinus, de qvo tacent Veteres.

Concl. 7. Urget & in antecessum illud: *Origines, derivationes, successiones, migrationes* Romanorum *prout aliarum gentium ob vetustatem obscuras esse*, allegato *Isidoro & ex illo triplici origine Romanorum: nihil adeò obstare ad genealogiam Romanorum Edomæam, ita ut Cittæis Iavanæis primis sc. Italiæ incolis successerint 1. post illos immigraverint Edomæi.* Fatemur, nihil ab illâ obscuritate domesticâ obstaculi: sed aliqvid potius probabilitatis accedere, *Originibus Romanorum Iavanæis & successionibus Edomæis, si magnis, multis, claris antiqvis testibus*, vel *uno infallibili teste* hæ legitimentur. Aliàs ab *originibus obscuris in historiâ profanâ ad origines vel successiones Edomæas* non V. C. magis *in exemplo Romanorum*, qvàm *aliarum gentium*. Incidunt illæ origines in *Characterem Varronis* μυθικὸν *inter Cataclysmum & 1. Olympiadem* ubi ἀρχαιολογίαι magnà parte sunt μυθολογίαι: in qvibus licet fabulosa videantur multorum Regum sub *Aboriginibus, sub Æneidis, sub Romanis* nomina, non tamen propterea penitus abneganda est illa historia, & substituenda Esavî genealogia: neqve in formandâ *Latinorum* vel *Romanorum* Republicâ *Evander, Æneas, Romulus* sunt *nomina opposita*: sed *subordinantur* & temporum intervallis disparantur in historiâ. Varias gentium migrationes contigisse concedimus: potuisse in illud *Japheti patrimonium Iavanæum* (prout allegat & Burgensis, & Rabbinus) etiam intrare Edomæos, facilè damus. Unde autem constat 1. *immigrasse*, & qvidem 2. *amplissimo numero*, adeò ut 3. *totam denominare* potuerint *Italiam, & orbem Romanum facere Esaviticum*, & qvidem

qvidem 4. ita *immigrasse* ut non *emigraverint:* sed etiamnunc servent in Italiâ & orbe Romano avitum nomen & Sangvinem, & 5. idem *extenderint* deinceps ad totam Christianam Universitatem?

Concl. 8. Detur ex historiâ divinâ aliqvid certi de illâ Romanorum genealogiâ Edomæâ, vel magnis & antiqvis Autoribus legitimetur illa, & non obstabit obscuritas domestica in historiâ profanâ, qvin hîc potius postulare licebit, *uti vel certiora ex archivis suis proferat Roma,* vel *admittat se Esavi sobolem.* Sed hîc Rabbinus deficit. Caput 10. Genes. generalius est, qvàm uti ex illo speciales deducantur nationum gentiumq; origines & vetustæ stemmatum derivationes. Sed &, si in illo *Romanus Edomæus*, dandus esset in *Semo.* At, fatetur Rabbinus, dandos Romanos, Italosq; omnes in Japheto. Capite 36. Geneseos, memorantur qvidem Esavitæ s. *Edomæi veteres*, & sub triplici Classe 1. & 3. Ducali 2. βασιλικὴ s. Regali nominantur Autores Edomæi: sed in illis nullus ostenditur *Romanus* s. Romanæ gentis sive instaurator, sive amplificator. *Isidorus* allegatus à *Doringio* & ex Doringio à *Rabbino* nihil pro hoc probat. Dicit ille: *Ipsius Urbis Romæ originem & anni V. C. rationem obscuram esse.* Insulsa Doringii Crisis, qvi exinde conatus refutare Burgensem, addito argumento: *De re multùm dubiâ non est facienda demonstratio. Atqve hæc de origine Romanorum est talis.* E. Non demonstraverat Burgensis: sed ex mente Hebræorum Liranus. Peccaverat ergò Hic in re tàm incertâ ex mente Hebræorum certi aliqvid definiens: non Ille negans & ἐλεγλικῶς procedens.

Concl. 9. Sed unum pro illâ genealogiâ Romanorum Esavitica insigne affert Rabbinus, de qvo nunc videndum. Allegat *Iosephum filium Gorion*, & ex illo *historiam funerationis Iacobi*, *in qvâ bellum* fuerit *Esavitis* cum *Iosepho* magno cum appparatu Ægyptiorum paritèr & Israelitarum proficiscente ad procurandas in terrâ Canaan magnificas Jacobi Patris exeqvias. *In ipso sc. itinerario occurrisse Iosepho infestis armis Principes Edomæorum pugnaturos pro jure sepulcrali debito potius Esavo primogenito, qvàm Iacobo: Cæterum victos illos à Iosepho, & cæsos partim, partim captos, & in Ægyptum à Iosepho Victore abductos, qvos inter fuerit Zepho Eliphasi filius, Esavi nepos*

pos (qui memoratur Gen. 36. 11) qui, occasione datâ inde elapsus ad Africæ & Carthaginis Regem, & ab hoc summus bellator castris præfectus trans mare ad ipsos Italos defecerit, apud quos primò belli Dux delectus, cum magnis ubique victoriis inclaruisset, paulò post primus Rex universæ Italiæ, ipsiusq; adeò tunc continentis Siciliæ sit creatus, & cum natalitium sibi nomen fuisset Zepho vel Zephi (vid. sup. & 1. Chr. 1. 35.) immutatâ appellatione: sed non significatione גאנוס & שטורנו *i.e. Ianus & Saturnus sit appellatus. Huic per 50. annos Regi Campaniæ, & Conditori Genuæ* (גינובא) *succeßisse deinceps Filium, & longo ordine nepotes, quos inter unus Magdiel auspicator extiterit Urbis Romæ ante Romulum, qui deinde mœnibus & portis Romam amplificaverit. Sub illis adeò in Italiâ Regibus Sangvine Edomæis, Italiam Edomæorum cõloniis insignitèr auctam, confluente eò numerosâ Esavi sobole.*

Concl. 10. Subsistendum hîc paulisper. Videndum qvid de illo Gorionidâ? Rabbini illum *Iosippum ben Gorion*, qvem vocant, cum *Fl. Iosepho Matathiæ Filio*, Sacerdotali dignitate fulgidissimo confundunt, & laudes *Iosepho huic* debitas, *ad Iosippum illum Gorionidam* æqvè transferunt, ac errores *Gorionidæ*, illi imputant. Malè confundi illos *genealogiâ, dignitate, stylo, annis, argumentis, fide historicâ* discretos Scriptores, & *Gorionidam* illum non nisi παλήμαξα qvædam illus *generosioris Iosephi* habere, de cætero *nugamentis Rabbinicis refertum* & pro ingenio degenerantis Synagogæ vel 600. post illum annis compilatum jam supra meminimus. Patet inde, qvanta totius superioris historiæ Autoritas, & qvâ fide *Iosippum* illum ראש המספרים s. PRINCIPEM HISTORICORUM Rabbinus appellaverit. Descripsit accuratè historiam funeralem Jacobi & itinerarium Josephi summus & vetustissimus Historicus *Moses*: qvare rem tàm prodigiosam, & illos Josephi triumfos tacuit, qvi de cætero pompam illius itineris non tacuit? Scripsit historiam universæ antiqvitatis Judaicæ *Fl. Iosephus*. Qvare in historiâ funeris Jacobi ne verbulo qvidem tantum prodigium historicùm expressit? Nondum sc. tunc illius historiæ vel traditionis ulla fides obtinuit. Sed post intervallum grande demum totum illud μυσήριον ἀνομίας processit, idq; sub illius Josephi nomine.

Sepulcrum

Sepultura autem *Jacobi* adeò *cruenta* Esavitis, & *triumfalis* Hebræis tacenda nec à *Mose* erat, nec à Fl. Josepho. An autem illa de *loco sepulcrali & funere pugna* convenit Edomæis, qvorum Conditor Esavus vivo Jacobo patrimonium cesserat, & *in montana Seir* concesserat? An probabile, *Josepho cum ingenti Ægyptiorum turmâ* adscendenti ad locum sepulcralem occursuros bellumq; adeò potentissimæ tunc Ægypto moturos pauperculos qvosdam Esavitas, qvorum in universum ætas vix seculum habuit, neqve numerus aptus bello supra centenarium?

Concl. II. *Zepho* ille *intra 6. annos ab illo prælio & Jacobi sepulturâ memoratur in Italiam fugisse & Itali regni Conditor extitisse:* at juxta *Rambam* allegantem *Gorionidam*, & alios, *Zepho ille omnibus diebus Josephi in carcere Ægyptiaco detentus fuit, & nonnisi mortuo Josepho excesserit Ægypto.* Inter Jacobi sepulturam & Josephi mortem interceserè anni 54. Totidem ergò annis serus magis venerit *Zepho* in Italiam, & illis adhuc addendi *anni Zepho Africani* vel *Carthaginenses*, qvos nominavit Rabbinus: & 60. adeò annis post funeratum Jacobum demum venerit in Ægyptum Zepho. Patet inde, qvo loco habendus triumfus Rabbini Chronologicus, qvando *annum adventus Jani vel Saturni in Italiam*, dicit poni 1500. קורם לירת הנוצרי i. e. *ante Nativitatem* NAZARENI, qvi si abstrahuntur de *annis Mund* adscendi dicit ad annum 6. à sepulturâ Jacobi, qvi 6. anni in *Ægypto & Africâ* ab illo *Zepho* fuerint exacti, anteqvam venerit in Italiam: *atqveita*, inqvit Rabbinus, האמת משכים מכל צד *Veritas iterum ab omni parte convenit.* At non saltem propter superius obstaculum non convenit: sed & non convenit *chronologicè annorum mundi & anni nativitatis Jesu* comparatione. Initia *regni Aboriginum*, ad qvæ *Janus* pertinet, ad A. Mundi 2622. ascendunt ante Annum Christi primum 1336. *Annus mortis Jacobi* est annus mundi 2255. ante Christum 1693. Annus *Zepho fugientis in Italiam* foret annus mundi 2261. ante Christum 1687. Erravit adeo Rabbinus semel in 164 annis, qvos anticipando annos Jani, addidit, semel in 187. annis, qvos *annis fugæ Zepho* abstulit, ac si sc. 1500. *annus ante natum Christum* fuerit 6. *à Sepulturâ*

Jacobi, cum sextus ille fuerit *ante Christum* 1687. inter qvem & 1500. Interceſſerunt 187. anni, adeò ut ille 1500 fuerit 6. ante *vocationem Moſis & Exodum Iſraelis*, qvando jam 193. annis *mors & exeqviæ illæ* magnificentiſſimæ Jacobi anteceſſerant.

Concl. 12. Juxta *Rambam* allegantem *Gorionidam* & alios, hic *Zepho* fuerit *primus Rex Romæ & Conditor Templi I. & maximi.* Juxta Abrabinel allegantem Gorionidam is fuerit *Magdiel.* Fuit autem *Zepho* ex Dynaſtiâ I. Ducali Eſaviticâ, inter qvem & *Magdielem* interceſſit integra Dynaſtia βασιλικὴ, octo Regibus qvi regnarunt לפני מלך מלך לבני ישראל i. e. *antequam regnaret Rex filiis Iſraelis*, incluta. Magdiel autem ille in Dynaſtiâ 3. Ducali & qvidem decimo demum loco inter Duces appellatur. Duces illos XI. qvorum Dynaſtia poſt Reges memoratur, Regibus etiam ſucceſſiſſe, atqve adeò poſt 8. illos Reges Edomæorum, qvi utplurimum fuere alienigenæ, imperaſſe ex 1. Chron. 1. ubi *hiſtoriæ Eſaviticæ Moſaicæ* eſt recapitulatio, conſtat. Diſcernendi adeò anni qvoqve horum Ducum ab annis illorum Regum. Fatemur, dubium de *termino præciſo chronologico* annorum Regum. Sunt ex Chriſtianis, *Druſius, J. & Trem.* qvi terminum ponunt in anno 1. Imperiali *Moſis velut Gubernatoris primi & ordinarij:* Supponunt illi Gen. 36. 31. qvando dicuntur illi Reges imperaſſe *antequam regnaret Rex filiis Iſrael*, per Regem intelligi *Moſen*, prout alibi *Rex in Jeſchürun* appellatur Deut. 33. 5. & ipſi *Judices*, propter majeſtatem imperialem & autoritatem βασιλικὴν, etſi ſine titulo uſurpato, *Reges* generaliter appellantur Jud. 17. 6. c. 18. 1. Sunt alii, qvi ad *Saulem* & Dynaſtiam politiæ Judaicæ βασιλικὴν referunt, juxta qvos inter *Zepho* ad A. M. 2261. & primum in Dynaſtiâ Ducali אלוף ſ. *Principem* ad A. M. 2880. intervallum intercederet 619. annorum, & ab hoc adusqve *Magdielem* intervallum amplius. Probamus omninò vocem מלך de *Regibus propriè dictis*, qvales fuerunt jam inde à Saule, intelligendam: prout in אלה חמלכים & אשר מלכו *Reges* majeſtate, & titulo Regali notantur, contradiſtincti illis אלופים ſ. *Ducibus, Principibus* Edomæis, qvos demum recenſet

Moſes

Moſes Gen. 36. 40. & per ואלוה contradiſtingvit ab אלוה המלכים v. 31. Ita eodem modo ſe habet ibidem *Rex Iſraelis*. Cæterum non V. C. E. terminus Dynaſtiæ βασιλικῆς illorum Regum dandus eſt in initiis regni Iſraelis vel paulò ante illa. Non dicitur עד מלך מלך; ſed לפני מלך מלך: non *adusqve*, vel *Donec:* ſed: *Antequam.* Omninò Moſes ibi *Genealogiam* ſcribit *Hiſtoricam*, non *Prophetiam:* neqve nominat ſive Reges, ſive Principes poſt mortem ſuam per 400. annos regnaturos in Edomæâ. Dandi adeò & *Reges*, illi & אלופים ſ. *Principes* Eſavitici, qvos inter penultimus fuit *Magdiel*, adusqve *annos propinqvos immigrationi Iſraelis in terram Canaan*, ubi jam *Rex Edom* celebratur in hiſtoriâ Moſaicâ Num. 20. 14. atqve adeò nova obtinuit Dynaſtia βασιλικὴ. Nihilominus etiam ſic inter *Zepho* & *Magdielem* ad minimum dandi anni 200. Unde conſtabit, qvo loco habenda ſententia ſuperior Rabbini.

Concl. 13. Meminit regni *Africani* & *Carthaginis* Abrabinel: Unde autem probabitur in illâ ætate tantam jam fuiſſe potentiam *regni Africani vel Carthaginis*, cum 500. circiter à γλωσσουγχέσι Babylonicâ & 600. *à diluvio* ſaltem interceſſiſſent anni? *Carthago Tyri Colonia* à Didone condita. *Dido* autem *Tyria* longè poſt Davidem & Salomonem, qvorum *Conſœdemtus & Frater Rex Chiram celeberrimus* fertur in Hiſtoriâ ſacrâ: ſed & longè poſt *Ithobalum Izabelis Genitorem*, Achabi Regis Socerum, intercedentibus inter hunc & Pygmalionem (à qvo, occiſo Sichæo, Sacerdote Herculis, & Marito Didonis, exul facta Dido) *Badezoto, Metrio, Belo, Barea & ſi qvi alij*, in Africam profuga, ibidemq; *ſolum dictum Tauri de nomine Byrſam mercata*, condidit *Carthadam* i. e. *Urbem novam* ſ. קרתא חדתה, unde metropoli celeberrimæ nomen Carthaginis famoſiſſimæ tùm bellis Syracuſanis, tùm inprimis Romanis Punicis. Incidit fuga Didonis in A. M. 5060. *Jacobi Sepultura* & captivitas ac *fuga Zepho* juxta Rabbinum in A. M. 2255. atqve adeò 805 annis demum poſt Sepulturam Jacobi Dido venit in Africam & initia deinceps dedit *Carthadæ* ſ. *Carthagini*. Et tamen anno Sepulturæ Jacobi

captus *Zepho*, & carcere Ægyptiaco elapsus profugerit ad *Regem Carthaginis* bella tunc gerentem cum Latinis. Tempore mortis & sepulturæ Jacobi nondum ipsa *Tyrus* (sed *Zidon* saltem, cujus in historiâ Genes. & benedictione Sebulonis Jacobæâ Gen. 49. mentio) extitit, qvippe qvæ 440 circiter annis post Sepulturam Jacobi demum condi cœpit, 240 annis ante templum Salomonis, condita. At Carthago Tyri filia & præcipua colonia. Ita sc. ante matrē Filia! Sed & apparet inde qvæ *de amoribus Æneæ & Didonis ipsiusq; Æneæ naufragi hospitio apud Didonem Africanam Virgilius cecinit*, l. 1. & 4. Æn. *fabulam esse*. Venit Ænéas in Italiam 300. circiter annis, anteqvam fugit Dido in Africam, ibiq; exstruere cœpit suam Byrsam s. Carthadam. Et tamen Æneas naufragus *Ilium in Italiam portans* & ad litora Africana palans *ingentia vidit*

Mœnia surgentemq; novæ Carthaginis arcem,
& qvàm *Regina ad templum formâ pulcherrima Dido*
Incessit magna juvenum stipante catervâ.

Concl. 14. Et qvid גאנוס cum צפו? Ponatur גנו atqve adeò *Janum* ex Hebræorum גנו esse, sic qvidem dabitur aliqva convenientia cum *Saturni* vocabulo, si hoc à סתר atqve adeò scribatur סתורנו; at nulla cum שטורנו à rad. שכר. Si גאנוס scribatur & rad. גנס nihil apparet commune cum שטורנו vel סתורנו, vel צפו. Sed &, ex abundanti, si detur in צפו significationem esse *operiendi*, in nomine Jani, si scribatur Hebraicè גנוץ & *Saturni*, si scribatur Hebraicè סתורנו *abscondendi*, ita ut nomen utrumqve significet Κρύφιον s. *Absconditum*, *vel absecondentem*, *absconditorum revelatorem*, mera foret illa, qvales multæ passim occurrunt, allusio, ex qvà probare velle *Zepho illum esse idem individuum*, *qvod sub Jani & Saturni* appellatione veniat in historiâ Romanâ, inepti Disputatoris est.

Concl. 15. Certum est *conditum Romam circa Jothami tempora*. Et, licet controversiâ non careat *annus urbis conditæ*, non tamen illa ingentium est intervallorum, aliis ponentibus annum mundi 3187. aliis 3192. vel, uti ex hypothesi *anni 620. ante natum Christum*

numerandi

nsimerandi anni 132. Urbis conditæ, Hispani, 3197. At ætas *Magdielis* collocanda circa tempora *Exodica* inter A. M. 2454. & 2480. (ostendimus jam supra *Dynastiam illam Regalem & Ducalem Esaviticam*, qvam Moses deducit Gen 36. jam inde ab *annis Esavi generantis non nisi adusqve tempora ingressi Israelis in terram promissam proxuma* extendi & 346. annorum intervallis absolvi). Intercedent adeò vel 700. & ultra anni inter *Magdielem* & *initia Urbis Romæ conditæ*. Magdiel ille vixit ante Mosen. Urbs Roma 7. ferè seculis post Mosen demum condita. Sed & *confluxus ille Edomæorum in Italiam*, in *Urbem Romam*, velut *Magdielis terram*, qvando? an ante Mosen? Et unde hoc? Qvis Historicus antiqvior Mose? An probabile Edomæos tot ac tantas intra 3. secula emisisse colonias? An id convenit vaticinio Noachi de amplificando Japheto? Pulchrè Eusebius Pamphili λ. π. Canonum Chronicorum p. 13. post numeratas Japheti portiones subjungit: ἐν τούτοις οὖν πληροῦται τὰ τοῦ Ἰάφεθ ὅρια διὰ τὸ εἰρηκέναι τὴν γραφήν· Πλαθύναι ὁ Θεὸς Ἰάφεθ πλεῖστα ὄντα. Τὴν πᾶσαν γὰρ Εὐρώπην καὶ μέρος οὐ μικρὸν τῆς μεγάλης Ἀσίας ἀπηνέγκατο. Διὸ καὶ εἴρηται. Καὶ κατασκηνώσει ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ Σῆμ. οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ κατὰ τὸν ἀναγωγικὸν τρόπον. ὅτι πᾶσα ἡ μερὶς τοῦ Ἰάφεθ σχεδὸν τῷ βαπτίσματα καὶ τῇ εἰς Χριστὸν τῶν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν πίστει προσετέθη ἅπινα ἐστὶ τὰ σκηνώματα τοῦ Ἰσραὴλ, ἐπεὶ καὶ ἐξ αὐτοῦ ὁ Ἀβραὰμ καὶ οἱ πατριάρχαι, ἐξ ὧν καὶ αἱ λοιπαὶ γενεαρχίαι ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου σαφῶς γενεαλογοῦνται. Rectè urget Eusebius illud Japhetidarum privilegium, per qvod Romanis potius conveniat præter principalem possessionem Europæam, participatio Asiatica, qam Edomæis Semi posteris possessio Romana qvippe Europæa. Et conveniret hæc magis Jacobo de innumerabili semine confirmato, qvàm Esavo.

Concl. 16. Urget Rabbinus consensum Annalium Romanorum, in qvibus גאנוס s. *Janus Rex Italiæ primus, divinis honoribus cultus, idemq; mense anni primo donatus & Saturnus appellatus, de cujus tamen origine, stemmate, populo, altum silentium, nisi qvod testentur Ja-*

num venisse in Italiam ex plagâ orientali, quod faciat pro Gorionidâ: prout etiam, quod annum adventus Jani ponant 1500. ante natum NAZARENUM *qui si abstinhantur ab Annis M. perveniri ad annum 6. ê sepulturâ Jacobi, ut adeò adventus Iani sit adventus Zepho in Italiam ex Edomeâ orientali per Ægyptum & Africam.* Urget *celebrari inter primos Italiæ Reges* LATINUM לאטינים *Auctorem Linguæ Latinæ, qui paritèr Esavita vel Edomæus fuerit: apud Edomæos quippe* מורגלי זה השם i. *frequentissimum hoc nomen fuisse,* probat *ex Affine Eliphasi, cujus nomen* LOTAN *memoratur* Gen. 36. 12. 22. Ita Rabbinus pro probandis Romanis gente Edomæis.

Concl. 17. Erratum Chronologicum de 1500. annis jam supra ostendimus. Nec initia regni Aboriginum, ad qvæ Janus pertinet, adscendunt ad Annum a. N. C. 1500. sed ad Annum circitèr 1336. vel 1326. Nec anni fugæ Zepho ex hypothesi Rabbini dandi 6. annis post sepulturam Jacobi, descendunt ad 1500. sed adscendunt ad 1687. Annus ante natum Christum 1500. non incidit in annum 6. à sepulturâ Jacobi: sed 193. post funus Jacobi. Nomen *Lotan* Choræum est, Seiriticum, non Edomæum: nec ullus ibi Edomæus appellatur LOTAN sive in Dynastiâ βασιλικῇ sive ἡγεμονικῇ: sed v. 22. inter *Seiritas* mentio sit alicujus *Timnæ*, qvæ fuerit Soror *Lotan* אחות לוטן: cumq; Concubina *Eliphasi*, ex qvâ huic natus Amalek, memoretur eodem nomine *Timna*, concluſum exinde LOTAN illum Affinem Eliphasi: cæterum, dubium adhuc *an eadem Timna* qvæ velut *Concubina Eliphasi* notatur v. 12. ut *Soror Lotan* v. 22. ut *denominans primum in Dynastiâ* ἡγεμονικῇ *Principem* ſ. אלוף תמנע v. 40. Notatum in Glossis Lyrani *in Hebræo nomen illud qvod Latinè nullo sono enunciationis distingvitur, discerni:* Cæterum discretio illa non nisi puncti - in v. 12. ־ in v. 22. & 40. est, qvod ex accentuatione in 1. Munach, in 2. Sylluk, in 3. ֫ ſ. *Tvir* facilè conciliatur. Dubium æqvè de mulieribus Esavi, qvæ in c. 28. 9. ita repræsententur.

1. JHUDITH *filia Beeri Chittita.*
2. *Bosmath filia Elon Chittita.*
3. *Mahalath filia Ismael Soror Nebajoth.*

At in

At in c. 36. Genes. ita

1. *Adah filia Elon Chittitæ.*
2. *Ohalibamah filia Ana.*
3. *Bosmath filia Ismael Soror Nebajoth.*

Sed & אהליבמה s. *Ohlifama* v. 2. 18. Uxor est *Esavi* v. 25. Filia *Ana*, *Chorea*. An eadem? Pro Affirmativâ facit qvod v. 2. qvoqve vocetur *filia Ana*, pro negativâ qvod in v. 2. qvoqve vocetur *Filia i. e. Neptis Zifon*. Si ergò *Choræa*, non fuerit eadem *Ohlifama* v. 2. 25. qvia hæc neptis Seir ex *Anah*, & Soror *Dischonis*: illa *proneptis Seir*, *neptis Zifon* filia *Anah inventoris mulorum*. Vix autem probabile per annos, duxisse *Eliphasem Esavi filium Lotani primi Ducis Choræi* Sororem, ipsum autem *Esavum* Lotani fratris, *Zifonis* sc. *tertij Ducis* neptem ex *Ana*. De qvibus omnibus videndum, anteqvam nomen LOTAN statuatur ex Choræâ factum Esaviticum vel Edomiticum.

Concl. 18. Qvæ de *Jano divinis honoribus culto, & mense donato* Rabbinus habet, nihil ad probandam *genealogiam Romanorum Edomæam* faciunt: nihil ad probandum sive illum *Zepho*, sive *Magdielem gentis Romanæ conditorem* vel *instauratorem*. Pulchrè in Chronicis Euseb. ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰάφεθ ἐγενήθη Σεροὺχ ὅστις πρῶτος ἤρξατο τοῦ ἑλληνισμοῦ καὶ τοῦ δόγματος τῆς εἰδωλολατρείας. Αὐτὸς γὰρ καὶ οἱ ζῶν αὐτῷ οὗτοι πάλαι γενομένους ἢ πολεμιστὰς, ἢ ἡγεμόνας, καί τι πράξαντας ἀνδρίας ἢ ἀρετῆς ἄξιον ἐν τῷ βίῳ τοῦ μνημονεύεσθαι, καὶ ὡς ὄντας αὐτῶν προπάτορας ἀνδριάσι στηλῶν ἐτίμεσαν, καὶ ὡς Θεοὺς προσεκύνουν αὐτοὺς καὶ ἐθυσίαζον. Οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ἄνθρωποι ἀγνοοῦντες τὴν τῶν προγόνων γνώμην, ὅτι ὡς προπάτορας καὶ ἀγαθῶν εὑρετὰς ἐτίμησαν μνήμαις μόναις, ὡς Θεοὺς ἐπιουρανίους ἐτίμουν καὶ ἐθυσίαζον αὐτοῖς. ἣν δὲ τὸ τῆς ἀποθεώσεως σχῆμα τοιοῦτον. ἐν τῶν ἱερατικαῖς αὐτῶν βίβλοις ἐτάσσαντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν μετὰ τελευτὴν καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἑορτὴν αὐτῷ ἐπετέλουν, λέγοντες τὰς αὐτῶν ψυχὰς εἰς τὰς τῶν μακάρων νήσους ἰέναι, καὶ μηκέτι κρίνεσθαι ἢ καίεσθαι πυρί. καὶ διέ-

μειναν

μειναν ἕως τῶν χρόνων Θάῤῥᾶ τοῦ πατρὸς Αβραὰμ ταῦτα. Summa est: Jam inde *à Serug* (qvem gente *Japhetidam* vocat Eusebi⁹ cum *Semida* fuerit) auspicatore Idololatriæ, obtinuisse, uti sive bellatores invicti, sive Rectores populorum incluti, sive aliis magnis facinoribus celebrati, velut Antecessores primorum meritorum à posteris, aris, columnis &c. colerentur. Cœterum minus rectè illud progenitorum institutum intellexisse posteros, & qvod ab illis non habebatur nisi μνημονικὸν s. memoriale, uti sc. Antecessores & præclari rerum inventores viverent in præclaris & duraturis posterorum recordationibus, illud ab illis, qvi successére, posteris habitum, velut illi ipsi Dii supra cœlestes, & tanqvam veri Dii religioso cultu & sacrificiis colendi essent. Subjicit deinde Eusebius veterem ritum *Apotheoseos* vetustæ, qvæ *adusqve Abrahami Patrem Terach perseveraverit*, & rectè laudat *Sophoclem* unius DEI *Creatoris cœli, terræ, maris Confessorem*, qvi illam apotheosin, per qvam θυσίας καὶ καλὰς πανηγύρεις θεῶν ἀγάλμασι τεύχουσι tribuit θνητοῖς πολλοῖς καρδίᾳ πλανωμένοις.

Concl. 19. Dicit Rabbinus: JANUM & SATURNUM *unum idemq; individuum fuisse, imposito hoc nomine à fidere Sabbatæo s. Planetâ, qvi præest diei Sabbatico.* Saturni forte nomen à שטר Hebræorum in significatione *Moderatoris Rectoris*, deducit, qvod à סתר deductum ex hypothesi conciliandi qvodammodo *Zepho* à rad צפה, & *Jani* à rad. גנז, *Saturni* à rad. סתר supra posuimus. Sed ad illud parum interest in præsenti. Uti & qvod *Janum dicit advenisse in Italiam ex Oriente: & annales Romani nihil habeant certi de stemmate Jani vel Saturni.* Nihil hæc obtinent. Fatemur in tantâ vetustate non certam præfulgere historiæ profanæ lucem. Sed an certiora ullo antiqvo teste armatus profert Rabbinus? *Janum & Saturnum unum idemq; Veteribus omnibus individuum fuisse* falsum, neq; id probat Rabbinus *Saturno advenienti* hospitium datum *à Jano. A Saturno* ipsi *Jano hospiti* τὴν γνῶσιν τῶν μελλόντων καὶ προπαρχόντων s. *notitiam præteritorum ac futurorum redditam* s. *revelatam*, atq; *inde hunc* διπρόσωπον s. *bifrontem*, τὸ μὲν ὀπίσω, τὸ δ' ἔμ-

προσθεν

πρόσθεν pingi, *mensem ab eo Januarium dici & primum anni haberi* memorant Scriptores celeberrimi. Juxta qvos adeò alius *Janus*, alius *Saturnus*, & adventus ille fuerit *Saturni* non *Jani*. Lactant. l. 1. *Janus Saturnum errantem susceptit, cujus rei argumentum sunt nummi veteres, in qvibus est cum duplici fronte Janus, & in alterâ parte Navis.* Qvod de *numismatis* meminit, non adeò liqvidum. Primum *Janum νόμισμα χαλκοῦν χαρᾴξαντα* s. *æreum numisma signantem* scribunt Veterum plurimi, unde *numismatis Græcorum manssisse illas figuras, unius qvidem lateris πρόσωπον διπρόσωπον, alterius unum ex inventis*, c. c. *coronam, pontem, navim*, testis Athenæus l. 15 juxta qvem *primus Janus æreos nummos illos percusserit*, qvod *Plin. Plut. Varro* negant, *rudis æris usum ponentes adusqve Servium Tullium*, cujus *primùm permissu pecora βοῦν πρόβατον ζῷον nummi ærei signati.* Cum Athenæo facit Macrob. l. 1. Saturn. ponens *in uno latere nomismatis effigiem Iani:* In *alterâ navim*, vel prout habet Plut. in probl. πῆ μὲν Ἰάνου διπρόσωπον, πῆ δὲ πλοίου πρύμνῃ ἢ πρῷραν s. *ab uno latere Janum bifrontem, ab altero, proram aut puppim*, ut tamen statuat *in Jani Saturnici memoriam posteris temporibus his notis Jani bifrontis & rostrinavis, æs signatum fuisse.* Patet inde qvid Ovid. l. 1. Fast. voluerit hæc scribens:

Multa qvidem didici: sed cur navalis in ære
Altera signata est, altera forma biceps.

Item: *At bona posteritas puppim signavit in ære*
Hospitis adventum testificata DEI.

Qvæ de *mense primo* committimus. Antiqvissimis tamen Romanis principium anni, qvi describebatur 304. diebus, *Martium* fuisse, testes *Qvintilis & Sextilis.*

Concl. 20. Licet ergò obscurissimum, imò Chronologiæ contrarium, dicere illum *Zepho* fuisse *Janum*, vel *Saturnum: Magdielem* fuisse *Conditorem Urbis Romæ*, utrumqve autem illum ex *Edomæo Duce* factum Regem & Imperatorem Romanum, tamen si ex abundanti illud detur, an propter *unum Zepho* & *alterum Magdielem* natione Edomæos, universa Roma, imò Italia, & per illam deinceps Imperium, sed & ampliùs, *Universitas Christianorum*, qvippe

cujus sub illo Imperio flos qvondam, denominanda *Edomæa*? An ipse *Julius Cæsar* & *Titus Vespasianus* propterea *Edomæi* & *Esavi Soboles?* Dicit Rabbinus, *immigrasse Edomæos alios, numero multos.* Sed dicit saltem: nullo antiqvo teste probat. *Legislatores vel Rectores non inferunt nomen suæ nationis illi nationi ad qvam vocantur per Senatus Consultum.* Propter *Darium Medum* non desiit *Imperium Babylonicum* vocari *Babylonicum*: nec propter *Trajanum Hispanum*, & primum Cæsarum peregrinum, *Imperium Romanum* vocatur *Hispanicum*, ita ut omnes Romani sint Hispani: nec propter Regem ex *Flandris*, *Venetis*, *Hierosolymitanis* Imperium Græcorum vocatur *Hierosolymitanum*, *Flandricum*, *Venetum*. Non propterea, qvod à *Venetis* Legislatores acceperint vel Leges, *Tremezeni*, *Roxolani*, *Tunetani*, illi populi acceperunt nomen *Venetorum*.

Concl. 21. Notat Moses Maimonides in More Nebochim l. 3. c. 50. *Ex omnibus illis vetustis Regibus Edomæorum*, qvi nominantur Gen. 36. à v. 31. nullum *fuisse gente Edomæum* אין אחד מהם מארום, unde *sit qvod Moses singulis Regibus specialem subjungat patriam* s. *Urbem natalem* מיחס אותם ומיחס ארצותם sc Bela *ex Dinhafá*, Jobab *ex Bozrá* &c. פלני ממקומם פלני ופלני מפלני; Neqve absurdè monet ibidem *Rambam* rationem illius recensionis Regum Edomæorum Mosaicam esse *obligationem majorem Israelis ad observandam Legem Regiam* Deut. 17. 15. *Non poteris super te constituere Virum alienigenam, qvi non sit frater tuus* Addit: לא תמליכה אומה איש שאינה מיחסה שלא צער אותה צער גדול או קטון i. e. *Nulla unqvam gens Regem sibi præfecit ex aliâ gente, qvi non illi sive multum, sive exiguum saltem doloris intulerit.* Et nihilominus propter illos *alienigenas* Reges non desiit gens ipsa *Edomæa* appellari, non transivit in nomina nationalia suorum Regum: Sic propter unum *Herodem Idumæum*, non defierit *Judæorum Sceptrum*, neqve *Judæi* propterea *omnes Idumæi*, etsi hujus exempli alia ratio, ex Lege. *Non abominaberis Edomæum, qvoniam Frater tuus est.* Unde qvæstio: *An Lex superior de non eligendo alienigenâ in Rep. Israelis, excludat qvoqve Edomæum conversum?* Alia ratio, si gens sine capite, hoc vel abdicato, vel mortuo, transeat in corpus potentioris populi & subjiciat

ſubjiciat ſe Regi ac regno alicui eminentiori, ubi ſalvo nomine nationali tranſit qvoqve in titulum communem Imperialem: cœterum dicere non potuit *Rabbinus*, nec aſſeverare auſus: *Romanos Europæos Rempublicam Edomæis Aſiaticis, & horum Regibus unqvam ſubjeciſſe:* qvi illum *palantem perfidumq́; Zepho* & poſt aliqvot ſecula *Magdielem* immigrantem in Italiam ex ſuo *Gorionidâ* objicicit, iisdemq́; *Romæ & univerſæ Italiæ* dominium à populis Italis oblatum fingit: imò qvi per illos *Zepho & Magdielem* immixtos ſaltem ſtatuit Edomæos primis Italiæ Incolis Javanæis ſc. Cittæis, qvomodo & Chr. Euſeb. Οἱ ἠοὶ Ἰωϋάν κίτιοι. ἐξ ὗ λατῖνοι οἱ καὶ Ῥωμαῖοι.

Concl 22. Reſolvitur tota Hiſtoria in *miſerum Gorionidam*, de qvo jam ſæpiusculè judicium dedimus. Confundunt illum Judæi cum *Fl. Joſepho Matathiæ Sacerdotis Filio*, & qvas huic laudes Hiſtoricas deberi, negare non poſſumus, illas ipſi adſcribunt ſuo Joſepho vel Joſippo Gorionidæ, qvi, ut paucis dicamus, dum abbreviator vel epitomator Joſephi γνησίου eſſe voluit, & Rabbinicas ſæpè nugas ac fabulas inſeruit, fuit *Caſtrator & Transſubſtantiator veri Joſephi.* Autor Zemach David: *Joſephus*, inqvit, *filius Gorion Sacerdotis* הכהן מיוחסי ושועי הכהנים שבירושלם i. e. *ex nobili & opulentâ ſtirpe Sacerdotum Hieroſolymitanorum ortus.* Fatemur, *verus Joſephus* ſacerdotalem Characterem habuit: at *Gorionida* ille non habuit, qvi fatetur *ſibi non licuiſſe ingredi ſanctuarium, cum non ſit Sacerdos.* Dicit idem *Autor Zem Dav.* ad A 829. mill. 4. Joſephum fuiſſe משוח מלחמה ſ. *Unctum in belli Ducem.* Fatemur talem fuiſſe *Fl. Joſephum:* militavit, dum militavit contra Romanos, fortitèr: at *Gorionida ille nullibi in illorum bellorum hiſtoria clarus.* Dicit idem, *fuiſſe Virum ſapientiſſimum, juſtum, qvi aliqvot ſeculis anteceſſerit ſapientes Gemaræ* ראה את כל הנעשה, בימיו & rerum ſuà ætate geſtarum αὐτόπτης fuerit, unde plenam mereatur fidem אין אנו מחזיקים אותו לסופר הבלתי נאמן i. e. *Non eſt cur eum referre debeamus inter Scriptores minùs fideles.* Fatemur, ita & nos ſentire de vero Joſepho, cujus libros *bibliothecâ Romanâ dignatos* vel σπουδασθέντας αὐτῷ λόγους βεβλιοθήκης ἀξιω-

Ἰλῶαι, testis Euseb. Pamphili. Scripsit sanè Josephus Græco Sermone: qvicqvid sit de illo, qvod idem Autor meminit καὶ τῇ πατρίῳ Φωνῇ παραδῶναι. At in illo Josepho tàm sanctè asservato, ne verbulum qvidem de illis Romæ originibus sive incrementis per *Zepho* & *Magdielem* Edomæis?

Concl. 23. Omninò in qvantum *Josephulus* ille vehementèr alicubi fabulosus, & ipsâ varietate Codicum suspectus consona vero Josepho scribit, autoritatem illius historicum & nos admittimus: Cœterum ubi suas addit fabulas, & *Josepho vero* contradictoria scribit, suspecta meritò illius fides est, nisi autoritate infallibili, qvæ solarum Scripturarum Canonicarum est, alicubi adjuvetur. De *numero summorum Pontificum V. T.* magna inter Rabbinos ipsosq; Talmudistas controversia est. *Templum primum* non habuisse nisi 12. *Pontifices* ex numero Pontificali 1. Chron. c. 6. *à Sadok ad Iehosadak* probat Raschi in l. alleg. qvem locum tamen Raschii à sciolo qvodam corruptum, probat Autor Meor Enaym ex Comm. Raschii Thalmudico in Joma In Templo 2. ad 85. Pontifices numerantur in *Talm. Hierosol.* in *Gemara Babylonica* plus qvam 300. At Josephus constanter in universum non agnoscit nisi 83 summos Pontifices, sub triplici classe distribuendos, ita sc. ut in classe 1. ab *Ahrone, & tabernaculo in deserto à Mose erecto, adusqve Architectonicam templi 1. Salomonis numerentur* 13. (ex qvibus post Ahronem & Eleazarum 4. fuerunt ex familiâ vel stirpe Eleazaris: cœteri jam inde sc. à septimo Heli translato tunc in aliam Ahronis familiam pontificatu, ex stirpe Itamar) in classe 2. *Pontifices omnes sub templo 1. à Zadoko,* in qvo sub Salomone rediit summum Sacerdotium ad familiam Eleazaris, *ad Iehozadak,* sub qvo Casus Zedekiæ & lamentabilis regni Judaici, per 410. annos non nisi *octodecim.* Porrò in classe 3. *à Pontificatu Jhoschuæ filij Ihozadak & primordiis templi 2.* adusqve *vastitatem templi primi* 52. qvos iterum sub triplici classe Josephus distingvit, sc. 1. ex his 52. *à primordiis Templi 2. usqve ad Regem Antiochum Eupatorem* per annos 414 ponit *15 summos Sacerdotes* & Reip. simul Administratores. 2. *Ab illo Antiocho Eupatore, qvi Oniam* cognomento Menelaum summo Pontificatu privavit, *adusqve*

regnum

regnum Herodis, numerat 9. Inde 3. *ab Herodis Principatu adusqve vastitatem templi posterioris 28.* Ita numerum 83. omnium summorum in Pop. Jud. Sacerdotum *ab Ahrone primo, adusqve Phanasum ultimum* κτ̃ τ̃ πόλεμον ὑπὸ τ̃ στασιαστῶν ἀναδειχθέντα ἀρχιερέα, & 18. sub templo 1. legitimat Josephus *l. 5. Antiq. Jud. c. ult. l. 10. c. 11. l 20. c. 8.* ut non obstet ἐναντιοφανὲς *Arithmeticum* 1. Chr. c. 6. neq; enim ibi *Catholica est descriptio Pontificalis*, prout ex omisso *Jhojada*, qvi memoratur 2. Reg. c. 11. *Athaliæ tempore Pontifex*, colligitur.

Concl. 24. Cum *Josepho* non saltem convenit R. יחנן in Talm. Tr. Joma (etsi sibi non constat in Gemarâ Babylonicâ) & *Seder Olam:* sed etiam allegatur in *Meor Enaym* pro Pontificibus sub templo 1. nonnisi 18. גם היוסיפ/ הנז/ אשר היה כהן ובקי במילי דמתא כתב יח בבית ראשון וכ/ i. e *Etiam Josephus citatus qvi fuit Sacerdos & peritus rerum urbanarum scripsit 18. fuisse S. Sacerdotes in templo 1. Ita Josephi* velut *Gemaricis Doctoribus antiqvioris, & Sacerdotis æqvè ac Reip. Judaicæ Administratoris, fortissimiq; belli Ducis* autoritas hîc summè æstimatur ab ipsis Rabbinis: qvæ omnia cum, prout illi Characteres *Sacerdotis, Belli Ducis, antiqvi* apud Romanos *Scriptoris* ostendunt, debeantur *Fl. Josepho Matathiæ Filio*, Judæi tribuunt suo Josippo Gorionidæ.

Concl. 25. Ex confusis illis Josephis est qvod Bedæ & Africani objectionibus de 70. hebdomadis respondet Abrabinel Com. in Dan. f. 10. p. 7. אני אומר שזה המספר אשר זכרו בשם יוסיפון הוא שקר כי לא נמצא כזה בספר בן גוריון אשר אתנו i. e. *Ego verò dico numerum hunc, qvem nomine Josephi memorant, falsum esse. Non enim sic extat in libro Filij Gorion, qvi inter nos est.* Scilicet non est in vero Josepho, qvia non est in Gorionidâ: atqve adeò hunc *Gorionidam* pro illo ipso habent Scriptore, qvi nomine Fl. Josephi celebratur, & ex illo prout est inter Judæos, censeri volunt verum Josephum, qvod monstrum erroris Judaici à nobis jam supra est notatum. Invertendum erat. E. *Gorionida* הוא שקר: neqve sive in *Gorionidâ* pravè omissa erant *Josepho Sacerdoti* imputanda, velut ab hoc pravè inserta: sive *in Gorionidâ fabulosè inserta*

habenda erant, velut ab hoc per errorem omissa: neqve errata *& deliria illius Josippi* imputanda Josepho illi genuino antiqviori, & longè misero illo compilatore Josephulo generosiori.

Concl. 26. Sic ibdem Rabbinus idem *tribuit Josepho falsum & Scripturis contradictorium*, qvod sc. scribat in *Historiâ, qvam Romanis exhibuit, in prælio Jeroboami cum Abiâ cecidisse ex castris Israelis sub Jeroboamo 50. millia Virorum electorum*, cum expressè 2. Chr. 13. 15. 17. *memorentur cecidisse 500. millia Virorum electorum.* At ille *Josephus qvi Romanis historiam edidit* non meminit πεντήκοντα χιλιάδας: *i. 50. mille:* sed πεντήκοντα μυριάδας i. e. *50. Myriadas*, qvas in illâ θαυμαστῇ νίκῃ *prostraverint Judæi:* At 50. Myriades annon qvingenta millia? Iterum ergò sive per *Gorionidam* Pseudo-Josephum cujus varias lectiones circumferri jam supra notavimus, sive per *pravam Josephi* Græcè scribentis versionem, passus à Rabbino injuriam ὁ γνήσιος Josephus: sed ita ut hic triumfans falsum ostendat Rabbinum, sive *in confusis Josephis*, sive *in culpatâ Josephi Historiâ* Græcâ, ac si scilicet hæc in exemplo *illius Arithmeticæ interfectorum Israelitarum aberraret ab Historiâ sacrâ.* Contra sive *duo planè distincti statuantur Autores Josephi*, sive (qvod ex abundanti ponimus) *unus idemq; Josephus & Græcè scripserit sub nomine Fl. Josephi, & Hebraicè sub titulo Gorionidæ*, omninò *Josephus qvi Græcè scripsit*, & ipsa Historia Græca genuina hodiè est Josephi historia: altera illa per insertas succedentibus seculis fabulas, & magnas nugarum eratorumq; misturas, indigna qvæ veri Josephi nomen occupet: neqve probanda, nisi qvoad illas reliqvias in qvibus consona vero Josepho loqvitur. Illo supposito, perinde est, sive *Josephus Gorionida statuatur planè alius*, & infra illum, ita ut ex Fl. Josepho exceptis multis, additisq; erratis & fabulis Magistralibus, compilaverit peculiare illud opus, qvod sub titulo Josephi Gorionidæ circumfertur Hebraicè: sive tandem detur *ille Ben Gorion idem cum Fl. Josepho individuum*, qvem deinceps alius tantis nugis & erratis Historicis ipsi Fl. Josepho contradictoriis impleverit, & vehementèr alicubi mutilaverit. Manet, *fidem Josephi non æstimandam esse ex Hebraicâ*

Scriptione

Scriptione sub titulo Gorionidæ: sed ex Græca sub titulo Fl. Iosephi, Sacerdotis Matathiæ filij, qvem Rabbinus in exemplo præsenti pessimè tractavit Nos contra inferimus: *Iosephus & hîc consona Scripturæ ponit*, & in *funere Iacobi historiam illius belli consonam Scripturis omittit.*

Concl. 26. Illud omninò mirum, cujus testimonio velut avthentico passim utuntur Rabbini, & qvem tantis laudibus extulisse *Autorem Zemach David & R. Azaria in Meor Enaim* supra notavimus, à Rabbino tam viliter hîc haberi. Laudant autem illi *Iosephum*, qvi habet Characteres *Fl. Iosephi Sacerdotis*, qvem eundem statuunt *Gorionidam*: nec in illis laudibus discernunt *editionem Græcam.* Tantò magis mirum, censeri à R. Abrabinele, promiscuè *Iosephum*, ut non veritus fuerit scribere: אף שנודה להם שיוסף כתב זה לא נקבלהו ממנו כי הרבה דברים כתב בחילוף האמת ובתלוף מה שהעידו עליהם כתבי הקדש כדי להסביר פנים לרומיים כעבד העמר ביד ארנים קשים שירבר כרצונם; i. e. *Licet ex abundanti concederemus illis Iosephum hoc scripsisse, non tamen id nos ab illo recipiemus: qvia scripsit sat multa immutando veritatem, & contradicendo illis qvæ habent Scripturæ Sanctæ, ad conciliandum sibi Romanos, qvibus in scribendo sese accommodavit, ad instar Servi durissimis Dominis servientis.* Non intellexit hoc Abrabinel, nisi de *Gorionida*, etsi ex errore communi hunc pro uno eodemq; habuit cum *Fl. Iosepho.* Negat *se recipere omnia Gorionidæ, & illis assensum dare. Scripsisse multa* dicit, *contra veritatem & SS. Scripturarum testimonium.* Et tamen vult nos credere: *Romanos per Zepho & Magdielem Edomæos, qvia id dicit Gorionides*, totumq; illud dogma παιγραφόδον superstruit *uni Gorionidæ sepulturam Iacobi cruentam recensenti*, per illud Esavitarum bellum, de qvo tacet planè Moses, & Josephus ὁ γήσιος. Si dicit Rabbinus, Iosephum γήσιον olim habuisse, præterqvam qvod *Græci Iosephi Codd.* sanctissimè asservati, probari non possunt unqvam castrati vel mutilati, ne sic qvidem obtinebit assensum nostrum Rabbinus, qvamdiu ipse fatetur: *se non omnia Iosephi recipere, qvi*

infractâ

infractâ fide benè multa scripserit. Si qvis pro Rabbino exceperit, *in illis saltem desiderari fidem Iosephi, qvæ scripserit studio erga Romanos Dominantes*, omninò etiam hæ tam vetustæ origines Ducales Edomææ Iano antiqviores non poterant non Romanis esse gloriosæ, & adeò ex illis qvoqve oriri suspicio studii Romani, si in avtenticis Græcis scripsisset, prout cum in his non adscripserit (neqve enim ex studio erga Romanos, ut expungeret, opus habuit) rectiùs *desideratur fides historiæ illius Gorionidæ*, qvam, si tam fuisset vera, qvàm Romanis abstractâ religione gloriosa, supprimere Iosephus in Codd. Græcis non potuisset. Si objiciatur: *à parte profundæ vetustatis illorum Heroum ex Edomæâ Italiam immigrantium nullum qvidem veritati periculum apud Romanos futurum fuisse: at multum ex prophetiis perseveris in Edomæos*, propter qvas, *velut in se dictas, ne Romani præsumerent, illas proferri origines Edomæas, ob metum maluisse Iosephum in Græcis has omittere*, nihil dicitur: neqve enim metuendum, ne à duobus Edomæorum Heroibus Roma omnis tunc se Edomæam agnovisset, neqve si hoc, ut sibi soli omnia in Edomum tristia dicta applicaret opus habuisset, cum scire potuisset datos in Asiâ Edomæos, qvos præter nulla historia sacra ullibi alios Edomæos appellat, & in qvibus complementum qvoqve hujus ipsius Prophetiæ luculentum extet, ut ita nec ex inscitiâ, nec ex studio, nec metu, nec odio hîc in LL. historiæ peccare potuerit Josephus, judicio I. C. Scaligeri *omnium Scriptorum* φιλαληθέστατος, Photii in Biblioth. καθαρὸς τὴν φράσιν καὶ ἀξίωμα λόγου μετ' εὐκρινείας καὶ ἡδονῆς δεινὸς ἐκφῆναι πιθανός τε τῶν δημογορίαις καὶ ἐπίχαρις, γνωμολογικός &c. Evagrii Eccl. hist. γράψας ἱστορίαν χρειώδη εἰς ἅπαντα τυγχάνουσαν, Sozomeni Salaminii ἀνὴρ παρὰ Ἰουδαίοις καὶ Ῥωμαίοις ἐπιδοξότατος, & ἀξιοχρέως μάρτυς τῆς περὶ θεοῦ ἀληθείας. Hieron. *Vir Hebræus & ab infantiâ sacris literis eruditus & cunctam Græcorum Bibliothecam complexus*, qvi & allegat *Josephi* judicium de *cæde Johannis Baptistæ, Jesu Nazareni, & Jacobi minoris.*

PHARASCHA IV.

Concl. 1.

FUit supplicatio Sanctorum in Zion *pro impetrando salutari protectorio cœlesti & exerendâ gloriosâ Majestate* adversus *Tyrannos violentos Ecclesiæ & sub V. T. & sub novo fœdere hostes ac persecutores*, in Phar. 1. c. 33. ad v. 13. Fuit post *responsum geminum cœleste*, qvod ad *Litaniam illam intercalarem*, qvam supra legitimavimus, pertinet, & post *Convocationem universalis Auditorij Iudæorum & gentium, fidelium & infidelium*, v. 13. discreta repræsentatio 1. *peccatorum ad illam Majestatis revelationem triumfalem trepidantium*, prævià *contritione* & *infirmitatis agnitione ad Mediatorem appellantium, ac gratiosam in eodem Mediatore, Rege, Ihovah, absolutionem* s. *Iustificationem, impetrantium* c. 33. à v 14. ad finem, ut adeò qvi antea ad Zionem vocati dicebant: *Ægroti sumus* (חלינו) *trepidamus, tremor nos corripuit, desperandum nobis & pereundum æternum, nisi detur qvi bono nostro cohabitet DEO, qvi est ignis absumens:* nunc *in Zione habitantes*, non ampliùs dicant: *Ægroti sumus:* qvia sc. *Populus habitans in illâ, est justificatus*, s. *per Mediatorem illum ambulantem justissimè* s. *illius absolutissimam justitiam remissione peccatorum donatus* conf. v. 14. & 24. c. 33. Phar. 2. Fuit 2. repræsentatio hostium *in crudeli odio Zionis* finalitèr *perseverantium, & proinde effervescentem iram* JHOVAH, *excandescentiam, gladium* JHOVAH *inebriatum, & sanguine madidum*, virtutemq; *terribilis anathematis cœlestis* experientium, & sub illo *anathemate* æternùm ejulantium, qvi tùm generalitèr titulis *omnium illarum gentium, & exercitus illarum*, tùm inprimis appellatione *Edom & Bozræ* notantur toto c. 34. (cujus Prophetiæ, qvoad literalem sensum, complementum in *Edomæâ veteri* non exclusâ ipsâ *Synagogâ Iudaicâ*, & *accommodatione Bozræ* ac *Edomi Typicâ*, sed & adimpletione hujus Prophetiæ apud omnes Zionis hostes adusqve novissimum iræ & judicii rigorosi diem, *qvo totus exercitus cœlorum contabesceret*, continuandâ, jam supra ostendimus) Pharaschâ 3. toto c. 34. Succedit nunc 3. c. 35. & Pha-

raſcha 4. *Triumfus ſanctorum jubilantium* toto c. 35 atqve ſic *Zion exaudita*, qvæ à *lacrymis*, & *planctu Turturis* Orationem hanc magnam inchoavit, in *jubilis & triumfis* claudit. Ita etſi ſpecialibus argumentis diſcreta, cohæret *Oratio Prophetica*, unde & in præſenti Pharaſchâ multiplex reſpectus ad ſuperiora.

Concl. 2. Meminerat in fine Orationis Propheticæ præcedentis c. 32. 15. *Deſertum fore in Carmel.* Erat ſc. circa tempora Meſſiæ futura vilis admodum & vix ullo flore conſpicua conditio *Carmel* ſ. *Zionis*, parum ſobole feracis, unde illæ Matris Zionis, pro ſe ſuaq; ſobole *lacrymæ*, à qvibus exorditur hæc Oratio c. 33. 2. Reſpondetur ibidem: *Surrecturum gloriosè DEUM, & impleturum Zionem Iudicio & juſtitiâ* c. 33. 5 ex qvâ ſc. *plenitudine Juſtitiæ & judicij in Zion*, futurum, ut ex *Deſerto qvoqve fiat Carmel*, & hoc adeò augeatur innumerabili ſobole ex Gentilibus Converſorum & Confeſſorum regni Chriſti, & ex ſterili qveruloq; fiat Carmel fœcundiſſimum & jubileum. Exprimit nunc in Pharaſchâ 4. illud *Carmel* ſ. *Zionis fœcundæ jubilum*: Jam ſc. *lætatur deſertum, exultat & floret ſolitudo*, ipſaq; Zion paulò antea deſerta, qverula, ingloria, accepit *gloriam Libani, Carmel & Saronis* c. 35. 1. 2. Ita qvæ Oratio incipit à *Litaniâ Zionis*: O JHOVAH *gratiam præſta nobis*, c 33 2. deſinit in jubilis c. 35 1. ישׂשׂום מרבר ſ. *Gaudebit de his deſertum*: qvæ incepit à *planctu Turturis* ſ. *qverulæ de ſolitudine Zionis*, deſinit in *gloriosis Zionis fœcundæ jubilis*: Magno ſc. numero *convertuntur ad Zionem Redemti*: *intrant Zionem cum Cantu*: & *lætitia perpetua eſt ſuper caput eorum*: *nullus ibi mœror, mœſtitia nulla*: fugiunt lacrymæ illæ Zionis, in qvâ jam non *eſt niſi gaudium & lætitia* c. 35. ult. Sic c. 33. 9. Zion qverebatur de *Libani, Saronis & Carmeli* langvore: hîc *promittitur Zioni gloria Libani, & excellentia Carmeli & Saronis* c. 35. 2. Sic dies נקם ſ. *vindictæ* promittitur Zioni c. 34 8. Hîc eadem *promiſſio continuatur* c. 35. 4.

Concl. 3. Prophetiam hanc ita complementum habere in regno gratiæ, uti gradus complementi ſuperlativus pertineat ad regnum gloriæ, eſſe item illam merè Evangelicam de florido Eccleſiæ N. T. ſtatu, abſolvi illam 1. *floridi* ſpirituali ſobole ex gentium con-

um conversione Ecclesiæ s. Zionis hactenus desertæ *jubili*, ob *gloriam* JHOVAH in se revelandam, Propheticâ prædictione tm. 1. 2. II. Speciali beneficiorum in regno Christi commemoratione, illorumq; 1. qvoad *infirmorum*, per adventum Θεανθρώπε Redemtoris, Servatoris & Retributoris *Confirmationem* tm. 3. 4. 2. qvoad surdorum, claudorum, mutorum per abundantiam donorum ac gratiarum cœlestium in deserto profundendarum corporalem pariter ac spiritualem curationem tm. 5 6 7. 3. qvoad *Justificatorum & Sanctorum Redemtorum* DOMINI *securam ambulationem* tm. 8. 9. & *jubileam* ac *infinitam* in regno Christi s. Zione *durationem* tm. 10 ex accuratâ textûs lectione constat facile, etiam extra accommodationem Evangelistarum e. c. Luc. 7. 22. Neqve uti principale hujus capitis argumentum probetur esse *Christus Autor beneficiorum spiritualium*, opus est, statuere, *textus circumstantias ac phrases sensu literali non posse exponi: Sensu autem mystico optumè qvadrare ad Christum, ejusq; beneficia ac merita in Ecclesiam.* Omninò sensu literali hîc non nisi Christus, totumq; regnum Christi inculcatur, ut nec illi probentur, qvi hîc דרך הפלגרת s. *viam hyperbolicam* clamitant, in qvâ sc. partim *creaturæ inanimatæ* e. c. *desertum*, *solitudo*, repræsententur, veluti *lætantes*, *exultantes*, *florentes*, *jubilantes*, *gloriam Domini videntes*, v. 1. 2. *& loqventes* v. 3 4. partim ipsi homines describantur, velut *ex cœcis facti videntes*, *ex surdis audientes*, *ex claudis ad instar cervorum salientes*, *ex mutis cantantes* v. 6. Litera non est sensus literalis. Explicetur rectè illud desertum, & illa solitudo, & patebit nullam hîc *hyperbolam* vel, si mavis, περισσολογίαν. In regno autem *Christi*, sine *hyperbole Rhetoricâ* non saltem miraculosè, & qvoad corporalem qvoqve restitutionem in integrum, *cœcis aperiuntur oculi* Matth. 9. 27. c. 11. 5. c. 12. 22. c. 20. 30. c. 21. 14. Joh. 9. 6. *Surdis patefiunt aures* Matt. 11. 5. Marc. 7. 32. *Saliunt claudi velut cervi* Matt. 9. 2. c. 11. 5. c. 15 30. c. 21. 14 Joh 5. 8. 9. Actor. 3. 2. c. 8. 7. 14. & *cantat lingva muti* Matt. 9. 32. c. 12 22. c. 15. 30. sed & spiritualitèr *mortui in peccato illuminantur & vivificantur per Messiam* vid. Eph. 5. 14. Neqve *DEO Promissori*, inprimis bonorum cœlestium Evangelicorum, *qvibus nihil datur eminentius*, competit *hyperbola*, per

qvam *aurei montes promittantur, & plumbei dentur.* Errare præterea qvi de *felicitate Judæorũ post-Babylonicâ corporali sub templo 2. explicant*, tùm *ex evidentiâ propositionis propheticæ*, tùm *ex rationario illorum temporum*, facilè ostenditur. De *diebus* MESSIÆ explicant Rabbini. Benè illud & malè. Benè: si agnoscerent καιρὸν τ ἐπισκοπῆς αὐτῶν & *rationarium temporum* MESSIÆ *jam revelati.* Malè, tùm qvoad Messiam *nondum revelatum*, atqve adeò â JESU Nazareno alium demum revelandum, tùm qvoad *corporale* & nonnisi *futurum* demum hujus Prophetiæ *complementum* in corporali liberatione dispersarum tribuum, qvod crassum literæ Propheticæ adimplendæ postulatum πληροκαρδία & desperata causa Judæis exprimit, qvi ipsi in innumeris Prophetarum locis urgent figuratum sermonem Propheticum, non ex literâ mensurandum: sed ex illo qvod spirituali modo, infertur literâ.

Concl. 4. Regnum Messiæ Θεανθρώπε primò omnium revelatum in *deserto Judæorum.* In illo præivit clamosus Præco imperans in deserto parandam viam Domino. In illo intimavit χαρὰν μεγάλην post Gabrielem conceptionis, & Angelum Evangelistam nati σήμερον SALVATORIS, totus Chorus Angelorum intonantium in campis Bethlehemiticis: Gloria in Excelsis DEO, in terrâ Pax, & in hominibus beneplacitum סברא טבא לבני נשא. Fuit autem in illo deserto ipsa qvoqve Ecclesia circa tempora Messiæ proxuma verè מרבר s. ita habens *sermonem* ut tamen esset *desertum:* unde nato & passo Messiâ Confessores pauci. Atqve huic ipsi מרבר & ציה s. *deserto* & *arido loco* prophetice intimatur *lætitia interior* ex *admiratione* tùm *superiorum beneficiorum in Zionem* c. 33. tùm *Judiciorum in hostes Zionis* toto c. 34. unde non dicitur וישושו: sed cum affixo וישושום i e. *lætabuntur de illis.* Qvâ ratione autem de *judiciis qvoqve DEI in hostes, Zion lætari possit*, ex *querelis Zionis* c. 33. 3. 4. 7. 8. 9. ex *responso cœlesti* v. 10. 11. ex *contradistinctione illorum hostium & peccatorum in Zion trepidantium ac ad Mediatorem appellantium* c. 33. v. 13. 14 & c. 34. 2. 3. ex *intimatione diei vindictæ & anni retributionum* c. 34. 9. facilè conciliatur. Errant 1. qvi ם in וישושום sive *pleonasticum* sive *paragogicum* habent: 2. qvi titulos מרבר &

ציה in sensu composito ita sumunt, ut illi non nisi ad *externam referantur apparentiam*, juxta qvam Ecclesia *semper vilis & abjecta mundo, semper sit desertum & locus aridus.* 3. qvi generalitèr explicant per *loca qvæ videbantur omnium ineptissima.* 4. Lira partim ex *hypothesi veteris Judaismi*, Judæam statuens hîc *desertum* appellari propter *carentiam s. principalitatum templi I. e. c. Ignis, Arcæ, Olei sacri, Spiritus S. Urim Thummim*, partim ex *hypothesi Papismi*, eandem dicens hîc ציה appellari, tùm *propter carentiam doni prophetici*, tùm *propter defunctos Sanctos in Limbo patrum velut foveâ, in qvâ non est aqva, positos, qvos Christus inde transtulerit ad gloriam.* Atqve in hoc *deserto Judæorum*, in hâc *aridâ* ferè Zione primum *gaudium de adveniente DEO nostro* SERVATORE conf. v. 1. & 3. Complementi exemplum primarium esto illud Pentecostale, unde constabit qvâ ratione *illi arido deserto* illud *magnifici spiritualis gaudij* vocabulum tribuatur ישׂשׂום. Vid. Act. c. 2.

Concl. 5. Ita ergò *lætatur desertum* s. Ecclesia, qvatenus ex Judæis Messiæ Consangvineis propaganda, apud qvos ex *speciali ordinatione cœlesti* Messias ipsâ visibili σωματικῶς manifestandus erat, & qvi depositarii hactenus VERBI cœlestis fuerant, eminentiore adeò longâ conditione, qvam qvâ fuerat *permixta & obscura solitudo orbis gentilium*, s. ipsa ערבה. Et tamen hæc ipsa *solitudo* non saltem ששׂושׂ s. *lætatur* vel *interiori gaudio afficitur* æqvè ac *desertum*, & Ecclesia in deserto: sed, qvi excellentior gaudii gradus est, *exultat qvoqve:* nec saltem *exultat:* sed & *floret:* sed &, cum inter flores qvoq; dentur gradus, qvoad coloris excellentiam, odoris fragrantiam, *floret* כחבצלת i. e. *sicut Rosa* (florum, sive colorem, sive fragrantissimum odorem spectes, facile Regina, & propterea unius pulcherrimi Zionis qvi clamat in Canticorum Cantico: EGO SUM ROSA SCHARONIS c. 2. 1. & h. l. Zionis Evangelicæ coloribus dedicata) Nec saltem *florebit sicut Rosa* (v. 1.) sed & *florendo florebit* i. e. *magis magisq; florebit* & (ut constet qvæ illius floris ratio) *exultabit:* neqve saltim in Spiritu exultabit, sed *exultabit etiam exultatione & sonoro cantu* (magnificis hymnis & jubilis sonoris illam interiorem Spiritus exultationem testabitur). Illa autem *exultatio soli-*

tudinis, florentis sicut Rosa, illa ipsa *floris & fructuum Spiritus excellentia*, ob qvam Ecclesia in orbe gentium *florida exultat exultatione & cantu sonoro*, fluit ex gratiosâ amplificatione & *contributione omnis excellentiæ spiritualis in Ecclesiam Messiæ Evangelicam*, signatæ per *gloriam Libani, decorem Carmeli & Scharonis* & qvidem *illius* Libani s. הלבנון, *illius* Carmel s. הכרמל, *illius* Scharon s. השרון qvæ *articuli* ante nomina propria constans præpositio & *triplicatio* hîc meretur notari. Gloria illa consistit in *excellentissimâ agnitione Christi* s. in Visione GLORIÆ DOMINI & Decoris DEI NOSTRI s. Immanuelis Messiæ, qvem *videbunt & Conversi in deserto Judæorum*, & in *solitudine gentium*. Videbunt המה, omnes illi, deserti gaudentis & solitudinis exultantis Filii. Ita sc. *gravitas Libani, & excellentia omnis Carmel & Scharonis* veteris s. Ecclesiæ Judaicæ gloria Regalis & Sacerdotalis transfertur ex deserto in hanc ערבה s. *Ecclesiam Evangelicam*, cujus Confessores numerosi ex orbe gentium, & hoc partu Ecclesia illa in deserto sit ex sterili Mater fœcunda. Notetur collatio GLORIÆ LIBANI & GLORIÆ DOMINI: item DECORIS CARMEL & DECORIS DEI NOSTRI v. 2. Gloria Libani fuit MESSIAS Nazarenus, idemq; GLORIA DOMINI, cujus gloriam viderunt & *Judæi* juxta illud: VIDIMUS GLORIAM Ejus, & *Gentiles* in tot miraculis factis in nomine Christi.

Concl. 6. Notantur adeò incrementa Zionis, qvatenus est ערבה & qvatenus est מדבר, Zion *in deserto Judæorum* gaudet qvidem de clarissimâ Messiæ & totius regni Messiæ inter se manifestatione & aliqvâ sobole ex Judæorum natione: sed minus numerosiore, cum longè plures in illâ sint ἀνθιπίπτοντες τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες, iidemq; facti *anathema à Christo* consangvineo, unde Zioni Matri, ejusdemq; veris Filiis λύπη μεγάλη καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη Rom. 9. 2. 3. Act. 7. 51. c. 13. 45. In illâ צית s. aridâ tunc cœlesti rore regione Judaicâ profluxit qvidem copiosissimè *fons aqvarum scaturientium in vitam æternam*, & longè *penetrantiorem efficaciam* habuerunt *verba vitæ, qvæ elocutus Messias*, qvàm qvæ qvondam magnus Moses, vovens, uti *tanqvàm pluvia, ros, stillaret fluereté; novissimus sermo*, velut *tenues pluviæ*

super

super tenemm herbam, & sicut imbres super adultam herbam: sed noluerunt *haurire rorem cœlestem*, & *aquas cum gaudio è fontibus salutis.* Ita actum in מרכר & ציה. Cœterum in ערבה *floridiora omnia*, & *magis jubiléa:* Cujus discretionis interpretes Apostoli Act. 13. 46. ad Judæos: *Vobis*, inqviunt, *oportebat primum prædicari sermonem DEI: postqvam autem illum repellitis*, & (illâ contradictione) *vos ipsos decernitis indignos æternâ vitâ:* ECCE CONVERTIMUS NOS AD GENTES. *(Ita enim nobis præcepit Dominus: Constitui te ut sis lux gentium, ut sis in salutem usqve ad ultimas terras)* unde: Judæi qvidem odio rabidi sæviunt in Apostolos, & excitatâ in illos conjuratione *è finibus regionis hos* ejecerunt: *Gentes autem illos audientes* GAVISÆ SUNT ET GLORIFICAVERUNT SERMONEM DOMINI: ipsiq; *conversi* in regione gentium Discipuli *repleti gaudio & Spiritu Sancto.* Act. 13. 48. 52.

Concl. 7. Neqve verò omnium in regno Christi civium eadem conditio qvoad *gradus fiduciæ*, & *sensum pacis*, *bonæ conscientiæ & gaudij in S. Spiritu*, qvoad χαρποφορίαν illam Spiritus: non omnes æqvè sunt πεπληρωμένοι καρπῶν δικαιοσύνης τῶ διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ, Philip. 1. 11. qvalem *fructificationis spiritualis plenitudinem & excellentiam* h. l. designat positus פרח תפרח f. *Solitudo Gentilium* renata *florendo florens* v. 2. Non omnium Confessorum eadem est conditio qvoad *fructus labiorum*, ut possint ἀναφέρειν θυσίαν αἰνέσεως διὰ παντὸς τῷ Θεῷ vid. Hebr 13. 15. f. uti possint, qvod hîc Propheta noster v. 2. intimat, *exultare exultatione & sonoro cantu:* non apparet semper *illa gloria Libani:* abscondita sæpè est *gloria* DOMINI: & ubi *ipsa Rosa Scharonis* f. CHRISTUS *Rex Gloriæ pendet in cruce*, Zion ipsa non credit se *florere sicut Rosa.* Hîc plangit, lamentatur. Hîc *manus remissæ.* Hîc *genua labant.* Hîc *Cor* derepente *sæpè* à DEO gratioso ad eundem ut iratum *propellitur, turbatur*, inter iratum & placatum DEUM luctatur: neqve semper *in tribulationibus gloriatur.*

Concl. 8. Neqve verò in & sub regno Christi *manus remittentes*, (anxii, infirmi, in tentatione, vel luctâ ad lapsum jam tendentes, & animis jamjam desponden tes) magis magisq; suæ

παρέσ-

παρέσῃ ſ. *remiſſioni* permittuntur, vel, ut penitus *remittant*, ruantq́; magis etiam impelluntur: ſed etiam maturè, anteqvam penitus abjiciant animos, in *DEO Salvatore* promiſſionibus divinis *confirmantur:* atqve hoc vult Imperativus 1. *Confirmate manus remittentes* ſ. *remiſſuras* v. 3. חזקו ידים רפות. Non ibi *genua labãtia*, ut ruant titubentq́; magis, impelluntur, vel ſuo periculo ſine adjutorio cœleſti committuntur: ſed maturè in robuſto DEO conſolidantur ſ. *fortificantur*, atqve hoc vult Imperativus 2. ברכים כשלות אמצו i. e. *Genua labantia fortificate* v. 3. Non hîc *turbati corde* (mœſti, trepidantes in tentationibus, & inter has *abrepti* ſæpè mentibus ad qverelas, planctus, & impatientiæ vocabula, ac inconſiderati ſ. *præcipites* corde) ſuis *perturbationibus* ſine cœleſti confirmatione relinqvuntur, vel in majores etiam præcipitantur: ſed maturè voce & alloqvio ineffabili divinitus *roborantur:* qvod vult Imperativus tertius: *Dicite attonitis* (turbatis) *corde:* FIRMI ESTOTE! NOLITE TIMERE! v. 4. ita prout ſub regno Chriſti non eadem eſt ſubditorum conditio: Ita nec eadem tractatio. Fundamentum autem *talis Confirmationis* vel ipſum *inductivum ſtereomatis illius cœleſtis* eſt, DEUS: ſed cum addito: VESTER DEUS. DEUS *infirmorum jam manus remittentium*, jam *genua labantium*, jam *cordis tumultibus in præceps abreptorum & luctantium.* Illis in applicatione hujus invicti ſtereomatis applicandum illud FIRMAMENTUM ſc. DEUS VESTER. Atqve adeò *manus remiſſæ*, *genua labantia*, *corda turbata & præcipitantia confirmantur*, nonniſi in DEO ſuo: & qvidem in DEO, qvatenus VENIT, & qvi *jamjam* venit, atqve adeò in *imminentiſſimâ & gratioſiſſimâ DEI noſtri præſentiâ*, qvæ proinde intimatur δεικτικῶς: ECCE DEUS VESTER VENIET: neqve ſaltem in communiori præſentiâ: ſed ſpecialiſſimâ illius modificatione, qvia VENIET 1. *ipſe DEUS* VINDICTA & *Vindex Sanctorum.* 2. *Ipſe DEUS adveniens erit abſolutiſſima retributio DEI.* 3 *Ipſe veniet ut* SALVATOR Sanctorum, illarum ſc *manuum remiſſarum*, *genuum labantium* & *cordibus præcipitantium*.

Concl. 9. Nihil adeò hîc pro *perſeverantibus impœnitentibus*, & *maleficis*, qvorum *manus à DEO fortiori non confirmantur* Job. 8. 20.

Nihil

Nihil pro *robustis*, & imaginariis sanctis, de qvibus valet vox Servatoris: *Robusti non opus habent Medico:* sed οἱ κακῶς ἔχοντες Matt. 9. 12. totum illud pro *verè pœnitentibus*, & tentatis *fidelibus*, ita tamen uti Titulus *manuum remissarum*, *genuum labantium* &c. amplissimus, nullum facilè excludat in *Choro Sanctorum*. Experiuntur omnes, si non æqvè & in exemplo uno, tamen in altero. Possunt etiam, qvi hodiè virtute Spiritus sustinentur & firmi stant, paulò post *manus remittere*, vel *poplite succiduo* lapsum minari imò *cadere*: & possunt, qvorum *manus paulò antea remissæ fuerunt*, & *labantia genua*, roborati, alios antea firmiores iterum *confirmare*. Ita in omnibus sanctis militantibus actu primo dantur *manus remissæ*, *genua labantia*, *cor turbationibus obnoxium*, etsi non extensivè actu 2. & in sensu composito. Omnibus hîc *stereoma cœleste præscribitur*, ut sc. qvi jam nunc sentiunt *manus remissas*, *genua labantia*, & *cor turbatum*, de firmamento cœlesti possint esse certi: οἱ δυνατοὶ autem s. validiores stantes e. c. PETRUS CONVERSUS (qvi *manus remissas*, & *genua labantia* ostenderat lapsus) iterum *confirmare Fratres suos infirmos* juxta Imperativum Servatoris στήριξον Luc. 22. 32. Officium adeò hoc applicandi confirmationem manibus remittentibus & genubus labantibus, in qvantum privatim exercetur, reciprocum & παλίνδρομον omnium Christianorum est, imò non unius saltem in alterum: sed & unius in seipsum: qvatenus autem in ministerio publico spectatur, Apostolicum est, & Doctorale Ecclesiasticum, licet etiam hîc dentur *manus remissæ*, & hîc adeò illud *Confirmationis ministerialis* officium sit reciprocum.

Concl. 10. Patet inde qvare non dicatur in fontibus in formâ absolutâ futuri תחזקנה s. *confirmabuntur*: sed in *imperativâ* חזקו ידים רפות s. *Confirmate manus remittentes*: & sic in *confirmatione genuum* non תאמצנה i. e. *roborabuntur*: sed אמצו s. *roborate*, *fortificate*: sed &, qvare in *stereomate cordis perturbati*, detur *Imperativo* tertius? qvare item officium illud *confirmandi*, *fortificandi*, *alloqvio trepidantia pectora erigendi*, imperetur absolutè, sine modi-

ficatione vel limitatione ad certum subjectum. Non in libertate Sanctorum illud est relictum: sed imperatur hoc officium, & qvidem imperativo triplicato, cujus vim apud infirmos tùm *dogmaticè*, tùm *vitaliter*, i. apud *infirmos fide*, & *occupatos vitiis* qvedam παραπτώματα expressurus Apostolus: ὀφείλομεν, inqvit, i. e. DEBEMUS Nos οἱ δυνατοὶ, *ferre*, imò βαστάζειν *infirmitates impotentiorum, & non nobis ipsis placere*, prout *Christus non placuit sibi: sed ipsa convitia convitiantium DEUM portavit.* Jubet Apostolus: *Eum qvi fide infirmus est, assumite* (vel, uti pulchrè Syrus: *Et qvi infirmatur in fide, & jam manus remittit*, VOS MANUM PORRIGITE) *sicut etiam* CHRISTUS *assumsit nos in gloriam DEI. Si qvis occupatus fuerit in aliqvâ offensâ*, VOS SPIRITUALES *reconcinnate hujusmodi hominem cum Spiritu lenitatis: Considem te ipsum, ne & tu tenteris.* Conf. Rom. 14 1. c. 15. 1. 3. 7. Gal. 6. 1. Longiùs tamen se extendunt *manus remissa & genua labantia*, ad experientiam *portarum inferni, Odij Satanæ & totius mundi:* hîc inprimis opus est confirmatione cœlesti ut luctantes vincant *Sanguine agni & sermone testimonij:*

Concl. II. Confirmatio *manuum remissarum & fortificatio genuum labantium* non ita ponitur inter Characteres regni Messiæ in Ecclesiâ N. T. ut non fuerit qvoqve in *Zione sub veteri fœdere.* Fuerunt in sanctissimis qvibusqj; V. T. & *remittentium sæpè manuum, & confirmationis cœlestis* exempla. David qverulus de *cibo lacrymarum qvas excusserant blasphemiæ hostium omni sicâ magis excruciantes, de animâ incurvante sese, & tumultuante contra se, de abysso abyssum invocante ad sonum cataractarum divinarum, de fluctibus super se transeuntibus, de DEO obliviscente sui, de atrato incessu*, ostendit *manus remittentes, & genua labantia, cor item occupatum, perturbatum* Psal. 42. 3. 7. 8. 11. at idem ex parte *Spiritus & novi* i. *regeniti hominis non* saltem *confirmat & fortificat seipsum fiduciâ in DEUM fortem petram suam, & perseverante Oratione ad DEUM fortem vitæ suæ:* v. 9. 10. sed & idem *ut regenitus & testimonio Spiritus S. confirmatus* alloqvitur seipsum, reprehendit seipsum ut ex parte carnali veteris hominis, *in præceps dejectum corde*, & exinde Oratorem *inconsidentum.* Idem sc. qvi qveritur: *Mi DEUS, anima mea in me dejicit se,*

confirmat

confirmat seipsum & alloqvitur seipsum: *Qvid dejicis te anima mea? & qvid ita perstrepis in me? Spera in DEO, nam adhuc celebraturus sum eum & salutem omnimodam faciei ejus* v. 6. & 12. Ibidem Orator ostendens *manus remissas & genua labantia*, qveritur: *An oblitus est gratiam facere DEUS fortis? an occludet misericordiones irâ?* Psal. 77. 10. Idem, inqvam, respondet sibi ipsi v. 11 *Tandem dico: Infirmare meum, istud:* (istud est qvod infirmat me, s. ipsa infirmitas mea) *mutare est dextræ Excelsi. Recordor actionum tuarum, mirabilium tuorum: meditor de unoqvoque operum tuorum. O DEUS in Sanctitate via tua est!* atqve ita ex rationario *beneficentiæ, benignitatis, promissionum & admirandorum operum* divinorum confirmat seipsum. Patet ita Imperativos illos: חזקו s. *confirmate*, אמצו *fortificate*, אמרו לנמהרי לב i.e. *Dicite præoccupatis* (turbatis, abreptis) *corde*, ad ipsos qvoqve *infirmos & manus remittentes, genua labantia, & cor turbatum expertos*, reflecti, ne qvis applicationem illam confirmationis ministerialem imperari putet *solis firmis, extra talem agonem stantibus.* Imperatur generalitèr, & illis ipsis, *qvi manus remittunt & genua labant*, ut confirment seipsos, & aliis firmioribus, uti confirment infirmos. Sed & patet, qvomodo idem *confirmare*, imò & *alloqvi* possit seipsum, cujus in eadem sanctissimi Oratoris personâ exemplum. Qveritur ille: *Circumdederunt me dolores mortis, angores inferni obvenerunt mihi, angustiam & mœrorem invenio.* Psal 116. 3. En hîc *manus remittentes, genua labantia, cor perturbatum.* At idem confirmat & alloqvitur seipsum: *Redi ô anima mea* (perturbata) *in reqviem tuam, qvoniam Jhovah beneficus est erga te* v. 7. Medium impetrandi virtutem illam, applicandi sibiipsi promissiones s. confirmandi seipsum intercedit v. 4. sc. Consilium precum: *Nomen Jhova invoco dicens: Obsecro Jhovah libera animam meam.* Ita firmamentum cœleste applicare potest tentatus sibiipsi, & orando triumfare. Idem David exul in deserto Ziph, persequente Saule, memoratur confirmatus à Jonathane. *Jhonathan surgens audivit Davidem & confirmavit manum ejus in DEO* 1. Sam. 23 16. Ita Jobus antequam tentatus, memoratur *manus remissas* s. *labantes sermone* & alloqvio potenti confirmasse & *fortificasse genua se incurvantia*

curvantia Job. 4. 3. 4. Neqve verò Jobus tentatus, qvi *manus remittentes, genua labantia, cor perturbatum* expertus est sine pari inter Sanctos mortales, habuit confirmationis applicandæ ministros illos Oratores Amicos, qvi maximi erant Jobo carnifices vid. c. 19. 1. 2. 3. 22. At fiducia in DEUM Redemtorem & radice Verbi confirmabat seipsum. c. 13. 16. c. 19. 25. 28.

Concl. 12. Qvia tamen bellum portarum inferni, odium Diaboli & mundi nunqvam conspectius & vehementius, qvàm sub regno Messiæ θεανθρώπου, & exinde contra Draconem & Angelos ejus militaturis periculum majus à *manibus remittentibus & genubus labantibus*, ideò nullibi eminentior qvoq; illa *confirmatio*, qvàm *sub regno Messiæ Evangelico:* atqve hinc est, qvod inter *Characteres Messiæ* à Prophetis referatur illa *manuum remittentium, genuum labantium, & pectorum trepidantium potentissima Confirmatio, & infirmorum blandissima tractatio*, non negantibus id ipsis Rabbinis, qvi urgent & præsentem Prophetiam Isaianam & alteram de *Servo & Filio dilectionis non vociferante, arundinem qvassatam non frangente, ellychnium fumigans non extingvente* Isaiæ 42. 2. 3. de MESSIA intelligendam: sed negantibus nostrum MESSIAM fuisse talem *lenem infirmorum Tractatorem & labantium Confirmatorem* qvi fuerit איש ריב ומדון לחכמי פרושים s. *Vir litigiosus & contentiosus cum Sapientibus Pharisæorum.* Fatemur fuit noster JESUS Orator sæpè perseverus & Reformator vehementissimus. Sed apud qvos? Apud illos sc. *malitiosissimos & obstinatè blasphemos Consilij cœlestis contemtores, serpentes, & progenies viperarum*, qvibus intimatum totiens VÆ & in qvos valet allegatum supra ex Jobo: MALEFICIS DEUS NON CONFIRMAT MANUS. Qvod si propterea *rixosus* appellandus fuerit, *omnes Prophetæ, adusqve Malachiam, Doctorali & Pontificali*, ipsorum SACERDOTUM Judaicorum Elencho, terribilem planè Prophetam, ita appellandi fuerint, prout & appellati eo nomine & *persecutionem qvoqve passi sunt ad sangvinem usqve, ab Antecessoribus Judæorum* teste JESU nostro Matth. 23. 31. 35. & ejusdem *exaltati primicerio Martyre Stephano* Act. 7. 52. Sed & invertendum argumentum: sc. *Uti tractatio infirmorum lenissima: ita tractatio præfractorum*

fractorum & obstinatorum vehementissima, & vis elogij Doctoralis potentissima ἐξουσιαστικὴ, *aqvè inter Characteres Messiæ ponitur* conf. Mal. 3. 2. 3. 4. Atqve adeò talis apud illos *Latrones & Latronum Filios* Osculum MESSIÆ *cum timore & tremore* denegantes, imò contra illum λόγῳ καὶ ἔργῳ conspirantes, JESUS NAZARENUS esse debuit, qvia MESSIAS fuit.

Concl. 13. MESSIAS sc. debuit esse *blandus Tractator & Confirmator*, non *blasphemorum & impœnitentium perseverantium*, non *Apostatarum* post φωτισμὸν malitiosè *deficientium* & Christum abnegantium, qvales in Scholâ Servatoris notati μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν Johan 6. 66. sed *infirmorum, simplicium, morosè non reluctantium, in tentationibus labantium, in fide & vitâ alicubi impingentium* & inde contritorum. Gradatio autem est infirmorum. Gradus primus est ידים רפות s. *manuum remittentium*. Secundus idemq; major est ברכים כושלות s. *genuum labantium*. Tertius ideinq; maximus est *ipsius cordis ex celeri præoccupatione carnis abrepti*. Cœterum nullibi apparuit magis illa *Confirmatio*, & alloqvium: ESTOTE FORTES! NOLITE TIMERE: qvàm in SCHOLA CHRISTI ET APOSTOLORUM. Qvid aliud, qvàm *Confirmatio manuum remissarum* fuit Vox Christi? *Venite ad me omnes, qvi laboratis & onerati estis.* EGO REFICIAM VOS. *Attollite jugum meum in vos & discite à me, qvod mitis sim & humilis corde.* ET INVENIETIS REQVIEM ANIMABUS VESTRIS. *Non veni, ut vocarem Justos: sed Peccatores* Matt. 9. 13. c. 11. 28 29. Qvid aliud, qvàm *fortificatio genuum labantium* orationes & colloqvia Christi? qvale illud qvod à 9. classibus Beatitudinis auspicatur Matt. c. 5 à v. 1. ad 11. qvale in tot miraculis audita vox Christi: CONFIDE FILI (Filia) *remissa sunt tibi peccata tua:* vid. Matt. 9. 2. Luc. 8. 48. qvale datum Angelis s. Legatis Johannis responsum Luc. 7. v. 19 22. qvale illud cum Simone de *magnâ peccatrice in Convivio Pharisæi* Luc 7. 36. ad 48 & Contubernio *Publicanorum ac peccatorum, de ove, drachmâ & Filio hominis* Luc. 15. à v. 2. *in Convivio Architelonæ Zacchæi* Luc. 19. 9. *in Colloqvio Nicodemi* Joh. 3. à v. 1. ad 22. *in Colloqvio cum Samaritanâ* Joh. 4. ubi admirandaSalvatorisOeconomia clarissimè infirmiori mulierculæ

se MESSIAM revelantis: EGO, qvi loqvor tecum, sum MESSIAS ille v. 26. in Dialogo cum *Maria & Marta* s. *miraculo Lazari resuscitandi* Joh. 11. 20. 23. 25. & seqq. Confirmavit *manus remissas* per tot miracula, qvorum administrationem noluit esse *theatricam ad pompam seculi: sed humilem*, ut ostenderet Characterem *humilis Administratoris regni & tractatoris infirmorum lenissimi* Matt. 12. 15. 16. 17. *Fortificavit manus & genua labantia* per omnes annos σκληρώσεως ἐν ἡμῖν, qvod per annos Doctorales clarissimè exeruit, imò in ipsâ viâ crucis *& itinere Hierosolymitano, extra portam*, in ipsâ cruce, jam CRUCIFIXUS: sed & in intervallo resurrectionis & ascensionis, per tot apparitiones, qvarum una vel 500. habuit *infirmos fratres*, *in Colloqvio Emauntinorum, in palatio clauso Apostolorum* conf. Luc. 24. Joh. 20. *Confirmavit manus remissas*, *fortificavit genua labantia*, *& implevit adeò mensuram hujus excellentissimi Characteris Messiæ.* Ita & blandæ illius tractationis illustre exemplum Luc. 9. 14. 15.

Concl. 14. Inprimis autem *manus remissæ*, *genua labantia*, *& pectora trepidantia futura erant in Apostolis*, velut Martyribus & Confessoribus eminentioribus, qvibus sc. *à Diabolo*, *& universo mundo* gravius imminebat odium, & bellum perpetuum. Ostendere præterea in illis, qvorum intimior erat cum Christo conversatio, velut exemplis voluit, qvid de blandissimo JESU fibi polliceri haberent, πάντες οἱ κακῶς ἔχοντες, & aliqvando labentes fideles? Confirmandi adeò à JESU erant excellentiori gradu, cujus *blandissimæ tractationis & potentissimæ confirmationis* stupenda exempla in totâ occurrunt historiâ Evangelicâ? Fuit initio in illis magna regni Christi mysteriorumq; cœlestium ἀγνωσία & ναθρότης Luc. 18 34. Matt. 16. 11 22. Joh. 14 9. Informavit blandissimè JESUS, & explicuit τὰ μυστήρια τ βασιλείας τ οὐρανῶν Matth. 5 6. 7. c. 13. 10. Joh. 14. 7 8. 9. 10. c. 16. 18. 19 c. 17. 10. 13. 19. Adhibuit illos tot miraculorum spectaculis, ipsi etiam *transfigurationis* glorioſæ *& exinanitionis* in horto stupendæ: qvin etiam post resurrectionem, per 40. dies fuit ὀπτανόμενος αὐτοῖς & qvidem ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, fuit ζυναλιζόμενος & λέγων τὰ περὶ τ βασιλείας τ θεῦ

τοῦ Θεοῦ Act. 1. 3. 4. Propter σκληροκαρδίαν & ἀπιστίαν resurrectionis, *redarguit* qvidem Apostolos: sed Elencho temperato, qvalis reqvirebatur apud *arundinem qvassatam* & *genua labantia*, & cum magnâ & ineffabili amoris misturâ & confirmatione gratiosâ. Abnegaverat ex *infirmitate* Servatorem Petrus, & qvidem tèr & καταναθεματιζόμενος Matt. 26. 74 Nusqvam magis *genua labantia*, & לב נמהר s. *abreptum*, *inconsideratum*, *praeoccupatum* παραπτώματι *pectus* ostenderat. Confirmavit peccatorem Christus & in ipso Pontificali palatio, Characterem hunc Messiae ostensurus, facie ad Petrum versâ & intuitu potenti (ἐμβλέπων τῷ Πέτρῳ) lapsum restituit & confirmavit, unde ad intuitum Servatoris hic egressus ἔκλαυσε πικρῶς Luc. 22. 62. Simile, vel majus etiam exemplum, imò miraculum *confirmationis* in THOMA converso notatum ab Evangelistâ *oculato teste*, Joh. 20. 25. 27. Ostenderant *manus remissas & genua labantia*, ὀλιγόπιστοι διστάζοντες, tùm alibi e. c. Matth. 8. 25. c. 14. 16. 30. Luc. 9. 54. tùm inprimis, *in horto*, ad *summum Angelisq; impenetrabile mysterium* prodigiosè dormientes, &, qvi, praeeunte & Collegas ad *praesidentem contradictionem & oblocutionem animante Petro*, Christo asseveranti imminens *scandalum Apostolicum*, probantiq; *fugam illam parvulorum*, s. *Apostolorum*, *ac dispersionem gregis*, testimonio Prophetico, opposuerant vel *juramento* constantiam, *non valuerunt vel ad unam horam vigilare cum Christo*, & deinceps captivum *deseruere omnes*, & *fugerunt* conf. Matt. 26. 31. 33. 35. 40. 56. Marc. 14. 31. 50. Ita in illis צערים s. *infirmis* Apostolis ostendit Characterem Messiae s. *blandissimam tractationem & confirmationem infirmorum* JESUS noster, eosq; patienter tulit, etsi adhuc ἀδυνάτους & valdè νηπίους, usqve dum induti δύναμιν ἐξ ὕψους per baptismum Pentecostalem S. Spiritus ab hoc docerentur absolutissimè & *in omnem ducerentur veritatem*. Luc. 24. 49. Joh. 16. 11. 12.

Concl. 15. Sic *Thema Apostolicum* fidelissimè Apostolis praedixit Servator, *uti* sc. *ubi jam experturi erant*, *recordarentur Monitoris Christi*, & *ad illa velut praedicta minùs exhorrescerent* Joh. 16. 4. Intimavit Filiis thalami jejunium prolixum post sublatum ab illis

Sponsum

Sponsum Matt. 9. 15 *Persecutiones*, *Convitia*, *Conditionem* qvalis *agnorum inter Lupos* Matt. 5. 11. 12. c. 10. 3. *Odia mundi* propter *nomen Christi*, cruces sub *opinione placandi numinis*, *excommunicationes* cædes Joh. 15. 18. 20. c. 16. 2. planctus & lamenta c. 16. 20 & in oratione novissimâ obsignavit voce generali: *In mundo vobis est futura Afflictio.* Inde ergò *remissuras manus Apostolorum* & *labantia genua* prævidens Servator, de *Confirmatione* qvoqve illis prospicere voluit, cujus blandissima passim Symbola notata: *Ne turbator Cor vestrum* Joh. 14. 1. *Mementote sermonis: Non est major Servus suo Domino* c. 15 20. *Tristitia vestra vertetur in gaudium* c. 16 20. *Rursus videbo vos, gaudebit Cor vestrum, gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* CONFIDITE! EGO VICI MUNDUM Ioh. 16. 20. 22. 33. *Qui vos audit, me audit: qui vos rejicit, me rejicit. Do vobis potestatem, ut sitis calcantes Serpentes & Scorpiones, & universum robur Inimici, & nihil vos lædet* Matt. 10. 19. *Per nomen meum dæmonia ejicietis, si qvid lethale biberitis, neqvaqvam nocebit* Marc. 16. 17. Ita præter LXX. discipulos Antecessores Christi vid. Luc. 10. 1. 19. Apostolos τῶν δώδεκα tùm in *missione prima nationali* s. *ad solam nationem Judæorum* Matt. 10. 16. 22 tùm *altera universali* εἰς τ κόσμον ἅπαντα, qvatenus sc. *Martyres* JESU *esse debuerunt, non in universa saltem Judæa & Samaria: sed &* ἕως ἐσχάτ τ γῆς Act. 1. 8. confirmatos ablegavit Servator εἰς πάντα τὰ ἔθνη, uti sc prædicarent pœnitentiam & remissionem peccatorum εἰς πάντα τὰ ἔθνη s. πᾶσιν τοῖς ἀνθρώποις παντα χοῦ, salvis initiis *Hierosolymitanis* Luc. 24. 47. Act. 17. 30. Et obsignavit novissimè Confirmationem non saltem per tempora Apostolorum: sed & adusqve *Consumationem seculi* voce magnificâ: *Ecce Ego sum vobiscum omnibus diebus usqve ad consumationem seculi* Matt. 28. 20. cujus Confirmationis Sacramentum glorioſissimum fuit *baptismus Pentecostalis.* Ibi miraculosè ipso ἔργῳ *confirmati* & extemplò *manus, genua, cor robustum, & igneum experti*, flammas sunt locuti, & intrepidi Martyres ac absolutissimi Theologi facti, cujus specimina prima dederant Hierosolymis, unde deinceps μετὰ παῤῥησίας egressos Apostolos prædicasse παντα χοῦ, DOMINO *cooperante*, & confirmante sermonem per subsequentia signa, notavit novissimè Marcus.

Concl. 16. Ad exemplum Magistri, Apostoli confirmati confirmavere iterum *manus remittentes, genua labantia & pectora trepidantia* aliorum regni Christi subditorum infirmiorum, tùm παρωτικῶς *ad spirituale robur blandissimè excitando, & consolando*, tùm παραδειγματικῶς i. e. *exempla conditionis passivæ Apostolicæ repræsentando.* Cujus specimina nullibi fœcundiora, qvàm in *praxi Apostolicâ* & Epistolicâ s. ipsis epistolis in qvibus exempla satis multa. Commemorat Apostolus, expertos se genua labantia in Asia: *Ibi*, inqvit, *supra modum, supra vires gravati sumus, adeò ut qvoad vitam prorsus animi penderemus, & jam decretum mortis apud nos haberemus:* sed & *gratias* agit *Patri miserationum & DEO omnis Consolationis, qvi ex tantâ morte se eripuerit, & erepturus deinceps sit.* Ita autem *in omni afflictione confirmari Apostolos, dicit, ut possint rursus alios in qvâvis afflictione positos consolari eâ consolatione, qvâ nos ipsos consolatur DEUS, ut sicut in Apostolis exundant perpessiones Christi, ita per Christum exundent Consolationes Apostolicæ in alios* conf. 2. Cor. 1. 2. 4. 5. 8. 9. Reqvirit idem Apostolus *eundem Characterem confirmationis genuum labantium* in DEI ministris, *tolerantiam multam in afflictionibus, in verberibus, in carceribus, per sermonem veritatis, per virtutem DEI, per arma justitiæ à dextris & sinistris, per gloriam & dedecus, ut morientes & tamen viventes*, 2. Cor. 6. 4. 5 7. 9. qvæ iterum descriptio est illius qvæ à Propheta imperatur *confirmationis*, per qvam *Sancti luctantur* qvidem: sed non finaliter defatigantur, *non in afflictionibus, in angustiâ, in persecutione, fame, nuditate, periculo, gladio, ita manus remissas, & genua labantia sentiunt*, ut *succumbant & separentur à charitate Christi:* etiam, *ubi occidantur & reputantur velut oves mactationi destinatæ*, sunt ὑπερνικῶντες s. *plus qvam Victores, per eum qvi dilexit nos* Rom. 8. 35. 36. 37. Ad eandem *Confirmationem* s. decursum stadii Christianis propositi per tolerantiam, ita sc. ut non fracti animabus fatescant, Hebræos exhortatus Apostolus per exemplum CHRISTI *Principis & Consumatoris fidei*, cujus, etsi innoxii, tantam à peccatoribus contradictionem adusqve mortem crucis experti exem-

ti exemplum jubet ἀναλογίσασθαι ſ. *proportione debitâ animadvertere* Hebr. c. 12. ad v. 5. per Characterem *Filij dilectionis*, qvi eſt *Caſtigatio* ſ. *Crux* (ex Prov. 3. 11.) v. 5. 6 7 8. per *eminentiam caſtigantis*, *Patris* ſc. *Spirituum* v. 9. 10. per *fructum caſtigationis cœleſtis* v. 11. tandem concludit evidenti ad præſentem Imperativum Propheticum reſpectu: *Propterea* τὰς παρειμένας χεῖρας ſ. *manus remiſſas* (*diſſolutas*, πάρεσιν paſſas) & *genua labantia confirmate* (ſurrigite) v. 12. Conf. 1. Theſs. 3. 2 3. 4. 1. Pet. 4. 12 & apparebit in Schola Apoſtolicâ *exercitium ampliſſimum illius confirmationis*, & in regno noſtri JESU *adimpletus ille Character Meſſiæ*, qvi eſt *blanda & lenis infirmorum tractatio, & potentiſſima confirmatio.*

Concl 17. In Fundamento applicandæ confirmationis ſ. ipſo ſtereomate v. 4. m. 2. interpretum aliqvod erratum non movebimus. Vulg *Ecce DEUS veſter Ultionem adducet retributionis: DEUS ipſe veniet & ſalvabit vos:* Vatabl. *Ecce DEUS veſter cum ultione veniet cum retributione DEI: Ipſe veniet & ſalvabit vos.* Ita & Verſ. Belgica. At in Verſ. op. Vatabl. erratum in accentuatioe, dum ſc. territorialis primarius datus eſt in גמול אלהים, Contra ille eſt in נקם יבא: atqve adeò illud גמול אלהים pertinet conſeqventèr ad prædicata: *Veniet & ſalvabit vos.* In fontibus præterea non eſt נקם יביא: ſ. *Ultionem adducet:* ſed נקם יבא *Ultio veniet:* nec memoratur *Ultio retributionis:* qvomodo abſurdiſſimè à Vulgato peccatum in accentuationem: nec *DEUS venturus cum Ultione & cum retributione:* ſed 1. *DEUS ipſe veniet.* 2. *Adventus illius* modificatio datur gemina 1. in ordine ad *hoſtes puniendos.* 2. In ordine ad *Sanctos militantes coronandos.* Veniet ſc. 1. נקם i. e. *Vindicta* ſ. *accuratiſſimus Vindex Zionis*, & pro illâ *Ultionem ſumturus de hoſtibus.* Veniet 2. גמול אלהים ſ. *retributio DEI*, futurus *ipſa Sanctorum retributio* & beatitudo, ſc. *Ille ipſe veniet & ſervabit vos.* Ita in Meſſiâ DEO *Ultore*, *Retributore ac Salvatore* confirmantur *manus remiſſæ, genua labantia & pectora trepidantia*, & ita στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν,

Concl. 18.

Concl. 18. Titulus DEI VESTRI h. l. MESSIÆ est, qvod tùm ex *relatione Affixi*, tùm ex *duplicato prædicato adventus futuri*: nec minus ex titulo *Retributionis DEI*, & ex effectu SALVANDI: sed & ex Charactere incarnationis: ECCE, promissioni Evangelicæ adventus DEI VESTRI præpositio, probatur, atqve adeò suppositâ *verâ & naturali divinitate* MESSIÆ, *personarum pluralitate*, qvia sc. *Elohim DEUS afflictorum*, est qvoqve גמול אלהים s. *retributio Elohim*, geminum hîc, *incarnationis* sc. & *redemtionis* s. τ ἐνανθρωπήσεως, (qvâ Filius DEI ὁ φιλάνθρωπος descendit de Cœlis & homo factus est, ὑψος ἀταπεινώτως ταπεινώσας, prout Damasc. l. orth. fid.) & ἀπολυτρώσεως s. σωτήρος, prout vocat Apost. Eph 1. inculcatur ἐμολογουμένως μέγα τ ἐυσεβείας μυστήριον. *Qvando in Scripturis nomen* JHOVAH *vel* DEI DOMINI *geminatur* (e. c. Jes. 40. 9. 10. Psalm. 68. 21.) *vel qvando ad illa Nomina Pronomen* NOSTER, VESTER, MEUS *additur, secunda in Divinitate simplicissimâ persona intelligitur*, qvod ita admittimus, uti primò supponatur, Orator non esse ipse Messias contradistinctus illi qvi appellatur *DEUS Vester* Joh 20. 17. Observatio Hebræorum est: הוא *esse nomen Divinum, ac æternitatem & essendi immutabilitatem in DEO notare.* Urgent Psal. 102 28. *Tu, ô DEUS, es* Hu, *qvod Apostolus* ad Hebr. 1. 12. ὁ Αυτὸς, cujus sc. ἔτη οὐκ ἐκλείψουσι, qvi *semper est & manet* הוא ὁ Αυτὸς, vel, prout egregiè Jacobus παρ' ὧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα c. 1. 17. Mal. 3. 6. Urgent Psal. 105 7. JHOVAH ELOHENU est Hu. Admittimus & observationem, *in suppositione* sc. *secundùm excellentiam*, & exempla, atqve addimus præsens: Hu *veniet & salvabit vos*, atqve ita DEUS immutabilis, & æternus, *venit in tempore*, nascitur, *venit Redemtor in plenitudine temporis*, qvod proinde illo Symbolo: Hu *veniet*, pulcherrimè copulatur. DEUS sc. manens Hu & immutabilis, incarnatur & fit Redemtor.

Concl. 19. Stereomatis illius formula promittit *adventum*

Θεανθρώπῳ Messiæ sub *modificatione formali* נקם & גמול s. *vindictæ & retributionis*, qvæ, non exclusâ materialitèr & ultimato sequelâ adventus Messiæ secundi, *in formâ* hîc Characteres sunt *adventus Christi primi:* atqve, uti in *vindictâ* duplex *respectus*, unus ad *vindicandos*, *pro qvibus*, alter ad *puniendos*, *de qvibus* ultio sumitur: ita in adventu נקם notatur *victoria Messiæ, gloriosa de hostibus Ecclesiæ, Diabolis, morte, peccato, & omnibus portis inferorum*, qvatenus sc. in adventu primo peccatum suâ passione expiavit, Satanam, & Principatus tenebrarum in morte & descensu ad inferos exuit, utrosq; in gloriosâ resurrectione, vel adscensione θριαμβευτικῶς, παῤῥησιαστικῶς ostentavit, ipsos qvoqve impœnitentes Ecclesiæ hostes jam judicatos & propter incredulitatem damnatos, intimavit, eosdemq; rebelles perseverantes terribili supplicio in viâ perdit: in adventu autem גמול אלהים s. *retributionis DEI* respectus ad *ipsos redemtos & ἐξαγοραζομένους*, ut sint ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ. Apoc. 14. 4. qvibus idem MESSIAS beneficia spiritualia & indebita præmia, coronam justitiæ glorioſam impetravit, & retribuit, cujus absolutissimum Theatrum erit in adventu Jesu Christi 2. Pertinet huc remissio peccatorum, donatio Spiritus S. & Vita æterna, unde additur: ET SALVABIT Vos.

Concl. 20. Patet inde Vis hujus Stereomatis in formulâ Confirmationis dictatâ Prophetæ à S. Spiritu. Meminimus supra Jonathanem *confirmasse manum Davidis* in DOMINO. Hîc *Confirmatio Evangelica* imperatur (DICITE) *fieri in* MESSIA Θεανθρώπῳ, & qvidem blandissimâ apud illos *laborantes & infirmos* formulâ: ECCE, DEUS VESTER VENIET: & qvidem VENIET VINDICTA! VENIET RETRIBUTIO DEI! cujus terminus & fructus ultimatus est *Salus æterna*, & adeò VENIET ET SALVABIT Vos. Meminimus supra adventum Messiæ primum, rectè qvoqve dici adventum נקם s. *vindictæ & ultionis*, eo modo, qvo non obstante Joh. 3. 17. (qvia statim additur: *qvi non credit, jam condemnatus est, qvia non credit in nomen unigeniti Filij DEI*) Servator ipse in adventu primo *Mundum & Principem*

cipem mundi judicavit c. 12. 31. Joh. 16. 10. & magnâ voce asseveravit εἰς κρῖμα ἐγὼ εἰς τὸ κόσμον τοῦτον ἦλθον Joh. 9 39. Eadem ratio adventus גמול s. *retributionis*. MESSIÆ titulus apud Jerem. c. 23. & 33 est JHOVAH *justitia nostra*. Ipse sc. Christus est *Sapientia*, *est Justitia*, *est* ἁγιασμὸς & ἀπολύτρωσις *Sanctorum*. Imputatur & Satisfactio Christi & meritum credentibus, unde his impunitas & præmia, qvorum terminus *vita æterna*: Ex ipsis Pontificiis Bellarminus maximus alioqvin Osor justificationis per imputatam JESU justitiam, de Justif. l. 11. c. 10. *Dicitur*, inqvit, *Christus justitia nostra, qvoniam satisfecit Patri pro nobis & eam satisfactionem ita nobis donat, & communicat, cum nos justificat, ut nostra satisfactio & justitia dici possit. Item: Non est absurdum, si qvis dicat nobis imputari Christi justitiam & merita, cum nobis donentur & applicentur, ac si nos ipsi DEO satisfeciſſemus* Ita in adventu Messiæ primo appareret, qvo respectu ipse Messias fuerit גמול s. retributio: licet plenissima ἀποκάλυψις & ultionis vid. 2 Thes. 1. 7. 8. Jud. c. unic. v. 6. & retributionis sit in futuro, ἡ μέλλουσα δόξα ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς, tamen τῇ ἐλπίδι ἐσώθημεν Rom. 8. 18 25.

Concl. 21. Exemplis Confirmationis Apostolicæ illud egregiè licet illustrare. Servator *manus remissas, genua labantia, pectora trepidantia* Apostolorum confirmaturus illo stereomate: CONFIDITE. EGO VICI MUNDUM. Joh. 16. ult. Usus est medio termino נקם s. *adventus Vindictæ vel Ultionis*. Idem Matth. 5. 11. in *Macarismo Apostolico*, qvem proinde in pers. 2. enunciat, usus medio termino גמול s. *retributionis*: *Merces vestra*, inqvit, *copiosa est in cœlis*. E. *Gaudete* imò *exultate*, qvod planè parallelum est præsenti formulæ: חזקו אל תיראו *Confidite*, vel FORTI PECTORE ESTOTE. NOLITE TIMERE! Conf. Joh. 16. 20. 22. Apostolus Interpres suæ Confirmationis justificatos vult GLORIARI in *afflictionibus suis*, in beatâ *spe gloriæ* vel τῆς ἐπιφανείας τῆς δόξης magni DEI & Servatoris nostri JESU Christi Rom. 5. 2. 3. 4 Tit. 2. 13.

Concl. 22. Fuit Character Messiæ unus in beneficio CONFIRMATIONIS INFIRMORUM. Seqvitur secundus, in beneficio admi-

randæ curationis *Cœcorum*, *qvorum oculi se aperient*, *surdorum*, qvorum *aures patefient* (v 5.) *claudorum*, qvi *velut cervi saliunt*, *mutorum*, qvorum *lingva jubilæa cantica exprimet* (v. 6. m. 1.) Annectitur autem Character hic superiori, etiam qvoad plenitudinem temporis per illud אז TUNC v. 5. Ponuntur autem illi cœci, surdi, claudi, muti & in מדבר *f. deserto Judæorum*, & בערבה *f.* in solitudine Orbis Gentium, & utrobiqve curantur. Ratio admirandæ curationis, *est copiosus profluxus donorum S. Spiritus Evangelicorum tàm in deserto Judæorum, qvam Gentium:* unde & in illo *erumpunt aqvæ & hic torrentes* v. 6. m. 2. (atqve hinc illud gaudium deserti & exultatio solitudinis v. 1) Et sic השרב *f. regio torrida est in stagna: & terra siticulosa, in scaturigines aqvarum* (i. e. in regione antea penitus torridâ, sitì desertâ per prædicationem Evangelicam jam procurantur stagna, scaturigines) *in habitaculo Draconum, ubi sc antea erat habitatio uniuscujusqve Draconis* (& adeò terra maledicta sine usu alio, qvam ut Draconibus habitaculum præstaret) *tunc erit atrium calamo & junco* (erunt omnia irrigua, fluviis & rivis, in qvorum ripà & fundo, calamo & junco locus natalis) v. 7.

Concl. 23. *Illuminationem interiorem oculorum cordis*, & ζωοποίησιν τ ὄντων νεκρῶν τῆς παραπτώμασι, hic indigitari, per qvam sc. 1. infideles cœci ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ & propter ἄγνοιαν ac πώρωσιν τ καρδίας *abalienati à vitâ spirituali* (ad qvam nihil plus confert animalis vita, qvam ad cadaveris vitam, vita crabronum in cadavere) *à Christo illuminati resurgunt à mortuis* Eph. c. 4. 18. c. 5. 14. antea *surdi*, DEO trahente & *Cor intus aperiente* Act. 16. 14. attendunt efficacitèr Evangelicæ prædicationi, ita ut sint *audientes* & μαθόντες, atqve ita, qvod est immediatum consequens illius ἀκοῆς, credant & *veniant ad Christum* vid. Rom. 10. 16. Joh. 6. 46. per qvam 3. antea claudi *f.* noniſi κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τ ἀπάτης *ambulantes*, nunc sunt *Peripatetici*, χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἀλλήλοις, & in *sanctitate, justitiâ ac humilitate profundâ ambulantes cum DEO* vid. Mich. 6. 8. Mal. 2. 6. per qvam 4. antea *Athei in mundo*, & *muti planè*, qvorum *lingva tantum abest ut confite-*

retur

retur JESUM DOMINUM, ut potius diceret JESUM anathema 1. Cor. 12. 3. jam glorioſi fiunt *Confeſſores Jeſu Chriſti*, non negamus: eidem tamen *Praxin illam miraculorum & curationem corporalitèr quoq; cœcorum, ſurdorum, claudorum, mutorum*, de qvâ conſulatur tota hiſtoria N T. ſubordinamus, ita ut utraqve hîc in ſubordinatione intelligatur à Prophetâ, eo modo, qvo & in curatione corporali paſſivâ illa ferè ſemper ſupponebatur, ita ut in miraculo e. c. reddi-ti viſus corporalis ſimul daretur beneficium *interioris illuminationis* Luc. 18. 41. Joh. 9 6 7. 35. Act. 9. 17. 34. c. 14 8. 9. qvod vel ſola teſtatur formula: *Confide Fili, remiſſa ſunt tibi peccata tua*, & Curatio miraculoſa activa conſeqvens erat *fidei juſtificantis*, etſi temporariũ ſaltem & in qvibusdam eo modo qvo σημεῖα τοῖς πιστεύσασι παραγηλωθήσεται memorantur Marc ult. 17. Probatur ex *ratione Propheticâ* & ex *Charactere Chronologico*, per qvem annectitur hæc *Curatio temporibus Meſſiæ*, atqve adeò tam illa *praxis miraculoſa curationis corporalitèr cœcorum, ſurdorum, claudorum, mutorum* includenda, qvàm propter *copioſam profluxus illius aqvarum & torrentium in utroqve deſerto commemorationem* prior illa *Curatio* non excludenda.

Concl 24. *De aqvis, torrentibus, ſtagnis, ſcaturiginibus aqvarum*, non attinet multa hîc commentari. Notantur *dona Evangelica per prædicationem pœnitentiæ* ac *remiſſionis peccatorum* diffundenda ſuper *Judæos & Gentes*, eo modo, qvo Joh 7. 38. 39. illud explicatur. Notetur ſaltem 1. *Copioſa illa Evangelicæ prædicationis & donorum S Spiritus ad irrigandum deſertum Judæorum & gentium* commemoratio, non ſaltem in ſubjectis ſ. vocibus, *aqvarum, torrentium, ſtagnorum, ſcaturiginum:* ſed & in prædicato נבקעו in qvâ & *Copia notatur*, & *diffuſio*, & *impetus effluviorum.* Fluent copioſè hinc inde in deſerto aqvæ. Batavi: **In de Woeſtyne ſullen Wateren uytberſten.** Notetur 2. licet *linguæ mutorum facta jubiléa* celebratura qvoqve fuerit illum *copioſum aqvarum in deſerto profluxum*, tamen hoc non ponitur in præſenti textu formaliter *velut argumentum Cantus fidelium:* ſed velut *principium cœleſtis gratiæ ampliſſimè diffundendæ ad gradum usqve fidei juſtificantis miraculoſum.* Notetur ſeqvela 1. *Aqvarum & Torrentium.* 2. *Profluxus illorum*

illorum & copiosus & divisus. 3. *Operatio se. fœcunditatis locorum torridorum & arentium siti regionum* ut sc. hæc *sint in stagna & scaturigines aqvarum.* Belg. Staende Water / sprinckaders der Wateren. Notetur 4. in v. 7. m. 2. dubium facit interpretativum vox רבצה. Vulg. *In cubilibus, in qvibus prius Dracones habitabant, orietur viror calami & junci.* i. e. juxta Liram, *fana ac templa idolorum, in qvibus priùs Dæmones habitabant in Idolis responsa dantes, & aliqvando in specie Draconum talibus in locis apparentes, per Apostolos aliosq; Discipulos divino cultui applicabuntur.* Ludov. de Dieu affixum in ה ad שרב & צמאה referens, ita ut illæ voces supponant pro *ipsâ terrâ siccâ, & siticulosâ, cujus accubitus* (רבצה) *fuerit antea pro habitaculo Draconum, nunc autem atrium calamo & junco,* non probatur, qvia insolens & durior illa applicatio רבצה cum במקום תנים. Reddidit idem alitèr: *In habitaculo Draconum nunc erit* רבצה i. e. *accubitus ejus* (Ecclesiæ sc.) *in atrio, inqvam, arundinis & junci.* Obstat רבץ & relatio affixi in רבצה. Sed & *atrium arundinis & junci* æqvipollens *cubili Draconis.* Probatur tertia: *In habitaculo Draconum, in cubili uniuscujusqve eorum, atrium erit calamo & junco.* Usq; adeò nullibi deficient fidelibus aqvæ: sed tota terra cognitione DEI erit plena. Affixum fœmininum in רבצה ex *sexu Draconum fœminarum* facilè legitimatur. *Terra autem torrida, regio planè siti deserta, inculta,* hìc supponitur, qvæ si mutetur *in atria calami,* non amplius est *habitaculum Draconum aridas regiones incolere amantium.*

Concl. 25. Ita se habet *Character secundus Messiæ temporum,* qvem qvidem in MESSIA nostro JESU NAZARENO plenissimè adimpletum ostendimus supra. Seqvitur 3. *via Zionis* (agger & via, vel via exaggerata, excelsa) *Sancta & recta* v. 8. Tuta v. 9. *& redemtis Jhovah sine fine jubilæa* v. 10. Ubi qvondam *desertum, solitudo, regio torrida, siticulosa, Draconum terribilia palatia,* שם *illic* post *eruptionem illam aqvarum, torrentium, post illam mutationem regionis torridæ in terram stagnis, scaturiginibus, benedictam, itinerarium* qvoqve dabitur *redemtis à DEO Servatore, & accessus ad Zionem,* qvod respectu habito *ad itineraria priscorum Judæorum Hierosolymitana religiosa* e. c. *in festis*

in festis Panegyricis, à Propheta describitur: at *pro ratione regni Messiæ* eo modo, qvo illa qvæ *de mutatione deserti* antecesserunt, explicatur, ut adeò errent, qvi *Viam hîc topicam* & Characterem hunc *crassè & carnaliter* intelligunt. *Via illa exaggerata* s. *sancta est.* VIA SANCTITATIS vocabitur, tùm propter *ipsum Christum*, qvi VIA est, & *Sanctus Sanctorum SSS*, tùm propter visionem DEI qvem nemo videre potest, nisi purus corde & sanctus Heb. 12. 14. tùm propter *Electos imputativè & inchoativè Sanctos*, s. ipsos in hâc viâ ambulantes, qvia sc. *impurus non transibit illâ.* v. 8. Additur והוא למו qvas voces in m. 2. trajicit, & cum הולך דרך copulat Vulgatus, & post illum Ludov. de Dieu, juxta qvos nulla habenda esset *ratio Accentus Atnach:* sed *Sensus membri 1.* distingvendus in Tvir והוא למו הלך דרך Juxta Vulgatum: *Et erit vobis directa via* sc. *perveniendi ad beatitudinẽ*, & L. qvi hîc in מסלול & דרך *Viam Consiliorum & Præceptorum* inculcat, juxta L. de Dieu qvi hîc Abrabinelem seqvitur, Ipse DEUS S. & benedictus, *ducet illos in viâ illâ:* Sc. *ipse* (DEUS) *illis erit ambulans in via.* Sed in *Tvir* membrum velut fluens per *Atnach* distingvere, absurdum est. Rectius J. & T. *Non transibit per hanc immundus: sed erit istorum.* (qvorum sc. oculi jam aperti, aures patefactæ, qvi saliunt sicut cervi, qvi cantica edunt in voce jubili v. 5. 6.)

Concl. 26. Via illa exaggerata *recta est* & qvidem adeò *recta*, ut *nec hic nec ille Viator, etiamsi sint simplicissimi* אוילים i. e. פתאים *ab eâ sint aberraturi* v. 8. Via illa 3. *tuta est*, sine inimico vel prædone, *qvia non erit ibi Leo, nec ulla violenta fera conscendet eam* (viam excelsam) *nec invenietur ibi: sed ambulabunt eâ redemti* (à Redemtore vindicati) v. 9. Via illa 4. jubilæa erit qvia *illi Redemti à Jhova reversi pervenient Zionem in Cantu.* Ita se habet *accessus illorum antea cœcorum, surdorum, claudorum, mutorum ad Ecclesiam Evangelicam, & Zionem illam monti Sinai Legali tonitru terribili contradistinctam* de qvâ vid. ad Hebr. 12. 22. Hàc sc. nunc *sonori incedunt illi qvondam muti* cum *jubilo & Cantu.* Atqve velut *accessus ad Zionem*, ita & *status in Zione perseverantèr jubilæus est*, ut ita

Ecclesiæ militanti triumfans copuletur, in qvam sese diffundit hoc infinitum gaudium super Caput conversorum Zionis Civium: Ewige Freude wird über ihrem Häupte seyn: qvod tùm *positivè* (Gaudium & lætitiam assequentur) tùm *privativè* (mœror & gemitus fugient) describit: *aberunt* sc. qvæ ullo modo *sive animum, sive corpus, alterare aut affligere, mœoremq; vel lacrymas elicere poterant.* Atqve ita ex *tempore* itur in *ævum*, ex *Zione Evangelicâ militante in triumfantem*, in qvam duratio illius gaudii *infinita* sese effundit, & Pharascha qvæ à gaudio deserti s. Eccles. militantis incipit, in jubilis triumfantis desinit. Explicatio jubili עולם in Scholâ Christi videatur Joh. 16. 20. 22.

Concl. 27. Rabbini Judæorum de futuro Synagogæ *nunc deserta*, tunc autem *ad instar Rosæ pulcherrimè florituræ & deliciis corporalibus æqvè ac spiritualibus abundaturæ gaudio* explicant Pharascham; ita ut *Gloria Libani* dicat *excellentiam terræ Israelis corporalem*, Gloria autem DOMINI v. 2. *excellentiam spiritualem*, utramqve sc. *sublimiorem, qvàm Salomonis fuerit ætate:* juxta qvos Imperativi illi de *confirmatione manuum remissarum, & genuum labantium* v. 3. & 4. respiciunt *ad præsens Judæorum exilium*, in qvo בהתארך זמן הגלות s. *prolongato captivitatis tempore, per Sapientes Israelis Judæi simpliciores de fide remittentes, vel præ multitudine angustiarum genua labantes, ne deficiant penitus, ita sint confirmandi spe futuræ retributionis propter hajulationem jugi captivitatis.* Porrò *illius Salutis* s. *liberationis tempore futurum qvod habet* v. 5. & 6. *Judæos* sc. *in longâ captivitate præ multitudine angustiæ cœcos, surdos, claudos, mutos, tunc illuminandos, & jubilèos Confessores futuros præ latâ bonorum abundantiâ, signatâ per aqvas copiosas* במקומות המדבריים s. *in locis desertis* v. 7. Fore etiam, uti *in desertis anteà inviis tunc sit agger, & via appellanda Via Sanctitatis, qvam nullus impurus sive ex Gentibus, sive ex* רשעי ישראל s. *impiis Israelitarum* שימותו בזמן חבלי המשיח i. e. *qvi sunt morituri tempore dolorum Messiæ, sit calcaturus:* sed soli *Justi, qvi soli* יזכו לעלות לארץ ה׳ s. *merebuntur adscendere ad terram Domini*, ut adeò hîc Propheta agat de *futurâ corporali egressione* מהמון בני הגלות s. *multitudinis filiorum captivitatis, ex præsenti captivitate, & observati-*

observatione Legis quæ sit illa Via Sanctitatis, Antecessore Messiâ, de qvo dicatur וְלֹא יִהְיֶה שָׁם דָּרֶךְ unde nec Reges populorum per *Leones & rapaces bestias signati, sint iter Israelitarum reversurorum ex captivitate monaturi.* Atqve prout olim *ex Ægypto, ita redimendum tunc Israelem ex terris gentium:* neqve *liberandum*, prout *olim ex Babel à Cyro:* sed *ab ipso DEO*, neqve in illâ גְּאֻלָּה הָעֲתִידָה s. *liberatione futurâ* בִּבְרִיאַת הַגֹּאֵל *in adventu redemtoris, simplex fore gaudium Israelis: sed superaturum conditionem templi 1. & 2.* In illo sc. fuisse רִנָּה s. *Cantum:* in hoc שִׂמְחָה s. *gaudium*, sed *corporale, seculare* גִּשְׁמִית עוֹלְמִית; & in utroqve magnam mixturam *mœroris & tristitiæ.* At in hoc templo sc. 3. & *Cantus* & *gaudium* erit, & omnis mœror aberit.

Concl 28. Superstruitur illa paraphrasis Judaica falsis hypothesibus, qvalis 1. Totum hujus Prophetiæ *Complementum* dandum demum *in tempore adhuc futuro:* neqve posse illam legitimari *in tempore nostri Messiæ præterito.* 2. Synagogæ, prout nunc est, intimari *gaudium*, qvod *in ipsâ præsenti captivitate* possit esse *Firmamentum.* 3. *Sperandum* nationi Judaicæ *Messiam Redemtorem*, qvo planè alio præter JESUM NAZARENUM sit potitura. 4. *Sperandam* eidem *liberationem corporalem catholicam ex terris omnium gentium.* 5. Judæos in præsenti exilio esse in tali statu, in qvo *gaudeant beneficio confirmationis cœlestis*, in qvo sint *justi, robustiores & infirmiores*, qvibus ab illis e. c. Rabbinis *confirmatio* sit applicanda. 6 Judæos esse *in gratiâ cœlesti, gloriari posse in spe DEI venturi Ultoris & Retributoris*, acclamari illis posse illud Prophetæ: *Fortes estote! Nolite timere! Ecce DEUS vester Ultio venturus est.* 7. Captivitatem præsentem esse *meritoriam futuræ redemtionis* 8 Judæos nunc non *cæcos esse*, qvoad *fidem de DEO, & regno Messiæ:* sed qvoad *experientiam saltem angustiæ, & captivitatis longæ.* 9. *Aquas in deserto* beneficium *corporale* describere. 10. מְסִלּוֹת s. *aggerem illum Topicum & materialem fore*, in qvo *incessuri sint corporaliter liberati.* 11 Liberandos esse Judæos partim *perfectè, partim imperfectè.* 12. *Venturum Messiam Filium Joseph.* 13. Et in prælio *unà cum impiis* casurum. 14. Venturum

deinceps *Messiam filium David.* 15. Intervallum fore 45. dierum, qvi sint *dies dolorum Messiæ filij Joseph.* 16. Sanctitatem Judæorum sub Messiâ fore *merè legalem.* 17. שמחת עולם *gaudium illud perpetuum* fore *gaudium seculare & corporale* גשמי. 18. Fore *templum materiale tertium.* 19. Idemq; *templo Salomonis & Serubabelis longè magis glorioſum.* 20. In illo tertio fore רנה ושמחה sine *ullâ mœroris miſturâ.* Hæc omnia h. l. refutare, operæ pretium haut est. Factum id supra variis in locis. Sed & addimus 1. Si detur *potituram de novo nationem Judaicam Redemtore,* illo ipso sc. Domino gloriæ, qvem qvondam ἀγνοοῦντες ἐσταύρωσαν, ad illam tamen applicare non liceret hanc prophetiam, nisi *exemplaritèr,* qvatenus sc. illud foret *magnum ultimumq; exemplum deserti latantis.* 2. Complementum sensu literali propriè & primariò intentum dandum est *in adventu Messiæ nostri primo,* neqve huic clarissimè adimpletionem jam factam ostendenti, subtrahenda est qvoad Complementum Prophetia, & in futuro subricè locanda. 3 Gaudium, & *adventus redemtorum in Zionem,* pertinet ad Ecclesiam Evangelicam militantem.

ORATIO XIIX.

Concl. 1. In medio Prophetiæ Cursu magna intercedit *Parenthesis principalitèr Historica,* in qvâ argumentum principale *geminum miraculum,* in *geminâ miraculosâ liberatione,* unâ CHISKIÆ *& Hierosolymorum à periculo Assyriaco, invasore Sancheribo,* alterâ ipsius CHISKIÆ *à letali morbo,* ad qvam, velut consequens referenda *legatio Babylonica,* ut non opus sit hanc peculiarem & distinctam planè statuere Sectionem in analysi generali. Illa c. 36. & 37. Hæc c. 38 & 39. describitur. Licet autem ad *unam Orationem* s. Prophetiæ magnam Sectionem in Scholâ Hebræorum referatur, ita ut Pharascha de מחלת חזקיהו s. *morbo Chiskiæ, ejusdemq; miraculosâ curatione, habeatur sive unius ejusdemq; Orationis pars altera,* sive etiam *miraculi Assyriaci* בענין סנחריב *in causâ* sc. *Sancheribi, consequens,* non obstante seqvelæ tractationis tmemate 6. c. 38. qvia tamen

æqvè

æqvè miraculum *Curatio Hiskiæ* & illius *prodigiosum in Solario signum:* qvàm corporalis illa liberatio Hierosolymorum: & utraqve præter formam tractationis s. substantiam argumenti distincta, tùm Hiskiæ supplicationibus, tùm Propheticis denunciationibus, aliisq; annexis argumentis particularibus, proinde à nobis qvoqve sub *duabus distinctis proponitur Orationibus*, qvarum una *Miraculum corporalis Hierosolymorum obsidionis & liberationis* ex c. 36. 37. altera *Miraculum Chiskiæ Curationis & Vitæ prolongationis*, cum *sequelâ Babylonicæ gratulationis* ex c. 38. 39 repræsentabit. Absolvitur Illa 6. Hæc 5. Pharaschis minoribus, qvarum argumenta particularia deinceps constabunt. Utramqve hanc Orationem planam & perspicuam, nullamq; adeò hîc commentationis necessitatem clamitant qvidam, qvia sc. hîc non nisi historia commemoretur. Fatemur alicubi c. c. c 36. ita se rem habere, qvo sensu etiam Lutherus noster ad c 36. Diß Capittel ist hell / lauter / deutlich und klar / dann es erzehlet die ergangene Historien und Geschicht: vel, prout in Comm. loqvitur: *Hoc Caput planum est & apertum: continet enim simplicem narrationem historiæ:* Cœterum *merè historica* in his omnia esse, falsum: utraqve Oratio Jesaiæ c. 37. & in Oratione 19. ejusdem Oratio gemina c 38. & 39. Prophetica est, & habet alicubi, qvæ difficilius Scrutinium faciunt: sed & in *historiâ Prophetarum* multa sunt δυσνόητα, etsi, qvia in illâ de *complemento & accommodatione* bellum nullum, difficilior est interpretativa vel exegesis Prophetica, in qvâ magnum imò maximum dubium sæpè facit respectus & complementum, ubi sc. danda accommodatio & complementum, prout vel ex uno exemplo præcedentis Prophetiæ *de Edom & Bozrâ* manifestum.

Concl. 2. Nexus harum Orationum cum Superioribus Propheticis, patet ex dominante in argumentis hujus partis Symbolo MASSA & HOI s. VÆ per qvæ excidium & desolationis periculum intimatum celebratioribus tunc Orbis nationibus & regnis Ecclesiæ sive infensis sive obnoxiis, pro asserendâ regni Messiæ super thronum Da-

vidis invictâ perennaturaq; firmitate: ut de Complementi certitudine confirmarentur undiqvaqve infirmi, & ne illæ omnes Prophetiæ *Empædu*, qvales illi *Petrini* 2. c. 3. 4. per tarditatem complementi abnegaturis veritatem Prophetiæ essent χαλκὸς ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον, proinde partim ψυχικῶς & βιβλικῶς; qvoad piorum *Confirmationem*, partim ἐλεγχικῶς. qvoad *irrisorum redargutionē* Propheta evidēti tunc exemplo Sancheribi confirmat veritatem Judiciorum divinorum in aliis hostibus *regni Messiæ filii Davidis*. Sed & ἐξηγητικῶς, s. *propter multarum particularium Prophetiarum intelligentiam, exegesis hæc* parenthetica legitimatur, ut sc. intelligeretur qvænam illa *Apis & novacula conducta Sibilo divino advocanda* c. 7. 18. qvænam illæ *aqvæ fluvii validissimæ & copiosissimæ* c. 8. 7. qvâ ratione ille *flavius Assyriacus inundans usqve ad Collum* (Hierosolymitanum sc. qvæ urbs Colli instar in Judæâ habuit) sit exundaturus: sed, ubi eousqve pervenit, Vindicem Immanuelem experturus c. 8. 8. 9. qvomodo Prophetiæ de *Virgâ iræ divinæ confringendâ in monte Zionis & excindendâ Sylvâ*, ipsoq; Assyrio, ad modum *plagæ Midianiticæ per robustum & Magnificum* Angelum sc. bellatorem, debellando c. 10. 5. 12. 18. 34. ipsoq; circumscripto castrensi itinerario c. 10. à 27. ad 34. sua constiterit Veritas conf. item c. 17. 12. 13. 14. c. 20. 4. commodissimè tàm decantatæ Prophetiæ complementum historicè hîc interseritur: qvin & in alterâ Oratione Prophetia de Captivitate Judæorum Babylonicâ exprimitur, ut ita qvæ à Massâ Babel auspicatur c. 13. 1. in Babel s. Prophetiâ Babylonicâ c. 39. 5. 6. 7. claudatur magna Pars secunda Prophetæ.

Concl. 3. Atqve ita *& ratio nexus* sibi constat, & *itera-*

tionis

tionis hujus argumenti, jam antea in 2. Reg. 18. 19. à tm. 13. toto c. 19. & c. 20. ad v. 20. & ex parte 2. Chron. c. 32. tractati, *qvare sc., cum aliàs libri Prophetarum priorum e. c. Josuæ, Judicum, Samuelis, Regum* יוחדו לספור ולהגדות אשר קדו בזמניהם *s. appropriati sint describendis suorum temporum historiis: Libri autem posteriorum Prophetarum* יוחדו לספור הנבואות ולגדות *s. dedicatæ Prophetiis describendis, hîc in medio Prophetæ detur* באורך הכ הספור הגדול המאורע *s. longa satis ἐπεισοδιώδης historica:* inprimis כהוות שלא סופרו בספר הזה מספורים אחרים i. e. *cum non aliæ historiæ ab hoc Prophetâ ita recenseantur.* Item מ"ת התועלת בחשנות והכפלת הדברים מלה במלה *s. qvæ ratio duplicandæ descriptionis hujus historiæ, cum in libris Regum planè verbotenus eadem reperiatur?* Omninò eandem historiam בכוונות שונות ולתכליות מתחלפים *s. diversâ intentione proponi in libris Regum & Prophetâ nostro,* in libris sc. Regum propter *historiam Chiskiæ Eximii Regum Jhuda, ad cujus res gestas pertinet* hanc qvoqve ibi describi להודיע ענייני המלך וקרותיו חזקי hic autem *propter Jesaiam in anterioribus prophetiis tantò facilius intelligendum, & credendum,* facilè damus, uti adeò qvæ liberatio antea erat totiens intimata per modum *Prophetiæ*, illa nunc describatur per modum *historiæ:* qvare autem *hoc loco Prophetia illa inseratur* jam supra ex *convenientiâ principii & finis hujus magnæ partis ostendimus*, & pro eodem loco facit qvoqve repetitio nexus jam inde à c. 32. 9. cui *Captivitatis Babylonicæ tempora intimanti Prophetiæ*, succedit deinceps *Prophetia de temporibus Messiæ Zioni floridæ jubilæa:* huic iterum Prophetia de *Captivitate Babylonicâ* (qvæ Scopus fuit antecedentis historiæ c. 39. 5. 6. 7.) & iterum huic Prophetia & Vox clamantis intimans felicissima Messiæ tempora. c. 40. 1. *Consolamini, consolamini populum meum:*

in de-

in deserto parate viam Domino, ut ita per hanc parenthesin historicam nullum *Vinculo Prophetico* periculum.

Concl. 4. Titulus ergò Orationis 17. est *miraculosa Hierosolymorum ab Assyrio Tyranno blasphemè feroci liberatio*, cujus liberationis describuntur I. *Antecedentia*, qvorsum *referendus* 1. *apparatus Sancheribi in Judæam bellicus* charactere *Chronologico* determinatus c. 36. 1. 2. Fecialis Assyriorum *ante mœnia Hierosolymitana, Orator apostaticus*, cui interpellato *per Legatos Chiskiæ de dialecto Aramæâ*, deinceps *apertè blasphemo*, Silentio responsum c. 36. 3. *Chiskiæ supplicantis in sacco pœnitentiali sacra & lugubris ad Jesaiam legatio & prima Prophetæ responsio* c. 37. ad v. 10. 4. *Sancheribi Æthiopico bello accincti per Epistolam æqvè ac Orationes Legatorum blasphema solicitatio* c. 37. à v. 10. 5. CHISKIÆ *ad lectam & explicatam coram* DOMINO *illam Assyrii blasphemi Epistolam solemnis & ardentissima supplicatio* c. 37. à v. 15. ad v. 20. eidemq; *per Isaiam intimata de cœlesti exauditione & imminente liberatione Prophetica responsio* à v. 20. ad 35. II. Describitur ipsum *liberationis Apotelesma* per *Cladem Castrorum Angelicam* c. 37. 35. Describitur III. *Consequens liberationis* 1. fœda *Tyranni fuga* v. 36. Et 2. *Cædes per Filios in Idoleo* v. 37. Ita se habet Oratio XIIX. qvam supra distinximus à XIX. qvæ *Miraculum Chiskiæ ægrotantis* c. 38. & historiam *Babylonicæ legationis* (in qvâ qvid posset Rex undiqvaqve gloriosus, suæ permissus infirmitati, non tacuit S. Spiritus) c. 39. proponit, etsi haut negamus Legationem Babylonicam inductivum qvoqve habuisse argumentum Orationis XIIX. & ita necti potuisse superiori. Sed de singulis his deinceps agendum.

PHARA-

PHARASCHA I.

Concl. 5. Charactere totius historiæ Chronologico v. 1. & Legati Rabschake primâ Oratione directâ ad *Tres Viros Chiskiæ ad audiendum ac referendum deputatos*, Eliakimum, Schebnam, Joachum, hæc absolvitur à v. 2. ad v. 11. Character ille ponitur *14. annus Regis illius* Chiskiæ sc. qvi est *octavus ab expugnatâ Samariâ & abductis illius regni tribubus.* Expugnata qvippe Samaria *anno Chiskiæ 6.* Hoseæ Regis ultimi tributarii *anno 9.* Obsidionis *tertio*, & ita convenit annus expeditionis Salmanassaris & obsidionis Samaritanæ notatus in Annalibus sacris sc. qvod fuerit 4 *Chiskiæ & 7. Hoseæ tributarij* sc. cum aliàs si anni regni liberi includantur, fuerit annus decimus qvintus confer 2 Reg. 15. 30. 32. & c. 17. 1 2. Reg. 17. 4. 5. 6. c. 18. 1. 9. Idem ergò Rex Chiskia, qvi vidit *anno sui regni 4.* Assyrium Salmanassarem in regnum Israelis terribili apparatu moventem, qvi vidit *anno sui regni 6.* eundem Samariam expugnantem, & lamentabile cum Rege regnum efferentem, post *Octennij intervallum* & adeò *anno sui regni 14.* בארבע עשרה שנה vidit eundem Assyrium longè terribiliori etiam apparatu post expugnatam Samariam & deportatum regnum X. tribuum in *ipsam qvoqve Judæam moventem*, & *contra Castella* s. *fortalitia ejus adscendentem:* atqve ita patet qvid sibi velit tmem 1. Ex eodem sc. Spelæo Assyriaco, ex qvo ante Hiskiam regnum Israelis infestis armis invaserat *Phul* sub *Menahemo* 2. Reg. 15. 19. post Phulem *Tiglath phileser* deportator tribuum trans Jordanem sub *Pekacho* 2. Reg. 15. 29. & c. 16. 7. post hunc *Salmanassar* cum *Hoseâ Rege ultimo* tandem universi regni, anno 6 Chiskiæ deportator, toto c. 17. ex eodem nunc in *ipsam Judæam qvoqve* debellandam armatus Sancheribus Assyrius, & vastissimi illius regni, cujus metropolis imperialis *Nineve ab Assure condita*, Dominus vid Gen 10. 11. Jes. 37. 37. (cujus, sed non immediatus Antecessor fuerat ille in Jonâ celebratus c. 3. 6. cui regno, ipsiq; adeò Nineve, ultimum supplicium intimavit Nachum c. 1. 2. 3.) Ultimus illorum Regum, qvi moverunt

in Judæam fuit hic ipse Sancherif, qvam ut occcuparet non opus erat, uti *villas, & vicus armatus invaderet*, à qvibus nullum cursui Victoriæ Obstaculum vel periculum: sed ut *Urbes munitas* armis occuparet, atqve exinde *adscendit Sancheribus Rex Assyriæ* (qvem *eundem* mutato saltem nomine *Salmanassarem* fuisse, statuunt Rabbinorum plurimi, moti verbis Rabsace c. 36. 19. sed argumento parùm firmo) *contra omnes Urbes Judææ munitiores, & occupavit illas* v. 1. Patet inde, qvorsum respiciat Seder Olam notans Octonarii annorum intervallum inter גלות *Captivitatem Israelis 1. & 2. inter 2. & 3. inter 3. & hanc Sancheribi expeditionem in Judæam*

שמנה שנים שהה מגלות א׳ לב׳ ומב׳ לשלשית ומג׳ לשעלה סנחריב וג׳

Concl. 6. Fuisse Consilium illud Assyrii *omnia Castella & munitiores Judææ Urbes*, ipsam etiam Urbem sanctam *vi bellicâ disrumpere* (ferro *discindere* s. *diffindere*) & *disruptas penetrare* ex 2. Chron. 32. 1. 2. ubi notetur positus ויאמר לבקעם, liqvidum. An autem *Consilium* successerit? Pro affirmativâ qvoad majorem numerum facit textus Isaianus, & in illo positus עלה ויתפשם non עלה לתפשם: vel: עלה ויתפשם atqve adeo non *intentum* saltem hîc significatur: sed illo suppositio *Opus effectum*. Una supererat metropolis: ad qvam jam mente occupatam cecidit Vastator. Actus qvippe תפש non *Obsidione, qvassatione, tentatione*: sed *expugnatione, occupatione & apprehensione* absolvitur, ita ut talis תפש jam sit in *possessorio illius rei qvæ occupatur* s. דבר התפוס conf. Jos. 8. 8 c. 8. 23. Deut. 20. 19. 2. Reg. 18. 13. Jer. 50. 46. Qvàm verè *adscendit*, tàm verè *occupavit*. Tmema sc. primum secatur per Tiphcha, qvo post Sylluk non habet majorem. Caret qvippe & Rege Atnach, & territoriali, atqve adeò Sectio materialis & parallela fit per Tiphcha. Ad hunc fluit pars una Versus, qvæ notat *actum adscendendi*: post illum pars altera unâ voce contenta dicit actum *capiendi, vi occupandi*, & per ו conversivum ponitur in eodem statu in qvo verbum *adscendendi*. Prout ergò verè עלה: ita verè תפש:

Concl.

Concl. 7. Jus belli Sancheribo in Judæam qvæsitum, ex rebellione Chiskiæ Obligaverat se regnumq; potentiori Assyrio contra Rzinum & Pkachum, illum Syriæ, hunc Israelis Regem, tunc argento immenso subjectionisq; fide pretiosè evocato Achasus. Ille conditionem accepit, & in Syriâ qvidem Damascum, in Israelis autem regno celeberrimas Ephraimitarum & Naphtalitarum urbes expugnavit, totam regionem trans Jordanem, qvam Rubenitæ, Gaditæ & pars Menaschitarum obtinebant, occupavit, incolas & hîc aliqvot tribus in Syro Mediam deportavit, ipsum Rzinum interfecit, de cœtero & contentus Pekacho ab Hoseâ interfecto, & Achaso Vasallo satis multato discessit, permisso ad octennium Hoseæ liberiore regno, post qvod hic qvoqve, Vasallus, per qvinqvennium fidus, cum sexto rebellis denegato Vasallagio deficeret, triennii obsidione, totius regni funere, Catenis ipse & Carcere maceratus, luit rebellionem conf. 2. Reg. 15. 29. 30. c. 16 5. 7. 9. c. 17 3. 4. 5 2. Chr. 28 18. Ita in Israelis s. X. tribuum regno. Cœterum Achasus inde per annos 12. Assyrii Vasallus perstitit, & ita regnum qs. Assyrii feudum ad Successorem Chiskiam transmisit. Cœterum hic, prout habent Annales posteriores Regum c. 18 7. *rebelluvit in Regem Assyriæ ut non serviret ei*, qvod qvidem factum, qvatenus Rex sanctus fiduciâ in solum DEUM Israelis plenus, & à religione l. *apertis foribus domus Jhovah* regimen auspicatus 2. Chr. 29. 3. illo ipso voluit testari abnegationem Consilii Achasi, qvi excusso Confirmationis cœlestis privilegio & signo signorum de Virgine pariente Immanuelem, diffidens cœlo, Acheronta moverat, Assyrium velut Opitulatorem, & supremum regni Jhuda Protectorem evocaverat, eiq; se Regnumq; subjecerat, culpandum haut erat, etsi qvat. sine Imperativo cœlesti non sine carnali raptu ex cursu Victoriarū contra Philistinos aliosq; hostes glorioso illud Consilium excutiendi omne jus superioris oriri poterat, à magnâ *misturâ infirmitatis* absolvendum haut erat, qvod nec dissimulavit Chiskias Confessor apud Assyrium voce: PECCAVI 2 Reg. 18 14. ut adeò inde Jus aliqvod *Assyrius* belli sc. in Chiskiam legitimare potuerit in foro terrestri.

Concl. 8. Fuit damnosius Assyrio exemplum Chiskiæ rebellantis ex eo, qvod videtur, Hoseam qvoqve impulisse vel inclinasse saltem ut ab Assyrio, cui per 5. annos Vasallus fuerat, hic qvoqve deficeret. Annus 6. Hoseæ incidit in annum 3. Chiskiæ, qvando jam tunc sive defecerat, sive jamjam executurus Consilium defectionis erat Chiskias, seqvente Hosea, etsi huic respectus ad novum *Protectorem Ægyptium So.* vid. 2. Reg. 17 4. Defecerat sanè Chiskia ab Assyrio ante annum sibi Regi qvartum, à qvo incipit obsidionis Samaritanæ triennium vid. 2. Reg. 18. 9 c. 17. 5. Neqve dubium, qvin eodem tunc adfectu Assyrius in Chiskiam fuerit, qvo in Hoseam (nisi fortè magis hîc commovit, qvod ab eodem Assyrio, cui recens ipse fidem dederat, defecerit, cum ille saltem ex obligatione Antecessoris apud Antecessorem, *Achasi* sc. apud *Tiglathphilesarem* teneretur) sed cujus Senatus Consultum eruentum distulit labor debellandæ cum regno Samariæ, Chiskiæ recentes victoriæ, Pietas Regis & glorioſa Emendatio religionis, sed inprimis Consilium cœleste, qvod voluit regnum Jhuda spectaculis prius irarum cœlestium terreri, & hoc per illa in fiduciâ protectorii cœlestis contineri, imò illos ipsos *Carnales Protectores, Ægyptios & Æthiopas*, ad qvos crescentibus Assyrii rebus respectus plurimorum erat Judæorum, per illum ipsum Assyrium debellari, & demum, ubi jam de opitulatoribus illis conclamatum esset, per Assyrium immissum affligere Chiskiæ regnum: sed ita, ut sub hoc caderet mactatus cum immani exercitu Tyrannus.

Concl. 9. Dilatum inde ab Assyrio aliis hostibus debellandis occupato, bellum Judaicum, adusqve annum CHISKIÆ *decimum qvartum*, qvando *adscendit Sancherif Rex Assyriæ contra omnes civitates munitas.* Misit qvidem Invasori Tyranno, qvando jam nobilem in tribu Jhuda urbem cui nomen *Lachsich*, oppugnavit, obviam, qvi deprecarentur bellum voce lacrymosâ: *Peccavi, diverte à me, qvod imposueris mihi feram:* sed & *trecentorum argenti, & triginta auri talentorum* summam, propter qvam thesauri sacri & Regales, fores item, postes & limina templi aureis laminis paulò antea à Chiskiâ obducta direptionem & truncationem patiebantur, de-

precanti

precanti imposuit Assyrius. Et jam placatus immenso pretio videbatur hostis barbarus, nec voluit hic videri qvi Instrumentum pacis fregerit: Cœterum interpretatus ita est pacem Chiskiæ datam, ut qvò securior deinceps Assyrius de feudo Hierosolymitano esset, Chiskia Assyrii militem intra metropolin reciperet, & hanc sibi Domino traderet, qvo fine *misit Rabschakem cum copiis numerosis ad urbem Jerusalem:* qvibus unà cum feroci Oratore Urbe exclusis, Legatis à Rege Chiskia tàm iniqvo pacis Instrumento contradicentibus, jam tumultuari incepit *ad mœnia Hierosolymitana*, & *vim apertam minari*, nisi anteverterent deditione, *Assyrius*. Conf. 2. Reg. 18. à v. 13. ad 19. Omninò enim ita ibi fluit פשט הכתובים i. *sensus literalis*, etsi Rabini *post tributum illud datum discessisse extemplò Assyrium & in regnum suum rediisse* statuunt, *fiduciâ illâ fretum fore ut singulis annis illam tributi Summam penderet Chiskia: qvod cum secus fieret, reversum deinceps, & tunc ad mœnia Hierosolymitana Rabsaken ita intonuisse.* Malè illud. *Itinerarium tale reflexum immensorum castrorum idq; ex Judæâ in Assyriam*, & iterum ex hâc in illam, *nullibi in Annalibus sacris* memoratur: neqve facilè præsumitur sive Assyrium illud Caput tributi annui non expressurum in *Instrumento pacis*, ut propterea opus fuerit bello *interpretationis*. Movit illos vox Rabsacis ad Chiskiam c. 36. 5. *Cui confidis, qvod rebellas contra me?* Cœterum exinde non probatur *intentio novæ rebellionis post transactionem:* sed veteris illius post mortem Achasi, qvam unam appellat Scriptura in hâc historiâ 2. Reg. 18. 7. & Rex Assyriæ qvi (prout loqvi solent) *non moriebatur*, etsi *Teglathphileser, & Salmanassar mortui*, de Chiskiâ, qvi sub *Salmanassare* defecerat, etiam post hujus mortem in *personâ 1.* dicere poterat: *Tu rebellas contra me*, idq; tantò magis, si *Salmanassar* הוא סנחרוב עצמו *est ipse Sancherif*, prout Rabbini.

Concl. 10. *De superbo conceptu & feroci Consilio Assyriaco* præter Oratorem *Rabsaken* legenda hic *Oratio Isaiana c. 10. tm. 9. 10. 11. 13. 14.* & Symphonia constabit Prophetiæ præsentis cum historiâ. De *ratione Consilij cœlestis, qvare* sc. *tempora Chiskiæ tantâ calamitate fuerint insignienda*, disputant Rabbini, absolventes penitus Chiskiam,

ita ut nonnisi *propter populum immissum* statuant, qvi *non contentus molliori, blandiori, & tranqvilliori Chiskiæ regimine, ejusq; diætâ simplici* & רעצל והתרשלות ומורך לב *Segnitiem & pusillanimitatem illud interpretatus, optaverit Regem bellicosiorem, & luxuriosiorem*, qvalis *Pekachus*, de qvo notatum à Talmudistis: שהיה אוכל ארבעים סאה גוזלות בקינוח סעודה i. e. *qvod 40. modios pullorum loco bellariorum absumserit, cum Chiskia modico*, & vel ליטרא של ירק s. *Olusculo vixerit*. Allegat illud Abrabinel in h. l. sed ita ut *modios* omittat, qvò sc. verisimilius fieret illud traditum Antecessorum: si 40. saltem pulli darentur alteris mensis, satis ad ingluviem Regis voracis. Excipiendus *populus* haut est: sed nec *Chiskia*. Si post incolumitatis beneficium & inusitatum illud signum, jam adultior insolescere & per παράπτωμα גבה לב s. superbi *Cordis ferventem iram* DOMINI *super se populumq;* attraxit: Si *permittente DEO* (עזבו אלהים לנסתו) adultus & tot miraculis confirmatus, in *communicatione Babylonicâ*, labentem se ostendit conf. 2. Chr. 32. 25. 26. 31. qvid mirum, suis etiam affectibus carnalibus in flore ætatis paritèr & victoriarum alicubi abrepto, immisisse DEUM hanc plagam? qvam tamen ita temperavit, ut *perfecto per Assyrium toto Opere in monte Zionis* & in Jerusalem, s. *absolutâ castigatione Chiskiæ* de ipso insolenti Assyrio pœnas sumserit, & huic adeò hosti adventus in montes Zionis letalis & incomparabilis plaga extiterit vid. Jes. 10. 12. Qvæ de Diætâ Pekachi & Chiskiæ dicuntur ostendunt specimen Magistrorum illorum in Israel, qvibus talia commenta placent. Chiskiam mollitèr *inertem*, *pusillanimem* Schebna aliqvis interpretari non potuit, qvem & religiosissimum, & bellicosum, multisq; victoriis de *Philistinorum* inprimis indomitâ hactenus gente inclutum, ac de *architectonicâ militari fortalitiorum, aliorumq; belli præsidiorum* operosè providum, clamant annales sacri, ut adeò fuerit triumfator inclutus, bello magnus, etsi pietate & religionis laude, (qvæ summa purpuræ regalis laus est) major: vid. 2. Reg. 18. 7. 8. 2. Chron. 32. 2. 3. 4. 5. 6.

Concl. 11. Qvod ad formam attinet, notari meretur *parallelismus*

lismus historicus literalis ferè ex 2. Reg. 18 à v. 13. & Isaianus à c. 36. unde & utrobiqve parallelismus datur accentuationis. *Ubi* sc. *idem positus Grammaticus continuatus inprimis* e c per membrum vel Versum, vel Pharascham integram, *ibi eadem qvoqve accentuatio: mutato autem positu formali Grammatico, mutatur etiam accentuatio.* Inde est qvod tmema hoc Is. 36. 1. & 2. Reg 18. 13. eâdem veniat accentuatione, nisi qvod desit *Paser*, qvia sc. deest qvoqve vox prima ויהו; de cœtero utrobiqve eadem accentuatio, per *Geresch* fluens ad *Rvia*, per hunc tanqvam *subditum majorem primum*, item per *Pasta magnum*, velut *subditum majorem secundum*, sed & per *Tvir* velut distinctivum subditum parvum ad maximum hactenus, *Tiphcha*, cui & *Rvia* ille & *Pasta magnus*, & *minor Tvir* suos vocum tractus *qvoad sensum* subjiciunt, ut hîc demum aliqvid pleni dicatur sc. *14. anno anno Regis Chiskiæ, adscendit Sancherib Rex Assyriæ contra omnes Civitates Jhudah munitas* s. *qvæ erant munitæ:* Hîc *Tiphcha* suum absolvit tractum: Seqvitur nunc vox una ויתפשם *Et occupavit eas.* Conferatur ita Oratio Isaiana hîc & in 2. lib. Regum. Patebit inde 1. Qvare e. c. 2 Chr. 32. Versus hic habeat *Atnach* & *accentuationem planè aliam*, qvam in 2. Reg 18 13 & Is. 36. 1. qvia sc. *mutatur ibi vehementèr positus Grammaticus:* 2. qvare *tantus versus* careat *Atnach* imò & *omni territoriali?* qvia sc. thema ejus simplex est sc. *14. anno Chiskiæ Rex Assyriæ adscendens contm omnes Civitates Jhuda munitas, occupavit eas.* Notetur autem insigne hîc exemplum *Pasta magni* in viâ *ad Tiphcha*, ubi se habet velut *alterum Rvia*, qvod exemplis alibi allegatis, adscribendum erit, & in interpretativâ observandum.

Concl. 12. Patet inde qvâ intentione facta sit illa missio ad metropolin Hierosolymitanam, qvæ memoratur tmemate 2. ubi si qværatur 1. qvis miserit? Respondetur Rex Assyriæ, non Babyloniæ vel urbis Babel prout c. 39. 1. Assyriæ sc. cujus metropolis Ninive, etsi illi tunc obnoxia adhuc fuit magna pars Babyloniæ. vid. Nachum c. 1. 2 3. Si qværatur qvis missus? Resp. unâ voce רבשקה s. *Raf-Schake* atqve adeò nominatur unus: at 2. Chr. 32. 9. in numero plurali nominantur עבדיו

s. *Ministri*

ſ. *Miniſtri ejus*, Aſſyrii ſc. Ipſis qvoqve nominibus appellantur 2. Reg. 18. 17. *Tartan Raf-Saris*, & *Raf-Schake*. Utrobiqve autem & in Iſaiâ & lib. Regum agitur de legatione primâ, non illâ iteratâ de qvâ Iſ. 37. à v. 9. ad 14. ne qvis cum Seder Olam, ibi de 1. hîc de 2. agi dicat, & ita conciliet. Miſſi adeò cum autoritate tres: &, ubi venerunt ad *clauſas Hieroſolymitanorum portas inclamaverunt qvoqve Chiskiam tres*, & illum admiſſionem poposcerunt: vid. 2. Reg. 18. 18. Cæterum cum hic per Legatos admiſſionem venientibus longè diversâ mente, & armatis & cum copioſo milite, denegaret, ad Chiskiæ Legatos deinceps non inſtructos, niſi ad auſcultandum & referendum ipſumq; populum ſtantem in muris Aſſyriorum unus blaſphemæ illi Rhetoricæ deſtinatus Orator ſ. ראש המרברים idemq; neqviſſimus Apoſtaſiæ *Conſiliarius*, prout appellatur Nachum. 1. 11. proceſſit, qvem proinde *unum*, etſi in illâ *triade Legatorum* ultimo loco poſitum, qvippe communi nomine *Oratorem* & mentis Aſſyrii *ferocem Interpretem*, qvia ſive *Oratoriâ* pollebat, ſive præterea *cognitione Lingvæ S. Judaicæ*, in qvâ Orator fuit & religionis ac *arcanorum Judaicorum* excellebat, præ cæteris huic muneri deſtinatum, Jeſaia noſter ipſo nomine commemorat. Traditio Hebræorum eſt, qvod *Raf Schake fuerit* משוקר ישראל ſ. *Apoſtata à religione Iſraelis*, unde & illi impoſitum ſit *Oratoris in Lingvâ Judaicâ* munus: qvam ſententiam probabilem facit *hiſtoria*, & inprimis præter excellentem notitiam Lingvæ, *Oratio prima*. Sive autem prout *Raf Saris*: ita *Raf Schake* habeas pro nomine *proprio*, ſive pro *appellativo*: ita ut illud notet *Aulæ Magiſtrum*, *Officialibus aulicis Præfectum*, *vel Magiſtrum qvoqve Eunuchorum*: hoc autem *Sympoſiorum Magiſtrum*, vel *Bibonem Excellentiſſimum*, (qvod genus hominũ in aulis Regum magno datur numero & vel in primâ cera) perinde: hâc autem ratione, ſi notaretur Archipincerna der Erſte ſchenck / ſ. Regi Aſſyrio maximus à poculis, conveniret magis רב משקה ſ. *Rafmaſchke*, qvam *Raf ſchake*, ex uſu verbi, qvod in Hiphil habet ſignificationem *potum præbendi*, unde *Pincerna* Hebræis eſt *Maſchke*, non *Schake*, qvalis Nehemias fuit in aulâ Perſæ

Artaxer-

Artaxerxis. vid. Nechem. 1. 11. & ille *Socius Josephi* & prodigiosè somniator *in Carcere Pincerna*, Pharaonis *Maschke* Gen. 40. 1. 5.

Concl. 13. Si qværatur qvo apparatu vel comitatu ablegatus fuerit tantus Orator? Resp. בחיל כבד *s. cum exercitu gravi numero* sc. *& roborè s. cum bellatoribus robustis & numerosis copiis*, qvas *manum gravem* vocat *Vulgatus*, & addit *Liranus:* id propterea factum, *ut non posset Chiskia se in Campo sustinere: sed teneretur se mœnibus includere.* Si per *illas copias* Legati saltem tuti in Campo. E. minus securi ad mœnia Hierosolymitana, ad qvæ proinde imprudentèr accessissent numero pari qvidem vel superiore Judæis in Campo: sed minus ad mœnia metropolitana. Si qværatur, unde processerit legatio? Resp. ex Lachisch urbe tribus Juda Jhos. 15. 29. qvam *Assyrius oppugnavit*, ubi *ad Assyrium* Oratores lacrymosos *bellum* ejusq; causam *deprecaturos* Chiskia misit, ex illâ expugnatâ ad Chiskiam Assyrius Legatos tres misit. 2. Reg. 18. 14. 17. Si qværatur qvorsum missi Legati? Resp. Nominatur 1. *Jeruschalaim:* ad ipsam adeò metropolin in fidem Assyrii recipiendam, & præsidiis occupandam: 2. Persona ad qvam missi, Rex *Chiskia* v. 2. appellatur. Ita sc. *Spiritus S.* Chiskiam etiam tunc, cum jam conclamatum de *Sceptro Juda*, & intra unius urbis mœnia clausum sepeliendumq; jamjam videretur regnum Regis dignatur honore, contra qvam facit ferox Orator Assyrius, qvi in Oratione *Assyrium* non saltem *Regem:* sed *bis Regem*, & qvidem *Regem maximum*, appellat: at Chiskiam, qvippe vix *parem uni ex minoribus tanti Regis officialibus* æstimatum, nedum in tantâ Assyrii Regis eminentiâ ac dominio in terras Chiskiæ communi Regis vocabulo honorandum vid. c. 36. 9 qvippe cujus regnum jam Assyrio cesserit expugnatis urbibus principalioribus, sine Regis titulo appellat solo nomine proprio vid. c. 36. 4. Dicite Chiskiæ, sic ait Rex Maximus Rex Assyriæ vid. v. 7. 14. 15. 16. 18. neqve ex c. 37. 10. probatur à Legatis in Oratione tertiâ Chiskiam *Regem* appellatum.

Concl. 14. Si qværatur ubi data audientia? vel *ubi subsiterit Rabsaces cum suo illo exercitu?* Resp. in v. 2. *Subsitit ad aqvæ ductum piscinæ superioris in aggere agri fullonum.* Concipiatur ad portam

Hierosolymitanam & murum supremum urbis, *piscina*, qvam describit Abrabinel per חרוץ בנוי באבנים וסיד שמכניסים שם מי גשמים i. e. *fossam lapidibus & calce undiqvaqve eductam, in qvam aqvæ pluviales colliguntur:* ex qvâ piscina מקוה s. conceptaculum aqvarum dabatur בין החומתים s. intra duos muros conf. Is. 22. 11. Sive autem ex *solis pluviis* aqvæ *hujus piscinæ* servatæ, sive ex *superiore Gichone murum urbis ambiente*, aqvæ in hanc derivatæ fuerint, perinde: Concipiatur infra hanc ex aqvis fontium extra urbem effecta piscina alia, eademq; התחתונה s. *inferior* appellata conf. c. 22. 9. Nechem 3. 16. 2 Chron. 32. 3. 4. & constabit facilè qvid sit *piscina superior* s. העליונה qvæ eadem *piscina vetus* s. הישנה qvoqve dicitur Jes. 22. 12. Concipiatur in illâ viciniâ ager fullonum, ad qvem ex piscinâ superiore, uno latere perforatâ ducebantur aqvæ per תעלה s. *aqvæ ductum*, qvando loturi erant s. purgaturi vestes: Ad illum agrum fullonum & piscinam superiorem dabatur agger, per qvem transibat ille *aqvæductus*. Fullonib^s purgaturis pannos vel vestes, ex illâ piscinâ per aqvæductum profluebant *aqvæ*, qvantâ copiâ volebant: inde lotas jam pulchrè vestes ad siccandum in illo agro fullonum soli expandebant: atqve ita constat, qvæ ratio & qvis usus *piscinæ*, *aqvæ ductus*, *agri fullonum*, ac *aggeris illius*, & ex adverso Regiæ &, qvod vel Achasi docetur exemplo, regalibus exspatiationibus: sed inprimis Achasi trepidantis occasione & colloqvio Prophetæ Immanuelem Virginis Filium promittentis ac per hunc domum Davidis confirmantis, dignati ac celebrati Is. 7. 3. Patebit item qvare subsiterint illi Tres Viri Assyriaci Regi Chiskiæ acclamaturi vel ab illo audientiam & admissionem sonorâ voce postulaturi vid 2. Reg 18. 8.

Concl. 15. Si qværatur *qvomodo data audientia?* Respondetur ex v. 3. Non *immediatè* apud ipsum *Regem*, prout postulabatur: sed apud *Tres Viros*, Hiskiæ Officiales primarios. Misit Assyrius *tres* Legatos Principes Viros: Illis audiendis destinavit & *Tres* Comitivâ illustri æqvè fulgidissimos & lingvæ Syriacæ seu Aramææ Chaldaicæ, in qvâ illos qvippe Assyrii Legatos, velut vernaculâ

culâ & honoratâ ſuæ nationi lingva Oratores futuros præſumebat, callentiſſimos, Chiskia, qvi & *nomine & officiali Charactere* deſignantur ſc. 1 *Eliakim filius Chilkiæ, Præfectus Palatij* Reichs Hofemeiſter/juxta literã: *qvi erat ſuper domum* vel *Major domus*, qvales in Galliâ celebrati Carolus Martellus, Pipinꝰ, Hugo Capetus: Juxta Hebræos vel ממונה על בית המלך ſ. *Præfectus domui Regis*, vel prout habent Veteres in Vaiikra rabba ממונה על בית המקדש ſ. *Præfectus Sanctuario*, juxta illos כהן גדול, qvos ſecutus in h. l. Lira: *Qvi erat ſuper domum* DOMINI, *qvi erat ſummus Sacerdos*. Concludendum pro priori: idem hîc *Eliakim* qvi c. 22. 20. qvi proinde eodem reſpectu appellatur אשר על הבית qvo ibi Anteceſſor *Schefnæ* v. 15. de qvibus pluſcula vide notata in l. alleg. Nominatur 2. SCHEFNA & qvidem הספר ſ. *Scribæ ille*: circa qvem bellum ingens Rabbinorum, 1 *qvomodo qvi hîc* הספר *dicitur* ſ. *Scribæ*, c. 22. 25. *dicatur* הסכן ſ. פקיד וממונה על אוצרות המלך i. e. *theſaurarius Regis?* 2. *qvomodo qvi hîc Scriba, ibi dicatur* אשר על הבית ſ. *Præfectus domus?* Conciliatur: fuiſſe & Magiſtrum aulæ Regiæ & ſupremum regni Theſaurarium, & Exqvæſtorem, deſcribendæ œconomiæ & rationariis regni & inſpectioni in Collegia vel officia publica ſubditorum, maximè, ad prætorium pertinentia, cum autoritate Præfectum. 4. *Qvomodo titulus Præfecti domus tribuatur in Iſaiâ Schefnæ & Eliakimo?* Conciliatur vel Schefnæ depoſito ſucceſſiſſe Eliakimum, vel Schefnam fuiſſe Præfectum templo, Eliakimum aulæ Regis. 4 *Qvomodo Schefna ille ignominiosè depoſitus, à Chiskiâ tàm ad Aſſyrios Legatos, qvàm ad Iſaiam honorificè in Comitatu Eliakimi & Presbyterij Clericorum, ablegatus & velut aqvè magnus Zelota* מצטער *acerbiſſimè affectus ob verba Raſſake, vel Veſtibus ſciſſis & ciliciis teſtibus*, vid. c. 36. 22. c. 37. 2. *deſcribatur?* Reſpondetur: Schefnam illum fuiſſe נתקשר ונתחסר ſ. *conjunctum Aſſyrio, & factionis in Chiskiam pro prodendâ Aſſyriorbe, ſimul acceſſerit hic cum copiis, Anteſignanum*: ſimulaſſe ſaltem ſanctum pœnitentem, & fuiſſe adeò magnum in Sacco *Hypocritam* ſc. בלבו ſ. *corde fuiſſe Sancheribianum* ובמגלה ſ. *externè Chiskianum*, unde à Chiskia dignatus

sit illâ duplici deputatione: Cœterum ab Isaiâ Spiritu Propheticò hanc vulpeculam detectam, & monitum de hoc *Proditore Hypocrita* Chiskam qvi proinde degradatione illum puniverit, eminentiori *Præfecti domus* munere ab illo in *Eliakimum* translato, *Schefnâ* autem *inter Scribas* inferioris dignationis Viros collocato, qvod ægrè ferens *Schefna* & certus, jam patefactam conjurationem, profugus ad Assyrium aperte fecesserit. Supponitur *unus idemq; fuisse Schefna ille* Is. 22. 15. & cujus mentio in hâc historiâ. In hoc Schefnâ nullus notatur Character *Proditoris & Hypocritæ*, neqve nominatur hic sive *Thesaurarius*, sive *Major domus*: sed SCRIBA. Qvid obstat fuisse eâdem ætate *Schefnam Præfectum domus*, cui abdicato successerit Elikiamus & præter illum, SCHEFNAM SCRIBAM? *Eliakim filius Chilkiæ utrobiqve idem: Schefnæ Præfecto domus* succedit *Eliakim in Præfecturâ domus*: Cœterum sic ille *Schefna* non incipit esse *Scriba*. Sed & *Eliakimus* jam in primâ legatione fuit *Magister aulæ*, & *Schefna* jam tunc *Scriba*, non demum talis uterqve factus post *Legationem* 2. ad Isaiam: neqve *prudentiæ Chiskiæ* convenit *Hypocritam & Proditorem jam revelatum* punire saltem muneris immutatione, uti sc. ex *Aulæ Magistro* fiat e. c. *Exqvæstor*: neq; munus הספר *politici*, longè infrâ illud *Præfecti domus* conf. 2 Sam. 8. 16. 17. neqve ita securitati Statusconsultum fuisset. Conf. notata in c. 22. Isaiæ.

Concl. 16. Sed ad rem. Nominatur 3. Joach filius Asaph idemq; המזכיר i. e. *Regi* Chiskiæ *à memoriâ* des Ehiskia Cantzler Vulg. *Regi à Commentariis* i. e. ait Lira, *Cancellarius Regis*, prout alibi rectè Lutherus conf. 2. Sam. 8. 16. ubi in descriptione Ministerianorum aulæ Davidis, Jhosaphat memoratur fuisse s. המזכיר. Rectè Luth. Jhosaphat aber der Sohn Achilud/ war Cantzler: sed & idem Lurherus, qvi hos Chiskiæ Tres Viros h. l. c. 36 3. ita expressit: Eliakim der Hofemeister/ Sesna der Cantzler/ Joah der Schreiber intelligendus est ex seipso in versione 2. Reg. 18. 18. ubi in eâdem planè historiâ rectius illis Chiskiæ illustribus munerum titulos assignavit: Eliakim der Hoffmeister/ Sebna der Schreiber/ und Joah der Cantzler. Rabbini describunt: שהיה מזכיר לפני המלך

המלך כל הדברים הצריכים להועלת המלך וממנו

i. e. *qvi reducebat Regi ad memoriam qvænam pro Statu Regis tractanda vel expedienda.* מזכיר sc juxta literam est, *qvi* velut inventarium vel regni repertorium, i Oraculum Principis in pectorali memoriam totius regni circumfert, qvi omnes regni res & negotia ſtatus memoriâ comprehenſa tenet, & de illis, qvæ ſive ad Regis, ſive ad regni ſtatum faciunt, non ex officio ſaltem MONITOR eſt apud Regem: ſed etiam Regi in dubiis Conſilia certamq; ſcientiam de rebus ſui Status vel Subditorum juribus poſtulanti extemplo dat reſponſum, atqve ita, qvod litera ſonat, de omnibus qvæ ad Statum & Salutem regni faciunt, & *Regem facit recordari*, & illos qvi interſunt aulico Conſilio vel rei judiciariæ: ſed & qvi publicâ autoritate *recordari facit inferiores Scriniorum Magiſtros*, primicerios ſ. Protonotarios, *qvæ ſcribenda, edenda, proponenda*, eorumq; manus & mentes regit, qvi etiam Principis nomine Legatis reſponſa renunciat, & ita undiqvaqve tanti menſuram nominis implet. Atqve hic ſanè Character inter Palatinos ſ. in Palatio Principis militantes, nulli verius competit, qvàm qvem *Cancellarium* appellamus, recentiori & minùs Latino, nec ſecundùm illam muneris excellentiam in Jure Civili uſitato vocabulo, & qvod unam ſaltem tanti muneris partem ſignat, qvam etiam ſuperiori titulo מזכיר ſ. *recordari facientis* facilè ſubordinamus. Talis ſc. מזכיר ſ. ut commodiſſimè exprimamus titulo ex Jure noto, *Magiſter memoriæ, vel Scriniorum memoriæ* (de *4 ſacris Scriniis, memoriæ, Epiſtolarum, libellorum, diſpoſitionum, & militantibus in Scrinio memoriæ* iisdemq; *aſſidentibus Majeſtati Principis* vid. *l. Cod. de priv. eorum qvi in S. Pal mil. l. un. C. de Mag ſacr. Scrin. & de prox. ſacr. Scrin. l. 1. 3. 11.*) ſimul præſenſerit impetratum per ſub & obreptionem *reſcriptum, edictum vel decretum, qvod ſit contra impetratum jus & majeſtatem Principis vel Reipublicæ*, Monitor apud Principem erit, uti illud maturè aboleatur & *transversâ lineâ circumducatur, vel conſcindatur:* atqve ita talis qvoqve מזכיר prout *in L. 64. Cod. de Decur.* cecinit Luc. de pennâ *leges regni cancellat iniqvas*, & eſt *verus Cancellarius:* illud enim *Cancellare* eſt, unde velut freqventis uſus apud ſummos & veteres Ju-

risperitos, *Ulpianum, Paulum, Scævolam*, & in ipso Jure (in qvo multa mentio *Chirographi*, *Testamenti*, *Instrumenti Cancellati* vid. l. 24. ff. de probat. l. 2. ff. de his, qvæ in Test. & l. 22. Cod. de solut. & liber vocabulo) natum *Cancellarij* vocabulum, qvod in illâ, qvam hic intendimus, muneris excellentiâ, & qvâ hodiè qvoqve *Cancellarios Regum & Principum* appellamus, non facilè in Jure. Mentio qvidem *Cancellariorum in C tit. de Assess. & Dom. & Cancell. Judicum:* vid. ibid. *L. Consiliarios, Judices & Cancellarios* & l. *Nullus Judicum:* sed inferius & ministeriale horum munus erat, qvale hodiè illorum, qvos vulgò Cantzelisten appellamus, Scribæ sc. & *Viri Epistolares*; Non Judices: sed à secretis & ministeriis Judicum: cum sublimiori longè titulo, illi, qvos in præsenti exemplo *Cancellarij Chiskiæ* intelligimus, *Qvæstores* S. *Palatij & Candidati Principis* appellentur ff. de Off. Qvæstor.

Concl. 17. Ira se habet περιφραστὴ illius Oratoriæ blasphemi Rabschake, qvæ formaliter à v. 4. incipit. Ad illam qvoad tmema 2. & 3 & positum ejus formalem iterum conferatur ex 2 Reg. 18. 17 18. & observetur qvâ ratione, in qvantum positus Grammaticus utrobiqve convenit, paralleliſmus detur accentuationis, & qvâ ratione, propter accessiones qvasdam e. c. *nominum illorum Chiskiæ Legatorum* v. 17. & *actus* ויקראו אל המלך v. 18. augeatur qvoqve & immutetur alicubi accentuatio. Seqvitur nunc ipsa *Oratio prima*, & prout jam supra monitum, *unicè ad illos Legatos Regis Chiskiæ* directa, Oratore *Rabschake*, qvi post autoritatem legitimatam per illud: *Dicite nunc Chiskiæ: Sic dicit Rex ille*, non Regulus, vel angustæ regionis Dominus, qvalis Rex Jhuda vel Israel: sed Rex Regum, Rex *maximus*, *Rex Assyriæ*, vehementissimè persvadet *ipsius metropoleos Hierosolymitanæ, totiusqve adeò regni deditionem*, per argumentum *extremæ necessitatis* [*desperati Status & negationis omnium Præsidiorum*, qvæ in illâ vilissimâ Chiskiæ conditione opponi possint *Potentissimo Regum Regi* Assyrio. Incipit, ut tantò fortius moveat, patheticè ab admiratione & interrogatione: *Qvænam est illa confidentia, qvâ tantopere confidis vel cui adeò inniteris?* Annon mirum te omni ope ac præsidio destitutum adhuc contra

niti

niti Regi tot gentium Victori, & eidem portas claudere & ingressum DOMINO denegare? qvæ propositio si absolutè concipiatur vehementissimè negat, & adeò talis est: *Chiskiæ nihil præsidiorum & firmamentorum in rebellione contra potentem Assyrium Dominum supereſt:* sed *unicè svadenda deditio & suiipsius & urbis regalis.* Tractatio confirmans duplici utitur argumentorum classe: 1. negativa cujus generale breviarium in v. 5. Argumentum tale: *Cui nullum penitus sive Consilium, sive robur bellicum, is nullum habet suæ rebellionis firmamentum.* Atqve Chiskiah. E. Minor in m. 1. v. 5. repræsentatur in 2. Reg. 18 20. in perſ. 2. אמרתָּ in Is. c. 36. 5. in perſ. 1. אמרתי Conciliatio facilis: ibi repræsentatur Λογισμὸς ille qvi objicitur vel *in mente vel ore Chiskiæ*, hîc velut hypotheticus in mente Assyrii. *Dixeris forsan: Tu Chiskia*, vel *dixerim Ego:* Nondum desperata res est: nondum penitus conclamatum: Superant adhuc & Consilium & robur ad bellum: Du möchteſt ſprechen/ oder auch ich ſelbſt möchte gedencken und ſprechen: Du habeſt noch Rath und Krafft zu ſtreiten: utrobiqve autem additur: illud מאמר ſ. dictum, omninò esse saltem *sermonem labiorum*, eine unkräfftige / vergebliche Lippen-Rede/ die keinen Krafft / Nachdruck oder Beſtand hat. Manet ergò Conclusio qvæ est in m. 2. v. 5. *Cui ergò nunc confidis qvod rebellas contra me:* i. e. nihil est, nullum habes rebellionis tuæ firmamentum. Notetur autem, licet hoc tmema in voce 1. variet in 2. Reg 18 20. & Jeſ 36. 5. qvia tamen idem manet positus grammaticus, eadem qvoqve accentuatio utrobiqve permanet.

Concl. 18. Minorem probat Orator blasphemus triplicata inductione & confutatione illorum præsidiorum, qvæ vel Chiskia vel aliqvis pro illo objicere poterat, sc. *qvi Consilium & robur nec habet 1. ex subsidio humano, nec 2. habet ex subsidio & firmamento cœlesti extraordinario, nec 3. habet à seipso*, illi non supereſt *Consilium & robur bellicum* contra potentiorem Dominum: Atqve Chiskia. E. Minorem qvoad membrum 1. probat: qvia *subsidium humanum Judæis rebellibus contra Assyrium nullum sperandum, nisi ab æmulo Assyriæ majestatis Ægyptio* sc. Cœterum *nec ab Ægyptio.* E. *nullum planè.* Probat minorem v. 6. qvia sc. *Ægyptius est Scipio arundinis qvassatæ; Pharao*

Pharao Rex Ægypti omnibus fiduciam habentibus in ipso est Scipio arundinis quassatæ, cui quisquis innititur ejus manus vola per illam penetratur & perforatur. Non erat qvidem hoc ipsius CHISKIÆ tunc præsidium: fuisse tamen tunc multorum Procerum & populi Judaici respectum ad Ægyptium velut Protectorem nondum per Assyrium capite deminutum, dubium nullum, idq; ex c. 20. Isaiæ liqvidum: vid. not. in caput illud. Futura tunc illa propediem erat *arundo confracta*, post bellum sc. illud Assyrii *Æthiopicum*, in qvo *Ægyptios* qvoqve bellatores fuisse, dubium nullum: Intererat & illorum *Æthiopum & Ægyptiorum*, servari Judæam, qvâ penitus debellatâ velut antemurali dejecto, videbant facilem viam Assyrio potenti in Ægyptum, qvæ malebat humiliorem Vicinum: inde est, qvod *Æthiopes & Ægyptij* Sancheribo jam in Judæam moventi & cursu victoriæ per expugnata castella insigniore gaudenti, non amplius sedendum sibi, dum proximus ardet, rati, obviam processerint armati, occupaturi sc. periculum, qvod deinceps suis incubaturum regnis prospiciebant. Valet nihilominus illud Rabsake dictum in Ægyptios: at non in his saltem: sed & in ipsis Assyriis, omnibusq; in universum populis, populorum Principibus, terræ Regibus, omniq; humano subsidio postposito sc. DEO & ejus Verbo (qvod in uno Psal. 118. v. 5. clamat. BONUM EST CONFIDERE IN DEO ET NON IN PRINCIPIBUS) Fiducia in hominibus posita est baculus arundinis confractæ, à qvo cruentum innitenti periculum.

Concl. 19. Probat minorem qvoad membrum 2. de negatione subsidii divini v. 7. Qvi ob *eversum cultum religiosum*, & *loca cultus sacrificialis approbata*, qvalia fuerunt *excelsa & altaria*, habet iratum DEUM, non polliceri sibi habet ab illo DEO subsidium extraordinarium cœleste, neqve adeò potest objicere. *se fiduciam habere in Jhovah DEO suo.* Atqve Chiskia &c. Minor in v. 7. m. 2. Conclusio in m. 1. Non erravit hîc Rabschake in conceptu & fide Chiskiæ ac Sanctorum Israelis, qvam in formâ benè expressit, sc. Chiskiæ, & Sancti Israelitæ profitentur: Nos *verâ cordis fiduciâ* CREDIMUS IN JHOVAH ELOHIM qvi est DEUS NOSTER, & nunc qvoqve ostendet se Omnipotentem Sceptri Jhuda Protectorem & Opitulatorem.

Concl.

Concl. 20. An informatus fuerit Rasschake de *fide Judæorum* in JHOVAH ELOHIM, & de ipso adeò veri DEI nomine, qvod in illo Symbolo Judaico, tunc, inculcante Propheta, in corde & ore Sanctorum familiare (sc. *Confidendum in* JHOVAH *DEO nostro)* enunciavit ipse? Qværitur. Aff. Neqve abnegavit hîc Orator Majestatem & Omnipotentiam illius JHOVAH, ad cujus autoritatem ipse paulò post provocaturus erat, legitimaturus illâ præsentis expeditionis divinitatem v. 10. atqve adeò non tutum satis erat *impotentiam* illius hîc allegare, qvod factum deinceps ad populum: sed *opitulandi voluntatem* abnegare. Erraviſſe autem se hîc, persvadendo: *iratum* CHISKIÆ *DEUM, & nullum ab illo sperandum extraordinarium cœleste subsidium*, expertus deinceps est ipse *Rasschake*, qvando expertus est *Consilium & robur cœleste in Angelicâ exercitus universi clade.* Erravit præterea, vel fefellit potiùs impudens Sophista, illa *excelsa & altaria, ipsius* JHOVAH *DEI excelsa & altaria* appellando, iisdemq; *altare Hierosolymitanum*, qvod revera erat *DEI*, sine tali autoritate, opponendo. Fefellit, illam gloriosam sub Chiskiâ *religionis reformationem* allegando velut *profanam religionis corruptionem & cultus depravationem*, & qvod signum DEI propitii, velut factum, propter qvod in Chiskiam exarserit ira DEI cum omninò illa *altaria*, illa *excelsa*, ille *cultus sacrificialis* extra locum ab ipso DEO designatum *iræ cœlestis fuerit inductivum* vid. 2. Chr. 29. à v. 5. ad 16.

Concl. 21. Corruperat fœdissimè cultum publicum *Achasus, Uriâ succenturiante* 2 Reg. 16 15 16 17. Emendaverat & *reformaverat gloriosè Chiskia* vid. 2 Reg. 18 & 2. Chr c. 29. 30. *Removerit primus Regum excelsa:* at non DEI: sed qvæ post templum erectum DEUS ipse removeri & voluit, & severâ lege imperavit, *dispensatione* excelsorum cessante post statum jam plenè Sanctuarium s. מקום שכינה *locum à DEO electum, ad Schechinam* s. *habitationem* sui NOMINIS Deut. 12. 4. 5. 6. 8. 13. 14. 18. 26. 28. Unde in Asâ, Jhosaphato, Amaziâ &c. id notatum. Subverterat *Aras:* at non DEI: sed prohibitas, vagas, extra *Topicam sacrificialem Lege divinâ circumscriptam*

positas, Idololatricas, qvarum demolitio à Chiskiâ suscepta, ipsaq; Sacrificiorum reductio, *ad unum & verum Sacrificiorum locum* excepto casu extraordinario ex dispensatione divinâ, qvale exemplum Eliæ 1. Reg. 18. 19. tantum abest, ut DEO displicuerit, ut potius in censum cultuum ipsi placentium relata fuerit 2. Reg. 18. 3. 4. 5. *Edixerat Jhudæ & Hierosolymitanis, ut nonnisi coram altari hoc Hierosolymitano* sc. *incurvarent se sacra facturi:* Cœterum illud revera erat *altare DEI*, coram qvo in sacrificiis colendus erat DEUS. At Orator Sophista, illis *excelsis & altaribus* qvæ non erant DEI: sed prohibita à DEO tribuit autoritatem divinam, appellando ea מזבחותיו במותיו *excelsa* JHOVAH, *DEI Israelis, altaria* JHOVAH *DEI* Israelis: hoc autem, qvod revera erat מזבח יהוה s. *Altare* JHOVAH *DEI Ismelis* contemtim vocat המזבח הזה *hoc ipsum altare*, qvod nihil habet autoritatis divinæ. Et ita qvod utrumqve apertè falsum erat, tanqvam certum & notorium supponit *callidus Sophista*, eo modo *interpres reformationis Chiskiæ*, qvo Papismus reformationis per Lutherum superiori seculo factæ. Habebant sc. *illa excelsa, & altaria* vaga multum splendoris, qvi ex ipsâ vetustate & *præscriptione profundissimâ*, praxi qvoqve olim sanctissimorum, exaggerabatur: Unde insidebat innata qs. veneratio & applausus cultoribus. Hæc destruere, videbatur manifestus Character hæreseos & læsæ Majestatis cœlestis Ubi numerus splendidus *excelsorum & altarium*, ibi vera Ecclesia, verus DEI cultus, ipseq; DEUS placatus figebatur: ubi illa deficiunt, vel etiam, à *qvibus illa destruuntur*, illis DEUS placatus, vera religio, verus DEI cultus, vera Ecclesia, vera fides, abnegatur, illi, hæretici DEO inviſi proclamantur.

Concl. 22 Ita judicio præivit *blasphemus Rabschake* Orator apud *Tres Politicos* & in Palatio Chiskiæ militantium primicerios apud qvos, inprimis si ex nostrorum temporum ingeniis Politicis censendi fuerint, splendoris aliqvid & autoritatis habere potuerint illa splendidissima & antiqvissima *Judæorum excelsa*, etiam post templum Salomonis sanctis Regibus Asâ, Josaphato, Joaso, Amaziâ, Uriâ, Jothamo tolerata, ille Serpens æneus à Mose erectus,

ctus, & adeò hoc argumento præ cæteris movere apud illos Heroas potuerit ad desperandum *de extraordinario adjutorio cœlesti*: qvi in nullo argumento splendidius ac fœcundius & falsus est & fefellit, qvàm in hoc, etsi nullum ex cæteris adeò sive falsum, sive crassè fallax. Qvanta autem illud cum elocutionis emphasi? *Qvod si* (tu Chiskia) *dixeris mihi: in Jhovah DEO nostro fiduciam habemus* (notetur jam in m. 2. Oratio conversa ad ipsos Chiskiæ Legatos, ad qvorum judicium, calumniaturus hoc Chiskiæ factum, qs. appellat, persvasus, illos adhuc non exuisse omnem venerationem veteris cultus in *excelsis illis*) *annon ille est* (hîc substitisse Oratorem accentus docet, indignitatem facti Chiskiæ & absurditatem fiduciæ expressurus) *cujus semovit Chiskia excelsa & altaria?* Qvàm pulcher antea cultus, qvando in *omni loco oblatio & suffitus fiebat nomini DEI vestri*, qvi nunc intra unius templi angustias colitur? Was wil man viel von GOtt dem HERRN sagen/ man gedencke nur/ ist nicht Er der HErr/ eben derselbe/ (hîc paulisper suspendatur lectio) welches so wol Höhen als Altar Chiskia hat abgethan? und demnach ists nicht ein unbesonnen Troz/ sich auff denselben so hoch erzürneten GOtt verlassen/ und von seinem Herrn/ dem grossen König/ dem König von Assyrien abtrünnig werden?

Concl. 23. Probat minorem qvoad membrum tertium in tmemate 8. s. *qvod nullum Chiskiæ subsidium* contra Regem Assyriæ *à seipso*, vel à *lamentabili regno*: Medius terminus est *comparativus*, *Regis* sc. *Chiskiæ & inferiorum Regis Assyrij Ducum*, unde argumentum â majori ad minus: *Si tanta Chiskiæ impotentia, ut ne vel uni qvidem eidemq; ex minimis Ducibus Regis Assyrij* valeat resistere, multo minus Consilium & robur supererit, qvo adversus tot Ducum eorumq; longè majorum Regem Chiskia se defendere possit, & absurdum adeò hunc in rebellione adversus Assyriæ Regem perseverare. Minorem probat ex impotentia Regis eqvestri: qvi sc. non eqvis saltem ad prælium destituitur: sed etiam, ubi dantur eqvi, *ex suo populo ne bis mille qvidem eqvites his dare potest, is certè cum Ducibus Servis Assyrij infimis comparandus haut est, nec vel unius talis faciem avertere potest, qvippe qvorum nullus in acie suâ minorem habet eqvitum numerum.* Atqve Chiskia. E. Major est in v. 8. & 9. Minor in v. 8.

eandemq; probat ex Confessione propriâ. *Agnoscis ipse nudum domi latus*, & propterea *fiduciam habes in Ægyptio propter currus bellicos & propter equites* v. 9 qvia sc. *bis mille equites* in campum producere non potes. At subsidium Ægyptiacum frustra expectari, jam probatum. Concludit ergò Throsonica provocatione Chiskiæ ad sponsionem cum Assyrio: *Age igitur misceto te cum Domino meo, illo Rege, illo, inqvam, Assyrio! Donaverit tibi 2000 equos: an poteris dare illis insessores equites?* v. 8. *Qvod si ne 2000. qvidem equites dare potes, qvomodo vel unius Principis Ministri Domini mei Personæ etiam omnium infimæ avertendæ par eris? Nullum adeò tibi Præsidium* עצה וגבורה s. *Consilium & robur contra præpotentem Assyrium*, sed *saluberrimum tibi Consilium antevertere iras Assyrij severiores deditione*, Summarium probationis specialis, qvia pro vendicando Statu *Præsidium vel adjutorium tibi nec ab Ægyptio* v. 6. nec ab *ipso DEO* v. 7. nec ab *ipso lamentabili regno*, v. 8. 9. qvod posterius tùm ex *evidentiâ* per modum *provocationis* probat, tùm ex *Confessione Judæorum practicâ*: hoc ipso enim, qvod ex *Ægypto Currus militares & Eqvos bellicos præstolabantur*, confitebantur se domi impares. Atqve ita apparet ratio membri 2. v. 9. & in illo iterata & benè cohærens mentio *subsidij Ægyptiaci*, de qvo jam supra v. 6. egit Orator hîc sanè non Tautologus, qvalem ferè Interpretes dederunt. Conferantur illi & attendatur ad seqvelam membri 2. ut ejus nexus accuratè constet. Conf 2 Reg. 18. 21. 22. 23. 24.

Concl. 24. Classis secunda probandi thesin est positiva (conf. Concl. 17) eaq; uno absolvitur argumento *ab autoritate cœlesti & impulsu irresistibili* ad hoc bellum v. 10. qvod Orator iterum ut fortius moveat patheticâ & emphaticâ interrogatione enuntiat. *At nunc*, an *absqve illo ipso Jhovah DEO vestræ nationis ego adscendi contra hanc ipsam regionem ad perdendam illam?* Neqvaqvam. Tantum abest, ut absqve Providentia vestri DEI, qvem Jhovah appellatis, contra hanc regionem ad perdendam illam adscenderim, ut potius *ipse* JHOVAH qs *conceptis verbis* imperaverit mihi hanc expeditionem & devastationem: JHOVAH *dixit ad me: adscende ad hanc ipsam regionem & perde eam* v. 10. m. 2. Apparet hic iterum in Ora-

in Oratore Sophistâ, prout supra in argum. 2. pectorale, uti *Lingvæ: ita religionis Judaicæ, nominis veri DEI, altarium, excelsorum, reformationis Chiskiæ, & prophetiarum Isaiæ, in qvibus Assyrius destinatus ad hoc bellum velut Virga iræ divinæ* ab ipso DEO classicum qs. canente & imperante, *immissa* describitur c. 7 17. 18. 20. c. 8. 7. c. 10. 5. 6. c. 13. 3. haut imperitum: sed erravit in *interpretatione illarum Prophetiarum*, ac si sc. illa expedirio tàm qvà *terminum à qvo, qvam qvoad terminum ad qvem* profecta esset ex Consilio cœlesti Assyriis gratioso, Judæis planè hostili ac irato, ita ut illius Consilii Assyriaci de exscindendâ penitus terrâ Immanuelis detur dependentia à decreto qvodam cœlesti & absoluto. Contra, DEUS voluntate consequente decrevit permittere Assyrio bellum illud crudele propter peccata Judæorum: sed decrevit qvoqve ita ordinare, ut & sibi & Zioni illud esset *triumfale*. Ita Assyrius fuit *flagellum DEI* activè, ut esset qvoqve passivè. Non ignorare debuisset Orator in iisdem Isaiæ prophetiis expeditionem illam Assyrii in Tragicum Assyrio desinere, idq; *illum* JHOVAH *Zbaoth DEUM Israelis* admirando jurejurando confirmavisse Conf. Jes. 14, 24. atqve adeò terribilis illius supplicii jam nunc instantis haut ignarus esse debuisset: sed maturè, suæ paci consulere. Conf qvoqve c. 10. 12. & seqq. Tyranni tales sunt qvidem flagella DEI. sed ipsi hoc argumento superbè uti non debent ad insultandum Sanctis, qvod ubi faciunt, cadunt in montibus Israelis, prout exemplo præivit Assyrius.

PHARASCHA II.

Concl. 1. Absolvitur hæc Oratione Rasschake 2. eademq; directà ad Cives Hierosolymitanos, prout prima ad Chiskiam & ipsos Proceres. *Nexus* Orationis 1. & 2. ex Occasione constat, qvæ exprimitur v. 11. Fuit sc. ἀφορμὴ Orationis hujus, petitio vel interpellatio Consiliariorum vel Legatorum illorum Chiskiæ, qvâ humili modestiâ contenderunt, ut sive Syrè ארמית *in Aramæâ lingvâ* Oratio publica esset, vel si omnino sederet animo, loqvi *Judaicè*, s. in *Hebræâ lingvâ*, vel יהודית, saltem in hâc non loqveretur secum ita ut loqventem exaudire possit populus stans in mœnibus. *Loqvere qvæso cum servis tuis Syrè*, additâ occupatione, ne putaret se

apud haut *intellecturos*, vel illius *lingvæ Sermonum ignaros* Oratorem fore. *Intelligimus enim* v. 11. m. 1. *Non loqvitor nobiscum Judaicè, audiente populo hoc, qvi est supra murum* v. 11. m. 2. & adeò ratio postulatæ sive mutationis dialecti & Orationis Syræ, sive secretioris Hebrææ, *ne intelligeret populus qvi stabat super murum.* Oratio hæc tribuitur *tribus illis Chiskiæ Legatis*, cum omninò *unus idemq; Eliakimus* communi nomine Orator fuerit, qvod ex responsione *Rafschake* qvæ est ad unum constat v. 12. Apparet autem, hanc, etsi humilimam, & prout Liranus appellat, *rationabilem* petitionem, vel interpellationem bilem Rafschake movisse, qvi velut vehementiùs per illam offensus respondit indignabundus denegando petitum & legitimando Dialectum, *à fine missionis suæ principaliore*, atqve ita insigni stratagemate non saltem *per Lingvam* (accommodando se contra Majestatem Lingvæ Assyriacæ Lingvæ Judæorum) sed & per *simulatam benevolentiam erga plebem Hierosolymitanam*, cujus sc. à Rege & Principibus seductæ, non autem ipsius Regis & Principum miseratione inductus *se ad urbem misericordiæ Assyrius*, ostentat in ovili veste Lupum. Revera enim tàm populi, qvàm Regis & Procerum calamitatem intendebat: sed uti per populum, excitato in hoc tumultu & seditione domestica compendio ageret, Amicum populi simulat v. 12. *An ad Dominum tuum, aut ad te misit me* DOMINUS *meus ut loqverer Verba hæc? Nonne ad homines istos qvi desident super murum, ut comedant excrementa sua, & bibant aqvas pedum suorum* (vel urinam suam) *vobiscum?* Apertè humilimè petitum denegat æstuans in Eliakimum Orator, imò invertit & medium terminum Eliakimi in hunc retorqvet. Petitionis Consilium erat: *Propter populum loqvendum esse Lingvâ Aramæâ non Judaicâ.* Invertit Rafschake: *Imò*, inqvit, *propter populum loqvendum mihi est Judaicè, non Syrè, ut populus intelligat: neqve enim tàm propter te vel Dominum tuum: qvàm propter populum, & homines istos, qvi desident super murum, misit me Dominus meus.* Ita se habet ἀφορμὴ & transitio ad Orationem secundam, qvæ formaliter incipit à v. 13.

Concl. 2. Subsistendum hîc paulisper. Et de *Aramæâ qvidem Lingvâ* non attinet hîc multa addere. Contradistingvitur hîc

γνησίως

γνησίως *Judaicæ* ſ. *veræ Hebraicæ*, etſi hujus *proxuma & antiqviſſima Filia, ipſa* ſc. *Chaldaica*, tempore Abrahami, Iſaaci, Jacobi in *Nachoris, Bethuelis, Labanis Conſanguineâ Patriarchis familiâ* perſonans, nec ignota Patriarchis, inde per ampliſſimas Syrias ſ. terras Aramæas diffuſa, & ſub Aſſyriis & Babyloniis, qvaſi Imperialis Lingva reddita, imò & *authenticâ autoritate Scripturarum in Danielis, inprimis & Eſræ libris* dignata, neqve adeò cum illâ, qvæ hodiè *Syriaca* vocatur lingva & in qvâ translatio extat N. T. confundenda. Apparet autem, prout hodiè in aulis Principum & Cæſaris inprimis habentur Proceres & Conſiliarii notitiâ *Italicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ* aliarumq; Lingvarum exoticarum excellentes: ita & in *aulâ Chiskiæ* Conſiliarios, *Chaldaicæ hujus ejusdemq; Aſſyriacæ & Babylonicæ* Lingvæ examuſſim peritos fuiſſe, & ut tales Chiskiæ non deeſſent, rationem Status regni, cui multa cum Aſſyriis intercedebant, ipſam etiam Syriarum viciniam, & Lingvam Judaicæ filiam, popoſciſſe. Sed & inſigne hîc prudentiæ Legationis exemplum in utroqve Regum. Miſit *Aſſyriæ Rex* Legatum, Lingvæ gentis ad qvam mittebatur i. e. Lingvæ Hebrææ callentiſſimum, & in illa Oratorem facundiſſimum. Imò propterea, dolosè Aſſyrius, deſcendens qvaſi de autoritate Imperiali, contra morem Regum, voluit in exoticâ ſ. gentis ad qvam mittebatur Lingvâ, hunc eſſe Oratorem, ut moveret populum ad deditionem urbis. Miſit Chiskia *tres Legatos Lingvæ Aramææ* ſ. *Aſſyriacæ excellentiſſimè peritos* & tantos in Aramæâ, qvantos in Judaicâ ſ. Hebræâ, uti, ſi ille ex autoritate ſui Principis in Aramæâ Orator eſſet Lingvâ, hi ſine Interpretis miniſterio dubio ſæpè, propoſita intelligerent & reſponderent, & tantò felicius rem omnem expedirent. Ita ſc. felicius & facilius res expeditur & inſinuationibus blandioribus occaſio datur ſi e. c. Hiſpanus ad Gallum mittit Legatum, Lingvæ Gallicæ cognitione excellentiſſimum, & Gallus ad Hiſpanum, vel Principes Germanos Legatum Hiſpanicæ, vel Germanicæ Lingvæ haut ignarum, qvàm ſi Legato e. c. Galliæ, omnia non Gallica ſint barbara & per interpretem cognoſcenda.

Concl. 3. Licet autem nunqvam Lingva ארמית ſ. *Aramæa* illa fu-

illa fuerit *Lingva* יהודית *s. Judaia:* fuit tamen illa post Babylonicam captivitatem qvoqve *Lingvæ ipsorum Judæorum* immista, unde deinceps pronata inter Judæos tempore Messiæ revelati vernacula *Lingva Syriaca*, ita tamen, uti puram *Hebræam matrem s. antiqvam Judaicam*, non planè exuerint in Babel Judæi: sed deinceps qvoqve servaverint, & ut servarent, magno illam pretio & veneratione habuerint, & magis excoluerint. Judæorum adeò *ante, sub & post captivitatem Babylonicam* non par ratio. Ibi dominata *Judaica* exclusivè: hîc *Aramæa*, inclusivè, inclusâ sc. *Judaicâ*. Ibi *Judæus non intellexit Aramæam:* hîc *Judæus loqvens in Aramæâ intellexit simul Judaicam.* Illa & vernacula & intellecta populo, *Judaica s. Hebræa:* neqvaqvam autem *Aramæa*, qvæ proinde velut necessarium aliqvando ornamentum à futuris Proceribus, Consiliariis aliisq; erat *addiscenda*, & non ignorabatur in Chiskiæ aulâ: nec populus *sciens vernaculam Judaicam, intelligebat Aramæam illam s. Syriarum Lingvam*, qvod exemplo præsenti, in qvo *Oratores Chiskiæ petunt à Raffschake*, ut in *Aramæâ ad se loqveretur lingvâ*, non in *Judaicâ*, ne *intelligerent Cives Hierosolymitani excubantes in mœnibus*, apertè constat. Hîc ita fuêre *periti Lingvæ Aramææ*, uti servaverint simul & vehementèr immiscuerint notitiam veræ & antiqvæ Lingvæ Judaicæ. Ibi nec ex Judaicâ constabat Aramæa, nec contra. *Populus excubans in mœnibus*, nihil solidi intellexisset, si in *Aramæâ* vel *veterum Syriarum*, lingvâ, Raffschake Orator fuisset: intelligebat autem exactè hunc Oratorem facundum, *in Lingvâ Judaicâ s. Hebræâ:* hîc iisdem Judæis & *Lingva ex parte constabat Aramæa* vernacula, & per illam Judaica: Atqve adeò hîc, *ut intelligeret populus*, opus haut erat *sacra publica & lectionem Scripturarum fieri in Lingvâ Chaldaicâ* s. illâ *Aramæâ:* intelligebat etiam in illâ Judaicâ, s. verâ Hebræâ, qvam ita venerabatur & servabat, uti etiam in hâc puriore Oratoribus μᾶλλον παρέχειν ἡσυχίαν *s. magis faverent lingvis* conf. Act. 21. 40. c. 22. 2. sed & Act. 26. 14. Neqve ergò hoc exemplo probatur *Majestatem sacrorum publicorum & Scripturarum*, reqvirere exclusivè *Majestatem trium Lingvarum crucis, Hebrææ*, sc. *Græcæ* & *Latinæ*, extra qvas & interdictum sit *sacra publica celebrare, & Scriptura*

pturn in vernaculis Linguis translatas promiscuè habere, vel ita legere. Populus DEI *à temporibus Esræ adusque tempora Messiæ* habuit omninò Scripturas, exceptis qvibusdam Danielis & Esræ capitibus, *in Linguâ* purè *Hebraicâ*, & in hâc peregit sua sacra, non autem in lingvâ peregrinâ: neqve tunc sacra faciens, vel *Mosen ac Prophetas publicè legens in lingvâ Judaicâ* ſ. Hebræa, barbarus erat Auditori Judæo, vel Judæorum vulgo, etsi hic qvoqve *Aramæam* ſ. *Chaldaicam* velut *usualem magis, & vernaculam lingvam* propagabat. Alia ratio, *si Scripturæ & Sacra Judæis non fuissent nisi Aramæa ante captivitatem Babylonicam:* tunc sc. exemplum hoc inclinaret qvodammodo ad hypotheſin Papiſmi: ſc. *Sacra & Scripturas non necessariò haberi in Lingvis vernaculis:* Nunc invertendum argumentum. Sc. *Populus DEI & ante & post captivitatem Babylonicam habuit sacra publica & lectionem Scripturarum in Lingvâ vernaculâ materna & publicè intellecta* E. etiam nunc illa libertas *populo Ecclesiæ* non adimenda, & *barbaries* in Eccleſiam introducenda.

Concl. 4. Ratio Trium Virorum illorum CHISKIÆ Legatorum, pro *Oratoriâ in Lingvâ Aramæâ* & non *in Judaicâ*, allegatur ab ipſis per Primicerium Legationis, *auditorium populi illius, qvi est super murum.* Ubi n hil nunc monebimus de *Muris Hierosolymitanis*, ſub Amaziâ, Victore Joaſcho Rege Iſraelis perruptis, & à *Chiskiâ egregiè reparatis*, nihil de *muro exteriore à Chiskiâ pro defendenda metropoli contra Assyrium extructo:* nihil, *qvo fine populus ille tunc fuerit in mœnibus*, vel *super murum?* Potuerunt ad illam famam advenientium Aſſyriorum ad muros concurrere etiam trepidi *Spectatores & Auditores sat multi:* certum, tamen *Excubitores, etiam de populo, sat multos* unà cum *Præfectis militarium cum missilibus & scutis in muris stetisse armatos ad novissimam patriæ defensionem:* idq; probatur facilè ex 2. Chron. 32. 4 5 6. At inprimis qværitur, *qvo Consilio vel respectu, popoſcerint illi Chiskiæ Tres Viri* loqvi Rabſacen in lingvâ plebi ignotâ e. c. in Aramæâ, non in vernaculâ Judaicâ? Ne *audirent tantas blasphemias*, ratio à qvibusdam redditur: Cœterum hactenus à blaſphemiis apertis abſtinuit Orator, & de JHOVAH *DEO Israelis* videri voluit honorificè ſentire, qvem velut expeditionis præ-

sentis Imperatorem allegavit: & non plus ab illis ad populum periculi, si in lingvâ populo vernacula enunciaret, qvàm impietatis, sive in illâ sive in lingvâ Aramæâ blasphemus Orator esset. *Ne mollescerent animis* & desperabundi de salute, *in Regem, fidosq; ejus ministros tumultuantes, rebellesq; antevorterent* deditione, verisimilior allegatur ratio: & certum, ita illum *Rabschake* illam *petitionem* vel *interpellationem* interpretatum fuisse & tantò fortius in *lingvâ Judaicâ* qs. *pro populo* Oratorem *insurrexisse* v. 12. & 13. Videri tamen poterat aliena *à Prudentia illorum procerum* talis petitio: in qvâ *frustra se fore*, & *bonam causam*, *apud Oratorem* paritèr & *populum*, *suspectam reddituros magis*, sive impetrarent mutationem Lingvæ sive minus, ignorare haut poterant.

Concl. 5. Ex Rabbinis ergò Abrabinel, ex Consilio honoris, & ex lege humanitatis interpellatum fuisse statuit, hoc sensu: Committimus an *Lingvâ Aramæâ*, cum sis *Aramæus* Legatus, etsi Judæus natus & causa agatur Regum, qvorum *Consilia non in vulgus spargenda*: sed *in arcano prudentèr conferenda*, neqve nos *Lingvam* ignoremus, Orator deinceps apud nos esse velis? accedit, qvod ex *illâ Oratoria in lingva Judaica & allegatione* JHOVAH *DEI Israelis* videri nonnemini possis Judæus *hypocrita*, *simulator fidei & religionis Judaicæ*, cum tamen à Judaismo Apostatam te factum constet publicè: Ergò *ut illa evites incommoda, & tuo magis consulas honori, loqvere lingva Aramæa*. Et hanc ille causam ponit, qvod in Oratione 2 post correctionem illam acerbè in DEUM Israelis detonuerit. Cœterum ex instructione facilè legitimare hanc interpellationem poterant. Missi erant *ad audiendum & Chiskiæ referendum*, & hoc fine *egressi erant* ad Oratorem Assyrium. Stabat autem Rabschake, & sine respectu Legatorum *clamosus* erat *Orator ad populum*, ut per hunc ad Chiskiam, anteqvam illi Referendarii essent, omnia antevolare possent, & sic parum opus videbatur fuisse suâ illâ speciali ad Oratorem Assyrium Legatione. Uti ergò suo Legatorum & Referendariorum muneri satisfieret & ordinatè omnia procederent, neqve per illam promiscuam audientiam turbato ordine tractatio omnis turbaretur, vel difficilior redderetur, sine periculo

populi

populi hâc novatione Lingvæ, vel propositione secretiore turbandi, qvem Oratione potentissimâ confirmaverat Chiskia 2. Chr. 32. 7. 8. sive Aramæam illam, sive Judaicam secretiorem poscunt Oratoriam. Et sic non primariò propter metum labantium populi animorum, neqve propter metum futurarum blasphemiarum (qvarum signum jam dederat Orator Sycophanta, & à qvibus non tàm populo, qvàm ipsi Oratori periculum) non propter arcana Principum (qvatenus sc. capita tractationis talis secreta esse præstat, usqve dum perfecta sunt & firmata) non propter Oratorem honorandum, vel de periculo propriæ existimationis monendum (ubi præter dubiam hypothesin de Rasschake משומר s. Apostatâ, supponitur qvoqve Oratio Rasschake prima talis, qvæ ostendat in sensu composito Judæum fide s. religione, vel certè externâ professione, cum omninò illa professio fidei, contraria fuerit veræ fidei vel professioni Judaicæ) facta fuerit interpellatio de Lingvâ: sed propter impositam sibi à Chiskiâ muneris rationem, cui, uti accuratè satisfacerent, nec turbidè res procederet, humiles monitores esse voluerunt. Dubium tamen nullum, qvin, prout habetur accuratè 2. Chron. 32. 18. ille Rasschake & *Judaicè & ad populum Hierosolymitanum qvi erat super murum, & voce magna clamosus* adeò *Orator fuerit*, ad *metum incutiendum populo & ad turbandum hos, ut ita rebus turbatis Assyrius caperet Civitatem.* Cœterum propter metum illius metus non primariò interpellatus est Rasschake.

Concl. 6. In v. 12. verba membri 2. & in hoc territorii 2. merentur attendi: Urget Rasschake, *se non missum ab Assyrio ex honore Chiskiæ vel ipsius Eliakim, non ut arcana* s. סודים ענינים *tractaret cum Chiskia: sed ut rectiùs informaret populum sedentem super muros, à Chiskia vanis fiduciæ argumentis seductum, atqve adeò missum se esse propter viros illos desidentes super murum:* additur statim, ad *comedendum egressiones suas, & ad bibendum aqvam pedum suorum vobiscum.* Sanè videri haut voluit se missum, *ut* tale qvid populo fieret: sed *ne* tale qvid huic accederet, atqve adeò magis convenire videbatur positus מאכול & משתות *ne comedant, ne bibant.* Cœterum referendum illud non ad *Consilium missionis:* sed *ad actum sessionis.*

Dicit se *missum ad illos homines qui* (à Chiskiâ vanâ falsaq; persvasione ducti & ad rebellionem impulsi extra talem gratiam dehortationis vel avocationis & discessionis à pertinaciâ si foret, easdem calamitates & difficultates rerum, qvas Chiskia & Proceres, essent experturi & adeò, qvi) *sedent super murum* (in proprium exitium) *ut* sc. *comedant excrementa sua, & bibant aqvam pedum suorum.* Germ. Hat nicht mein HERR vielmehr mich gesand zu den Männern die da (von Chiskia fälschlich beredet) auff der Mauren sitzen (bißhero in ihrer Widerspenstigkeit von euch gestärcket werden) daß sie ja sampt euch (durch grossen Hunger und Durst dazu verführet) ihren eigen Mist fressen/ und ihrer Füsse Wasser sauffen (durch harte Belägerung in die eusserste Noth und Verderben gerathen) mögen? Ita תכלית s. *finis illius sessionis super murum* futurus exprimitur, ex hypothesi sc. *continuandæ illius sessionis*, & sustinendæ durissimæ obsidionis, qvam expectare habeant ab Assyrio, nisi occupent *spontaneâ deditione.* Atqve de hoc *periculo & futuris illis calamitatibus* populum per se præmoneri, magnum clementiæ Assyrii exemplum interpretari Sycophanta voluit.

Concl. 7. Qvod ad ipsas voces attinet, punctatio in חֹרְאֵיהֶם & שֹׁנֵיהֶם .... Is. 36. 12. & 2. Reg. 18 27. ostendit nobile exemplum illius partis Masoræ, qvæ sub varietate venit קרי & כתיב i. *lecti & scripti.* Dantur hîc in fontibus *puncta & accentus sine inscriptis Consonantibus*, ubi ex analogiâ contextus & convenientiâ punctorum & accentus pronunciandum, & ita accommodandæ Consonantes qvæ sunt in Lectione: qvod ne qvis hîc monstrum alleget Rabbinicum & prodigiosam clamet punctationem, ac ex hoc exemplo omnem Θεοπνευστίαν elocutionis propheticæ per illos ipsos apices punctorum, vocalium, & accentuum, qvibus coruscat Fons Hebræus, oppugnet, prout factum ab *Autore arcani punctationis revelati*, prohibent exempla parallela, qvale illud 2. Reg. 19. 31. קנאת יהוה תעשה־זאת, ubi abstractis etiam Consonantibus, qvæ notantur à Masorâ in margine, ex ipsâ punctatione, accentu, contextu, & parallelo positu c. c. Is. 9. 6. c. 37. 21. facilè

conclu-

concludere licet ibi legendum ZBAOTH: Sic ibidem v. 37. *Adrammelech & Scharezer* הכהו בחרב ‿ ‿ facilè iterum *ex convenientiâ puncti & parallelismo* Jes. 37. 37. probatur legendum esse בניו s. *filij ejus*, prout habent Consonantes in margine positæ. Eadem ratio h. l. qvoad *Punctationem* ‿ ‿ etsi in qvibusdam Codicibus *prodigium Typographicum* non negamus, arctatis intra unius vocis angustias discretis illis punctis & accentibus, ac si sit שֵׁינֵיהֶם cum Scriptio sit אֶת־ ‿ ‿ שֵׁינֵיהֶם. Qvomodo ergò illa *Puncta accentuata per Merca* exprimenda, habetur ex contextu, & convenientiâ punctationis, & testimonio Masoræ, qvæ omnia faciunt pro מימי: Porrò in חֹרָאיהֶם *Punctationem* talem esse qvæ signat *lectionem aliarum Consonantium*, nec sit *propria illis ipsis Consonantibus*, qvibus imponitur, dubium nullum: eadem ratio in שֵׁינֵיהֶם: cumq; illi accuratè conveniat illa Consonantium Scriptio qvæ habetur ex *Masorâ marginali*, omninò concludendum qvoqve illas voces legendas per צוֹאָתָם & רַגְלֵיהֶם ut adeò sint צואתם & מֵימֵי רַגְלֵיהֶם s. aqvæ pedum σεμνὸς λόγος & honcsta periphrasis Urinæ, cœterorumq; ἃ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται.

Concl 8. Hoc ipso qvidem non negatur שין Urinam significare (à rad. שון in qvo *spumandi* significationem ex *Æthiopismo* ostendit *Ludovicus de Dieu*, qvod *Urina* sit *qvasi totius corporis & alimentorum spuma*) & ipsam vocem per שֵׁינֵיהֶם ex analogiâ Consonantium exprimi posse: prout vox altera in 2. Reg. 18. 27. scripta חריהם juxta propriam puuctationem scribenda esset חֹרֵיהֶם, in loco autem præsenti Isaiano חֹרָאֵיהֶם vel חֲרָאֵיהֶם sive sit à חוּר cui *foraminis* inest significatio, unde חוֹרִים vel per Epenthesin חֹרָאִים (planè prout Chald. qvoqve חוֹרָאִין foramina) idem qvod *stercora ex* נקב פי הדעי s. *foramine oris stercoris* i. e. *ani* s. *podicis*, vel ex בי מפקא i. e. *domo* s. *loco egestionis*, qvomodo Chaldæus loqvitur, *egredientia*, qvi ipse qvoqve h. l. reddidit למיכל מפקתהון i. e. ad *comedendum egestiones suas*, sive

sit rad. חרא, in qvâ Syr. & Arab. qvoqve significatio *stercus egerendi*, vel, ut inverecundiore utamur vocabulo, *cacandi*: sed & *pudefaciendi*, vel *exalbescendi metu* s. *verecundiâ*, in eadem significatio, qvæ his pudendis benè convenit, unde & 2. Reg 10. 27. לְמַחֲרָאוֹת s. *latrinæ*, *cloacæ*, qvas & ibidem Masora exprimendas docet מוֹצָאוֹת s. *egestiones* Chaldæus autem reddidit per בית מפקת אנשא s. *locum egestionis hominum*: ita constaret facilè qvid sint חֲרָאִים & חֲרָאֵיהֶם: Cœterum illa ipsa ἀσχήμονα εὐσχημόνως magis & verecundius exprimi voluerunt, qvomodo omninò verba qvoqve latina, qvæ paulò antea usurpavimus, aliqvid inverecundi auribus insinuant, & ad qvæ prout ipsa rad. חרא: sed & חור docet, *expallescimus*.

Concl. 9. Cœterum iidem, qvi scripserunt illas Consonantes, חראיהם & שיניהם illa qvoqve puncta addiderunt, atqve adeò σεμνοτέραν λέξιν hîc inculcarunt, & qvod extra Scripturas ita scriptum, per חֹרָאֵיהֶם & שֵׁינֵיהֶם legendum haut dubitarunt, in ipsâ tamen lectione sacra per צֹאָתָם & מֵימֵי רַגְלֵיהֶם accommodatâ Consonantibus punctatione, exprimi voluerunt, qvod proinde velut πατροπαράδοτον in lectione annotarunt Masorethæ illi Θεόπνευστοι, antiqvissimi circa novissima Prophetarum tempora: non Tiberienses illi post Talmudici, de qvibus an in rerum naturâ unqvam fuerint, non injuriâ dubitare licet. Sed & illi ipsi γνήσιοι Masorethæ, qvi voces per Consonantes in Masorâ marginali Biblicâ consignârunt, punctationem illam ipsi textui non imposuerunt: sed jam olim impositam & servatam invenerunt, ac juxta illam, ex pectorali Ecclesiæ illius, ἡ ἐπιστεύθη τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, vocem per Consonantes in margine Biblicâ annotarunt. Qvomodo ausi Masorethæ in locis superioribus imponere nuda puncta & accentus? vel qvomodo non ausi qvoqve imponere ipsas Consonantes, ubi imposuére puncta? vel alibi, puncta, ubi invenire Consonantes? Invenerunt sc. non imposuerunt ita punctatum: & qvia ita punctatum invenerunt, legendum qvoqve ita statue-

ſtatuerunt, prout alibi ſcriptum, non punctatum invenerunt, idemq; non legendum putarunt, qvia non punctatum, contra qvam ibi legendum ſtatuerunt. qvia punctatum viderunt. Qvod ergò *ab exemplo hoc punctationis extraordinariæ* velut neqvaqvam à Prophetâ, vel θεοπνεύστῳ auctore profectæ, ad *negationem autoritatis omnium punctorum & accentuum divinæ*, & ab illius autoritate merè humanâ Rabbinicâ ad *totius punctationis & accentuationis autoritatem merè humanam* argumentatur Capellus Autor Arcani, nobis neqvaqvam probatur. Negamus conſeqventiam majoris. Detur ex abundanti tale qvid in hâc voce, ſc. Rabbinos ex *honore Scripturæ in Codd. qvibusdam non punctatis*, (neqve enim puncta promiſcuè aſſcribebantur) *hæc puncta his vocibus* (ſalvâ harum punctatione propriâ ex virtute literarum facilè colligendâ, neqve ab illis abolitâ) *appoſuiſſe, & lectionem talem inculcaſſe*, exinde non ad univerſam accentuationem: ſed ad parallelam ſaltem præſenti. V. C. Negamus autem minorem.

Concl. 10. Qvis vitio vertet Spiritui S. ſi ἀλληγορίας humana, alicubi, ſuis conſonantibus expreſſa, uti in profano libera ſit vocis lectio, in *Sancto Sanctorum* ſ. *in ipſis Scripturis* voluerit μετ' εὐφημοσύνης θεοπρεπῶς enunciare, & huic enunciationi per *vicaria alterius vocis puncta* conſulere? Qvis vitio vertet, pro *ſtercoribus, urinâ, lotio*, hîc *egeſtionum vel eductionum & aqvarum pedis* vocabula ſubſtituta eſſe? Et non parum juvat caulam præſentem qvod utroqve in loco ſc. tàm Iſaiano, qvàm libro Regum talis hîc notatur vocum lectio: ſed & qvod illud in ſimilibus alibi fiat: qvomodo pro טְהֹרִים עִפְלִים Deut. 28 27. 1. Sam. 5. 6 9. 12. c. 6 4. 5. 11. 17. ubi *mariſca*, vel *hæmorrhoides* deſcribuntur & pro שגר qv. *coitus ad ſtuprum inferendum* notatur, ſubſtituitur שכב ſ. *cubandi* vocabulum: qvis non illam verecundiorem deſcriptionem feret magis, qvam periphraſin Vulgati in l. Deut. 28. 27. *Percutiet te Dominus ulcere Ægypti, & partem corporis, per qvam ſtercora digeruntur?* vel h. l. *Ad Viros qvi ſedent in muro, ut*

comedant

comedant stercora sua, & bibant urinam pedum suorum vobiscum! maxumè postqvam audit Apostolum qvoqve probare, qvod ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος, τούτοις περισσοτέραν τιμὴν περιτίθεμεν, καὶ τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν εὐσχημοσύνην περισσοτέραν ἔχει, idq; ex Consilio DEI, qvi ita συνεκέρασε τὸ σῶμα τῷ ὑστερουμένῳ περισσοτέραν δοὺς τιμὴν. 1. Cor. 12. 24.

Concl. 11. Redeundum nunc ad *Oratorem Rabschake*, ejusdemq; *Orationem secundam*, qvam, interpellatus v. 11. de *Dialogo*, vel *secretiori Colloqvio, ad populum* (v. 12.) nunc ex professo convertit, offensus vehementèr, & insaniens magis post illam *interlocutionem Eliakimi:* unde illius petitioni adeò datum nihil, ut potius vi majore contraria omnia ostenderit. Petierat ille 1. *ut Orator esset in Linguâ Aramæâ*, non *Judaicâ*. Continuat hîc *Oratoriam Judaicam*. Petierat ille 2. ut si *omninò sederet animo loqvi linguâ Judæis vernaculâ*, saltem *clamoribus abstineret, & in arcano colloqvio secum rem agat:* ille indignabundus, *tumultuatur exinde magis, & fortius exclamat*. Petierat ille 3. ut ne *ad populum magis*, qvam ad *Regem, ejusdemq; Legatos* destinatum se Oratorem meminisset. Hic, non tàm *honorem*, vel *salutem Regis ac Procerum, qvàm salutem populi sedentis super murum, cura cordiq; & sibi & Assyrio Regi, atqve propter hunc missum se Oratorem, magnâ testatur voce*, atqve adeò & verbis & factis Eliakimo contradicit, qvin hinc est qvod gestum habitumq; Oratoris in Oratione 2. descripserit ὁ Θεόπνευστος v. 13. verbis paucis: sed qvorum insignis ex superioribus constabit emphasis: *Igitur stetit* (præ indignatione altiùs qvoqve se erexit, vel locum editiorem in aggere agri fullonum, ex qvo videri, audiriq; magis *ab omni populo sedente in muris*, posset, contra postulatum Eliakimi 3. occupavit) *Rabschake & clamavit voce magnâ* (contra qvam erat in petito Eliakimi 2.) *Judaicè* (contra qvam petitum ipsius Eliakimi 1.) & dixit. Atqve ita nectitur superioribus Oratio altera *Rabschake* sc. ad populum.

Concl.

Concl. 12. *Insinuatione* (non Exordio prolixo) utitur, qvâ *captat attentionem & benevolentiam Civium a Majestate Regis maxumi*, qvi tantus Rex de Salute Civium Hierosolymitanorum solicitus hos missione Legatorum, alloqvio humanitate & majestate pulcherrimè temperato dignatus fuerit. *Audite verba Regis maxumi, Regis Assyriæ.* Ita ait Rex. Propositio tota est dehortatoria, & δεινώσεως ἕνεκα, ut fortissimè illam inculcaret populo & *huic fiduciam intimè eriperet*, qvater iterata sub Symbolis אַל יַשִּׁא sc. Tm. 14. *Ne Vos decipiat Chiskia.* אל יַבְטַח Tm. 15. *Ne adducat Vos Chiskia, ut fiduciam habeatis in* JHOVAH *dicendo: Certò eripiet nos* JHOVAH: *non tradetur Civitas hæc in manum Regis Assyriæ* אל תשמעו Tmem. 16. *Ne auscultetis Chiskiæ* פֶּן יסית Tm. 18. *Ne seducat vos Chiskia dicendo:* JHOVAH *eripiet nos.* Tot sc. telis Diaboli ignitis opus erat ad *excutiendam Judæis veram in DEO Israelis fiduciam.* Summarium illius thesios qvatèr iteratæ est: *Vos Cives & incolæ Hierosolymitani, Chiskiæ vobis* sive כח אנושי *s. auxilia humana*, sive כח אלהי *s. cœlitus à DEO vestro liberationem & firmamentum status contra magnum Assyriarum Regem promittenti & protectorij inprimis cœlestis spe vos hactenus sustentanti, malè & magno vestro exitio fidem habetis, &, si sapitis, haut amplius habere debetis:* sed à Rege Chiskiâ apertè deficere, & vos urbemq; Regi Assyriæ dedere.

Concl. 13. Tractatio & in illâ Confirmatio hoc ordine incedit, ut primò generaliter *duplicetur Propositio* v. 14. & 15. secundò *iteretur* eadem distinctè *cum rationibus vel argumentis persvadentibus* v. 16. 17. 18. 19. 20. Fiducia, qvâ sustentare poterat Cives Hierosolymitanos Chiskia aut fundabatur in *præsidio humano*, aut in *præsidio cœlesti vel divino.* Opponit ergò *utriqve duplicatam illam propositionem* Sc. *præsidio humano*, opponit *contradictoriam* in v. 15, additâ generali ratione *impossibilitatis vel impotentiæ: Ne vos seducat Chiskia* sc. spe ullius præsidii vel subsidii humani, *qvia non potest eripere vos* ullo humano auxilio, sive domi nato, sive foris advocato. Nihil planè Consilii, nihil roboris illi contra Assyrium supereſt. Præsi-

dio autem cœlesti opponit contradictoriam: *Ne faciat Chiskia vos confidere in Jhovah DEO vestro* &c. v. 15. Post duplicatam ita antithesin contradictoriam, nunc *iterat utramque*: sed *cum rationibus*: sc. *Antithesin primam fiduciæ in Præsidio humano contra Assyrium* oppositam iterat & confirmat v. 16. 17. Iteratio est in verbis: *Ne auscultetis Chiskiæ*, vano sc. futuræ liberationis & splendidæ sub umbrâ sui regni securitatis promissori: rebellate potius & ad Assyrium Regem deficite. Argumentum confirmationis *ab utili & benedictione terrestri*, sub regno Chiskiæ negatâ, sub Rege autem Assyrio affirmatâ sc. Chiskia aureos Soles deinceps vobis affulsuros sub se Rege promittens, nullam meretur fidem, decipit & seducit vos & proinde nolite auscultare Chiskiæ: at amplissima Vobis benedictio offertur ab Assyrio, atqve adeò huic auscultate: *Nam sic ait Rex Assyriæ: Facite mecum benedictionem*.

Concl. 14. Luth. noster expressit: Thut mir zu Danck. Jun. & Trem. *Transigite mecum munere*: Contra *Facere benedictionem* i. e. Transigere munere, insolens sacris: nec ברכה pro *munere* in hoc positu ullibi, & munus qvoqve in ברכה non nisi materialiter, prout 2. Reg. 5. 15: *Accipe à me benedictionem*, qvâ ratione Assyrius à Judæis benedictionem nec expectavit, nec petiit: neqve adeò convenit, *benedictionem* hîc *activam* Judæis, *passivam* Regi Assyriæ tribui, qvi nec in munere secum transigi volebat: sed toti regno, ejusq; Civibus velut unà cum opibus deportandis inhiabat. *Benedictio* hîc *passiva* notatur *ipsis Judæis*, s. cujus *fructus ad ipsos Judæos*. Sensus adeò: *Facite mecum id qvod erit vestra benedictio*, Machts also mit mir/daß es euch wol gehe/ halter euch so gegen mir/daß es zu ewrem Friede und zu ewer Wolfarth diene. Sc. *Si perseverabitis obstinati in Consilio rebellionis, facietis mecum maledictionem*, so werdet ihrs machen/ daß es euch übel gehe/ werdet euch in die eusserste Noth und Gefahr stürtzen. vid. v. 12: Si autem *occupabitis deditione* & deprecaturi ac humilimè Vos subjecturi *ad Assyrium exibitis*, *facietis mecum benedictionem*, s. id qvod Vobis erit benedictio. Non mihi exinde *Benedictio*: sed *Vobis ipsis*. Agite ergò *facite mecum benedictionem*, (explicatur statim

tim illud אתי ſ. mecum, & qvomodo poſſint cum Aſſyrio *benedictionem facere* ſc. ſi exeant vel humiles ſubditi futuri ad Aſſyrium prodeant: atqve adeò) *prodite ad me:* ad illam ſc. humilem ſubjectionem, ſeqvetur *benedictio Judæorum*, ut ſc. *comedat qvisqve fructum vitis ſuæ, & ficus ſuæ, & bibat aqvam è Ciſternâ ſuâ* v. 16. Ita omnia egregiè fluunt.

Concl. 15. Addimus tamen velut haut abſonam â mente Oratoris interpretationem: *Facite mecum demiſſionem.* Eſtis à Chiskiâ ſeducti, & licet *depreſſi*, miſeriq; ſatis, *ſuperbè* tamen ad rebellandum Aſſyrio inducti, & in illo *ſtolidi faſtus & rebellionis* contra invictum Aſſyrium Dominum veſtrum, *Conſilio* adhuc *perſeveratis.* Nolite ita mecum porrò agere: qvin *potius accommodate vos, & maturè ad pedes meos humiles vos demittite, & ſubjectionem debitam* vel ipsà *genuflexione & totius corporis demiſſione* ſ. incurvatione *comprobate.* Inſidetis nunc *muro:* mœnibusq;, & turribus, ſcutis, miſſilibusq; veſtris, etſi in extremâ neceſſitate poſiti, *ſuperbè nihilominus confiditis:* at, ſvadeo, *facite mecum demiſſionem*, ſ. *demittite vos mihi Aſſyriæ Regi*, & *prodite ad me.* In ברך ſignificationem primariam & perpetuam eſſe *demittendi* dubium nullum vid. Gen. 24. 11. inde jam ſecundariæ ſc. *Genuum*, & *genuflexionis*, propter *demiſſionem* vid. Jeſ. 45. 23. 2 Chr. 6. 13. Pſal. 95. 6. Gen. 24 11. c. 41. 43. *Piſcinæ*, qvippe *omnis piſcina*, qvalis etiam illa ad qvam noſter ſtetit Orator *Raſſchake, in demiſſo eſt*, ſ. fundum habet demiſſum, undiqvaqve depreſſum & excavatum: ſic DEUS altiſſimus *benedicens homini in omni benedictione ſpirituali demittit ſeſe* tùm *humili & gratioſo reſpectu ac influxu in illum cui benedicit* vid. Pſalm. 113. ſ. 6. tùm inprimis in θεανθρώπῳ *Mediatore*, extra *cujus demiſſionem* ſi fuiſſet, nulla unqvam *benedictio* ſive *terreſtris*, ſive *ſpiritualis* in homines poſt lapſum influxiſſet, vel etiam nunc influeret. Homo *benedicit* DEO, *eucharisticè*, DEUM ſc. *laudando* vel *celebrando*, qvod fit in *humilimâ demiſsione & propriæ Vanitatis, ac divinæ majeſtatis comparatione, & hujus ipſius velut fontis omnium* δωρημάτων *prædicatione.* Ita David humilimè ſe *demittens & peccatorem ſe cum lacrymis confeſſus, benedicit DEO:* Ita in aliis. Atqve hæc *demiſsio eſt novi hominis in Spiritu DEI loqven-*

tis: alia ratio qv. *blasphemus*, prout vulgò redditur, dicitur *benedicere DEO*, vel Regi i. e. *maledicere* 1 Reg. 21. 13. datur ibi *depressio* criminalis e. c. qvando is *qvi non loqvitur in Spiritu S. dicit Jesum esse anathema*, s. *maledicit* JESU, is, qvantum in se est *extremè deprimit* JESUM, in cujus tamen *nomine omne genu flecti debebat.* Sic noster *blasphemus Orator* in hâc ipsâ Oratione 2 ejusq; argumento 2. *demittit DEUM blasphemâ illâ depressione* & potentiæ ejusdem abnegatione *infra omnia Idola gentium*, & longe infra Regem Assyrium. Sic vulgò allegatur in hac antiphrasi benedictionis, Consilium Uxoris Jobi, qvæ ad Maritum ברך אלהים ומת, ac si svasisset, ut desperabundus DEO malediceret, ejusq; sive impotentiam sive crudelitatem accusaret, & sic moreretur Non probamus exemplum. Statuimus errasse qvidem *mulierculam impotentem:* sed non ut *desperandi*, vel *maledicendi Consilium* marito dederit Si tamen ita illa intendit, omninò id voluit, ut Jobus DEUM, ejusq; Majestatem qvantum in se est publicâ voce desperabundus deprimeret, & ita moreretur.

Concl. 16. Ita patet *argumentum primum* ab *utili terrestri*, eoq; tùm *in terrâ præsenti* v. 16 Sc si deditâ Urbe *egredientmi Subditi ad Assyrium*, seqvetur emendatio temporum in *hac ipsâ terrâ*, qvæ tacitâ *comparatione* describitur, eaq; *triplici* sc. 1. Nunc, obsidione durante, non *liberum vobis exire in vineas vestras:* tunc autem *liberum vobis erit exire, & fructum vitis comedere.* 2. Nunc, & durante deinceps obsidione, *haut integrum vobis erit in hortos* s. *Paradisos vestros concedere & comedere fructum ficus:* at *tunc integrum.* 3. Nunc *Cisternæ, qvas in hortis vestris habetis, vobis interceptæ*: tunc *autem liberum unicuique erit exire, & bibere aqvas Cisternæ suæ.* Ita *utile terrestre in terrâ propriâ.* Cœterum excipere potuissent Judæi, se *metuere deportationem*, eo modo qvo viderint X tribuum Israelitas fratres ante 8. annos deportatos ab Assyrio *in Calacenen Assyriæ supra Adiabenam sitam, in Chaboram & Nehargozan, illam regionem montanam hanc Margasorum terram ad Gausanitam oppidum, utramqve Assyriæ & Mediæ conterminam, in Civitates Mediæ, & in extimam Assyriam, Septentrionem & Orientem versus relegatos* ac vel penitus toto divisos orbe

vid.

vid. 2. Reg. 17. 6. Occupat *incompambilis Sophista*, neqve negat illos ex more Assyriorum colonias ducentium *deportandos*, immissis in illorum terras aliis, prout in terras X. tribuum deportatarum immissi illi Chamatæi, & ex Sepharvaïm innumeri Conf 2. Reg. 17. 24. c. 18. 34. & Is. 36. 19. sed hoc ipsum in *argumentum insignis veregq; paterni adfectus Assyrij Regis in Judæos, impudentissimè* & planè velut emissarius infernalis, *callidissimè* convertit, atqve ita *utile illud terrestre 2.* describit prout *in terrâ peregrina.* Rex Assyriæ dignabitur vos propiore admissione & adspectu: carere vestro, adeò dilectorum Subditorum alloqvio & præsentiâ non poterit: *Veniet ipse, redibit deinde, & vos secum* non in *sterilem aridamq; Africam* (prout Rabbini commentantur) sed in longè beatiorem ducet terram: in *talem* sc. *qvæ nullâ re, qvam* sive necessitas sive luxus commendat, *vestrâ minor est*: *in terram frumenti, & musti, in terram panis & vinearum.* Annon hæc *blanda deportatio & jucunda vobis erit peregrinatio?* ad qvam uti ipsi desideriis vestris excitemini, manebitis in terrâ præsenti עד בא v. 17. Ita ex inferno cœlum, ex vili serviliq; deportatione jucundissimum itinerarium, ex novâ Zemlâ Paradisum fecit Sycophanta παράγγ, & conclusit: *nullum ab ipso* CHISKIA: *amplissimum autem ab Assyriæ Rege sperandum subjectionis præmium, atqve adeò non auscultandum Chiskiæ fiducia præsidij humani, & spe status emendandi subditos in rebellione continentis*: sed *auscultandum* REGI ASSYRIÆ, *egressuris & se Urbemq; dedituris pacem, gratiam, regiones fertilissimas & ab omnibus hostium incursionibus immunes* qs datâ dextrâ *stipulanti*, & propterea *per Legatum* Civibus Hierosolymitanis acclamanti: *Facite mecum benedictionem & prodite ad me.* Qvare patiemini diutius *fructus vitis, ficus, aqvas cisternarum præcludi* & vos incarcerari? in vestro arbitrio situm est. Nolite in vos ipsos sævire, & in damna vestra conjurare. *Egredimini*, qvæso, *Comedite fructus vitis, & ficus! Bibite aqvas cisternæ qvisque suæ.* EGO REX.

Concl. 17. Antithesis altera Raschake expressa in v. 15 iteratur & confirmatur v. 18. 19. 20. Opponebatur illa *præsidio divino*, cujus fiducià confirmaverat Chiskia populum, prout testatur in-

signis Oratio Chiskiæ, qvæ videatur 2. Chron. 32. 7. cujus Summarium: *Confirmamini & fortes estote! Ne timetote, nec consternamini metu Regis Assyrij & multitudinis universæ qvæ est cum eo.* NAM NOBISCUM MAJOR EST QVAM CUM EO. *Cum eo est brachium carneum: Nobiscum verò est* JHOVAH *DEUS noster ad auxiliandum nobis & ad gerendum bella nostra.* Additur ibidem: *Sic innixi sunt populus verbis Chiskiæ Regis Jhuda.* Illi *firmamento Chiskiæ unico & stereomati potentissimo* jam supra arietes opposuerat debellaturus illud Rabschake *in Oratione 1. ad Proceres* habitâ: sed in qvâ *temperavit sibi Orator à blasphemiis*, honorificè locutus *de Majestate DEI Israelis*, & hoc uno ibi saltem culpandus, qvod *erraverit in illo* JHOVAH *eundemq; velut sibi gratiosum, Chiskiæ autem infensum allegaverit.* Hîc autem, cum illâ blandiore viâ res non procederet, exutâ vulpinâ vel pelle ovinâ, Lupum Leoninamq; ostendit, & dejecturus hoc Chiskiæ populiq; cœleste præsidium in *manifestas & horrendas blasphemias* & Atheismum crassissimum furibundus planè Orator *erumpit.* Antithesis nuda est in v. 15. *Ne confidere vos faciat Chiskia in Jhovah, dicendo: certò eripiet nos Jhovah: non tradetur Civitas hæc in manum Regis Assyriæ.* Eadem iterata & probata est in v. 18. 19. 20. *Videte ne vos seducat Chiskia dicendo: Jhovah eripiet nos.* Ratio blasphemi Oratoris, est *impotentia DEI Israelis, per qvam non posset eripere Civitatem Hierosolymitanam ê manu Assyrij*: vid. v. 20.

Concl. 18. Argumentum Oratoris est à majori ad minus, & qvoad minorem constat inductione testium ex *Diis gentilium*: Scil. 1. *Si ne unus qvidem ex Diis gentium eripere potuit terras suas ê manu Regis Assyriæ.* E. nec Jhovah vos eripiet è manu Regis Assyriæ. Sed E. v. 18. Minorem probat inductione Rhetoricâ v. 19. 1. *Ubi sunt Dii Chamath?* (s. *Antiocheni in Syria*: cujus etsi angusti patrimonii Regis eò devenit potentia, ut cum *Syrorum potentissimo Rege Adadesere* confligere non dubitaverit, & licet in Syriâ Antiochia hæc sita fuerit, infensissimus tamen Syrorum hostis extiterit, unde cum *Successor Tos* intellexisset Davidis de Syris victorias, misit eò *filium Hadoram gratulatum Davidi* triumfos & acceptum leges amicitiæ 2. Sam. c. 8 & 1. Chr. 18. 10. 11. adusqve *Assyrij Sancheribi* tempora

pora floruisse & nomen & potentiam Regum Chamath, illosq; communibus Judæorum malis implicatos fuisse & communem cum Judæis hostem Assyrium habuisse, ex hoc loco probatur conf. etiam 2. Reg. 17. 24.) 2. *Ubi sunt* Dii *Arpad?* (Arpad copulatum cum Chamat pariter dandum in Syria, cujus reliqvam partem supra regnum Chamathæ, totumq; tractum, qvi monti Tauro & Amano substernitur, continet conf. Jer. 49. 23.) *Ubi sunt* Dii *Spharvaim* (regionis Sepharæ urbis Mesopotamenæ ad Euphratem) v. 19. m. 1. Concludit inde pro Atheismo sc. *Nec illos Deos gentium, nec Deum Judæorum verum numen habere.*

Concl. 19 Excipere potuissent Judæi: ab *Idolis gentilium ad Deum Chiskiæ non V. C.* Illa fuisse *vana sine numine nomina & revera Nihil.* Hunc autem esse *verum & solum* DEUM *omnipotentem. A vanitate ergò protectorij sub illis Dijs commentitijs ad vanitatem protectorij sub vero & vivo* DEO *Israelis* non V. C. multo minus ita ut formetur argumentum à majori ad minus.

Concl. 20. Igitur probat 2. allegato Casu Samariæ: *Si ne ipsi qvidem Elohim Samariæ eripuerunt Samariã & regnum X. tribuum velut populi vobis Consanguinei ê manu Assyrij.* E. nec *idem* DEUS *vos eripiet & eripere poterit ê manu Assyrij.* Sed E. v. 19. m. 2. Notandum sc. hîc, *Schomroni* non ita Deos *tribui*, prout *Chamathæ, Arpado, Sepharæ:* sed *absolutè sine subjecto* enuntiari: *An* (sc. illi, *qvos pro* DEO *suo coluerunt Israelitæ*, qvorum metropolis Samaria) *eripuerunt Samariam ê manu mea?* Atqve ita, num ille sive verus sive falsus Deus fuerit, in medio relinqvitur, ut *à* DEO *Israelis non liberante Samariam ad* DEUM *Judæorum non liberaturum metropolin Hierosolymitanam* inferre liceret. Concludit inde generaliter v. 20. Si nec Dii aliarum gentium, nec DEUS Samariæ tantæ fuit potentiæ ut eripere potuerit regionem suam ê manu meâ. E nec JHOVAH, qvem ita appellatis, eripiet metropolin Hierosolymitanam é manu meâ. Sed. E. Minor jam supra probata. Major post mentem Oratoris supponentis DEUM *Judæorum ita se habere, prout unus ex Dijs gentilium, & his superiorem non esse:* sed vel *inferiorem*, vel *parem saltem*, qvin etiam *Deum Samariæ & Deum Judæorum, unum eundemq; Deum, & hunc*

& hunc impotentem fuisse in funere Samariæ, non indigebat probatione. Notetur illas sub Deorum illorum titulo regiones hîc appellari, ê qvibus victis colonias immiserint Assyrii in regnum Samariæ, prout ex hoc immissi in terras aliarum gentium conf. 2 Reg. 17. 24 Opus haut est fallacias Oratoris detegere, & blasphemas illius hypotheses. Ab Idolis gentium ad verum & viventem in secula DEUM argumentari, Idolum & cadaver argumenti est. A non oppositio Assyriæ Regi impedimento absoluto in debellandâ & deportandâ Samariâ, ad impotentiam DEI qvæ consequentia est? DEUS non impedivit: sed permisit. E. nullo modo impedire potuit. Omnipotentia DEI non censenda, saltem ex illis qvæ facit: sed ex illis qvæ certis de causis nec vult, nec facit. Potuisset DEUS Samariam eripere: sed post longam μακροθυμίαν noluit, qvia totiès rebelles, & per Prophetas frustrà monitos, amovere à facie & punire voluit vid. 2. Reg 17. ad v. 23. Debuisset Orator in hoc exemplo agnoscere Majestatem DEI Israelis, & agnovisse Assyrium in illo bello habuisse se merè organicè. Qvod si verò argumentum in facto subsistat, adæqvandus fuisset status Judæorum statui Israelitarum, & sic salvâ extraordinariâ Oeconomiâ misericordiæ colligere qvidem ad parallelum supplicium licuisset: sed non Assyrio, nisi hîc legitimasset Imperativum illum cœlestem, qvem v. 10. expressérat: JHOVAH *edixit mihi, ascende in regionem istam & perde illum*.

Concl. 21. In eventu Orationis duo notantur. Unum est *Silentium Procerum* i. Trium Virorum illorum Chiskiæ, qvi tàm *apertè blasphemum nulla responsione dignati conticuerunt*, ita jussi à Rege v. 21. Apertæ sc. illæ blasphemiæ non merebantur responsionem: sed potius dolorem & signa doloris & metuendum erat, ne qvi ad interpellationem superiorem tam acerbè responderat, de novo aliqvid reponentibus, durius etiam responderet, verba blasphemiæ contra DEUM multiplicaret & ad vomitum Canis rediret. Probatur hîc exemplo illustri illud antitheton & paradoxon Sapientissimi in Proverbiis c. 26. 4 5. *Stulto secundùm Stultitiam respondendum & non respondendum.* Aliqvando sc. non respondere, prudentia

dentia est. Præivit Exemplo Christus patiens in utroqve Synedrio, qvi ad ψευδομαρτυρίας ἐστώτα. Alterum est, qvod Consiliarii *more gentis, præ indignatione ad blasphemias Oratoris Rabschake vestes sciderint, domumq; reversi audita omnia Regi retulerint.* v. 22. In signum sc. *summi doloris*, qvalis hoc loco justus ex blasphemiæ in DEUM audientia, scindebant vestimenta, cujus insigne iterum exemplum in historiâ passionis, & Pontificulo illo, qvi post exorcismum κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, sub qvo JESUM NAZARENUM Apostolum Confessionis nostræ, respondere voluit, *an esset* MESSIAS FILIUS DEI? cum hic affirmaret *se illum Messiam Filium* DEI *esse*, διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λέγων ὅτι ἐβλασφήμησε conf Matt 26.65. Qvod meminimus, *scindere vestes fuisse publicè lugentium vel publicè dolentium, & in magno luctu ac dolore solitos qvondam scindere vestes, inprimis ad atrociorem blasphemiam, ut testarentur indignationem* ex illâ conceptam & propter calamitatem publicam, ut sc. signum illa esset interioris doloris & contritionis, ac simul moneret, *blasphemum dignum esse qvi eodem modo, qvo vestis, scindatur & vivus discerpatur*, illud non saltem numerosis Scripturæ locis: sed ex Dione, qvoqve Musæo, Herodiano, Xenophonte, aliisq; profanis publicè constat. Ira se habuit Orator Rabschake ad mœnia Hierosolymitana, in qvem convenit accuratè illud Salomonis Prov. 17. 11. *Tantum rebellionem qværit malus. Tandem Angelus crudelis* (nuncius & administer Judiciorum DEI) *mittetur in eum* (non resipiscentem) v. 12. *Satius occurrere Viro ursam orbam, qvam stolidum* (*qvalis hic* blasphemus) *in stultitiâ suâ.*

PHARASCHA III.

Concl. 22. Absolvitur hæc Pharascha 1. *dolorosâ Chiskiæ consternatione*, cujus περιστολικὴ non aliæ, qvam qvæ moverant illos *Chiskiæ Tres Viros*, ut *scissis vestibus redirent ad Regem Chiskiam futuri Referendarij.* Et hoc ipsum spectaculum qvoqve miserabile, qvod vidit Chiskia reversos Oratores laceris vestibus, dolores Chiskiæ incendere potuit, etiam anteqvam hi audirentur. Audiverant sc. hi *blasphemias Rabschake* de DEO Israelis non DEO s. eodem velut impotente non magis æstimando, qvam imbelles

Dii gentium, & cum his longè infra Assyrium, *à quo proinde contra hunc non sit sperandum sive auxilium, sive præsidium.* Ad illas *conticuere* (etsi qvod pietas dictabat *scidere vestes*) *& Regi fidelitèr Oratoriam illam blasphemam retulere*, planè ex Officio Legatorum, qvod est accuratè seqvi instructionem sui Principalis. Audivére autem illas *immediatè* ab ipso Rafschake מפי המברך; ad auditas *laceraverunt vestes*, atq; ita reversi sunt in *laceris vestibus Oratores lugubres.* Audivit illas Chiskia, non qvidem ex ore Rafschake: sed *mediatè, per os* sc. *Legatorum suorum nunc Referendariorum* שמע מפי השמע *audivit ex ore qvi audiverant*, æqvè הייב לקרע s. *obligatus ad scindendum vestes*, vel potius ad *contestandum indignationem*, atqve adeò *simul audivit Rex ille Chiskia, laceravit qvoqve vestimenta sua* c. 37. 1. Qværunt hîc Rabbini: *an Judæo ad blasphemias infidelis unius cujuscunqve ex gentibus statim fuerint scindendæ vestes?* Et respondent, *Rafschaken fuisse* משומד s. *Apostatam Judæorum.* Cœterum & hoc dubium: illud, qvoad *gestum qvidem & habitum* externum erat adiaphorum nationale: at non qvoad *principium illius gestus* s. *indignationem & dolorem interiorem.* Neq; verò hîc *laceratarum vestium* causa *indignatio solùm ex blasphemiis atrocibus concepta:* sed & *luctus ex calamitate præsenti publicâ:* qvia sc. *erat ille dies angustiæ: venerant Filij ad os matricis, & vis non aderat ad partum.* De cœtero signa & effecta illius luctus dolorosi & consternationis Chiskiæ ponuntur 1. *ipsa laceratio vestium.* 2. *Vestis vilissimæ & cilicij pœnitentialis*, vel *sacci induitio.* 3. *Ingressus in domum* DOMINI. v. 1.

Concl. 23. Absolvitur 2. *lamentabili Oratorum qverulorum ad Isaiam Prophetam legatione*, qvæ paritèr *effectus illius dolorosæ consternationis* appellari poterat: ubi supposito *legante* s. 1. *qvis legaverit?* sc. *Rex Chiskia*, ipse Sanctuarium ingressus & interea precator futurus. 2. *Legatis* s. qvi legati? sc. iidem qvi in legatione ad *Rafschaken*, abstracto saltem *Joacho Regis Cancellario*, qvi hîc abfuit, substitutis *Senioribus Sacerdotum*, ut adeò Legatio splendidissima fuerit, in qvâ & *Laici Politici eminentissimi*, & *Clerici* s. *Ecclesiastici Reverendissimi*, ipsi sc. *Seniores Sacerdotum* fuerunt conspicui. 3. Apparatu, qvo sc. habitu sint legati? Resp. *Saccis induti*, in qvos ad

exemplum

exemplum Regis seipsos abjecerunt (מהכסרם) cum antea saltem *laceratis vestibus* intederent: 4. Ad qvem sc. *ad Isaiam filium Amoz Prophetam*, ubi notatum à Lirano: *Aliqvos libros Vulg. editionis habere: Filium Amoz Prophetæ: qvod factum sit ab aliqvibus correctoribus, eò qvod iste Amos fuit Propheta:* sed *melius dici Prophetam, ut referatur ad Isaiam.* Omninò non saltem melius dicitur: sed & ita *dicendum* evidenter ostendit *accentus.* 5 *Qvo fine?* Ille verò in ipsâ exprimitur instructione. Erravit autem Liranus ex analogiâ religionis: *Chiskiam ipsum deprecatorem fuisse in templo per merita propria: sed qvia magis confisus fuerit de meritis Isaiæ qvàm de suis, hinc misisse, qvi ipsius qvoqve deprecationem vel Litaniam posceret.* His, inqvam, suppositis ex v 2. proponitur in illâ legatione 1. *Legatorum instructio*, & apud Isaiam propositio, cujus suppositâ autoritate, vel legationis suæ legitimatione per illud: *Ut dicerent ei: Sic ait* CHISKIA (ubi notetur Rex humilis tunc precator מפני עגותתו apud Isaiam jubet abstinere titulo Regis) duo sunt capita, unum *præsentis periculi Regis totiusq; regni pathetica & figurata expositio* v. 3. sc. Hic ipse dies, dies est 1 *Angustiæ.* 2. *Increpationis.* 3. *Irritationis* (in qvo *& Rex & Populus* miserè affligitur, &, qvod caput est, *ipse sanctissimus* DEUS per horrendas *blasphemias & vituperia, increpatur* conf. v. 4 *& irritatur)* 4. Talis est dies, in qvo Judæi, *populus filijq;* DEI experiuntur *dolores laborantis extremè puerperæ*, ubi sc. *venerunt* qs. *ad sellam parturientis, & deest tàm Matri vis ad pariendum, qvàm fœtui ad prodeundum.* Ita משבר esset *Sella parturientis*, prout vult Raschi. Præstat tamen cum aliis Hebræis משבר explicare per פי הרחם מקום יציאת הוולד s. Os Uteri vel Matricis *locũ* sc. *exitus ipsius fœtus*, ad qvem ubi pervenit fœtus *angustias* sc. *illas transitu* perfracturus, ibi demum vehementissimus dolorum parturienti gradus & summum utriusqve vitæ periculum, inprimis si fœtus infirmior & ipsi matri *robur omne ad promovendam fœtus egreßionem* sit interceptum. Applicatio ad Ecclesiam in statu præsenti parem puerperæ in illo statu positæ, *ubi jam fœtus pervenit ad Os Matricis*: neqve hoc saltem: sed & *tali cui tunc non est vis ad pariendum.* Optat Ecclesia gravida fiduciâ in DEUM *Sobolem eniti jubilæam*, à præsenti

calamitate gloriosè liberatam: sed obstat *Os Matricis*, infanda calamitas præsens, unde illi Soboli non datur *egressus*, nec sive in hâc ad erumpendum, sive in Matre Ecclesia parturiente *vis ad pariendum* Sobolem s. ad procurandam ex incubantibus, undiqvaqve obsidentibus ac intra uterum qs. artantibus malis liberationem. Ibi sc. & *parturiens Mater*, & *fœtus* deficit: & ad ἄκραν γραμμὴν s. *extremam lineam angustiæ* pervenit, perituro cum Matre fœtu, nisi Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς.

Concl. 24. Alterum Caput instructionis est *intercessionis propheticæ officialis contentio*, ut sc. illam *omnibus precibus contendant* à Propheta, jubentur v. 4. m. 2. Du wolltest d. in Gebet erheben: *Sursum feras precationem pro residuo hoc qvod* (post abductas 10. tribus, & obtentas jam longè majores ab Assyrio regni Judaici portiones, omnesq; munitas Civitates vid. 2 Reg. 17. & 18. 13 exiguum) *superest*. Effectus illius intercessionis Propheticæ est in m. 1. sc. ut *simul audierit* JHOVAH DEUS *tuus illa verba Rabschake, qvem misit Rex Assyriæ Dominus ejus ad probro afficiendum DEUM viventem, redarguat verba ista* (publico judicio puniat, & ita Majestatem suam populumq; vindicet) *qvæ audivit* JHOVAH DEUS *tuus*. Luth. noster illud והוכיח ad Assyrium refert, ejusdemq; blasphemum Oratorem, ac si esset infinitum Hiphil per ו copulatum cum infinito antecedente לחרף reddens: Daß doch der HERR dein GOTT hören wolte / die Worte des Ertzschencken / welchen sein HERR der König zu Assyrien gesand hat zu lästern den lebendigen GOTT / und zu schelten mit solchen Worten wie der HERR dein GOTT gehöret hat. Ita & ex Rabbinis sat multi. Obstat autem accentuatio qvæ postulat referri nec ad חרף *actum Assyrij Oratoris*, nec ad שלחו *actum Assyriæ Regis*: sed ad ישמע *actum DEI in cœlo audientis & ultionem parantis*: atqve adeò *Assyrius* hîc non dicitur *arguere* DEUM: sed DEUS *Assyrium*, nec דברים s. *Verba illa* ponuntur hîc velut *redargutionis subjectum organicum*: sed *velut objectum formale redarguendum*: ut ita ו in והוכיח fit convers. in seqvelâ וישמע והוכיח: Sed qvomodo *tàm robustæ fidei* Chiskiæ convenit illud אולי s. *Fortasse?* Resp. 1. Locutio talis non est *diffidentis, vel dubitantis* & in aliis

aliis lingvis, cum etiam de re certâ mihi ad dubitantem, cujus interest, loqvi liceat: Du möchtest oder wirst es vielleicht eher inne werden/ als du es begehrest &c. 2. Fuit tunc Chiskia in statu precatoris, cujus est μετὰ ταπεινοφροσύνης cum *timore & tremore*: sed filiali, apud DEUM agere, & *fiduciam sub petitionis formali obvelare*, ut & *petitioni* suum constet *formale*, & *ipsa res petita simul repræsentetur prout est in naturali suâ conditione*, cujus respectu, tali particulâ non absoluta *impossibilitas* notatur: sed *apparens difficultas* conf. Jos. 14 12. 1. Sam. 14. 7. 3. Particula illa אולי debuit in illis ipsis Legatis excitare ardentius Consilium precum, non autem in his facere exauditionis dubium. 4 *Fortasse* illud, non infert exauditionis dubium qvoad substantiam exauditionis: sed saltem qvoad circumstantiam: ita enim fluit Oratio Chiskiæ: *Fortassis audiet* JHOVAH *verba Rassace & redarguet illa verba* (nonnisi) *postqvam Tu* (tantus Propheta cui primariarum precum officium competit, supplex præiveris vel) *extuleris precationem tuam pro populo.* 5. Poterat illa *particula* qvoqve referri ad *liberam DEI Oeconomiam* qvoad *gradus puniendi Assyrij & vindicandæ Zionis* de qvibus Chiskiæ ante revelationem Prophetæ & complementum Angelicum non adeò constabat. 6. Falsum autem אולי semper esse *particulam dubitantis*, cum potius sit *dubitationem eximentis & rem ex difficultate suâ naturali dubiam confirmantis* vid l. alleg. & add Num. 22. 33.

Concl. 25. In illâ Legatione notetur 2. ejusdem executio v. 5. *Venerunt Ministri Regis illius Chiskiæ ad Isaiam.* Non memoratur qvidem illos ita retulisse: sed apparet potius, anticipasse Prophetam responsum cœleste intimando prout DEUS exaudiendo, juxta illud Is. 65. 24. Notanda 3. Prophetica responsio, cujus signum v. 6. *Dixit ergò ad illos Isaiah: sic dicetis Domino vestro; Autoritas* ibid. Sic ait JHOVAH. Constat autem illa 1. Dehortatorìa propositione sc. *Propter verba ista Rafschake* (& in specie) *propter illas blasphemias, qvibus me affecerunt Ministri Regis Assyriæ, non est tibi desperandum, nec trepidandum* v. 6. m. 2. Constat 2. dehortationis illius ratione, qvæ est *Consilium cœleste circa hanc expeditionem Assyrij* convertendam *in læsæ Majestatis cœlestis & Regalis Chiskiæ gloriam*, & *ipsius Assyrij punitionem*

nitionem toto orbe tremendam v. 7. Consilii illius, totiusq; adeò futuri eventus admirandum breviarium est in v. 7. Sc. *Ego daturus sum in illo Spiritum* (Notetur hîc principium cœleste & Directorium futuri apparatus & eventus Assyriaci intimum, ab ipso DEO cordi Assyrii Regis imprimendum, cujus *Spiritus energia triplex* in tribus futuris distinctis, statim subjicitur) sc. 1. *audiet rumorem* (movebo Tirhakam Æthiopem in Assyrium, & faciam ut ad primam illius belli famam qvidam velut impetus & torrens Spiritus illum à vobis abripiat in hostem barbarum, & urbem adeò hanc ad tempus aliqvod importandis necessariis sufficiens, obsidione liberam relinqvat: Complementum extemporaneum vide c. 37 8. 9. Cœterum cum in hoc bello Æthiopico Victor qvoqve sit futurus, neqve adeò apud Ægyptios vel Æthiopes: sed in montibus Israelis blasphemiarum pœnas daturus ostensuro me publicè Zioni subsidium vel præsidium non fore ab Ægyptio vel Æthiope: sed unicè à DEO Israelis, cujus per blasphemias Assyrii læsa Majestas, proinde revertetur qvidem: sed ita ut majore casu ruat, debellato sc. per Angelum exercitu, atqve ita) 2. revertetur (ex tanto exercitu solus & palans cum pudore vultus conf. 2. Chr. 32. 21.) *in terram suam* complementum vide Is. v. 35. 36.) Sed & ubi reversus erit in terram suam 3. (& ultimò) *faciam cadere eum gladio* (filiorum) *in terrâ suâ* (complementum vide c. 37. ult.) Ita hîc admirandum, in responso Prophetæ omnis intra triennium futuri Consilii cœlestis circa Assyrium est breviarium. *Cum fremitu* famam de Æthiope armato contra se, audiet: *cum fremitu* deinceps reversus, & excisis per Angelum castris fugiet, *cum fremitu* in terrâ propriâ cadet, vitaq; cum gemitu fugiet indignata sub umbras. Ita se exerit operatio Spiritus, qvem DEUS Israelis Assyrio imposuit.

Concl. 26. Exemplum primum *Spiritus* dati à DEO in Assyrio legitimatur extemporaneo complemento. Dum sc Rabschake re infecta *ad Regem Assyriæ reditum parat, invenit eum non amplius in oppido Lachis subsistentem* (v. c. 36. 2.) sed *jam ad obsidionem urbis Libnæ cum exercitu profectum* v. 8. *Cujus subitanei motus causa* Assyrio, *fama de expeditione Thirhakæ Æthiopis in Assyrium* v. 9. Atqve

ita

ita itur ad 3 hujus Pharaschæ partem: absolvitur sc. 3. *iteratâ Sennacheribi comminatione* tùm Oratoriâ per Legatos 9. 10. 11. 12. 13 (cujus argumentum idem qvod in Oratione secundâ vid. supra sc. 1. *Si omnes aliæ gentium regiones cesserunt Victori Assyrio* E. *& Judæa.* Sed. E. v. 11. 2. *Si Dij gentium nec eripuerunt, nec eripere potuerunt suos Cultores & horum regiones sive majoribus meis, sive mihi.* E. *nec Judæorum* DEUS. Sed. E. *Minor* probatur *exemplari inductione*, planè prout supra, nisi qvod *plura hic urbium & regionum nomina recensentur* v. 12. 13. Concludit inde, qvod erat in thesi v. 10. Sc. *contra Assyrium inniti DEO Israelis velut protectori Hierosolymorum, mera fallacia & dolus religionis est)* tùm Epistolicâ ejusdem argumenti. Misit sc. Assyrius ê castris ad Legatos Epistolam Chiskiæ inscriptam, qvam hi in ipsâ audientiâ obtulerunt Chiskiæ v. 14.

PHARASCHA IV.

Concl. 27. Absolvitur hæc solemni publicâq; CHISKIÆ *Litania.* Occasio s. ἀφορμὴ fuit post *Confirmationem* superiorem v. 6. 7. iterata *Legatio blasphema Babylonica & Epistola ad opprobrio afficiendum* DEUM *Israelis per Legatos ipsi Chiskiæ reddita*, qvam de manu Legatorum acceptam legit Chiskia ויקח ויקראהו vid Is 37 14. 2. Reg. 18. 14. 2. Chron 32. 17. 18. Memorantur in fontibus ספרים in numero plurali: at in numero singulari ויקראהו i. e. *Legit illud*, sive ut habeatur ratio *Synonymiæ* e. c. כתב s. מכתב sive ut respectus ad *argumentum*, ac si dicas: *Accepit de manu Legatorum illorum literas, qvarum argumentum legit*: in lib. tamen Regum etiam hîc in verbo *legendi* affixum plurale est ויקראם i. e. *Et legit illas:* dubium inde an *unam* miserit Assyrius Epistolam, an *plures?* an scripserint præter *Regem Assyrium* alij etiam *Assyriæ proceres?* Vulgatus videbatur integros libros hic statuere: reddidit enim: *Tulit Ezechias libros de manu nunciorum, & legit eos & adscendit in Domum Domini, & expandit eos coram Domino.* Sed rectè explicuit Liranus Vulgatum: *Accepit Ezechias literas Regis Assyriorum, qui ei comminabatur literis & verbis ad majorem assertionem.* ספרים ergò non magis probant

plures

plures Epistolas, qvàm *Literæ*. Παρασκευὴ *Litaniæ* duplex memoratur, una *Chiskiæ adscensio in domum* DOMINI, altera *explicatio illius libelli blasphemi coram* DOMINO, ut sc. *publicum esset blasphemiarum Regis Assyrij* testimonium, & inductivum ad maturandum Assyrii *Supplicium*, & *liberationem Hierosolymitanorum*: utraqve illa est in v. 14. Inde ergò *Litania Chiskiæ* cujus signum v. 15. sc. *Precatus est Chiskia Jhovam dicendo.* Ipsa autem *precatio* à v. 16. *formaliter* incipit & in v. 20. unà cum hâc Pharaschâ desinit. Ita sc. precibus militavit Chiskia & iisdem armis contra Assyrium hostem pugnavit Isaia vid 2. Chr. 32. 20. Ne qvis solum Chiskiam precatorem, Isaiam autem ex fiduciâ, & specula propheticâ, otiosum statuat Assessorem, memoratur uterqve precatus fuisse & cœlum s. DEUM ipsum inclamasse l. alleg.

Concl. 28 Litania ipsa absolvitur *inductivis exauditionis* v. 16. 17. *confutatione paralogismi* vel *Objectionis*, qvam supra in Oratione 2. & 3. dederat *Orator Regis Assyriæ* v. 18. 19. & Conclusione, in qvâ & propositionis & rationum est recapitulatio v. 20. Propositio ipsa ex v. 17. & 20. educenda talis est: O JHOVAH DEUS *noster vindica gloriosè nominis tui ab Assyriis blasphemè læsi majestatem*, idq; *tùm Assyrium puniendo*, tùm *populum tuum ê manu ipsius liberando vel servando.* Inductiva illius ponuntur in parte 1. unde in illâ non tàm *Exordium*, qvam *Insinuatio* datur, per *Confessionem gloriosam* DEI *Israelis*, oppositam *blasphemis Oratoris Assyrij verbis*, qvibus *opprobrio affecit* DEUM *vivum* conf. c. 37. 4. In illâ ipsâ insinuatione 4. *sunt Characteres veri* DEI, qvos non tàm *benevolentiam captandi*, qvàm per *illos* DEUM *inducendi ad liberandum*, *& fidem suam confirmandi causâ* sanctissimus Precator expressit, unde ad *inductivorum numerum* illos referimus s. *argumenta qvibus induci debeat* DEUS *ad exercitium majestatis vindicatricis*, s. ut *pro Zione liberandâ ultionem sumeret de Assyrio.* Sc. Verus DEUS est 1. JHOVAH ZBAOTH. 2. *DEUS Israelis.* 3. *Sedet inter Chrubinos.* 4. *Est DEUS ille cui subsunt omnia regna terræ.* Sed de his in specie deinceps agendum.

Concl.

Concl. 29. Inductivum 1. est JHOVAH & qvidem ZBAOTH, cujus utriusqve nominis formalis explicatio nullibi luculentior, qvàm in Apocalypsi per τὸ Α καὶ τὸ Ω ὁ ὢν, ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος (hactenus JHOVAH) ὁ παντοκράτωρ (hîc in fontibus Hebræorum *Zfaoth eminentissimæ virtutis, roboris, omniumq; Exercituum sive in cœlo sive in terris militantium Imperator Generalissimus, Summus, independens)* Qvid non possit in *uno Assyrio debellando* hic Jhovah Zbaoth? Inductivum 2. *est DEUS Israelis.* Qvid sc. non velit pro *Israele vindicando*, qvi ex *gratiosâ promissione, pacto juncto*, est specialissimè *DEUS Israelis?* Inductivum 3. *Insidens Chrubinos*, scil. qvi *è medio duorum Chrubinorum supra arcam testimonij, ejusq; propitiatorium, admirandam præsentiam cum gratiosâ exauditione conjunctam*, sed & *oculos apertos*, erga hoc ipsum Sanctuarium tuum, tùm toti Israeli, tùm singulis adoraturis promisisti conf. Exod. 25. 22. Num. 7. 89. 1. Reg. 8 7. 10. 11. 29. 37. 38 39. qvomodo permittes tibi etiamnunc gloriosè præsenti s. Chrubinos insidenti ita impunè & vindice nullo illudi? Qvomodo Urbem hanc ipsumq; Sanctuarium ab Assyrio blasphemo desolari, & populum tuum omnium gentium opprobriis exponi? conf. Psal. 80. 2. Psal. 99. 1. Inductivum 4. *Tu solus, inqvam, Tu, es unus ille & verus DEUS omnibus regnis terræ* (contra qvam dixerat Rabschake, & *Polytheismi* & *Atheismi* Patronus: hoc ipso qvod *tot statuebat Deos*, qvot *gentes*, & ex *illorum censu æstimabat DEUM Judæorum*, eosq; omnes ponebat *infra Regem Assyrium* revera in *Atheismum* resolvebatur ille *Polytheismus* conf. 2. Reg. 18. 35. c. 19. 12. 13. 2. Chron. 32. 15.) Qvid autem non possit in uno Assyriæ regno, qvi est unus, solus, omnium regnorum mundi Dominus? Inductivum 5. *Tu fecisti illud ipsum cœlum & hanc ipsam terram.* E. multò magis eripere nos potes è manu Assyrii. Ita se habet *insinuatio*, qvæ & *potentiam* DEI & *promissionem beneficam* probat. Potest, *qvia est* JHOVAH, *Zbaoth, unus & solus DEUS in omnibus terræ regnis, Creator item cœli & terræ.* Vult autem specialissimè, *qvia est DEUS Israelis & insidet Chrubinos:* licet & in illis detur inductivum voluntatis. Sc. qvi est JHOVAH, Zbaoth, solus ve-

rus DEUS, idemq; tantæ potentiæ, ut potuerit Cœlum & terram creare, is non patietur se velut imbellem & impotentem Deum proclamari, opprobriis affici, & vanis Diis Gentium immisceri, imò infra hos & Assyriæ Regem blasphemè collocari. Atqve Tu ô DEUS &c. E. Inductivum 6. habens instar impulsivæ exteriotis est *blasphemia Sancheribi.* Moveant te *Verba Sancheribi, qvi misit ad blasphemiis vel probris afficiendum* DEUM VIVENTEM: atqve adeò *inclina aurem tuam & audi, aperi oculos tuos & vide* v. 17. i. e. prout benè Liranus: Effectum tuæ justitiæ ostende contra Sancherib te blasphemantem.

Concl. 30. In illâ blasphemiâ Assyrii, qvoad ipsam historiam aliqvid veri continebatur, qvod ut à falso discerneretur & sic legitimaretur Inductivum 6. subjungit Chiskia Confutationem. Objicere sc. Assyrius poterat, ut à blasphemiâ se purgaret, pro se facere evidentiam Historicam: *nihil erratum in titulis* devictarum, subactarumq; *gentium & regionum superiorum, in impotentibus illarum gentium Diis*, qvorum Vanitatis vel illud fuerit argumentum, qvod illi Dii seipsos defendere non potuerint *à potentia Regis Assyriæ*, per qvam illi *magno numero* cremati. Occupat ergò CHISKIA 1. patheticâ Concessione. *Verum est ô* JHOVAH! Revera ita se res habet: negare haut licet: *Vastaverunt Assyrij omnes illas gentes* (conf. 2. Reg 19. 18) vel *terras gentium* & terram suam (propriam, ipsam sc. Assyriam vel multas Assyriæ regiones, qvas regno subjecerunt) *Et tradiderunt Deos earum igni:* unde ab illo Vastatore nobis qvoqve timendum, vel trepidandum foret. 2. Sophismatis explicatione, & causæ accuratâ decisione. *Facilè eos destruxerunt* s. *perdiderunt, qvia revera Elohim non fuerunt* (nullam veram divinitatem habuerunt) sed *opus manuum hominis, lapis aut lignum*, in qvæ proinde vana simulacra facilè sævire potuerunt v. 9. Neqve ergò saltem impotentia illorum Deorum fuit: sed & ἀδυνάτης s. nullitas, & præter imaginativam & objectivam illam crassam ac materialem, existētia nulla: fuerunt mera entia rationis ratiocinantis & non potuerunt, qvia non fuerunt. Invertendum adeò argumentum fuerit: *Illa Idola*

ab Assyria

ab Assyrio sunt exusta, s. *ex materia tali constiterunt, quæ etiam ab igni potuerit consumi, fuerunt adeò impotentia, ut nec se nec gentem eripere potuerint ê manu Assyrij.* E. *non fuerunt revera Dij* s. *personæ divinæ*, atqve adeò 1. per *illos exustos*, Assyrius sibi tribuere non potest *autoritatem sive parem Diis, sive in ipsos Deos* (ex hypothesi sc. si qvi forent) sed saltem in lignum lapides &c. 2. Multò minus, ex negatione potentiæ superioris illorum Deorum inferre licet impotentiam JHOVAH DEI Israelis sive absolutè sive comparativè, vel ad illos Deos fictitios relatam, vel ad ipsum (Assyrium sc.) reflexam, prout comparant Assyrii in argumento: *Dij gentium non potuerunt eripere ê manu mea. E. nec DEUS Israelis poterit id præstare:* vel: *Illi fuerunt impotentiores Assyrio. E. etiam Jhovah DEUS Israelis impotentior Assyrio.* Concludit denique Precator sanctissimus v. 10. recapitulando tùm propositionem: *Nunc itaqve ô* JHOVAH DEUS *noster serva nos ê manu illius* (m. 1.) tùm superiorem Confirmationem s. inductivorum classem. Ut *cognoscant omnia regna terræ, qvod tu,* (& qvidem) *qvod* SOLUS TU SIS JHOVAH *(unus ille & verus* DEUS *præter qvem non est alius)* Hîc sub uno Charactere, tacita omnium illorum 5. *Characterum*, qvos *Insinuatio* proponebat, datur *iteratio* conf. v. 16. cum 20. & sic desinit CHISKIÆ precatio & cum illâ Pharascha 4.

PHARASCHA V.

Concl. 31. Absolvitur hæc *responsionis Propheticæ Isaianæ* parte primâ c. 37 à v. 21. ad v. 33. Summa ejus est 1. *Potentissima ferocis & superbæ comminationis ac jactationis Assyriacæ in libello blasphemo conscriptæ exprobratio*, utriusqve *illius superbi Consilij Assyriaci frustratio* ad v. 29. 2. *Liberationis Hierosolymitanæ promissio & per signum Confirmatio* ad v. 33. 3. Totius Orationis magnifica & superioris Responsi exegetica Conclusio v. 33. 34. 35. atqve adeò tota respectu *Chiskiæ precatoris & Virginis Filiæ Zionis* est consolatoria, & ad preces à Chiskia fusas responsoria, evidenti exemplo: *preces Sanctorum esse infrustrabiles:* exaudiuntur semper, *si non ad precantium voluntatem, tamen ad salutem.* Hæ autem Chiskiæ preces etiam ad *voluntatem* & *supra hanc.* Noteturrelatio hujus *responsionis Isaianæ*

ad preces Chiskiæ, & constabit, qvam accuratè *precationi* respondeat *exauditio*. Sed & repetatur locus precationis & habitus precatoris ex v. 14. Fuit ille *Domus Domini*, in qvam *adscendit Chiskia*, & ubi *coram arca* fœderis ad *præsentiam* DEI *sedentis inter Chrubinos explicuit blasphemum Assyrij libellum*. Dum ibi Chiskia solus precatur, Isaiæ absenti per Spiritum S. s. DEUM *Israelis insidentem Chrubinos* argumentum precationis & responsum cœleste revelatur, atqve ita Isaiah in suâ domo, audit Chiskiam ad explicatum illum blasphemiæ libellum precatorem in templo, & hâc occasione *mittit ad Chiskiam dicendo: Sic ait* JHOVAH DEUS *Israelis: qvod attinet ad id qvod precatus es me contra Sancheribum Regem Assyriæ dicendo: Hoc, inqvam, verbum est, qvod dicit* Dominus *contra Sancheribum*, vel *in causâ Sancheribi* v. 21. 22. Ubi illud אל סנחריב idem esse qvod על סנחריב vel על ענין סנחריב dubium nullum: illud autem אשר התפללת אלי *specificativè referre liceret ad Jhovah* DEUM *Israelis*, eo modo qvo qvando אשר in obliqvo casu pertinet *ad primam personam qvæ loqvitur*, *affixum primæ personæ sequitur*: *cum ad secundam personam*, *affixum secundæ*, prout Isa. 49. 23. אני יהוה אשר לא יבשו קוי i. e. *Ego sum* Dominus, *qvem qvi expectant, non pudefient*, *vel prout* II. 49. 3. *Tu Israeles Servus meus*, אשר בך אתפאר in qvo gloriabor: sic hoc loco, si esset אני יהוה אשר התפללת אלי אל סנחריב i. e. *Ego sum Jhovah ad qvem es precatus de* Sancheribo: vel: *Sic dicit* JHOVAH DEUS *Israelis* אשר התפללת אליו *ad qvem es precatus*.

Concl. 32. Superbis Assyrii minis & ferocibus vocabulis, qvibus trepidationem terroremq; Civibus Hierosolymitanis incutere nitebatur, in responso cœlesti opponitur *contemtus*, *subsannatio* sc. motio capitis. *Filia Zionis & Jerusalem illibata Virgo est*, nec dignatur te responsione, neqve per te *Virgo* esse desinet. Illa non curat fulgura tua, & feroces minas, qvibus magno conatu: sed vano id agis, ut illa, excussâ in DEUM vivum fiduciâ, excidat *virginitate*. *Ludificatur te*, *subsannat te*, *amarulentèr irridet te*, s. *Caput movet post te* v. 22. Sigillatim autem *Vanitatem superbæ gloriationis*

qvatenus

qvatenus in illa erat *crimen læsæ Majestatis divinæ*, Assyrio acerbissime exprobrat per *gradus stolidissimæ ferociæ*, qvod ausus sit *contra Sanctum Israelis & ipsum Adonai* blasphemè detonare, & qvidem 1. *Verbis probrosis & blasphemis*, qvod exprimitur v. 23 territ. 1. *Quantus est is, qvem opprobriis affecisti & blasphemasti?* 2. Ipsâ etiam *elatione vocis*, & qvodam *qvasi tonitru Sermonis* in territ. 2. *Quantus est is, contra qvem extulisti vocem?* (vid. sup. c 36. 13) 3. *Perfrictâ fronte & exaggeratâ superbè facie: Omninò elevasti in sublime oculos tuos contra* SANCTUM ISRAELIS. 4. Mediantibus *Legatis* & Interpretibus blasphemiæ v. 24. *Per nuncios tuos probro affecisti ipsum* ADONAI, qvod juxta literam Vulgatæ: *In manu Servorum tuorum exprobrasti Domino* (constat inde non unum: sed plures Legatos ad Chiskiam missos, neq; solum illum Rabschaken blasphemè Oratorem ad mœnia Hierosolymitana fuisse: sed alios qvoq;: ad qvæ verba, etsi minùs aptè, Liranus: *Iste fuit major contemtus, qvàm si hoc fecisset Sancherib in propriâ personâ sicut dare alapam alicui per personam vilem, qvàm si notabilis hoc faceret manu propriâ.*) Notetur hìc 1. emphatica illius את מי & על מי enunciatio. 2. מי h. l. non qvis: sed qvantus, qvam excelsus, magnus, admirandus, prout jam supra notatum. 3. Gradus illi criminales illo ordine, qvo paulò antea expressimus. 4. Notatum à Talmudistis, Autore R Jhosuâ פרעה שחרף על ידי עצמו להבה נפרע ממנו הבה על ידי עצמו כנחריב שחירף על ידי שליח נפרע ממנו על ידי שליח שנו i. e. *Pharao in propriâ personâ Opprobrio affecit* DEUM *benedictum, & immediatè qvoqve punitus est à* DEO *benedicto* (probatur ex Exod. 14. 24. 25. c. 15 10. Habacuc 4. 8.) *Sancherib per Legatum suum opprobrio affecit* DEUM *benedictum, & punitus qvoqve est à* DEO *per Malach* s. *Legatum:* probatur ex hoc v. collato cum v. 36.

Concl. 33. Illorum *opprobriorum & vanæ gloriationis* compendium, repræsentato, per ותאמר (i. e. *Et dixisti*) Rviatum, *Oratore Assyrio blasphemo Thrasone* Consilii Assyriaci de futuris bellis Interprete subjicitur v. 24. à *territorio secundo*, qvod incipit post *magnum Regem Segolæ*. In illo jactat mentiens Orator 1. *Curruum militarium multitudinem*

titudinem ſ. Virtutem bellicam, inſtrumentorum bellicorum & bellatorum Eqvorum, ac Eqvitum copiam; 2. *Adſcenſum in altitudinem montium* ſ. *in altiſſimum montem*, qvod ſc. non Gentium ſaltem aliarum regiones & regna, qvæ montes hîc appellantur, vi bellicâ occupaverit & vaſtaverit: ſed ipſam etiam Iſraelis terram, ipſam Judæam Victor ſibi ſubjecerit, devaſtaverit, & ita adſcenderit ad *altitudinem montium* ſ. *ad altiſſimum montium*, ad ipſum qſ. *umbilicum* vel terræ centrum, ad *terram omnibus aliis terris eminentiorem & celebriorem*. De *terrâ Iſraelis excelſiore* vid. Rabb. ad l. Mich. c. 1. 3. 3. *Adſcenſum ad latera Libani*, ſive per Libanum cum Lirano intelligas montem Sion, vel templum ê lignis Libani extructum, ſive ipſam Jeruſalem, ſive ζωεκδοχικῶς totum regnum Jhuda, qvod voluit Lutherus, perinde, & hæc facilè ſubordinantur. 4. *Adſcenſum illum in altitudinem montium & ad latera Libani factum Virtute ipſorum curruum*: atqve adeò ſuis viribus, ſuæ potentiæ, & robori bellico imputat Orator illum *Victoriarum*, qvas habuerat, ut *virga iræ divinæ*, & *baculus indignationis cœleſtis*, *curſum*. Omne ſc. illud, qvod ita *montes*, imò *altitudinem montium* Victor ſuperavi, qvod ad ipſa *Libani latera* triumfator *adſcendi*, meæ majeſtati & bellico apparatui, *invicto* & *numeroſo exercitui debetur*. Omne illud ברב רכבי durch die Menge meiner Streitwagen. Notetur hîc nobile exemplum duplicati Tvir & ante utrumqve Merca propter unitatem Syllabæ intercedentis inter tonos.

Concl. 34. Poſtqvam jam *adſcendit Aſſyrius ad latera Libani* jactat glorioſus bellator Aſſyrius velut futuram 5. *Succiſionem procerarum cedrorum & ſelectiſſimarum abietum Libani*, ſ. Regis, Procerum Principumq; Hieroſolymitanorum, totiusq; domus Davidicæ eradicationem. 6. *Ingreſſum in ipſam ſublimitatem extremitatis Libani* ſ. in *celſiſſimam extremitatem*, adusqve *ipſum apicem*, & *editiſſimum culmen* ſ. *ſupremum faſtigium Libani*, biß an die allereuſſerſte Spitze des Libani, qvem titulum de *templo Hieroſolymitano* explicat Abrabinel, qvod ſcilicet *eminentiſſimus in totâ Judæâ locus fuerit* קץ וסוף הרוממות *qvo nihil ſanctius & honoratius*: Pro eo, qvod in Iſaiâ eſt מרום קצו 2. Reg. 19. 23. eſt קְלוֹן קִצָּהּ ſ. *diverſorium extremitatis*

ejus,

ejus, qvod benè templo convenit, *ubi* DEI *tabernaculum*, *ignis*, *furnus & magnificum erat diversorium*, ut adeò propter illam *Schechinam* templum dicatur *diversorium extremitatis vel eminentißimæ Libani*. 7. *Ingreſſum in ſaltum Carmeli ejus* (Libani ſc.) Ad Libanum Carmel, ibi ſaltus, ubi paſcebantur animalia in magnâ copiâ. Ita Libano Hieroſolymitano funus intimat Orator Aſſyrius à Prophetâ repræſentatus v. 24. ubi in 6. & 7. à Luthero non ſatisfactum: Reddidit: Ich bin durch die Höhe biß an das Ende gekommen/an dieſen Wald auff dem Lande. Nec à Jun. & Tr. *Ingrediar altißimam extremitatem ejus, ſylvas, arva ejus*. Rectius Lutherus in 2. Reg. 19. 23. Ich bin gekommen an die euſſerſte Herberge des Waldes ſeines Carmels. Sed & notetur in v. 24. in membro 1. tempus præteritum: in membro 2. tempus futurum: ibi Aſſyrius gloriatur de jam præterito: Ich bin ſchon herauff gezogen auff die Höhe der Berge/ an den Seiten Libanon: hîc exprimit glorioſus miles Conſilium de futuro ſ. qvid in Libano ſit expediturus, circa Cedros, abietes, extremitates eminentiſſimas, & ſaltum Carmel: Ich will ſeine hohe Cedern/ und außerwehlte Tannen abhawen/ich will kommen biß an die allereuſſerſte (allerhöheſte) Spitz des Libanon/biß an den Wald des Carmels. Jactat 7. *Prodigioſam aqvarum procurationem & aqvè prodigioſam rivorum exſiccationem* v. 25. *Ego* ſc. *effodi & bibi aqvas* (exteras, novas, antea incognitas, prout explicatur 2. Reg. 19. v. 24.) *qvin etiam exſiccaturus ſum planta pedum meorum omnes rivos locorum obſeſſorum* (tanta ſe eſt multitudo exercitus mei, hominum & jumentorum, ut aqvæ præexiſtentes non ſufficiant: ſed vel ipſis pedibus militantium mihi hominum, jumentorumq; exſiccentur, & propterea fodiendi ſint hinc inde putei & ciſternæ potandis animalibus & militibus) Alii metaphoricè per *aqvas effoſſas*, urbes intelligunt munitas ab Aſſyrio ſubactas: alii per *rivos Mazor* ſ. obſidionis, *Nilum* intelligunt & hoc ad *bellum Sancheribi Ægyptiacum* referunt, alii *parabolicum* dictum volunt de *opibus aliarum nationum* ſ. *gentium bello victarum*, in qvas velut משל dictum: *Ego effodi & bibi aqvas externas*. qvæ omnia facilè conciliantur vel ſubordinantur. Ita repræſentavit Sanctus Spiritus Oratorem Aſſyrium, ejusdemq; & Enthymemata & ſuperbam

perbam per Legatos Oratoriam, cujus refutationi & exprobrationi nunc accingitur.

Concl. 35. Constat hæc autoritatis veræ, divinæ sc. & providentiæ cœlestis revelatæ oppositione v. 26 27. 2. Ejusdem, per intimationem Consilii cœlestis circa Assyrium Judææ expellendum, exemplari legitimatione v. 28 29. Πρῶτον ψεῦδος Oratoris repræsentati fuit *ignomtio providentiæ & abnegatio autoritatis cœlestis in illis bellis & cursu Victoriarum*, qvod sc. non agnosceret *se esse virgam iræ divinæ*, flagellum DEI, securim, vel ferrum *ab ipso* JHOVAH *immissum in gentem hypocritam & contra populum excandescentiæ, ut prædaretur prædam & poneret illum tanqvam lutum platearum:* sed *excidia saltem gentium, regnorum, regionum, urbium meditatus*, tantum abest, ut in hoc Consilio *veri Israelis DEI autoritatem* recognosceret, ut potius eodem hunc, qvo *idola gentium censu, vanum* sc. *& inane terriculamentum* haberet, & blasphemè proclamaret, qvin prodigiosè in hunc æqvè ac in *Idola gentium Imperium sibi arrogaret*, idem in hunc *supplicium sibi reservaret*, & superiorem adeò suâ in his bellis majestatem, vel autoritatem non agnosceret: qvod sc. diceret: *Principes mei Reges sunt. Mea illa gloria qvod manus mea assecuta sit terras gentium, tanqvam nidum & ova derelicta: qvod assecuta sit regna Idolorum, qvæ longè præstabant Diis Samariæ & Hierosolymorum. Qvemadmodum feci Schomroni & Idolis ejus: ita faciam Jerusalem & terriculamentis ejus- Virtute manus meæ, non DEI Hierosolymorum, qvem pro inani terriculo habeo, omnia illa feci, & Sapientiâ meâ, qvâ excellentissimè instructus sum, illâ factum, ut per me moverentur termini populorum. Qvod adeò gloriaretur securis contra cædentem ipsâ, & serra contra agitantem ipsam*, hoc, inqvam, Crimen erat læsæ Majestatis divinæ & in Assyrio tùm hîc notatur v. 24. Ich bin durch die Menge meiner Wagen herauff gezogen / Ich habe gegraben / und getrucknet die Wasser: tùm passim in Propheta conf. inprimis Is. 10. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 13. & propter qvod mactandus erat per Angelum conf. ibid. v. 16. & h. v. 35. 36. Hunc adeò fontem blasphemiæ Assyrii DEUS Israelis hîc obstruit, opponendo *veram* in illis bellis *autoritatem & providentiam*, in Prophetis clarissimè revelatam & prodigiosè

digiosè ab *Assyrio ignoratam* pariter & læsam, unde ille Elenchus v. 26. *Annon inde à longinquo audivisti me illud facere?* (Annon audivisti) *à diebus priscis, me formare illud* (qvare gloriaris & tibi cursum victoriarum tuarum imputas? *annon audivisti me Autorem & Imperatorem* illorum bellorum *Generalissimum*, te saltem meæ iræ *instrumentum*, & à me meoq; Consilio cœlesti puniendis gentibus & affligendo populo meo destinatum, à me adeò processisse hactenus illum victoriarum tuarum cursum: qvàm proinde autoritatem in his bellis meam ut maturè agnosceres, & firmissimè credéres, me sc. illud facere, & formare jam ante, qvàm accingereris his bellis, per Prophetas meos hæc revelavi, qvæ te ignorare, turpe est, nec excusare te potest) *nunc adduco illud:* (jam diu decretum) *Futurum:* sc. *ut in acervos vastos deturbent* (vel *deturbentur, devastentur, dejiciantur*) *Civitates munitas* (munitæ) *ut habitatores earum contracti manu* (debilitati, miserè afflicti) *terreantur & erubescant* (ut) *sint herba agri, & oleracea herba: fœnum tectorum, & arvum ante segetem* (qvod tristem habet faciem) v. 27.

Concl. 36. Erratum ab Interpretibus qvibusdam in vocibus למרחוק & מימי קדם (s. *jam inde à longinquo & à diebus priscis*) qvas retulerunt ad actum *faciendi* & *formandi*, cum sint referendæ ad actum *audiendi*, prout accentus Pasta in למרחוק, Mahpach in שמעת & Tiphcha in voce קדם: sed & affixum ך & partic. עתה s. NUNC ADDUCO ILLUD, probant. Ita jam olim Vulgatus: *Numqvid non audisti qvæ olim fecerim ei: & diebus antiqvis ego plasmavi illud.* Vulgatum seqvitur hîc Versio Lutheri: Hastu aber nicht gehöret daß ich vorzeiten also gethan habe/und vor Alters so gehandelt/ und thue jetzt auch also. Mirum magis, *Ludovicum de Dieu* hîc qvoqve ἀβλεψίαν prodidisse dum vertit: *Annon audivisti me à longinquo tempore id patrasse & ab antiqvis diebus illud formasse?* Disputatum inde, qvid illud, qvod ab antiqvis temporibus hîc fecisse & formavisse dicitur DEUS? Expromtus Lira ita παραφράζει: *Numqvid non audisti tu Sancherib qvæ olim fecerim, creando mundum de nihilo, ei:* i. e. *generi humano: ex diebus antiqvis* i. e. *ab æterno, ego plasmavi illud* i. e. *disposui*

fiendum, qvicqvid sit successione temporum: sed ipse præterqvam, qvod ad voculam EI rectè notavit: *In aliqvibus libris additur* EI: *sed nec est in Hebræo nec 2. Reg. 19. ubi ponitur eadem historia habetur*, parum videtur fisus illi glossæ: unde illud *factum DEI antiqvum* explicat alitèr *de translatione regnorum mundi de gente in gentem pro libera DEI voluntate*, ut adeo hîc *exemplis veterum bellorum & mutationum regnorum* illustretur *præsens factum*, hoc sensu: *Qvod per te ita moventur termini gentium, & transferuntur regna, non casu qvodam fortuito: sed speciali fit meâ providentiâ, ex qva ego jam olim ita regnavi in regnis mortalium, permisi etiam jam olim justo judicio, Tyrannorum Consilia in actum deduci, eademq; in actum deducta ita rexi & gubernavi, ut Sapientiæ & gloriæ divinæ illustrationi subservirent. Qvod ergò olim feci, ei simile etiam nunc facio.* Propius ad rem Ludovicus de Dieu, qvi ita παραφράζει. *Qvod desolentur Civitates munitæ & in acervos redigantur, id perperam tu tibi arrogas. Ego jam pridem ita id paravi & formavi meo decreto, ac meis prædictionibus & minis, & prout formaveram, ita reipsa adduxi.* Omninò de *singularibus actibus*, non *exemplis similibus* agitur in utroqve membro. De qvo in membro 2. dicitur עתה הבאתיה i. e. *Nunc adduxi illud*, de eodem plane in membr. 1. dicitur אותה עשיתי i. e. *illud feci* & ויצרתיה i. e. *illud formavi*, & contra. Non dicit DEUS *se qvod olim fecerit, idem vel simile eidem etiam nunc facere:* sed qvod ibi *facit*, & *format*, idem *nunc adducit.* Probatur ex seqvelâ affixi fœminini, in אותה in יצרתיה & הבאתיה & ex illo עתה. Qvod si strictè in verbis *faciendi* & *formandi* insistere placet formis præteriti, ostenditur facilè qvomodo jam antea DEUS hoc ipsum, qvod *nunc adducit, fecerit & formaverit, in Consilio* sc. & *irrevocabili decreto*, propter qvod res qvoad complementum futuræ, phrasi Scripturæ exprimuntur per præterita velut jam factæ & jam formatæ, qvo nihil freqventius in sacris Prophetarum. Cœterum, prout jam supra monitum, illud *à longinqvo & ab antiqvis diebus*, non ad verba *futura* & *formatura*: sed ad verbum *audiendi* referendum. Obstat priori forma. Reqvirebatur juxta illam in voce שמעת Rvia, & in territorio 2. ומיבי קדם יצרתיה.

Concl.

Concl. 37. Illud ותהי in membr. 2. 26 ad *terram desolandam refert Abrabinel.* Sed errat, dum ita copulat ותהי להשאות i. e. *ut terra illa sit* שואה ומשואה i. e. *penitus devastata*, ex Job. 30. 3. & porrò: *ut Civitates munitæ sint* גלים נצים i. e *acervi ruderum* s. *lapidum vastorum.* Obstat Rvia in ותהי Rex major, & Tvir in להשאורת Rex minor & respectivus consequenter ad Tiphcha. Requirebatur hic major Rege Tiphcha & ipso adeò Rvia c. c territorialis *Sakephkaton*, & ibi minor c. *Pasta:* extra quod si foret, licet etiam in ותהי daretur Minor Rege *Tvir*, non tamen ita copulare liceret illud ותהי להשאות ut distingvatur à qvaternario vocum qvi sequitur. Obstat perpetua subordinatio Regis Tvir & vocis adeò Tviratæ ad Tiphchatam vocem sequentem: sed & ותהי להשאות reddere: *Et erit in vastitatem*, absurdum. *Nunqvam major cum minore habet se ut conjungens & distingvens.* Rvia ille subordinandus Regi Tiphcha. Rectius Raschi illud ותהי ad הגזרת s. *decretum illud*, illud sc. *factum* s. *dispositum formatum, nunc adducendum* refert. Qvomodo etiam Ludovicus de Dieu: sed qvi in distinctione non satisfecit. Reddidit: Nunc adduxi illud & fit: Ita & Lutherus conjunxit: Und thue jetzt auch also. Addit: *eam distinctionem confirmat appositus accentus Rvia.* Cœterum non sufficit scire *Rvia distinctionem* signare: Sciendum ubi, *qvando qvo respectu, qvâ proportione.* Inde erratum. *Nullum Rvia* post (.) vel (:) *distingvit antecedenter:* sed *semper consequenter sive ad sequens* (:) *sive ad Tphcha.* Hoc loco non 1. E. 2. Ergò illud: ותהי להשאורת גלים נצים conjungendum salvâ proportione distinctivorum Tvir minoris, Rvia velut majoris, utriusqve autem Subditi Regis Tiphcha. Reddendum adeò: *Erit* &c. *illud, ad desolandum in acervos ruderum* s *vastorum lapidum* i. e. ut extremè desolentur & qvondam florentia & munita oppida in cadaverosam & prodigiosam vastitatem redigantur. Jun. & Tremell. *ad Regem Assyriæ* retuleruntac si esset in pers. 2 *ut sis ad deturbandum in acervos vastos* &c. non reclamante tàm accentuatione, qvàm positu durior. Vox השאה in Hiphil non habet fratrem in Scripturâ.

Conc. 38. Illud ותהי להשאת גלים נצים ערים בצרות Vulg. expressit: *Et factum est in eradicationem collium compugnantium, & civitatum munitarum.* Accentuatio insigniter favet Vulgato, qvâ proportionem sc. Rvia & Tipheha: sed accentuatio abstracta non est adæqvatum principium vel mensura herminevtica. Videndum autem an obstent alia? Sanè vox נצים in significatione *ruderum* vel אבנים חרבים i. e. *lapidum vastorum*, nullibi. Locus 2. Reg. 19. 25. est parallelus præsenti, idemq; κεχερωμένων. Errant etiam, qvi in נצים & ציה, cui significatio *vasti* vel *siticulosi loci*, & in ציים i. e. *Incolæ vastorum locorum*, eandem supponunt radicem. In rad. נצה *vastandi* significatio uno exemplo verbali probabilis Jer. 4 6. nullo nominali. Et illud probabile saltem. Certè תְּצִינָה non potest esse *futurum Niphal* sive à rad. נוץ sive נצה: confer Buxtorf. in Concord. In נצה autem frequentissima significatio *contendendi, rixandi, concertandi* & אנשים נצים *Viri contendentes* Exod. 2. 13. conf. 21. 22. Num. 26. 9. Lev. 24. 10. unde & מצה & מצת in significatione *jurgij*, *concertationis*. An fortè exinde *vastandi* qvoq; significatio, qvod, prout Salvator: πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς ἐρημοῦται, καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς οὐ σταθήσεται? Matt. 12. 25. Ut adeò גלים נצים sint fluctus s. aqvæ montes, Principes, Reges terræ ad instar magnorum fluctuum, s. velut *cumulo præruptus aqvæ mons* inter se concertantes, contendentes, & juxta literam: Et erit, *ad perturbandum fluctus concertantes*, (& ad perturbandum) *urbes munitas*: Ita גלים נצים adeò non *illius perturbationis terminus*: sed *immediatum objectum*. DEUS, qvod *jam antea decreto suo ordinavit & formavit illud adducit*. Est autem illud: *qvod per Assyrium voluerit perturbare Reges terræ*, qvi se habuerunt velut *fluctus contertantes* & cum illis *urbes munitas*. Sic *Syrus*, & *Samaritanus Reges* erant *fluctus concertantes*, ad qvos *perturbandos & vastandos potentior* Assyrius immissus & illos Reges & urbes illorum munitas perturbavit & vastavit. Ita in aliis.

Concl:

Concl 39. Ad *perturbationem illam & vastationem fluctuum concertantium, & urbium munitarum* sequitur id quod habet v. 27. sc. 1. *Habitatores earum breviatâ manu contremuerunt & confusi sunt* (prout benè Vulgatus expressit membrum 1.) facti sunt sicut עשב השדה hæc vel illa *herba agri*, & כירק דשא s. *sicut exsudatio cujuslibet herbæ* Hoc, sc. דשא nomen generale est multarum herbarum complexum continens, & quasi vestimentum designans quo universus aliquis campus induitur. Illud autem s. עשב de quovis germine singulari rectè dicitur, quomodo hæc vel illa עשב: at non hic vel ille דשא dicitur, ירק autem cum רקק convenit, & significationem habet *exspuendi, exsudandi*, unde ad exsudationes herbarum, ad olera quoque refertur. Neque saltem cum tali herbâ vel exsudatione herbæ tenerâ, facilè absumendâ comparantur. Sed etiam comparantur cum *fœno tectorum* s. חציר גגות & additur שרמה לפני קמה, quod Vulgatus cum *herbâ tectorum* conjungit, quod sc. illa herba sit שרמה i. e. juxta Vulgatum, *exarescens* לפני קמה i. e. juxta eundem, *antequam maturescaret*. Cœterum illud שרמה לפני קמה distinctum est simile: *Erunt* sc. *sicut herba tectorum & sicus* שרמה לפני קמה. Sed quid שרמה? Notatum ad hanc vocem in Masorâ לא נמצא ושדפה i. e. שרמה *non amplius reperiri: sed alibi* sc. 2. Reg. 19. 26. *esse* ושדפה, ne sc. confunderetur שדפה & שרמה, maximè cum in *eadem historiâ & parallelo penitus loco* variata vox occurrat: ne sc. inde *in loco Isaiano* quoque suspicetur aliquis *ponendum esse* שדפה, vel in *libro Regum* שרמה, accuratè illud notavit Masora. Ita autem est. שרמה in plurali quinquies occurrit שרמות in signif. arvorum: at in singulari non nisi h. l. Eadem ratio שדפה quæ in singulari non nisi hoc loco, at in plurali שדפות tèr Gen. 41. 6. 23. 27. occurrit, & שדפון quinquies. Quoniam ergò, quod Propheta h. l. habet שרמה לפני קמה in eadem historiâ libri Regum, legitur שדפה לפני קמה, hinc שדמה h. l. idem esse quod שדפה statuerunt celebres Interpp. & quia in שדפה & שדפון significatio *Uredinis, vel agri* s. *arvi Uredine tacti,*

adusti, manifesta, proinde eodem modo reddendum qvoqve putarunt h. l. *Sicut ager tactus uredine, antequam in culmum assurgat.* Movit idem qvoqve Cl. Buxtorf. ut in Concordantiis sub peculiari classe hanc vocem velut ἅπαξ λεγομένων in illo significato, poneret. Sed, si שרמה alibi nunqvam significat *arvum adustum:* sed semper *arvum Sativum*, propter illum parallelismum libri Regum, non concludendum est, qvod שרמה hîc idem qvod שרפה in formâ sc. ut nihilominus non negetur hæc שרמה esse qvoq; שרפה in materiâ, & ita concilietur uterqve locus. Dicitur in Isaiah *inhabitatores fore sicut* שרמה *s. arvum vitibus aut segeti qvidem destinatum:* sed רפפי קמה i. e. *antequam ferat segetem, vel adolescat in segetem, s. qvod nequit excrescere in segetem*, atqve adeò *sine ornamento vilem tristemq; præ se fert faciem:* Unde autem illud? Hoc verò explicatur *in libro Regum*, qvia sc. illa שרמה est simul שרפה, passa שרפון *s. uredinem, propter qvam in segetem culmumq; excrescere nequeat.* Ita שרמה non fit שרפה *formaliter*, etsi non negatur talis esse *materialiter.*

Concl. 40. Seqvitur nunc pars altera exprobrationis illius, in qvâ illa *autoritas divina* resp. *bellorum Assyrij præteritorum* legitimatur *exemplo præsenti ipsius Assyrij*, ut sc. hic, si perseveraret in autoritatis propriæ admiratione, perseqvatur etiam nunc illud belli Consilium, id agat ut subactâ Hierosolymâ totâq; Judæâ, triumfator Magnificus in patriam redeat. Opponat se Consilio JHOVAH illius DEI, qvem blasphemiis affecit, & qvi jam nunc, qvâ lege educere velit Assyrium publice intimat: vel si evertere id non poterit, experturus DEI Israelis, frenum & hamum potentissimum, qvo sit retrahendus, contra qvam intentio ipsius ferebatur, agnoscat se sub regno graviore & se longè infra majestatem DEI Israelis, qvi jus freni & hami in se velut jumentum & piscem exercuerit. Atqve ita nexus evidens. Dixerat DEUS se Assyrio hactenus in his bellis sacris ut *in a virgâ* usum esse, se illud *Consilium fecisse, formasse, & nunc per Assyrium executioni dedisse* v. 27. qvod nunc clarissimè explicat v. 28. qvo ipso ostenditur non fuisse extra providentiam s. ὡδοιπορίαν βαλὼ καὶ πορείαν DEI Israelis illud

itinerarium

itinerarium bellicum, & totum Assyrij apparatum: qvin *& Sessionem tuam* (habitationem in regno tuo) *& profectionem tuam* (ad bellum hoc Judaicum contra populum meum) *& adventum tuum* (qvando jam intrasti bellator Judæam & venisti per Legatos & exercitum numerosum satis adusqve portas Hierosolymitanas) *benè novi: qvin etiam* (novi) *impetuosè furere te* (ad furorem continuandum te ipsum affectato Studio & datâ operâ commovere) *contra me.* Suppositâ adeò illâ autoritate & providentiâ DEI Israelis in illis bellis Assyrii nunc ipsum explicatur Consilium cœleste circa Assyrium v. 28. *Qvoniam tu ad indesinenter contra me furendum* (& majestatem meam blasphemandum) *commoves te, & tumultuatio tua* (blasphema) *adscendit ad aures meas* (non amplius est permittenda: sed nunc à me reprimenda & in te severè punienda) *ideò ponam annulum meum in naribus tuis* (comprimam superbos tuos & præferoces Spiritus qvos velut *Draco Marinus* robori tuo confisus in me emisisti: gloriatus es in multitudine curruum bellicorum & bellatorum tuorum, qvibus tàm ferociter contra me spirasti: sed ego illis *naribus tuis* imponam *meum hamum*, excindam amplissimum tuum exercitum immissis per Angelum plagis letalibus tam facilè qvam hamo ferreo educuntur aqvis ad lethum pisces) *& frenum meum in labiis tuis* (qvibus usus es tàm blasphemè ad opprobrio afficiendum me DEUM viventem) ita (te antea eqvum ferocientem freno capistroq; coercendum virtute illius hami & freni) *reducam viâ illâ per qvam venisti.*

Conel. 41. Pars altera Pharaschæ *promissionem* continet & hujus *confirmationem per signum* v. 29. ad 33. Dirigitur nunc apertè per insignem Apostrophen Oratio ad Chiskiam precatorem in templo. *Tibi autem hoc esto Signum.* Signum illud est singularissima DEI benedictio, qvâ futurum uti Judæi illis difficilimis temporibus nullam inopiam (prout exaggeraverat Raschake, minatus illis prandium de excrementis & lotio) sint experturi: sed vel ex sponte natis benignè sustentandi. Lutherus noster expressit: Ist diß Jahr was zutreten ist / das ander Jahr was selbst wächset (in fontibus non Imperativus: sed *infinitum* est: Man wird essen: sed &

sponte

ſponte nata ad *Dictam primi anni* referuntur ſc. *Sponte nata* de granis ſuperiori meſſe excuſſis ספירים & ספיח dicuntur, prout ex Lege de Sabbatico & Jubilæo conſtat conf. Lev. 25. 5. 6. 11.) des dritten Jahres ſäet/erndtet/pflantzet Weinberge und eſſet ihrer Früchte. Trem & Vulg. primo anno *Sponte nata:* ſecundo autem ille, *Sponte renata:* ſ. uti Hebræi היצא מהנפל מהספיח הראשון i. e. *enatum ex granis excidentibus in meſſe ſponte natorum priorum.* hic *Poma* tribuit, reddens: *Secundo anno pomis veſcere. Contrita autem pedibus* jumentorum, prout fit ubi tranſit miles, *magis convenirent anno primo*, qvod proinde Lutherus maluit. Liranus ex mente Hebræorum: *Sponte nata*, inqvit, *fuerunt, qvæ germinaverunt ex granis contritis ab exercitu Sancheribi, qvi vaſtavit & diripuit bona terræ, qvando ivit ad pugnandum contra Regem Æthiopiæ, ex qvibus granis tot bona creverunt, qvod totus populus Ezechiæ potuit uno anno ex illis vivere. Eundem Sancheribum præciſiſſe arbores fructuoſas, unde hic Ezechiæ promittatur miraculoſa benedictio à parte arborum illarum, qvæ altero anno jam ramos adeò magnos & fructus pendentes ſint habituræ, ut de his integer populus poſſit ſuſtentari.* Notandum ex Rabbinis Jarchium, *Cædem Sancheribi caſtrorum Angelicam* habere velut *ſignum*, illam *Dictam trienny, ſignatum.* Promitti ſc. hìc novum beneficium admirandæ ſuſtentationis poſt *caſum ac fugatum jam Aſſyrium.* Unde tunc cibus? *poſtqvam* ſc. *& ſegetem agri, & arbores omnes excidit Aſſyrius.* Reſponderi: à *benedictione DEI* tantùm futurum, ut ne qvidem intra biennium proximum opus habeant agricturâ ſ. ſementis labore. Anno ſc. 1. יסתפקו *ſufficient ſponte nata.* Anno 2. *jam arbores iterum fructus dabunt.* Anno 3. *ſerite & metite.* Atqve hoc ita futurum, illius ſignum qvoqve æſtima cladem Angelicam. Qværunt etiam Rabbini: an *Annus ille ſive* 1. *ſive* 2. *fuerit Sabbaticus?* an *Anno* 1. *bello transactum, ſecundo ager novellandus* ſ. *arandus, tertio ſerendus fuerit?* Sed & promittitur illis reliqviis populi *multiplicatio* comparata *cum granis in terram ſparſis*, qvæ mox *deorſum radices agunt, ſurſum verò progerminant, fructusq; ferunt*, cujus qvidem promiſſionis Sigillum apponitur *Zelus* JHOVAH *Zbaoth* (ejus ſc. amor ardens & vehemens in Eccleſiam, & Zelus pro Majeſtate blaſphemè læſa ab Aſſyrio) *perficiet iſtud.* v. 31. 32. Concl.

Concl. 42. Hic qvod supra figuratè dixerat, liqvido faciliq; sermone explicat, & ita concludit Responsum brevi recapitulatione 1. qvà Assyrium in exprobrato supra Consilio turbandum v. 33. Propterea (notetur Rvia) sic dicit JHOVAH de Rege Assyriæ, *non veniet in hanc ipsam Civitatem* (tantum abest, ut intraturus sit & occupaturus, ut ne qvidem, qvod dabatur jam supra illi Assyrio per Legatum Rabschake, denuò illi sit dandum, & ipse tantâ propinqvitate venturus ad civitatem) *neqve in illam jaculabitur Sagittam* (non redibit ad periculum obsidionis, non veniet ante illam Scuto non eò res veniet, ut clypeis, bellatoribus scutatis ad invadendam urbem sit ante portas adfuturus, vel munimentis urbem territurus, qvippe palans futurus & cædendus anteqvam ad Jerusalem redeat exercitus, etsi non procul à Jerusalem, & in Nob, prout probabile Hebræis ex Jes. 10. 32.) *non diffundet contra eam aggerem* (sive ad inde expugnandum, sive illo fossas adimplendum) Porrò v. 30 illâ ipsâ viâ, qvà venit, revertetur, & (deinceps, postqvam abiit) nunqvam ad hanc ipsam urbem veniet (redibit: qvippe simul abiit, cadet gladiis Filiorum) *dicit* JHOVAH. Ita non saltem negatur *venturus in urbem:* sed & *ad urbem*, in illâ sc. propinqvitate, ut jam accingi possit oppugnandæ urbi: neqve nunc saltem negatur *venturus* v. 32. sed &, ubi abiit, non reversurus v 34. 2. Qvà ipsius metropoleos Hierosolymitanæ potentissimum protectorium v. 35. *Protegam civitatem hanc* (s. *Protectorium & Scutum ero circa hanc ipsam civitatem*, non qvidem ex meritis populi vel ipsius Chiskiæ justitiâ, sed *ad vindicandam gloriam Nominis* ac *Numinis* mei à contemtu Regis blasphemi & propter *promissiones DEI de conservatione regni*, & *Messiæ filio Davidis, factas* Davidi,) *propter me ipsum & propter David Servum meum*.

PHARASCHA VI.

Concl. 43 Argumentum hujus *clades castrorum Assyrij* v. 36. Consequentia hujus duo: Unum *fœda fuga qvondam blasphemi Regis* v. 37. & 2. *ejusdem cædes, carnificibus ipsis Filiis* v. 38. Spiritus Sanctus in *historiâ hâc succinctus planè est*, neqve ubi ipsa res majestatem

DEI exaggerat, *verbosius* est Historicus. Destinatus executioni illi bellator, ANGELUS JHOVAH & ê palatio cœlesti qvasi emissus, albus sanè non ater. Hic egressus, (letali plagâ affecit) *percussit in castris Assyrij 185. millia*, idq; *unâ nocte* (etsi non præcisè in *puncto medio noctis*, ac si unus Angelus in eodem instanti fuerit multipræsens) *adeò ut qvi pauci ê tantâ strage immunes manè surrexerant, omnia castrorum loca cadaveribus repleta viderint* v. 36. Illos 185000. *Principes omnes fuisse, & militiæ Magistros coronatos* ſ. שׂורי כתריכם בראשיהם qvorum *supremus octodecim cum dimidiâ Myriadibus, infimus duabus Chiliadibus bellatorum præfectus fuerit*, statuunt in *Mechilta* Judæorum Magistri. Videri poterat magnum illi sententiæ robur ex historiâ Chronicorum l. 2. c. 32. 21. ubi *Angelus Jhovah excidisse memoratur in castris Assyrij* 1. *omnem* גבור חיל ſ. *robustum bellatorem.* 2. נגיד ſ. *omnem Antecessorem, belli Ducem.* 3 שר ſ. *Principem* ſ. *Principes illos* de qvibus Assyrius Jes. 10. 8 gloriabatur: *Nonne Principes mei pariter Reges sunt?* nec minus ex Jes. 10. 16. ubi illi *ab Angelo percussi* nominantur חשמנים i. e *Illustres, potentes, Proceres* conf. Jud. 3. 9. & Psal. 78. 30 uti & pro *minimo illorum Officialium*, Oratio *Rabschakæ*, illa oblatio *bis mille eqvorum* Jes. 36. 8. 9. Dubium nullum, qvin *flos & robur militiæ omnis* interierit, & in ipsos inprimis *belli Duces capita alta tenentes*, in illos *Assyrij Heroas & Principes* purpuratos, qvos inter Rabschake, sævierit *flamma* Angelica, eosq; omnes, uno Rege excepto, internecione deleverit: cæterum *Coronatos & Principes* illos omnes fuisse, nec locus ex Chronicis allegatus probat, qvi expressè, præter *Antecessores & Principes* nominat *generalitèr, omnes robustos bellatores*, nec numerat 185000. Principes, nec locus ex Jes. 10 qvippe ibi non mentio saltem illorum *Grandium* v. 16. & *gloriæ sylvæ & arborum Assyrij exscindendæ* v. 18. sed & *Lux Israelis*, & *Sanctus item Israelis* memoratur *absumturus* per *flammam* Angelicam promiscuè *Vepres & Sentes*, ipsaq; adeò *castra Assyrij*, adeò ut *reliqviæ Sylvæ* ſ *superstites à cæde* futuri sint *paucissimi*, qvos vel *puer recensere, & accuratè consignare possit.* Orator Rabschake objiciens Chiskiæ, *qvod non possit avertere faciem vel minimi ex Servis Regis Assyrij*, cum non *possit in campo dare bis mille Equites*, probat

probat qvidem, si non mentitus est *gloriosus miles*, tantam fuisse potentiam vel *inferioris Legionum Ducis*: sed non probat: *tales fuisse ex infimis in hoc numero interfectorum.* Neqve adeò V. C *Omnes militum tribuni*, Duces, Principes *fuerunt interfecti.* E *Omnes interfecti fuerunt tales* Principes, *Duces Tribuni vel Magistri militum.* Ut demus tamen, valere reciprocationem: *Omnes vaudi bellatores, & ipsi Antecessores, & Principes perierunt.* E *Omnes qvi perierunt fuerunt partim dignitatib⁹ purpurati* Principes, coronis sive qvondam d gnati, sive etiam nunc digni, partim *militum Antecessores*, Officiales bellici, partim *bellatores* s. *milites promiscui*: sed *robusti omnes* (ut adeò qvales illi 185000. *in lib. 2. Reg. & Isa.* notati, fuerint, universalitèr, non autem particulares qvorundam laudes exprimat lib. 2. Annal. sacrorum) atqve adeò non supermanserunt nisi *paucissimi*, iidemq; *molles, imbelles, timidi, bellis inepti* (periit sc. omnis masçula militum proles) *Proletarij & Capitecensi, gregarij*, nec munere bellico, nec ullo *generosæ dignitatis* splendore illustres, atqve hi illi sunt, qvi *cum mane* è prodigiosâ nocte, somnoq; *surrexissent, viderunt* densata suorum funera & intuiti obstupuerunt: atqve ut nemo dubitaret de veris mortibus illorum, additur: Et Ecce Omnes Illi (tot, tanti Heroes prostrati jacuerunt) *Cadavera* sc. *Mortua* c. 37 36. Ipse *Sancherif*, ille gloriosus summi Numinis blasphemator jam trepidus palansq; miles *abiit, excessit, evasit, erupit reversus in suam Metropolin regalem Nineven*, Jonæ Nachumiq; prædicationibus & prophetiis celebrem, ibidemq; ad *tempus consedit* v. 37. sed non hîc finis *Ultionis de blasphemo Rege.* Non debuit ad inferos ire sine cæde & sangvine: sed cruentâ truciq; morte perire qvi per omnem vitam sitiens sangvinis fuerat: debuit perire idololatra *in fano sui Idoli Nisroch*, ad qvod velut Asylum deprecaturus confugerat, & *ubi jam adorabat*, ut sc. veri DEI blasphemus contemtor in conspectu sui Idoli periret, & ibi dum *incurvatur coram Idolo*, occideret *utriusqve Filiorum, qvorum gloriosa nomina Adarmelech & Scharezer, gladiis.* Et ita qvi contra Filios DEI viventis, ipsumq; Patrem qvi est in cœlis gladium sumserat, occidit à Filiis. *Hi autem propipuerunt se in terram Ararat, imperio relicto Asarhaddoni,*

Desiderio regnandi, ob *Prælatum iniqvè Asarhaddonem*, id factum dicunt alii: sed reclamat *fuga*. Ad *Votum Patris, vel responsum Idoli de mactandis duobus Filiis*, si vellet in gratiam redire cum subditis tumultuantibus ob cladem illam Amicorum bellatorumq; suorum Angelicam & irritatam à Rege blasphemo majestatem DEI Israelis, qvam ex Jonâ hi non ignoraverint, Filios autem antevenisse, dicunt Hebræi, qvod suo loco relinqvimus.

Concl. 44. De ipsâ *plagâ* & *specie mortis*, nihil aliud habet Historia sacra, qvàm illud וַיַּךְ i. e. *Et percussit* Isa. 37. 36. qvod idem 2. Reg. 19. 35. exprimitur per נָגַף; at in 2. Chr. 32. 21. וַיַּכְחֵד, in qvâ *abscondendi* significatio, & hâc suppositâ qvoqve *excindendi*, sive ut illud *excidium fiat abscondito arcano & ineffabili qvodam modo*, Procuratore Angelo, conf. Exod. 23 23. sive uti per *talem excisionem abscondatur, & à regione viventium tollatur res excisa*, & subtrahatur *oculis viventium*, qvale *excidium illud Ægyptiorum* in mari rubro, de qvibus Moseh ad populum trepidantem: *Ne timete! Consistite & intuemini salutem* DOMINI: *qvia, qvomodo nunc videtis vos Ægyptios, nunqvam amplius* (in seculum usqve) *pergetis videre eos*. Ita illi pauci matutinantes, viderunt qvidem illos suos Commilitones & Duces: sed, prout signanter habet Historia, nonnisi mane, postqvam jam occiderant, & adeò *Cadavera viderunt, Mortuos viderunt*. Maciem, *tabemq;* illis immissam, probabile ex Jes. 10. 16. 18. Memoratur ibidem *flamma immissa, & ardor gloriosus arsurus, similis ardori ignis, totusq; ille excidij castrorum apparatus flammæ divinitatis incensuræ & absumturæ Sylvam castrensem* tribuitur. Inde Hebræi veteres concluserunt illo *genere supplicij* periisse, qvod *combustionem vocant animæ integris manentibus corporibus* שרפת נשמתם וגוף קיים. Omninò per Angelum qvi est ignis flammans immissam corporibus *luem* ardentissimam, & *flammam* vehementissimam, à qvâ velut potentiore flammâ exhausto derepente humido, calidoq; naturali & vitalibus Spiritibus absumtis, Corpora *vivida* paulò antea & *pingvia* vel succi plena, momento uno *tabida* facta, *macieq; letali* correpta, occiderint intra unam *noctis* vigiliam, adeò celatis mortibus, uti *Rex* & *pauci illi* nonnisi cum *mane surrexissent*,

cæ-

cæsa castra *attoniti agnoverint*, ex collatione locorum probatur: qvæ proinde qvoqve corpora *magis omni ardentissimâ febri* affecit plaga, &, prout Propheta prædixerat c. 10. 18 *ab animâ adusque carnem absumsit*, ita tamen, ut non *corpora mutilata, amputatis capitibus, brachiis, pedibus, vulneribus promiscuè inflictis*, eodem modo, qvo in præliis terrestribus res geritur, hîc concipere fas sit. Exempla propiora ex sacris Mors Nadaf & Abihu Lev. 10 2. qvos egressus de coram DOMINO ignis absumsisse memoratur & Num. 16. 36. Ignis egressus מאת יהוה absumsit 250. Sacrificatores.

Concl. 45. De Tempore plagæ tacet Isaiah h. l. alibi tamen c. 10. 17. *uno die* illam expediendam intimat, eo modo qvo dies est νυχθήμερον s. ערב ובקר, at in contradistinctione יומם & לילה s. *diei & noctis*, si qværatur, an *die* an *nocte?* Respondet Spiritus S. 2 Reg. 19. 35. in *nocte*, non autem præcisè in *mediâ nocte*, prout Exod. 12. 29. in clade Ægyptiacâ, etsi nec hic medium præcisè punctum est: sed media noctis vigilia s. circa tempus Meridiano oppositum: Memorabile autem, signari illam noctem בלילה ההוא i. e. *in illâ ipsâ nocte*, uti *nox* qvædam *determinetur* certa, & ut apparet ex seqvelâ, *proxumâ illi diei Naturali*, qvo Isaiah publicavit illud *responsum Propheticum*, qvod immediatè antecedit, vel saltem illam responsi partem qvæ v. 33. 34. 35. in c. 37. Isaiæ & v. 32. 33. 34. 2. Reg. 19. præcedit: illâ ipsâ nocte qvæ *excepit diem naturalem* (Sole oriente & occidente terminatum) qvo *Sancheribus Ægypti Æthiopiæq; spoliis triumfator magnificus, ferotior etiam hostis futurus imminebat Hierosolymis:* sed Castris extra jactum teli adhuc positis, ut proxumo die terribili impetu invaderet, cui bono nox illa à Sancheribo reficiendo militi itineribus fatigato data. *In illâ ipsâ* sc. *nocte* egressus mittente Jhovah Angelus bellator robustus illam universam debellavit & excidit aciem. Noctem illam, primam Paschalem, qvæ ליל שמורים *ipsi Jhovah* dicitur in Exodo 12. 42. fuisse dicunt Hebræi, & pro illo urgent locum Jes. 30. 28. sed & convenientiam inter *Sancheribum & Pharaonem*, utrumqve blasphemum in DEUM Israelis, & excidii qvoqve insignem communionem.

Concl. 46. *Quare non Assyrius ab Angelo cæsus sit una cum Castris?* æqve curiosa videri poterat qvæstio ac illa, *quare non cæsus sit ipse Pharao unà cum primogenitis?* Reservatus uterqve majoribus opprobriis & discreto supplicio. Debuit supervivere ad exiguum temporis decursum, ut ante obitam mortem agnoscere liceret *Majestatem DEI Israelis*, qvod nemo hanc impune lacessat. Debuit, illis *flammis*, qvæ exciderunt Castra, ipse terreri magis atqve magis, & per illas agi in fœdissimas fugas, debuit *coram toto mundo* vivens *pudefieri*, &, prout apertè habet *historia sacra* 2. Chr. 32. 12. cum בושת פנים s. *pudore vultus in Assyriam*, tantæ cladis palans nuncius *ire*, debuit exemplum esse, in qvod intuiti alii terræ Reges, discerent *osculari Filium Regem Zionis, ne ab hoc irato pereant in viâ.* Debuit experiri *hamum frenumq; cœleste*, & adimplere Thema Propheticum c. 37. 7. FACIAM UT OCCIDAT GLADIO IN TERRA SUA. Debuit *viliore* Ministerio: sed non minùs *crudeli supplicio*, gladiis sc. Filiorum, *egressorum ex visceribus suis* (prout loqvitur Scriptura 2 Chr. 32. 21.) & qvidem *in Idoleo*, coram *Idolo*, dum *incurvatur coram suo Nisroch* occidere. Notetur impetus fugæ *repentinus* & *turbidus* ipsà continentiâ verborum in fontibus expressus v. 37. *Profectus est, abiit, reversus est* sc. ille Sancherif &c. Paulò aliter mentem Antecessorum Abrabinel. *Inqvisivisse Sancheribum qvodnam illud bonum opus*, qvo *meritus populus Judaicus fuerit Deos ita vindices?* Responsum à *Magis: mactati ab Abrahamo Filij.* Inde *Votum Regis*, se non *unum:* sed *duos hos mactaturum Filios, ut tantò magis sibi conciliaret Deos:* ad audientiam illius Voti, *occupasse Filios*, & *suos Patri*, dum coram illo Idolo Sponsionem s. Votum obfirmat, *gladios capulotenus impressisse*, &, ne suâ litaretur, Patris animâ litasse, ac illis funeribus superioribus, Regis morte parentasse.

Concl. 47. In cap. 37. 7. prædixerat Isaiah ושמע שמועה cujus complementum extemplò subjicitur v. 9. per illud וישמע. Colligit inde Raschi in h. l. ראחר שהלך ונלחם עם כוש חזר ובא לירושלם ובאותה שעה יצא מלאך יהוה ויכה

ויכה כולם מלכים קשורי כתרים בראשותיכם וקטון שבכורם
היה שר על שני אלפים Statuit Rabbinus 1. *Sancheribum movisse in Tirhakan Æthiopem.* 2. *Inde reversum cum triumfo misisse Legatos Heroſolyma: ſed inter qvos tunc haut fuerit Raſichake.* 3. *Nocte ſequente contigisse plagam Angelicam.* 4. *Illos interfectos non fuisse milites gregarios: ſed tales, qvorum nullus fuerit infra 2000. milites, etſi, qvi tot ſaltem habuerit, esset inter minimos.* Eſt autem in fontibus perſpicua illius calamitatis deſcriptio, nec non in Chaldæo qvi v. 36. ita expreſſit: ונפק מלאכא דיי וקטל במשריית אתוראה מאה ותמנן וחמשא אלפין ואקדימו בצפרא והא כולהון פגרין מיתין: Certum: plagam illam Angelicam circa mediam noctem contigiſſe: Certum circa בקר ſeu *vigiliam matutinam Judæorum* jam abſolutam fuiſſe. Scilicet בבקר ſ. *in illo matutino jam* fuerunt omnes illi, *cadavera* ſ. פגרים מתים.

Concl. 48. Conſternatio Regis Aſſyrii & arrepta fuga more Scripturæ ſolito multiplicatis verbis deſcribitur v. 37. ſc. 1. ויסע. 2. וילך. 3. וישב. 4. וישב. Omninò ergò Rex fugitivus ad plagam caſtrorum reverſus eſt non in regnum ſaltem: ſed & in *ipſam regni vetuſtiſſimam Metropolin ſeu Nineven.* Atqve ita completum qvod ſupra prædixerat Propheta: ושב אל ארצו vid. c. 37. 7. Porro ad v. 38. notetur 1. Rvia cui hîc miniſtrat Pſik velut diſtinctivus minor in & poſt בית & Gereſch velut major in voce משתחוה. Notetur 2. Territorium 1. non obſignatur in voce אלהיו: ſed בחרב. Hucusqve ergò continuanda Oratio, in qvâ docetur, qvid acciderit ipſi Regi Aſſyrio. ſc. Duo Filii interfecerunt Patrem in Idoleo & tunc Idololatram in actu exercito. Seqvitur nunc territorium 2. reſpondens primo, etſi non pari extenſione vocum: tamen intenſione argumentorum.

gumentorum. In 1. dicitur *qvid de ipso Rege?* sc. *est trucidatus in Idoléo, Pater gladiis duorum filiorum.* In 2. dicitur, qvis eventus ipsorum *Filiorum Parricidarum?* Scilicet: *Evaserunt in terram Ararat.* Chaldæus Jonathan expressit אנון אשתיזבו לארעא קרדו i. e. Illi *proripuerunt se in terram Cardu.* Qvæ rerra *Kardu* sit Chaldæo, alibi in Genesi ad stationem Arcæ Noachi est excussum. Videmus autem ex hoc exemplo constantiam Chaldæorum paraphrastarum in Geographiâ regionis *Ararat.* De intentione Filiorum Parricidarum jam supra est monitum. Scilicet *fuga illa in terram Ararat* non allegatur velut accidens illius parricidii: sed: velut jam ab ipsis parricidis, *antequam invaderent Patrem ingeniculantem* gladiati, destinatum, uti non ex ambitu Sceptri vel appetitu regnandi susceptum sit illud parricidium. Additur enim: *Asarhaddonem Patri Sancheribo successisse & loco hujus regnavisse,* qvod haut ignorarunt Fratres, qvando accingebantur illi crudeli consilio, unde, simul cædes peracta, metuerunt sibi à fratre. Notetur autem hîc complementum illius superioris c. 37. 7. sc. 1. ושב אל ארצו i. e. *Revertetur in terram suam.* 2. והפלתיו בחרב בארצו, i. e. *Cadere faciam illum gladio in terrâ suâ.* Factum qvod prædictum, etsi non absolutè decretum. Notetur 3. nomen Idoli נִסְרֹךְ Assyriæ est, uon Chaldææ, qvomodo בֵּל & נְבוֹ est Chaldææ, non Assyriæ: unde & נבואצר & נבוכדנאצר qvæ Idoli *Chaldaici* s. *Babylonici* nomen secum ferunt, nomina sunt *Regum Chaldææ* s. Origine & gente *Babyloniorum:* non *Assyriorum*, prout *Schalmanassar* Assyrium non Chaldaicum. Conf. Is. 46. 1. Jerem. 50. 2. ubi copulantur *Bel* & *Merodach* velut duo Idola Babyloniorum: unde & *Merodachi* nomen Is. c. 39. 1. habuit sanè non *Rex Assyrius*: sed *Babylonius* hostis Assyrii.

ORATIO XIX.

Concl. 1.

POst memoratos Hiskiæ triumfos *Angelicos*, & liberatam ab immani hoste *Assyrio* unà cum *ingentibus castris* exciso, metropolin Regiam, novum Regi periculum *à letali morbo*, novum beneficium *à cœlesti admirandæ curationis & prorogationis vitalis miraculo*, cujus occasione processit ad Chiskiam *splendidissima Babylonica legatio*, qvæ tertia sancto Regi, & ad tentationem æqvè primam eamq; externam à præferoci & blasphemo hoste, ac secundam à letali infirmitate (non obstantibus ægroti Regis religiosis lacrymis) invicto, interna & maxumè noxia fuit tentatio, conf. 2. Chr. 32. 25. 26 30. Atqve ita argumentum Orationis XIX. Isaianæ, etsi materialitèr geminum, tamen, qvia prius sc *ipsa Regis letaliter ægrotantis curatio terminiq; vitalis amplificatio*, in ipso *Sole* signata, fuit inductivum posterioris s. *Consilij Merodachi Babylonij de mittendis ad Hiskiam Legatis* (vid. c. 39. 1. m. 2. illud וישמע כי חלה חזקיהו sub uno *Hiskiæ ægroti, gloriosè curati*, venit titulo: qvod argumentum *formalitèr* à Prophetâ eodemq; tunc personæ Regis Medico tractatur c 38. (repræsentato tàm illo, qvod post *immissum morbum & intimatam mortem* dixit *ægrotans Rex, Orator querulus ac lacrymosus* v. 1. 2. 3. tùm qvod *post sanitatem intimatam, eandemq; receptam* scripsit *Rex Orator Eucharisticus* à v. 4. ad f. c.) at *consequentèr*, qvoad *Legationis Babylonicæ*, & inde novi *lapsus & correctionis Hiskiæ* historiam c. 39. cum qvo magnæ partis 2. Isaianæ Clausula. Nexus formalis argumenti prioris est c. 38. in בַּיָּמִים הָהֵם posterioris c. 39. in בָּעֵת הַהִיא in qvo & punctatio particulæ & accentuatio notanda.

Concl. 2. In historiâ Regis *ægroti curati* c. 38. repræsentatur 1. ipse Hiskiæ morbus v. 1. m. 1. בימים ההם חלה חזקיהו למות *In diebus illis ægrotavit Hiskia ad moriendum*, i. e. *adeò, uti* (extra speci-

alem gratiam prolongationis si fuisset) *moriendum illi fuisset* עד למות prout explicatur 2. Chr. 32. 24. Et adeò plus hîc dicitur, qvàm in illo ἠρρώστησε παρὰ πλήσιον θανάτῳ ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλεήσε prout de *Epaphrodito Philippensium Apostolo* Paulus c. 2. 27. Repræsentatur 2. cœlestis de condendo Testamento imperativus in m. 2. v. 1 cujus apud ægrotantem Regem futurus Interpres Isaia (qvem, non autem Patrem Isaiæ Amoz hîc *Prophetam* dici ex accentuatione evidens hoc loco) memoratur *venisse ad Hiskiam* & hunc conscriptâ formulâ *allocutus: Sic ait Jhova: Præcipe domui tuæ* (i. e. ait Lira, *fac testamentum*) *qvia moriturus es & non vives* Omninò tibi jamjam moriendum: Distingvit h. l. Lira inter *Prophetiam prædestinationis, & comminationis. Hanc dicit esse, qvando revelatur aliqvid futurum non prout est in mente divinâ: sed prout est in causis inferioribus.* Cujus exemplum illud Isaiæ ad Chiskiam: *Morieris & non vives, qvia* sc. *infirmitas Chiskiæ erat incurabilis per naturam, non tamen per hoc excludebatur, qvando divinâ virtute curabatur, & ideò talis prophetia non semper impletur:* Illam dicit *esse revelationem prout est in dispositione divinâ & ejus præscientiâ. Et hæc*, inqvit, *infallibiliter impletur, qvia divina præscientia est immutabilis.* Exemplum hujus, *alterum Isaiæ ad Chiskiam* dictum, in qvo vox DEI: *Ego addam diebus tuis qvindecim annos* v. 5. Patet autem inde 1. *terminos vitæ speciales non esse extra specialem DEI providentiam.* 2. *Terminos illos non semper mensurari juxta decursum naturalem causarum* 2. 3 Dari *sæpè ex justitiâ vindicatrice decursus naturalis abbreviaturam extraordinariam & ex gratiâ speciali prolongationem hyperphysicam*: sed & 4. contra sæpè dari abbreviaturam ex gratiâ c. 37. 1. 2. & prolongationem ex vindicatrice justitiâ conf 1. Sam c. 2. 33. Et adeò 5. Nec omnes terminos vitæ absolute positos nec nullos.

Concl. 3. Paulisper *ad lectulum Regis ægrotantis* hîc subsistendum *De morbo Hiskiæ, morbi origine, & tempore* multa hic memorantur à Commentatoribus, qvæ non adeò merentur tractari prolixè. *An immissa vehementissimâ lue ardente DEUS intenderit cursum dierum Hiskiæ amplius profluxurorum abbreviare, & post Hiskiæ lacrymas saltem per modum removentis prohibens, Hiskiam termino vitæ naturali*

turali reservare? an verò *positivè dies* ſ. 15. *annos juxta cursum naturalem non profluxuros addere & ex speciali adeò gratiâ terminum vitalem Hiskiæ prorogare voluerit?* qværitur. Affirm. 2. probatur ex positu חלה למות in m. 1. & illo מת אתה ולא תחיה m 2. Inqvirunt de morbo Chiskiæ, & partim concludunt pro *Apostemate* vel *Carbunculo pestilentiali*, partim pro *ulcera passione vel simili affectu*, ubi ſi alterutrum affirmandum, ex mentione השחין & *medicamenti* ſ. *Massæ ficuum*, ex *Paroxysmi* vehementiâ & *extemporanea* qvaſi mortis *imminentiâ*, concludendum pro 1.

Concl. 4. De *anno Hiskiæ ægrotantis*, à qvo computandum illud 15. annorum ſupplementum? qværitur. Ubi ex Arithmeticâ 54. annorum univerſæ ætatis Chiskiæ & 29. regni, à poſteriori concludendum pro *anno ætatis Hiskiæ 39.* labente, regni 14. conf. 2. Reg. 18. 1. Qvi adeò extra decretum de *prorogando termino*, jam qvadragenario proximus moriturus erat, ex ſpecialiſſimâ providentiæ Oeconomiâ nunc impetrat, uti moriatur demum anno ætatis 54.

Concl. 5. Magis ardua qvæſtio: *An ante liberationem illam Hieroſolymorum, & eadem caſtrorum Angelicam expertus ſit Rex ægrotus hanc admirabilem curaturam? an & morbus & curatio morbi cum privilegio amplioris vitalis termini, poſt illam?* an *eodem tempore Hiskia fuerit ægrotus, qvo Aſſyrius ab Angelo percuſſus?* ubi æqvè inter Chriſtianos ac Doctores haut convenit. Placet nobis 1. ſc. qvod קורם מפרתו של סנחריב contigerit Ratio ex Iſaia c. 38 6 & 2. Reg 20. 6. ut fruſtra ſub argumento ordinis Pharaſcharum, vel שיבוא הפרשיורת בסדרן id neget Ralbag & locum allatum explicet de *liberatione negativâ* ſ *præſervativa ab Aſarhaddone*.

Concl. 6. Neqve tamen opus propterea refetre ad *tempus, qvo ad portas Hieroſolymitanas, primò venit Raſſchake Orator Aſſyrius*, & majori abſurditate ſ. Fallaciâ cauſæ, *audientiæ datæ Aſſyrio apud Officiales Hiskiæ* rationem allegare *morbum Hiskæ*, cujus tunc nulla ſigna vid. Jeſ. 37. 1. 2. 3. 14. 15.

Concl. 7. Videtur optumè omnium Seder Olam & R. Joſe *triduo ante excidium caſtrorum Angelicum* poſuiſſe *morbum Hiskiæ*.

Uti adeò *dies tertius Hiskiæ ægrotantis fuerit dies Angelicæ cladis.* Omninò grandè intervallum non convenit, cum in fontibus non dicatur אחרי כן nec, vel קורם, vel מקץ הימים ההם; sed ביום ההם qvi positus usu famoso Biblico reflectitur antecedentèr, ita ut insinuet se tempori superioris argumenti, conf. Gen. 6. 4. Ezech. 38. 17. Daniel 10. 2. Joel 2. 29. Sach. 8. 6. 9. 15. 23. Alia ratio positus Exod. 2. 11. Joel c. 3. 1. & illius בעת ההיא qvod in copulâ cum בימים ההם qvomodo se habeat vid. Jer. 33. 15. c. 50. 4. extra talem autem copulam indifferenter se habet Gen. 38. 1.

Concl. 8. Addimus: nec convenit *Hiskiam ægrotum statuere in intervallo cædis Castrorum Angelicæ & ipsius Sancheribi in Idoleo à Filiis trucidati* 2. Chron. 32. 23. 30. 2. Reg. 20. 12. ibidemq; v. 5. notetur circumscriptum *morbi triduum*, & *diem tertium* ab ipso DEO præscriptum, velut *Jubileum & Eucharisticum Hiskiæ* futurum, qvi, si in illum ipsum inciderit cladis illa castrensis Assyria, *tantò magis jubileus* Hiskiæ futurus erat. Omninò, qvando emisit *Merodach* Babylone Legatos, inaudiverat jam æqvè de *curaturâ Hiskiæ*, qvàm morbo. Et signum illud datum in *Sciatherico Achasi* non saltem signare debuit liberationem Hiskiæ à morbo cum prorogato vitali termino: sed liberationem qvoqve ab Assyrio.

Concl. 9. Patet inde qvid sentiendum de *causâ morbi* qvæ apud Rabbinos qvosdam allegatur, sc. *negligentiâ Hiskiæ Eucharisticâ* ob beneficium *liberationis ab Assyrio.* Rectè illam rejicit Liranus: sed malè cum magno Rabbinorum numero מהשגחת השם ס. *ex speciali providentiâ immissum* statuit *morbum* לעי שלא היה נשוי אשה ס. *ob cœlibatum Hiskiæ noxium throno Davidis* דלא עסק בפריה ורביה ob prævisam sobolem degenerem, qvalis *Manasse*, atqve adeò propterea הוכח במכאוב שישיב בתשובה ס. *morbo correptum uti præviâ pœnitentiâ duceret Uxorem.* Ita & Talmudistæ in Massecheth Berachoth, ex qvâ hypothesi qvæ fluat paraphrasis Rabbinorum in h. l. vid. ex multis apud Abrabinelem. E. c. hæc ipsa allegatur ratio, qvare Propheta non dixerit צו לאשתך vel צו לבניך *Præcipe uxori* vel liberis tuis: sed לביתך i. e. *Ministris tuis.* Absurdè.

Concl.

Concl. 10. Hinc ergò illæ Hiskiæ preces & Lacrymæ, atqve adeò repræsentatur 3. ipsius Hiskiæ pœnitentialis Oratoria, in qvâ & *gestus* exprimitur in cubiculo precatoris sc. *conversus ad parietem vultus*, & affectus dolorificus, unde ille *planctus Turturis*. Flebat sc Hiskia *fletu magno*. Ubi qvod ad 1. attinet, rationem Rabbinicam ex hypothesi superiori Hiskiæ יחידי, qvi sc. nec ad uxorem nec liberos, qvos nullos habuerit, respicere potuerit: cui adeò (prout Germanicè qvoqve loqvi solemus) ad parietes respiciendum fuerit, velut ineptam rejicimus, illam qvæ per קיר *ipsas cordis tabulas* intelligit, ut notetur כוונת חזקיהו *i. intentio magni Precatoris cor ipsum perscrutantis*, vel illam Jonathanis, *parietem Sanctuarij Hierosolymitani* שאסחר אפוהי לכותל בית קודשא, *ad qvod* sc. *faciem verterit Hiskia precator*, præferimus: at דרך הפשט illius ipsius Cubiculi, in qvo tunc decubuit magnus Precator Hiskia, parietem lectulo Hiskiæ lateralem intelligimus. Qvod ad 2. *lacrymas Hiskiæ pœnitentiales ex experientia* qvoqve πυρώσεως illius Petrinæ 1. Pet. 4. 12. & *rationario Temporum ac lamentabilis regni ac Status Ecclesiastici* ortas, dubium nullum, ne qvis ob abstractam mortis denuntiationem adeò intonuisse statuat Hiskiam. Attendatur, qvæ Enthymemata tunc morituri Regis sine filio Successore in illo turbatissimo totius regni statu esse potuerint.

Concl. 11. Ita facilè legitimatur fletus Chiskiæ ad mortis intimationem: Ipsa autem Litania Regis est in v. 3. Vehementissimâ sc. contentione precatus est Jhovam (neqve enim ad Angelos vel Sanctos mortuos preces dirigere solitum temporibus Chiskiæ: sed fides & invocatio Veterum ad unum DEUM s. יהוה אלהים) *Obsecro* JHOVAH *recordare qvæso illud ipsum qvod indesinenter ambulavi coram te in fidelitate & corde integro, & feci id qvod est bonum in verbis tuis.* Errant Rabbini, qvi Chiskiam dicunt hîc *suspendisse preces à justitiâ propriâ* s. התולה בזכות עצמו prout Moses Exod. 32. 13. *à justitiâ Patriarcharum* s. תולה בזכות אחרים; & addunt *illi imputari merita aliorum, & huic imputari propria*: illud ex 2. Reg. 20 6. hoc ex Psal. 106. 23. Qvod tamen in exemplo præsenti rectè negat

Abrabinel: אחשוב שלא לזכור זכותו ולשבח עצמו ולא לטעון שלא היה ראוי שיכורת i. e. *Statuo qvod non ita locutus Chiskia fuerit ad recordandum justitiam propriam & prædicandum seipsum*, nec adeò *ad opponendum DEO*, ac *si incongruum sit, se jam per mortem avocari:* sed ut ex suorum antecessorum hypothesi superiori has preces qvoqve explicet: sc. ita locutum להתנצל מהחטא המיוחס אליו שלא התעסק בפריה רביה שלא מפאת גאה וג׳ i. e *ad purgandum se, excusandum se in objecto peccato illo qvod* sc. *abstinuerit uxore non fastu aliqvo vel elatione cordis: sed* לתכלית טוב bono fine לבל יצא ממנו מנשה s. *intentione bonâ ne* sc. *ex se nasceretur blasphemus & extremè impius Manasse.* Nec desunt ex Rabbinis alii qvi illud Chiskiæ: *Feci, qvod est bonum in oculis tuis*, referunt ad *combustos à Chiskia libros Salomonis de Arte Medicâ, eò qvod in morbis ad illos libros magis, qvàm ad vivum DEUM respectum haberent Israelitæ*, pro qvo in *morte præsenti* præmium poscat Chiskia. Illa qvo loco habenda sint, nemo non videt. Fuit illa Supplicatio Chiskiæ non *jactantis:* sed *gratias pro gratiâ cœlesti agentis*, & hanc ulterius *impetrantis.* Fuit *non in fiduciâ bonorum operum coram DEO triumfantis, & meritum sive de condigno sive de congruo DEO objicientis:* sed *adversus blasphemias Rafsacis*, (qvæ intimè affecerant Chiskiam, & nunc magis afficiebant, qvod ex præsenti morbo apud infideles vera locutus de DEO Israelis impotente Rafschake videri poterat, & qvod urebat intimè, se Confessorem tantopere vero DEO innitentem morte violentâ é medio nunc abripi, Rafschaken blasphemum in vitâ & felicitate servari) *testimonio bonæ Conscientiæ innitentis*, certi qvippe, qvod ἄνευ ὑποκρίσεως *sincerè in illâ religionis & cultus reformatione egerit.* Si qværatur *an pro prolongandâ vitâ liceat preces ad DEUM fundere?* Exemplum sanè *Davidis* in Ps. 102. & *Chiskia* h. l. prælucet, nec reclamat finis, qvi est, ut longius hìc *DEO, Ecclesiæ, Proximo, Reip. Patriæ* serviamus, & magis atqve magis fructibus justitiæ abundemus. Qvoad interpretationem juxta accentuum proportionem benè observetur *Pasta magnum* stare inter *duo Rvia* in nomine יהוה, qvi proinde se habet velut *secundus*

Rvia,

Rvia, & ultimus *Rvia* velut *tertius*, in qvo minus distingvendum, qvam in 1. & 2. adeò ut à וכור ad שלם cohæreat Oratio.

Concl. 12. Post morbum Hiskiæ seqvitur nunc 4. *Sanitatis Hhiskiæ denominatio*, ad qvam pertinet totum illud *responsum divinum, ab Isaia Chiskiæ intimandum* v. 4 qvod absolvitur 1 *amplissimâ liberationis* (& à morbo & ab Assyrio) *& prolongationis vitalis promissione* v. 5. (*adeundo dicito ad Chiskiam: sic dicit* JHOVAH DEUS DAVID *Patris tui) audivi precationem tuam: vidi lacrymas tuas. Ecce ego addam diebus tuis 15. annos* v. 6. *Et ê manu Regis Assyriæ eriptam te & hanc ipsam civitatem, & protegam hanc ipsam civitatem.* 2. Utriusqve illius *per signum confirmatione* v. 7. *Atqve hoc tibi esto signum à Jhovah: facturum* sc. *esse Jhovah illam ipsam rem* (utramqve illam liberationem) *qvam locutus est:* v. 8. *Ecce ego reducturus sum umbram graduum illorum, qvæ* (umbra) *descendit in gradibus Achasi, in illo ipso* (qvem adspicis) *Sole* (reducturus, inqvam, illam sum) *retrorsum, & qvidem decem gradibus.* Pertinet 2 factum s. ipsum *signum executioni datum* v. 8 m. 2. *Reversus igitur est Sol* (non *umbra saltem* in Salario: sed & *ipse Sol*, unde ad illud מופת s. *prodigium in ipsa Babyloniâ à Mathematicis observatum* penitus explorandum missi Oratores conf 2 Chr 32.30) *10. gradibus, ijsipsis* (scilicet) *gradibus, qvibus descenderat.* Notetur in m. 1 *proportio accentuum Paser, Tvir, Tiphchæ, & accurata illorum subordinatio*, ut scias illud אחורנית non ad *descensum umbræ* s. vocesimmediate præcedentes: sed ad *actum reducendi* s. משיב referendum, & eodem modo reflectendos 10. gradus.

Concl. 13. Ita se habet historia sanitatis Hhiskiæ Regi promissæ & confirmatæ, qvam brevissimè contraxit S Spiritus in annalibus Regum Jhuda posteriorib° c. 32. 24. sc. 1. ויאמר לו *DEUS allocutus est illum* (per Isaiam sc promittendo liberationem & signum) 2. ומופת נתן לו i. e. *prodigium edidit ei:* unde superioris analyseos ratio legitimatur. At in 2 Reg 20 qvædam adduntur qvæ notari merentur. Primò *acceleratio responsi cœlestis.* Apparet Hhiskiam, simul derepente letaliter correptus, duplici malo, hostis sc. & morbi vehementissimè turbatum & de omni salute regni nunc qs. conclamatum æstimantem pro novissimâ confirmatione advocasse

advocasse Prophetam: hunc, post moram brevem egressum ab ægroto Chiskia & suis gemitibus & precibus hunc DEO commendantem, dum ita ambulat, & *nondum ad medianum* domus Regalis *atrium*, ipsamq; *medianam Civitatem pervenit*, revocatum à DEO, & jussum *reverti* ad Chiskiam à qvo paulò ante exierat conf. v. 4. & 5. & de atrio 1. Reg. 7. 8. Secundò *titulus Chiskiæ* honorarius: *Revertere & dic Chiskiæ Duci* (Antecessori) *populi mei.* 3. In historiâ libri Regum additur *promissio Sanationis*, & *Character temporis* velut Stereoma certissimæ sanitatis: *Ecce ego sanaturus sum te: Die tertio adscendes in Domum Jhovah.* v. 5. 4. Postulatio signi facta à Chiskia, & huic relicta libera optio. *Qvod est signum*, DOMINUM *sanaturum esse me, & adscensurum me die tertio in domum* DOMINI v. 8 (conf. v. 5.) *Respondet ei Isaia: Elige, vis ne, ut abeat illa umbra* (pariter abeunte Sole) *10. gradibus* (qvorum sc. 24. singulos ad Semihoriũ in Solario Achasi diurno totidem commatis distinctos Umbra per Gnomona secundum Solis cursum pervadebat) *an ut retrocedat* (una retrocedente Sole) *10. gradibus?* v 9. Ad qvod reposuit Chiskia: *Levius miraculum fore, si 10. gradibus umbra declinaret*, s *in momento uno ad 10. gradus abriperetur, qvàm si retrocederet 10. gradibus.* 5. Memoratur *validissima Isaiæ ad DEUM pro impetrando tali signo precatio.* Et *inclamavit Jeschaiah Propheta* DOMINUM, *cumq; inclamasset, reduxit* DOMINUS *umbram ijsdem gradibus qvibus descenderat in Solario Achasi*, 10. sc. *gradibus.* Ita adusqve v. 11. 2. Reg 20. pulcherrimus hujus Isaianæ historiæ Parallelismus & alicubi commentarius est. Ex *geminato* omninò *graduum* s. commatum Solarii *denario*, illos ipsos non *horarum*, qvarum in Solario diurno nonnisi 12 erant: sed *Semihoriorum*, qvorum 24. dabantur, fuisse, atqve adeò, si supponatur æqvalis motus in *regressu illo prodigioso*, qvi in *ordinariâ declinatione obtinebat*, diem illum 10. horis naturalem Judaicum diem excessisse s. qvod idem est 22. horarum æqvalium fuisse, non 32. prout in h. l. defendit Liranus, concluditur. Luth. noster in tm. 8. c. 38. Isa. m. 2. ex facto narrato in tempore præterito reddidit Consilium exeqvendum in tempore futuro, ac si esset וְתשב cum sit וַתשב in futuro converso. Reddendum:

Und

Und die Sonne ließ zehen Linien zurück/ eben dieselben Linien/ über welche sie gelauffen war. Benè notetur, in intimatione miraculi umbra ponitur retrogredi: in executione Sol. Aug. l. de Qv. ex Utr. tom. 4. part 2. *Ezechias certum habebat eum posse sibi 15. annos addere ad vitam qvi de horâ 9 fecerat sextam.*

Concl. 14. Seqvitur pars Capitis *secunda:* CHISKIÆ *Scriptum Evchariſticum.* Intimatur per Propheram mors: MORITURUS Es. v. 1. *Precatur* Chiskias & *illacrymatur acerbiſſimè* v. 2. 3. Vix *cubiculo exceſſerat* Propheta, nondum ſanè atrio interiori, qvod ad aulam, revocatur à DEO, & qvi paulò ante fuerat nuncius mortis, nunc jubetur eſſe *Vitæ*, ejusdemq; amplioris & glorioſæ v. 4. 5. 6. & poſt *Optionem oblatam*, confirmare *promiſſionem* prodigioſo totoq; Orbe conſpicuo ſigno. Hinc Chiskia non voce ſaltem jubileâ præco divinæ majeſtatis & gratiæ eſſe voluit: ſed ſcriptione qvoqve & hoc Symbolum velut futurum æternum ſuæ gratitudinis monumentum literis mandare. Inde e. à Chiskiâ *ſcriptus hymnus Evchariſticus* & *regale Soterion* illud, cui titulus v. 9. *Scriptum Chiskiæ Regis Jhuda, cum ægrotaſſet & ex ægritudine ſuâ revaluiſſet.* Ab ipſo adeò regali ſplendore Chiskiæ, hoc ſcriptum, prout vocatur, habuit Iſaia, & per hunc habet Scriptura Canonica & Eccleſia Catholica, qvod, qvoad tractationem ipſam abſolvitur 1. *Status prioris, & in illo terriculamentorum ſ. terribilium enthymematum commemoratione* v. 10. 11. 12. 13. 14. 2. *Sanitatis & Confirmationis cœleſtis narratione* v. 15. 16. 17. 3. *Votivâ & jubileâ gratiarum actione* v. 18. 19. 20. In parte 1. Terriculamentum primum ponitur *enthymema mortis præproperæ & intempeſtivæ* v. 10. *Ego dicebam* (ita animo meo ſentiebam) *in reſciſſione dierum meorum aditurus ſum portas inferni: privatus ſum reſiduo dierum meorum.* Confitetur Chiskia *enthymemata animi ſui ex infirmitate carnis in judicio ſæpè errantis* vel cum *deſperatione colluctantis*, unde licet detur in *portis inferni* ampliùs aliqvid hîc intelligi, qvàm *viam omnis carnis*, nullum tamen inde beatitudini & pietati Chiskiæ periculum. Liranus, qvantum *ad Corpus Chiskiæ*, intelligendum putat, *deſcenſum in ſepulcrum:* qvantum *ad animam*, deſcenſum *in infernum:* qvia tamen *non dicit Chiskia: iturum ſe in infernum:* ſed *ad portas inferni*, concluditur inde, *locandum fuiſſe Chiskiam in Limbo Patrum*,

qvi sit *in superiori parte inferni*, qvæ ex hypothesi fluunt alibi satis excussa. Limbus ille Patrum æqvè ac purgatorium ἀπὸ γραφῆς commentum est Poeticum, non dogma Propheticum. Sic etiamsi detur *Chiskiam morbo correptum enthymema habuisse annorum ampliorum sibi ex naturæ cursu & lege debitorum*, non tamen inde judicii talis veritas legitimatur.

Concl. 15. Terriculamentum secundum est *enthymema subtractionis violentæ à fructu præsentiæ DEI majestaticæ in populo suo aspectabilis* & communione Ecclesiæ militantis v. 11. Ille in m. 1. *Dicebam: Non visurus sum* JAH (DEUM glorioſum, magnificis liberationum miraculis celebrandum) JAH (inqvam) *in terrâ illorum viventium*. Hæc in membro 2. *Non intuebor hominem amplius inter habitatores hujus seculi* ſ. τὸ κόσμου τούτου, cujus χῆμα παράγει. Benè Luth. m. 2. 11. Nu muß ich nicht mehr schawen die Menschen bei denen die ihre Zeit leben. Optumè expressi sunt illi יושבי חדל *inhabitatores seculi cessantis, desinentis*, limitatam fugacemq; durationem habentis. Vulg. autem in his erravit, reddens: *Non adspiciam hominem ultra & habitatorem qvietis* i. e. *Populum regni mecum habitantem in pace, mortuo Sennacherib*, prout addit Liranus. Sed חדל non est qvietis vocabulum, nec hîc populus qvietis: sed contra. Terriculamentum 3. *enthymema transferendi sui tentorij & præcidendi staminis*, ſ. Vitæ suæ violentâ *translatione* & *resectione* sibi adimendæ, qvod duplici comparatione figuratur, unâ *pastoralis tugurij*: alterâ, *telæ textoris*, v. 12. *Habitatio mea transfertur & transportatur à me, tanqvam tentorium* pastorale: Meine Zeit ist dahin / und von mir aufgereumet / wie eines Hirten Hütte. m. 1. Seqvitur nunc comparatio Textoris: *Ad excidium perduxi vitam meam: Sicut textor* (telam adusqve præscindendum stamen) *præ attenuatione conficiet me* (excidet me) *A die usqve ad noctem absolvitur eo me* m. 2. ubi qvæ de *periculamentis textorum habet* J. & T. ad vocem מרה videantur in illorum notis. Placet magis Lutherus: Ich reisse mein Leben ab wie ein Weber / weiter mich dürre außsäuget: Zwischen Tag und Nacht machestu es mit mir auß. Innititur Junius loco Cant. 6. 15. sed ex illo non facilè probantur illi periculi. Tutissimum ergò hîc formæ insistere: qvam *ad tenuitatem fili* applicare licet.

Concl.

Concl. 16 Terriculamentum qvartum est *Leonis exossantis* v. 13. Reddendum: *Composui usqve ad mane* (ossa mea) *sicut Leo* (i. e. Dicebam, s. cogitabam me compositurum me in impavidâ fiduciâ *ad instar Leonis*, post denegatam totâ nocte prædam sustentantis animos mares spe prædæ matutinæ, exeuntibus tunc qvæ totâ nocte intra septa continebantur, animalibus, ita uti *hîc enthymema* repræsentetur *Chiskiæ morbo contraluctaturi*, prout v. 10. 11. cui nunc opponitur factum DEI egregiè παλινδρομον: sc *Ego Leonem* me fore *robore fiduciæ*, cogitavi, & *ossa mea* non obstantibus intolerabilibus cruciatibus & doloribus *adusqve matutinum tempus* patientiâ & fiduciâ *Leoninâ componere laboravi*, ubi sc. mihi persvadebam liberationem, sicut Leo famelicus prædam; Cœterum Consilium hoc invertit DEUS *& ipse mihi factus est in Leonem*, qvi, qvæ præ ingentibus cruciatibus tumultuantia ossa ego *componere* & æqvare laboravi, *magis magisq; confregit*, imò) *ita (omninò prout Leo*, DEUS) *confregit omnia ossa mea: à die usqve ad noctem absoluturus* (absoluto supplicio) *peremturus es me.* Notetur 1. שויתי sive in *æqvandi*, sive *componendi*, *disponendi significatione* semper habet *Accusativum* s. *Casum objecti explicitum*, qvi hîc nullus alius esse potest, qvàm כל עצמותי, neqve opus erat in tali positu *duplicatione*: sed satis erat *semel poni* sive in *territorio 1. sive in 2.* ac si Latinè dicas: *Disposui usqve ad mane Ossa mea: sed DEUS confregit*: vel: *Ego qvidem usqve ad mane disposui* (disponere continere laboravi) *sed DEUS confregit ossa mea.* Notetur 2. illud כארי ad territorium 1. seu ad actum CHISKIÆ luctantis s. *componere contendentis ossa sua usqve ad mane* in formâ pertinet, qvod evidenter accentuatio docet. *Nullus* sc. *Pasta, nedum parvus qvalis hîc in* בקר *distingvit* ita, *ut non subordinetur seqventi Sakephkaton*: sed semper *illius vox hujus voci subordinatur, neqve in illâ: sed hâc sensus perfectior datur.* Ex *Pasta* distinctivum facere absolutum, & seqventem *Sakephkaton* abstractum referre conseqventèr est contra totam praxin Biblicam. Notetur 3. per illud tamen כן *materialitèr*, comparatio, *Leonis* sc. iteratur in territorio 2. atq; adeò *triplex* hic datur *comparatio 1. Sicut Leo famelicus magno animo ossa fame tumultuantia componit usqve ad*

prædam matutinam: Ita Chiskia *laborat componere ossa sua ad mane* (in territ. 1.) 2. *Sicut Leo* fame rabidus, acceptâ tandem prædâ ita sævit in illam, *ut confringat omnia ossa animalis prædati:* ita *DEUS macerabat & derepente confringebat omnia ossa mea.* 3. In qvâ datur jam antitheton illud παλίνδρομον est CHISKÆ & DEI sc. *Chiskia ossa qvasi personantia vi doloruta laboravit ex æqvo placidè componere, ad patientiam disponere:* DEUS laboravit *omnia Chiskiæ ossa confringere.* Chiskia *Leo* esse studuit *generosè & impavidè expectando*, DEUS factus est *Chiskiæ Leo* illum magis atqve magis *confringendo & lacerando.* Ita constabit Sensus *Leonis* gemini in hoc insigni planè CHISKIÆ aureolo. Germ. Ich gedachte wie ein großmütiger Löw alle meine Gebeine biß an den Morgen niederzulegen (zu stillen/ fest zu halten) aber (es kehrete sich umb/dann eben wie ein Löw) also zerbrach ER (GOTT mir gleichsam in einen grausamen Löwen verwandelt) alle meine Gebeine. Notetur 4. prout כארי s. *sicut Leo* ex territorio 1. repetitur in 2. per illud כן Also: (qvod ab Interpretibus malè neglectum) ita illud כל עצמותי *ex territorio 2.* intelligitur simul in 1. virtute vocis שויתי qvæ reqvirit *Objectum actus.* Notetur 5. illud ער בקר nectitur antecedenter cum שויתי: non conseqventer cum כארי, neqve adeò valet Interpretatio Jun. & Trem. juxta qvam in שויתי reqvireretur territorialis primus, ut ita reddere liceat: *Proponebam: dum mane erat tanqvam Leonem, ita fracturum esse DEUM omnia ossa mea.* Nunc alitèr, qvia accentuatio se habet alitèr. Constabit paritèr ex superioribus, ubi hîc erratum ab Interpp. qvod nec Lud. de Dieu animadvertit reddens: *Constitui vivere (æqvavi vitæ meæ durationem usqve ad mane: statui me posse exactè supervivere usqve ad mane, non diutius) usqve ad mane? Tanqvam Leo confringet omnia ossa mea.* Erratum in vi שויתי & positu כארי paritèr ac illius כן ex hypothesi illâ pleonastici.

Concl. 17. Terriculamentum 5. est v. 14. Morbi sc. totum Chiskiam animo & corpore supprimere contendentis oculorum qvoqve aciem & Oris sermonem intercipientis, unde ille *pipitus Gruis* vel *hirundinis & gemitus columbæ.* Eò sc. res rediit Chiskiæ, ut non loqvi potuerit, & clarâ voce suas qverelas edere: pipire saltem

potuit

potuit *sicut grus, vel hirundo, gemere* saltem potuit, *sicut Columba*. Imò eo res rediit, ut ne qvidem *oculis columbinis*, vel solertiâ oculorum columbinâ sursum respicere licuerit, *attenuatis qvippe exhaustisq; oculis*: atq; hinc iterum columbinus gemitus & hirundineus pipitus cujus formula in v. 14. m. 2. *Attenuantur* (attenuati exhaustiq; feruntur) *oculi mei* (cordis mei) *in ipsam altitudinem*; O JHOVAH *immisce te*, (intimè te cordi meo insinua, & oculos meos illustra, temperamentum svaviſſimum gratiæ & roboris inspira, velut *Mediator* s. *Sponsor, Fidejussor* meus interpella) *mihi vi sit oppressio*. Notetur in hoc breviario *columbini gemitus* 1. non esse nectendum עיני & למרום, ut sit subjectum: *Oculi mei respicientes in sublime*, & prædicatum דלו i. e. *nunc sunt exhausti*, prout J & T.: sed עיני subjectum: דלו למרום prædicatum, prout accentus docet in דלו nectens & in עיני distingvens. 2. Oppositio inter *Oculos Chiskiæ depressos*, & *sublimitatem intuitus* s. *majestatis cœlestis*. Et nihilominus illis etsi *exhaustis attenuatis depressisq;* oculis Chiskia *sursum respicit*, atqve ita דל fertur in מרום. 3 Post Tiphcha, illud עשקה לי ערבני exprimendum in subordinatione Verbi *Actus & Objecti* propter arctissimè nectentem accentuationem, cum aliàs Tiphcha ponendus fuisset in עשקה לי. 4 In ערב, qvod inprimis multarum significationum vocabulum est, primario significato, qvod est *miscendi, immiscendi*, insistimus, applicatione deinde libera in secundariis significatis, qvæ inter inprimis convenit significatio *fidejubendi, spondendi*, ut adeò *ad Messiam Sponsorem* s. *Fidejussorem* hîc appellet Chiskia Debitor contra vim Creditoris oppressuri debitorem, qvo sensu non malè Vulg. *Domine vim patior, sponde* (Fidejussor esto) *pro me*, velut in Lirani Codd. legitur: *Responde pro me*, qvia, prout addit Lira, *non possum mortem evadere, nisi negotium meum accipias super te*. Omninò positus verbi cum affixo immediatus s. sine particulâ vel saltem mediante את pro *sponsione* s. *fidejussione* insignitèr facit conf. Gen. 44. 32. Prov. 11. 15. ערב זר i. e. *fidejussit pro extraneo*, Prov. 17. 18. Gen. 43. 9. Ego אערבנו i. e. *fidejubebo pro illo*. Ita h. l. ערבני i. e. *Esto Fidejussor pro me, spondе pro me*. In positu e. c. ערבה לרעך

non illum *pro quo*: sed *cui fide jubetur* notari ex particulâ constat. In loco Jobi c. 17. 3. accedit ערב, unde mutatur positus: quod tamen exemplum accuratius excutiendum. J. & T. reddentes *per texe meæ* conciliantur facilè formæ *immisciendi*: sed h. l. illa aliena est, & *falsâ* innititur *hypothesi*.

Concl. 18. Pars Scripti Chiskiæ Evchariſtici ſecunda eſt Sanitatis & Confirmationis cœleſtis deprædicatio ſ. jubilæa enarratio v. 15. *Quid dicam, quod ille* (Jhovah) *dixerit* (promiſerit) *mihi* (ſanitatem ſc. & liberationem)? *etiam ille ipſe præſtitit* (non ſaltem promiſit ſed etiam præſtitit: neq; nunc adeò illud prolixè commemoro, quod promiſerit: ſed illud quod gloriosè adeò promiſſum adimpleverit, hoc ſc. nomine nunc inprimis ejus majeſtatem prædico) *ſolemnitèr inceſſurus ſum* (memor futurus, in ſolemni inceſſione recordaturus ſum) *omnibus annis meis propter* (illam) *amaritudinem animæ meæ*. Notetur in m. 1. in ארבר accentuatio maximè nectens ut non liceat ſive cum Vulg. reddere: *Quid dicam aut quid reſpondebit mihi*, cum ipſe *fecerit?* ut ſit ſenſus: *Quid ille figulus mihi velut luto opus habet reſpondere, qui non habeo de factis ipſius contendere?* ſive cùm Jun. & Trem. *quod eloquebar, ſtatim prædixit mihi, & fecit*, ſive cum aliis: Qvid dicam? *Ille & prædixit mihi & fecit*, vel *quantum adhuc commemorabo, quod ille & promiſerit & fecerit*. Reddendum: Was will ich anietzo noch viel reden daß Er mirs zugeſagt hat? Eben Er (derſelbe GOtt) hats auch gethan. Ita jubet accentuatio. Notetur 2. in m. 2. illud אררה nullibi extra h. l. & Pſ 42. 5. ubi non qvemlibet inceſſum notat: ſed ſolemnem, Evchariſticum cum tripudio qvaſi vel corporis hilariore geſtu conjunctum, ut opus haut ſit hîc crucem interpretibus figere, & textum aliter torqvere.

Concl. 19. Ad talis Evchariſticæ meditationis promiſſionem ſeqvitur per patheticam apoſtrophan Confeſſio *reſurrectionis* ſ. *vivificationis* publica v. 16. *O Domine! per hæc* (per *Virtutem verbi promiſſionis*, & potentiæ ſ. *roboris tui* omnipotentis tot *glorioſis operibus* in Mediatore *exſerti*, per illud אמר ליועשה ſ. *promiſit mihi & præſtitit*) *vivent* (illâ promiſſionis & potentiæ virtute mortui aliqvando reviviſcent) *& qvia univerſum* (unumqvodqve) *qvod eſt in illis*

eſt

est vita Spiritus mei, (proinde etiam) *postquam in somnium* (letale post 15 annos s. mortem) *tradideris me* (obdormire & quasi somniare feceris me iterum ages) *vivificando me* (s. ut non in talis *somnij statu* sim perseveraturus: sed iterum *per te vivificandus.*) Notetur pro hâc versione 1. positus Atnach non in חַיַּי: sed in יְחַיֵּנִי. Observetur 2. membrorum *intensiva proportio*, & *territorij primi in m. 2. respectus magis ad consequens territorium.* Notetur 3. ל per *juxta*, *secundùm*, *propter* familiarissimum in sacris. Notetur 4. quod juxta literam Hebræus loquitur: *Propter unumquodque in illis vita Spiritus mei*, i. e Latinè magis, *existente unoquoque eorum vitâ Spiritus mei*, vel *quandoquidem omne quod est in illis est vita Spiritus mei*, *proinde somniare quidem facies me:* sed *vivificando* s ita ut etiam sis iterum vivificaturus: & adeò manet quod habet m. 1. O DOMINE *per illa vivent*, ut ita m. 1. habeat *resurrectionis thesin*, m. 2. *hypothesin* quoad *individuum Chiskiæ & fidem resurrectionis propriæ.* Innititur autem tàm *resurrectio* omnium Sanctorum, quàm *singularis illa resurrectio Chiskiæ* Verbo *promissionis*, in Scripturis clarissimè revelato, & *exertione potentiæ infinitæ*, unde Saducæos abnegantes resurrectionem Salvator correcturus: *Annon*, inquit, *propterea erratis*, quod *ignoratis Scripturas & illam potentiam DEI?* Marc. 12. 24. Notetur 5. Genus neutrum Hebræi efferunt nunc per Masculinum, nunc per Fœmininum: Ubi sive *Complexus*, sive *Synonymiæ Grammaticæ* habetur ratio. Sic quia hoc loco non præcedit Nomen aliquod principale, ad quod reflectatur affixum in עָלַיִךְ & in בִּנְךָ: sed illud in *genere neutro* liberè & indifferenter concipitur, proinde de eâdem re ibi habet affixum *Masculinum*, hîc *Fœmininum*.

Concl. 20. Proximi fontium veritati fuerunt Magnus noster Lutherus reddens: HErr / davon lebet man / und das Leben meines Geistes stehet gar in demselbigen / dann du liessest mich entschlaffen und machtest mich leben. Consonaret accuratissimè fontibus si ita sonaret: HErr dadurch wird man (dermaleins) leben (wieder von den Todten aufferwecket / lebendig gemachet werden) und weil sogar alles dasselbe (und was in demselben) ist (anietzo) das Leben meines Geistes / so wirstu mich dermaleins (wann nach 15. Jahren mein Stündlein kome) also einschlaffen lassen / daß Du mich

mich auch wieder lebendig machen wirst. Post magnum Lutherum laudandi inprimis J & T. *Domine per hæc vivitur: etiam his singulis inest vita Spiritus mei, his facis ut revalescam, & vivum conservas me*: nisi qvod *propertio territ. 1. m. 2.* non satis observata, & *positus*] *in terr. 2.* sed & תחלים à rad. חלם in signif. *revalescendi*, sine exemplo certo. Præstat famosiori *somni*, *somnijq;* significato hîc insistere, prout fecit Luth. licet hæc in Hiphil rarior. Sed & *vis temporum futurorum* sine] conversivo, neglecta. Longius abeunt Versiones in opere Vatabli: *Domine ultra eos vivent, & omnibus dicam, qvod in ipsis est vita Spiritus mei*: itaqve *sana me & vivifica me*: vel: *etiam omnibus, qvi ultra eos vivent, vita Spiritus mei nota erit, & qvod me dormire feceris, & vivificaveris me.* עליהם ad annos referre in v. præced non convenit, nec ibi agitur nisi de *annis Chiskiæ*, nec vera est sententia. Beneficium hoc *extensivæ termini vitalis* ad instar Chiskiæ non est *commune omnibus Sanctis*. Datur in hoc exemplo, qvod *personale*. Violentum præterea est illud לכל abstrahere à בהן & per ellipsin reddere: *Omnibus dicam*: sed & illud בהן cum חיי רוחי immediatè nectere, vel illud לכל בהן per: *Omnibus qvi erunt ultra illos annos*, & deinde iterum addere: *nota erit*. Hoc exemplum illius חמס תורו Zeph. 3. 4.

Concl. 21. Ludovicus de Dieu, *Locus hic*, inqvit, est, *si ullus, obscurissimus*. Subjicit deinde suas *conjecturas*: etsi periculum est Interpretem Scripturarum conjectare saltem, vel ex conjecturis agere. Sic vertit: *Pro qvibus Dominus est* (qvorum protector DEUS est) *vivent, & omnibus in illis rebus* (s. omnibus qvi in illo Statu sunt) *erit vita Spiritus mei*. Itaq; *sana me & vivifica me*. Erratum ארני עליהם pro אשר ארני עליהם h. l. contra evidentem accentuationem. Reqvirebatur juxta L. de D. positus *Tiphcha in voce secundâ* & *Merca in 1.* nunc contra, *ille est in voce 1. Minister Munach in 2.* Illa ergò interpretatio contra perpetuam praxin Biblicam. Sed ipse aliam statim versionem ponens, ostendit *lubricam fuisse conjecturam* 1. Mavult ergò reddere: *Dominus illis* (annis meis) *præest*: *Vivent* (sc. anni mei) *& omnibus* (diebus qvi) *in illis* (restant, erit vel concedetur)

cedetur) *vita Spiritus mei* (ne uno qvidem excepto) Primò *vitium accentuationis neglectæ idem.* Reqvirebatur וחיני אדני עליהם, 2. *Vivent* sc. *anni:* qvid hoc? 3. כל *s. omnes* i. e. *dies omnes*, ubi? Alia ratio exempli ubi præced. voce *diei & mensis*, deinceps *numerus* exprimitur sine iterato semper *diei* vocabulo. 4. עליהם ad *annos* non convenit. 5. Illæ *ellipses & sensus contorti.* 6. Tavtologia: *Anni mei vivent: & dies annorum meorum vivent s. illis diebus annorum erit vita Spiritus mei.* Nondum ergò & hîc qviescit, laudat *Junium, qvod præ cæteris benè sit interpretatus difficilimum hunc locum:* sed ponit expendendam versionem 3. *Pro qvibus Dominus est vivent. Itaqve secundum omnia in qvibus consistit vita Spiritus mei, sana me & vivifica me.* Fatemur Junio hîc plus deberi, qvàm Animadversori L. de Dieu. qvid enim per has *conjecturas consultum Ecclesiæ?* Errat etiam *hæc 3. Versio*, qvæ præter vitium jam bis inculcatum in m. 1. duplicat idem in m. 2. distingvendo בחן *antecedenter* & nectendo *consequenter*, cum contra jubeat *accentuatio.* Reqvirebatur in ולכל distinctivus major e. c. אדני עליהם יחיו ולכל בהן חיי רוחי ותחלימני והחייני; Notat ipse לכל *ad res*, non *ad personas* relatum significare *omnia*, & cum *seqventi* בחן *construi. Hoc*, inqvit, *ex Maccaph liqvet.* Qvare ergò hoc neglectum? Sed ad rem.

Concl. 22. Concludit narrationem *sanitatis & liberationis* opponendo *amaritudinem statûs ante pacem, cum pace in statu præsenti* v. 17. *Ecce propter pacem amaritudo mihi amarissima* (ut sc. pacem, justitiæ prolem, pacem cum DEO, & pacem in regno, pacem in corpore afflicto, pacem ab Assyrio obtinerem, vel denunciatâ pace fruerer, dum sc Isaiah intimat Pacem ab Assyrio, ego Rex letalitèr decumbere incipio, inde qvoqve amaritudo) *sed Tu propensus amore in me liberasti* (te ipsum mihi conjungendo,) *animam meam præ foveâ absumtionis* (putrefactionis, ne in foveam mortis æternæ s. damnatorum inciderem, & propterea) *projecisti post tergum tuum omnia peccata mea* (i. e. prout rectè Lira in h. l. qvasi *nolens ea videre amplius ad puniendum, & sic vivificasti me non solùm corporalitèr:* sed *etiam spiritualitèr.)*

Concl. 23. In Votis ergò Eucharisticis & jubilis (qvæ tertia pars hymni est) desinit, qvo fine præmittit *thesin generalem* v. 18. sc. in *inferno damnatorum positi* qvorum sc. *peccata non post tergum tuum projecisti:* sed illis in ἀποκείμενα reservasti: *Mortui* descendentes in *Scheol* s. statum mortis & vel ipsius mortis æternæ non *celebrabunt te*, non *laudabunt te:* multò minus *expectationem habent in fide tuâ: At vivens* (in vitâ præsenti: sed ita ut simul sit) *vivens* (in certissimâ spe *vitæ futuræ gloriæ filiorum DEI* & τῇ ἐλπίδι ζωθεὶς) *ille celebrabit te, sicut ego hodiè* (non siltem vitâ corporali donatus: sed vel maxumè in vitâ spirituali per abjecta post tergum DEI peccata vid. v. 17. præced) *Pater Filiis notam faciet fidem tuam.* v. 19. Atqve ita transit per illud: *Sicut ego hodiè*, ad hypothesin, & concludit v. 20. qvo recipit, se unà cum Filiis & Ministris suis nomen Domini Psalmis vel Odis lyricis ad eam rem peculiaritèr compositis publicè in domo Domini celebraturum, & qvidem *omnibus diebus vitæ nostræ.* m. 2. Inductivum est est JHOVAH *Servator Chiskiæ & Israelis* in m. 1. Et ita anni illi 15. à DEO concessi Chiskiæ, ab hoc redduntur s. consecrantur DEO, ut sint anni *Musici, Organici, anni Hallujah.*

Concl. 24. Ad sanationis executionem, qvæ pars tertia totius capitis est, duo referuntur: sed velut jam supponenda 1. *Medicamenti per Isaiam applicatio* v. 21. Fuit autem illud juxta Interpp. *Emplastrum ficuum* s. *Massa ficuum.* Ita Vulg. *Et jussit Esaias, ut tollerent massam de ficis & cataplasmarent super vulnus ejus.* Ita J. & T. *sumatur palatha ficuum, & appingatur ulceri & revalescet.* Pagninus, *alligent super ulcus.* Oecol. *Tollant massam ficuum & cataplazent super apostema & vives.* Ar. M. *Contundant super ultus* i. e. *Contusum applicent.* Luth. noster in 2. Reg. 20. 7. **Bringet her ein Stück Feigen/und da sie die brachten/legten sie sie auff die Drüse/und er ward gesund.** Idem h. l. **Jesaias hieß/ man solte ein Pflaster von Feigen nehmen/und auff seine Drüse legen/ daß er gesund würde.** Belg. Vers **Laet se nemen eenen Klomp Vyghen / ende tot een Placster op het Gheswel maeken.** De medicamento res liqvida, qvod sc. fuerit *una Massa ex multis ficubus siccatis collectis compressisq; effecta:* talem enim דבלה & n. p. דבלים vocant Hebræi. Nec adeò dubium de morbo Chiskiæ, s. qvatenus ille in *externum & sen-*

& sensuale erumpebat signum. Appellatur hoc חשחין: in qvo *Ulceris* significatio, qvâ ratione amplissimè patet, qvod vel ex *ulceribus & pustulis Ægypti* constat conf. Exod. 9. 10. Deut. 28. 27. Radix verbalis non datur in Hebraismo Biblico: datur tamen in *Dialecto Rabbinicâ*, uti in illo Magistrorum דבוק לשחין וישחין לך i. e. *adhære calido & calor erit tibi:* sed & שנה שחונה *annus calidus:* magis autem in proximâ Filiâ, s. Chaldaismo שחן est *calescere, calidum esse, calefieri,* & שחין eadem, qvæ h. l. in morbo Chiskiæ vox, *æstus, calor,* appositè plane ad *Ulcus Chiskiæ,* imò ad ipsam ulcerum naturam, ut dubium nullum qvin *ulcus ardens,* & *ex calidissimâ febri interiore ortum fuerit.* Aliàs etiam ex *Lepra* שחין s. *ulcera* eodem vocabulo notat Moses Lev. 13 18. 19. & ex *percussione,* sive *signo,* sive *lapide,* sive *pice,* sive *calidis aqvis Tiberiadis contractus ille evenerit, fuisse* notat Kimchi, qvæ omnia hâc voce exprimuntur, non tamen *ulcus ex combustione proveniēs,* qvod מכוה dicitur.

Concl. 25. An autem 1. *talis Massa ficuum fuerit Ulceri ardenti Chiskiæ* imponenda? An 2. *ex tali Massa ficuum siccatarum Emplastrum faciendum & imponendum ulceri fuerit?* An 3. *illæ ficus fricandæ saltem fuerint super ulcus?* qvæstio est. Resp. 1. *ficus illæ siccatæ & in Massam indurate* fuerunt *fricandæ:* probatur ex voce וימרחו qvæ non nisi h. l. & Lev. 21. 20. occurrit, & *compressionem, frictionem, contusionem, pro ratione objecti* notat. Jussit ergò Chiskia primò *fricare palatham.* Resp. 2. *Palatha non saltem confricanda super ulcus: sed & confricta fuit superliganda ulceri,* atqve adeò *ex 3. superioribus aff. 2.* & concluditur *pro Emplastro.* Probatur ex 2. Reg. 20. 7. ויקחו וישימו i. e. *& acceperunt* sc. רבלה מרוחה *Massam ficuum confricatam & imposuerunt super ulcus:* qvod proinde h. l. Is. 38. 21. in וימרחו subordinandum. Neqve verò Isaiah hic fuit *Medicus symptomaticus,* etsi *Morbus* interior immediatè ab ipso DEO curatus, neqve excussit ad Regem curandum scrinia maxima, minima Pharmacopœorum, qvi Chiskiæ non deerant: non curavit pretiosè: sed per *Massam ficuum,* qvæ in vulgus constabant. An autem *curatio illa ulceris Chiskiani facta virtute* s. *facultate ficuum naturali?* Negat *Iunius:* probavit etiam *Linnus,* satis *apparenter dici, qvod emplastrum de ficis ex naturâ suâ sit aggregativum illius infirmitatis & ideò jusserit Propheta apponi, ut curatio tanto esset*

mirabilior. Affirmativa magis probatur; Si nulla planè efficacia & vis medica in illo ficuum emplastro, Ergò DEUS lusit, qvando nonnisi *siccatas ficus, easdem in Massam compressas, & iterum confricatas in emplastro adhiberi* voluit. Si illa penitus *supra naturam illata*, miraculum percepit ficus, & non satis apparet, qvare non sine ficu illam virtutem influere voluerit in *ulcus Chiskiæ:* sed primò in *ficum* & per hanc in *Chiskiam* duplicato miraculo: item, qvare *ficum & non aliam creaturam* illi usui destinaverit. Sed hæc & qvæ ex Plinio de *usu ficuum ad aperienda ulcera* vulgò tradita feruntur transeant ad παῖδας ἰατρῶν.

Concl. 26. Alterum ad sanitatis executionem jam supra revelatum, est *religiosa signi Chiskiæ veneratio* c. 38 v. ult. *Dixerat autem Chiskia: Qvod est signum* (signum, inqvam) *me adscensurum in domum* DOMINI. Videri poterat, accentui Atnach non convenire talis interpretatio, neqve dubium, qvin si abstrahatur hic locus à parallelo, facilis hîc sit immutatio, sive uti cum *Burgensi*, qvem *Lutherus* qvoqve seqvitur, Oratio hæc dicatut non *signum postulantis:* sed *exultantis, admirantis, & de signo hoc tanto sibi gratulantis* q. d. *Qvam magnificum signum est hoc!* ac si esset מה האות *qvod* sc. *debeo adscendere in domum Domini?* prout in מה illud sæpius jam supra à nobis notatum: sive ut habeas velut signum & signatum comparantis, & nunc non tàm signo, qvàm signato triumfantis. Revera enim in histor. 2. Reg. 20. 8. ascensio in domum Domini *signatum est*, hoc sensu: *Et dixit Chiskia, Qvid signum?* (Non jam amplius signum curo: satis mihi signi, qvod sim curatus, & nunc possim adscendere domum Domini) *utiqve adscendam nunc in domum Domini: non jam in Solario: sed templo DEUM celebrabo.* Hâc ratione qvoqve satisfit illis, qvi *ordinem temporis* hîc desiderant, &, si *interrogatio* sit, *formam responsionis*, qvæ nulla seqvitur. Sanè 2. Reg. 20. 8. hæc ipsa *totidem verba* מה אות כי אעלה בית יהוה *interrogantis & signum postulantis sunt*, nisi qvod *signatum duplicatur. Ordini temporis & formæ responsionis* satisfit eodem modo, qvo in v. præced. Sanè illa *curatio ulceris Chiskiæ* antecessit *hymnum ejus descriptum*, prout titulus docet: & tamen huic postponitur qvoad literas: sed non qvoad sensum, qvia præteritum hîc est plusqvamperfectum: *Dixerat* s. *jam antea Isaiah, Dixerat Chiskia.* Ita sine hysteroſi inordinatâ

natâ conciliari innumerabiles Scripturæ textus nemo ignorat. *Regi Atnach* majestas integra relinqvitur. Procedendum hic ex regulâ 1. *Principalis pars dicti amat principalem accentuationem signi dicti.* Et hæc ratio, qvare *Atnach* non occupat locum in nomine *Chiskia:* sed in אות. 2. In succinctis Versibus, *iteratio Vocabuli emphatica de membro in membrum, facit posse bilem Atnach, ubi abesse poterat.* Ita Gen. 7. 15. abesse poterat Atnach: sed, si ille Versus illâ emphasi interpretandus, prout c. 6. v. ult. adesse debebat Atnach Ratio ex collatione evidens. Et tantum de parte 1. Orationis 19. & capite 38.

Concl. 27. Procedimus ad partem magnæ hujus Orationis secundam. Ad hanc pertinet 1. *Lapsus Hiskiæ*, cujus Occasio v. 1. splendidissima sc. *Babylonica legatio* Effectus formalis v. 2. Pertinet 2. *Dialogus Isaiæ* & Hiskiæ triplex 1. & 2. *Historicus* de facto Hiskiæ criminali v. 3. & 4. at 3. qvoad Isaiam est *Propheticus* sc. futuræ pœnæ vel afflictivæ denunciativus v. 5. 6. 7. qvoad Hiskiam extemplo resipiscentem & ob temperamentum pœnæ *Eucharisticus* v. 8.

Concl. 28 Occasio lapsus v. 1. notatur, *magnifica Legatio ad Chiskiam Babylonica*, ubi si qværatur 1. *qvando hæc contigerit*, respondetur בעת ההוא *circa illud ipsum tempus*, statim *post Chiskiam curatum, post illud in Sole prodigium* publicatum, post *bellum Angelicum, post Sancheribum fugatum.* Si qværatur 2. *qvis miserit?* Resp. Appellatur unus idemq; 1. MERODACH (juxta lit. DOMINUS TENUIORIS, Afflictorum, מרא רך illustris Regum titulus, etsi idem nomen *Idolo* qvoqve *Babyloniorum* probatur ex Jer. 56. 2. Ubi qvod est in fontibus: *Contritus est Merodach:* Bene Chald. אתברו רפלחין למראך i. e. *Confracti sunt qvi colunt Merodach.* Notetur autem 2. Reg. 20. 12. etiam בְּרֹאדַךְ scribitur, tùm ex paralleli smo organico literæ, tùm vocum ברא & מרא. 2. *Beladan*, nomen hæreditarium paternum, qvod retinuit. 3. Filius *Beladanis*, qvi in historiâ profanâ *Nefonezar* vel *Nabonassar* appellatur. Sc. *Beladan* fuit illi nomen *privatum: Nabonassar* Regium: potuit eadem ratio esse *duplicati nominis in Filio.* Notetur autem tum in *Merodach*, tùm in *Beladan* (qvod ab eodem idolo Babyloniorum Bel de qvo Jerem. l. alleg. *Confusus est Bel* s. prout iterum ibi Chald. בהיתו רפלחין לבל i. e. *Confusi sunt qvi colunt Belum* deducitur) ex-

emplum illustre *nominum Regiorum à nominibus Deorum sive simpliciter sive aliquâ immutatione assumtorum*, qvalia & illa *Evil Merodach*, *Nebonezar*, *Nebucadnezar* Babyloniorum & plurima qvoqve Syrorum de qvibus alibi. 4. Appellatur Rex Babylonis, i. e. Urbis Babel, & in præsenti, occasione triumfi Angelici, integri *Babylonis regni*, qvod hactenus majori parte tenuerunt Assyrii. Assyrii sc. qvi paulò antea *ipsi Chaldæa & Babylonia universe* imperabant circa novissima, prout apparet, *Tiglath Phileſaris*, vel *initia Salmanaſſaris* Babylonem amiserunt, cujus Princeps *Vasallus Assyriacus* coronam Regalem assumsit circa Achasi tempora, ut tamen sub *Salmanaſſare* & *Sancheribo* ad hanc *usqve cladem Angelicam* magnas Babylonis partes adhuc tenuerint *Assyrij*, etsi urbe Babel excluſi, non tamen *Babyloniâ*: ex qvâ *Salmanaſſar*, *Assyrius* sanè non *Chaldæus*, in *Samariam* duxit Colonias 2. Reg. 17. Cæterum ad hanc *cladem Sancheribi in Judæâ* apparet *Babyloniam universam* & *magnas Assyriæ portiones ad Babylonios urbis hactenus Reges* profluxisse, conflantibus his incrementa sui regni ex ruinis hostium Assyriorum, qvos Dominos habere erant dedignati. Dubium nullum, qvin *hic ipse Merodach* usus sit insigniter calamitate illâ Sancheribianâ & jam per totam Babyloniam nomen Regale circumtulerit. Cœpit autem imperare Babylone anno VI. Chiskiæ Regis, qvo tempore *captæ à Salmanaſſare Samariæ*. Post hunc *Merodaehum* celebratur interregnum Babylonicum, ubi *potestas penes optimates* & penes Babylonios magnæ Assyriorum qvoqve ditiones, cum qvo convenit, qvod *Menasses Babylonem abductus*, *non sanè ab Assyrio Asarhaddone*: sed à *Babyloniis* abductus dicatur 2. Chr 33. 10. à *Principibus exercitus Regis Assyriæ*: Principes sc. vocantur qvia tunc *interregnum* erat, *Regis Assyriæ* autem, qvia *Reges Babylonij per triumfos Chiskiæ* ipsi qvoqve triumfantes, non tantum *totam Chaldæam*: sed & *magnam Assyriæ partem tenebant*, etsi prout antea *Assyrij*, non *Babylonem urbem*: ita Babylonii nondum *Ninepen* tenuerunt, in qvâ nomen Regum Assyriæ remansit adusqve *Nabuchodonosorem* Nabopollasaris Filium, à qvo *excisâ Nineve* desiit *regnum Assyriæ*. Constat inde grande delirium illorum, qvi Merodachum statuunt fuisse ipsum *Salmanaſſarem*, vel *Assyrium*, qvi antea cum *Asarhaddone* regnaverit, vel qvi *Salmanaſſarem cum Nabonaſſare*, *Babylonios* s. *Chaldæos* cum Assyriis confundunt, ipsi *Asarhaddoni Merodachum*

thum Succeſſorem ſtatuunt, qvas περιβολάς excutere, alterius loci eſt. Apparet autem, qvantum ad præſentem hiſtoriam interſit rationarium temporum haut ignorare. Miſit a. ad Chiskiam *non ſolus Rex:* ſed & *Principes* Proceres Regni Babylonici: probatur ex 2. Chr. 32. 31.

Concl. 29. Si qværatur 3. *Qvos miſerit?* Reſp. ex 2. Chr. 32. 31. miſſos eſſe מרוצים ſ. *Oratores:* memoratur h. l. *illos epiſtolam habuiſſe à Rege Babyloniæ ſcriptam ad Regem Chiskiam:* veniſſe etiam cum *ampliſſimis donariis & muneribus Regalibus* vid. Iſ. 39. 1. Si qværatur 4 *qvis finis legationis?* Reſp. 1. *Gratulatio de ſanitate receptâ:* audiverat enim *Chiskiam ægrotaſſe: ſed confirmatum eſſe.* 2. *Gratulatio de triumfo admirando* & Aſſyrio communi hoſte debellato, etſi utraqve hæc non tàm adfectu in Chiskiam, qvam ex ratione ſtatus & odio in Aſſyrium. 3 *Percontatio de illo* מופת ſ. *prodigio Solis & umbræ retrocedentis* Jeſ. 37. 1. 2. Chr. 32. 31. Notetur in v. 1. accentuatio, & nobile exemplum ditionis *Tvir*, præcedente duplicato ֫, & poſt hunc ֫ in qvibus poteſtate æqvalibus & non niſi poſitu diſcretis proceditur juxta regulam accentuationis generalem: *Accentus idem vel parallelus primus, ſuperior eſt ſecundo, ſecundus tertio.* Sic h. l. ֫ 1. vincit ֫ ſecundum, hic ſeqventem ֫

Concl. 30. Ipſa *forma lapſus Chiskiani* notatur m. 2. ſcil. 1. carnalis oblectatio: qvippe *lætatus eſt propter illos*, qvo non *ſimplex lætitia:* ſed *lætitia propter honorem ſeculi, gratulationem Regis Babylonij*, ex adfectu carnali cum ambitu & faſtu conjuncta deſignatur conf. 2 Chr 32. 25. 31. 2. *Faſtuoſa oſtentatio. Oſtendit* ſc. vel oſtentavit non ſaltem qvæ in ſpecie exprimuntur ſc. 1. *Aurum*, 2. *Argentum*, 3. *Aromata*, 4. *Unguenta pretioſa*, & balſamum Hierichuntinum, 5. *Armamentarium:* ſed & generaliter 1 *totum gazophylacium ſuum*, 2. *Qvicqvid inveniebatur in theſauris.* 3. *Non fuit qvicqvam qvod non oſtenderit illis Chiskias in aulâ ſuâ, & in univerſâ ditione ſuâ.* Ita בזרש ובכרל factum Chiskiæ recenſetur, ut oſtendatur *gravitas lapſus*, etſi *ſancti aliàs, & in purpurâ ſacrâ incomparabilis Regis*, verè *ad tempus excidentis gratiâ DEI*, etſi *Electi*, oſtenſuro DEO, qvàm, ſe *derelinqvente* ſ. *noſtris nos defectibus permittente* in lubrico ſimus, & qvantum miſericordiæ & adjutorio gratiæ debeamus: ſed &, ut *qvi ſtat, videat ne cadat*, poſtqvam audit *cecidiſſe* tantum Regem, cui *DEUS, Angeli, Sol militarunt.*

Concl. 31. Seqvuntur nunc *tres Dialogiſmi* inter Iſaiam & *Chiskiam*, ita

ita instruente Prophetam DEO, in qvorum ultimo *pœna lapsus*. In 1. *interrogatio est Prophetæ de Hospitibus*: sc. *Unde & qvo Consilio* s. intento *venerint?* Respondet Chiskia *non saltem advenisse ex Babel*: sed addit etiam: *venisse ê terrâ longinqvâ*, ex *ipsâ Babel*, ad qvam sui nominis fama sese extendit, qvo honore nullus Antecessorum Regum dignatus fuerit. v. 3. In secundo, Interrogatio est *Isaiæ de facto*: Qvid *viderunt in domo tuâ?* Resp. Chiskia ingenuè qvod res erat: *Qvicqvid est in domo meâ, viderunt: nihil fuit in thesauris meis, qvod non ostenderim illis* v. 4. Laudanda ingenua Confessio, etsi forte non sine mixturâ vanæ ex munificentiâ & hospitalitate gloriolæ. In 3. A parte Isaiæ prævia legitimatione autoritatis propheticâ: *Audi verbum Jhovah Zbaoth*: v. 5. *Comminatio est & apertæ* Regis etsi aliàs pii & sancti *reformatio, duplicis pœnæ intimatio*, qvæ est 1. *omnium illarum opum & thesaurorum Regalium in Babylonem translatio*, ita *ut non relinqvatur qvicqvam* v. 6. 2. Filiorum *nascturorum ex Chiskiâ in servitutem Babylonicam abreptio*, uti, qvi antea *Reges* erant & ex *Regali semine Davidico*, ministeriani sint in palatio Regis Babyloniæ v. 7. A parte autem CHISKIÆ fulmen illud Isaianum patienter audientis, *pœnitentialis* humilisq; flagelli cœlestis admissio, & *justitiæ, veritatis divinæ* prædicatio: (cujus signum vox Chiskiæ ad Isaiam: *Bonum est Verbum Domini, qvod locutus es*) & 2. de *Temperamento* s. *privilegio* de 15 annorum incrementis, & prospero tranqvilloq; per illos regni statu publica qs. protestatio. *Omninò* (tamen) erit *pax & veritas in diebꝰ meis*. Comminatio illa prophetica, etsi specimen primordiumq; illi in *Manasse abducto*, adimplenda tamen, qvoad illam in *palatio Babylonico imperiali militiam non erat*, nisi in *abnepotibꝰ Chiskiæ*: Si qværatur, *an in hoc tertio Dialogismo Chiskia, velut imperfectioris charitatis in consanguineos posteros, qvàm vel Moses vel Paulus, optantes deleri ex libro vitæ & anathema fieri à Christo pro fratribus, sit arguendus?* R. N. Verba omnia pia sunt, verè pœnitentis, paratæq; in flagella divina volũtatis. Neqve *nepotes Chiskiæ populiq; in Babyloniam* abducti propterea ponebantur necessariò in *anathemate cœlesti*, vel ut *deleti ex libro vitæ*. Poterat etiam *de Consilio pœnitentiæ* Consilia filiis dare. Sed & laus erat *filios offerre Patris cœlestis castigaturi voluntati*. Non *oravit Abrahamus* pro *Isaaco*: sed *obtulit*. Propheta in hoc ultimo Chiskiæ responso nihil culpat. Claudimus assseveratione votivâ CHISKIÆ:

כי יהיה שלום ואמת בימינו

F I A T!



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72972834X/phys_0738
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72972834X/phys_0739
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn72972834X/phys_0740
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn72972834X/phys_0741
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn72972834X/phys_0742
DFG

ierabiles Scripturæ textus nemo ignorat. *Regi*
ra relinqvitur. Procedendum hic ex regulâ 1.
mat principalem accentuationem signi dicti. Et
th non occupat locum in nomine *Chiskia:* sed in
Versibus, *iteratio Vocabuli emphatica de membro*
bilem Atnach, ubi abesse poterat. Ita Gen. 7. 15.
: sed, si ille Versus illâ emphasi interpretandus,
se debebat Atnach Ratio ex collatione evidens.
Orationis 19. & capite 38.
dimus ad partem magnæ hujus Orationis secun-
et 1. *Lapsus Hiskiæ*, cujus Occasio v. 1. splendidis-
atio Effectus formalis v. 2. Pertinet 2. *Dialogus*
1. & 2. *Historicus* de facto Hiskiæ criminali v. 3.
n est *Propheticus* sc. futuræ pœnæ vel afflictivæ
7. qvoad Hiskiam extemplo resipiscentem &
pœnæ *Evcharisticus* v. 8.
sio lapsus v. 1. notatur, *magnifica Legatio ad Chis-*
si qværatur 1. *qvando hæc contigerit*, respondetur
ipsum tempus, statim *post Chiskiam curatum, post*
a publicatum, post *bellum Angelicum*, *post* San-
i qværatur 2. *qvis miserit?* Resp. Appellatur unus
CH (juxta lit. DOMINUS TENUIORIS, Afflictorum,
jum titulus, etsi idem nomen *Idolo* qvoqve *Baby-*
Jer. 56. 2. Ubi qvod est in fontibus: *Contritus*
Chald. אתברו רפלחין למראך i.. *Confracti*
ach. Notetur autem 2. Reg. 20. 12. etiam בְּרֹאדַךְ
illelismo organico literæ, tùm vocum ברא &
omen hæreditarium paternum, qvod retinuit· 3.
in historiâ profanâ *Nesonezar* vel *Nabonassar* ap-
fuit illi nomen *privatum: Nabonassar* Regium:
se *duplicati nominis in Filio.* Notetur autem tum
Beladan (qvod ab eodem idolo Babyloniorum Bel
eg. *Confusus est Bel* s. prout iterum ibi Chald.
i. e. *Confusi sunt qvi colunt Belum* deducitur) ex-